IAONNIS [!] DUNS SCOTI SUBTILIS, ... IN VNIUERSAM ARISTOTELIS LOGICAM...

Ioannes Duns Scotus, Costanzo Boccadifuoco

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
14
11 I
5h

IAONNIS

DVNS SCOTI SVBTILIS,

AC CELEBERRIMI DOCTORIS IN VNIVERSAM ARISTOTELIS Logicam Exactiſſimę Quæſtiones.

Quibus ſingulis perutiles quędam adiectę ſunt dubitationes cum earum ſolutionibus; nec non, & tractatus de ſecundis intentionibus.

Nuper à Fratre CONSTANTIO SARNANO *S. R. E. Cardinali, Conuentuali Franciſcano in ſtudioſorum gratiam editus.*

Accedunt denique ipſius Doctoris Subtilis formalitates; vnà cum omnibus tum Vniuerſalium, tùm ipſarum Formalitatum eiuſdem SCOTI expoſitoribus.

Nunc denuò ſummo ſtudio, & diligentia ab Authore omnia recognita.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANNELE

VENETIIS, MDCX.

Apud Antonium Turinum.

Digitized by Google

Digitized by Google

ILLVSTRISSIMO AC REVERENDISS. D. D. FELICI PERETTO A MONTEALTO,

S. R. Ecclesiæ Cardinali amplissimo.

Fr. Constantius Sarnanus Conuentualis Franciscanus. S.

VM ea sit vis, ac natura virtutis, Cardinalis amplissime, vt omnium animos ad ipsam summis laudibus, sũmisq; honoribus prosequẽdam attrahat, atque inducat; quid mirum, si, quæ in alto tuo emicat pectore, præstantissima illa virtus me, non ad laudibus te efferendum, non ad vllo te honore afficiendum (id enim nequaquam à me fieri potest) verùm ad singularem animi mei erga te propensionem, ac voluntatem aperiendam allexerit, atque impulerit? Te nanque siue Aetnæ, flammiferi Siciliæ motis; siue Aenocaumæ, æternis ardentis ignibus, instar, verè Montem altum appellant; quippè qui vsquequaque nitidissimus irradias virtutibus; moribus coruscas sanctissimis, sapientia de-

Digitized by Google

mùm ſingulari maximè præfulges; quà ttiplici flamma ita vnuſquiſque hominum accenditur, atque inflammatur, vt tui vnius colendi, ac venerandi facultatem, atque occaſionem exquirere continuò videatur. Num igitur mirum, ſi ego, cum argutiſſimas Doctoris noſtri ſubtilis Quæſtiones nunc iterum imprimi curarem, eas Illuſtriſſimo tuo decoratas nomine legendas eſſe voluerim? Id enim feci, cùm clariſſimo tuarum virtutum nitore, innumerabilibusque tuis in me officijs ductus, tùm, quia non paucas, in eiſdem operam dando te dies, ac noctes peregiſſe non ignoro. Quo circa, hoc ardentis meæ erga te cupiditatis argumentum alacri, atque ex porrecta, atque ego offero, Fronte accipere ne, Cardinalis Illuſtriſſime, graueris precor: à ſeruulo nanque (tametſi indigno) tibi fidiſſimo defertur, quique tuam, ſecundum Deum, amplitudinem diligit, ac colit. Vale perpetuò.

Dege diù Felix, Felix; Felicia Finem Det Deus
acta bonum ſemper habere tua.

VITA

VITA

IOANNES DVNS SCOTI,

A FRATRE PETRO CRATEPOLIO Minorita, Con. Sacræ Theologiæ Baccalaureo, ita descripta.

IOannes Duns, quem Scotũ appellant vir vndecunque Doctissimus, fuit anno Domini 1308. Cum religio Diui Francisci exoriri, ac florere cœperit, hic inter primos eam amplexus est, & plurimum illustrauit; Venit Parisijs Coloniam, & cum morbo quodam laboraret peculiari, ita vt abstractis, & sopitis sensibus, quasi mortuus iaceret, cum autem huius morbi ignari, eo pro mortuo haberent, ac sepeliri fecissent, constanter assertum est, eum viuum sepultum. Habuit inter alios discipulos qui cum eo perseuerarunt, quatuor: Guilhelmum Occam Anglicum, Alpharum Hispanum, Fran. Mayronem, & Ioannem Canonicum, qui omnes, vt ipse eorũ præceptor Ioannes, Theologiæ Professor Parisiensis, eruditissimis suis scriptis nomen suum immortalitati consecrarunt. SCOTVS disputator subtilis, ac acer, obijt Coloniæ, ac in fratrum minorum Conuentu. Choro sepultus est. Hæc ipse frater Petrus.

DESCRIPTIO SEPVLCHRI.

Ipsum sepulchrum eleuatum est ferè ad altitudinem Palmæ, in Choro conuentus minorum Con. Colonien sis medio sub cãpana, ex cupro, & ære fuso, in medio ipsius ærei sepulchri est imago ipsius SCOTI, supra quam tres collocati sunt Franciscanæ Religionis summi Pontifices, Alexander videlicet V. Nicolaus IV. Sixtus IV. & duo Cardinales, scilicet D. Bonauentura, & Illustris. Bertrandus cum insignibus eorum. Ab vtroque latere horum imagines stræ sunt; nec non, & discipulorũ SCOTI, vtpotè Alexandri Alensis, Alexandri Alexandrini, Rogerij, Bacconitani, Guilhelmi Varronis, Aluari, Pelagij Hispani, Nicolai

lai Lyrani, sub pedibus verò ipsius imaginis hæc incisa sunt carmina.

Ante oculos saxum doctorem deprimit ingens,
Cuius ad interitum sacra Minerua gemit.
Siste gradum, lector, fulup dabis oscula saxo,
Corpus Ioannis hac tenet urna SCOTI.
Anno milleno ter CCC. cum adderet octo,
Postremum clausit letho agitante diem.

Et in vicino lapide in pauimento Ecclesiæ excusum est.

Obijt Frater Ioannes Duns SCOTVS Sacræ Theologiæ Doctor subtilis nominatus. Anno M. CCC. VIII.

FR. VALERII SETAE VERONENSIS

Ordinis Seruorum.

AD PATREM CONSTANTIVM Sarnanum S. R. E. Cardinalem.

Quas vnquam poterit grates, Sarnane benigne
Nostra pares meritis lingua referre tuis?
Quas ue tibi laudes, quos ue referemus honores
Vt tuus exposcit pregrauis iste labor?
Quippe iuuentuti sic tu prodesse laboras,
Vt iugiter studijs nocte, dieq; vaces.
Ecce tui arguti Scoti, te interprete fido,
Dogmata panduntur lucida luce magis.
Qui prius obscurus, perdifficilisq; manebat,
Et clarum, & facilem tu modò reddis eum,
Ergo tibi pro tot, tantisq; laboribus ipsi
Tot grates agimus, quot Polus astra tenet,
Terraq; dum stabit vasto circunda ta ponto,
Aether sideribus dumq; decorus erit;
Tu, Pater ò prestans semper celebrabere nobis;
Viuet & eternum Nomen in orbe tuum.

IOAN-

INDEX
QVÆSTIONVM
Ioann. Scoti
SVPER VNIVERSALIA
Porphyrij annotatarum ſecundum numerum foliorum.

VTRVM logica ſit ſcientia. folio. 1
Vtrum logica ſit ſcientia communis. 1
Vtrum ſyllogiſmus, ſit ſubiectū logicę. 2
Vtrum vniuerſale ſit ens. 4
Vtrum vniuerſale ſit per ſe intelligibile. 5
Vtrū vniuerſale habeat aliquas proprietates. 5
Vtrum vniuerſale ſit ſubiectum libri Porphyrij. 6
Vtrum vniuerſale ſit vnionum ad quinque vniuerſalia 6
Vtrum vniuerſale cum ſit accidens, ſit in re vel in intellectu vt in ſubiecto. 8
Vtrum hęc propoſitio ſit vera; homo eſt vniuerſale. 8
Vtrum hęc propoſitio ſit per ſe: homo eſt vniuerſale: & alię conſimiles. 8
Vtrum ſint tantum quinque vniuerſalia. 10
Vtrum locus ſit generationis principiū, quēadmodū & patēr 12
Vtrum in diffinitione generis, quę dicit Genus eſt quod predicatur de pluribus &c. diffiniatur intentio an res. 22
Vtrum diffinitio generis ſit conuenienter data. 13
Vtrum genus predicetur de ſpecie loquendo de predicatione exercita in fundamentis, verum intentionum. 15
Vtrum ſecunda particula poſita in diffinitione generis, ſ. differētibus ſpecie conuenienter ponatur. 29
Vtrum genus neceſſario requirat multas ſpecies. 20
Vtrum particula diffinitionis generis ſ. in quid cōuenienter ponatur. 22
Vtrum genus ſit principium ſpeciei. 23
Vtrū diffinitio ſpeciei ſit bona. 24
Vtrum iſta ſit vera. plures homines ſunt vnus homo. 25
Vtrum prima diuiſio differentie ſit conueniens 26
Vtrum hęc ſit vera. Soc. ſenex differt a ſeipſo puero. 27
Vtrum prima diffinitio differentię ſit conuenienter data. ſ. differentia eſt, qua ſpecies abundat a genere. 28
Vtrū differētia poſſit diffiniri. 29
Vtrū hęc diffinitio ſit cōueniē s. ſ. differentia eſt quę predicatur

de pluribus differentibus specie in eo quod quale. 29
Vtrum differentia predicetur in quale. 31
Vtrum mortale sit differentia animalis rationalis diuisiua, & hominis constitutiua. 32
Vtrum propriũ sit vniuersale. 34
Vtrũ diffinitio proprij quarto modo dicti sit cõuenienter data. 35
Vtrum proprium sit distinctum vniuersale ab accidente. 36
Vtrum proprium necessario semper insit. 37
Vtrum accidens sit de numero vniuersalium. 38
Vtrum diffinitio accusationis sit conueniens, scilicet accidens est: quod adest &c. 39
Vtrum proprium & accidens possit dici de aliquo eodem. 42

INDEX QVAESTIOnum Ioan. Scoti super Prædicamenta Aristotelis.

VTrum liber predicamentorum sit de decem vocibus decem prima genera significantibus. 43
Vtrum liber predicametorum sit de x. predicamentis vt de subiecto. 45
Vtrum aliquod predicamentum intentionale sit istis decem vniuocum. 46
Vtrum ens sit decem predicamentis vniuocum. 48
Vtrum diffinitio equiuocorum sit conuenienter data. 52
Vtrum diffinitio vniuocorum sit conuenienter data. 54
Vtrum genus sit vniuocum speciebus. 56
Vtrum denominatiuum idẽ significet quod abstractum. 57
Vtrum ista regula sit vera, scilicet quando alterum de altero predicatur vt de subiecto quicquid predicatur &c. 60
vtrum iustum ista, regula sit vera, scilicet diuersorum generum & subalternatim positorum &c. 61
vtrum sint tantum x. generalissima. 64
vtrum aliquis homo sit prima substantia. 67
Vtrum consequentię quas facit Aristo. ad probandum conclusionem. s. animal, predicatur de homine, ergo de aliquo homine, & color est in corpore, ergo in aliquo corpore teneant formaliter. 69
vtrum differentia de genere substantię sit substantia. 73
vtrum partes substantię sint substantię. 74
vtrum quantitas sit genus. 75
vtrum quãtitas sit genus vnũ. 76
vtrum oratio sit quantitas. 78
vtrũ oro sit quãtitas discreta. 78
vtrum Aristo sufficienter enumeret species quantitatis. 79
vtrum locus sit quantitas. 79
vtrũ locus sit quãtitas cõtinua 80
vtrum particulare corporis, & loci copulentur ad eundem terminum. 80

Vtrum quantitati sit aliquid contrarium. 81
Vtrum genus rationis sit genus vnum. 83
Vtrum secunda notificatio relatiuorum, quam ponit Arist. sit conuenienter data. 97
Vtrũ relatiua sint simul natu. 88
Vtrum in diffinitione vnius relatiui sit necessario ponere suum correlatiuum. 89
Vtrum idem possit per se referri ad diuersa. 91
Vtrum species qualitatis conuenienter assignentur. 93
Vtrum prima species qualitatis sit habitus & dispositio. 95
Vtrum secunda species qualitatis sit naturalis potentia uel impotentia. 96
Vtrum tertia species qualitatis sit passio uel passibilis qualitas. 96
Vtrum forma & circa aliquid cõstans figura sit quarta species quantitatis, 96
Vtrum istę quatuor species conuenienter ordinantur. 97
Vtrum species qualitatis sufficienter enumerentur. 97
Vtrum oppositio sit accidens reale, uel intentionale. 103
Vtrum diuisio oppositionis sit conueniens. 103
Vtrum aliqua sint contraria immediata. 103
Vtrum sit possibile aliquorum contrariorum unum determinate inesse a natura alicui subiecto. 112
Vtrum a priuatione possit fieri regressio in habitum. 113
Vtrum in negatiua subiectum, siue pro ente & pro non ente indifferenter. 115
Vtrum Arist. conuenienter assignet modos prioris. 116
Vtrum Arist. conuenienter distinguat species motus. 118

TABVLA QVAESTIONum Ioan. Scoti super libros perihermenias Aristot.

VTrum interpretatio sit subiectum libri perihermenias, an enunciatio. 119
Vtrum nomen significet rem, vel speciem in anima. 120
Vtrum facta transmutatione circa rem quę significatur fiat transmutatio in significationes vocis. 124
Vtrum differentia, quam assignat Ari. inter literas & voces ex una parte, & passiones & res ex alia sit conueniens. 125
Vtrum terminus communis impositus ad significandum ueram naturam, cuius aliqua suppositta essent, aliqua non, dicatur uniuoce de existentibus & non existentibus. 126
Vtrum sint aliqua suppositta termini communis significantis ueã naturam prętер existentis. 127
Vtrum hęc sit vera. Cęsar est homo Cęsar est animal, Cęsare non existente. 127
Vtrum hęc sit vera: Cęsar est Cęsar,

sor, homo est homo. neutro existente. 128
Vtrum terminus communis supponens respectu verbi de presenti supponat tantum pro presentibus. 133
Vtrum in propositione de preterito stet subiectum tantum pro illis que fuerunt: & de futuro tantum pro illis que erunt. 134
Vtrũ in omni propositione in qua non additur termino communi aliquid contrahens immediatum distribuatur terminus communis, pro quibuscunque eius suppositis simpliciter. 134
Vtrum hec sit vera. Cæsar est homo, Cesare non existente. 139
Vtrum terminus communis possit restringi. 140

Quæstiones Secundi libri Perihermenias.

AN verbum infinitum maneat infinitum in oratione. 142
An sequitur hoc. hoc non est iustum. ergo hoc non est iustum. 143
An talis consequentia teneat in terminis respectiuis. 143
An teneat cum verbo de preterito. 144
An sequatur econtra posita constantia subiecti. ibi.
An hec sit una, sor. est homo albus ibi.
An hec sit vna, album est musicum. ibi.
An hec sit vna, homo albus est homo musicus. 145
Vtrum hec sit vna, homo qui est albus currit. 146

Directorum quæstionum subtilissimi Doctoris Io. Scoti super libros Elenchorum.

VTrum logica procedat ex omnibus. 150
Vtrum ars sophistica sit scientia. 151
Dato quod sophistica sit scientia, vtrum sit de syllogismo sophistico tanquam de per se subiecto. ibi.
Vtrum syllogismus habens premissas falsas, vel premissam, que dicitur peccans in materia sit syllogismus 153
Vtrũ syllogismus sophisticus peccans in forma sit defectus syllogismi simpliciter, vel syllogismi dialectici. 154
Supposito quod sit defectus syllogismi dialectici, & syllogismi simpliciter, cuius horum primus sit defectus. ibi.
Vtrum syllogismus sophisticus peccat contra syllogismum sophisticum demonstratiuum. 155
Vtrum nomen equiuocum sit nomen vnum, vel plura nomina. 157
Vtrum terminus equiuocus contineat sua significata per modum copulationis. 158

Vtrum terminus equiuocus habeat omnia sua significata actu respectu predicati. 159
Vtrum terminus equiuocus possit contrahi per immediate adiunctum, ita quod de virtute sermonis solum possit accipi pro altero eius significato. 161
Vtrum terminus equiuocus possit contrahi per mediate adiunctum. 161
Vtrum signum vniuersale aduenies termino equiuoco possit ipsum distribuere pro omnibus suppositis cuiuslibet sui significatis. 163
Vtrum possibile sit aliquod nomẽ significare vnum per prius, & reliquum per posterius. 164
Vtrum terminus analogus sic positus stet solum per modum famosiorem. 167
Vtrum tertius modus equiuocationis resultet ex hoc solum, quod aliqua dictio significat vnum de se, & aliud ex adiuncto. 168
Vtrum vnitas vocis complexe sit sufficiens, principium distinguendi amphibologiam ob equiuocatione. 170
Vtrum diuersa ratio constituendi requiratur ad amphibologiam. 170
Supposito quod in aliquo paralogismo reperiatur diuersitas cõstructionis, vtrum talis oratio sub vno actu proferendi possit multa significare. 172
Vtrum oratio multiplex secundum amphibologiam vno modo prolata sit multiplex quocunque modo proferatur. 173
Vtrum hec sit distinguenda secundum tertium modum amphibologie. Scit seculum. 174
Vtrum compositio, & diuisio sint due fallacie distincte specie. 177
Vtrum vnitas materialis vocis complexe sit sufficiens causa distinguendi compositionem, & diuisionem. 177
Vtrum ad fallaciam compositionis requiratur, quod sensus cõpositus sit falsus. 180
Vtrum hec oratio. Sedentem ambulare est possibile sub diuersis prolationibus possit diuersa significare. ibi.
Vtrum hec propositio sedentem ambulare est possibile, sit vera in sensu diuisionis. 182
Vtrum sit vera in sensu compositionis. ibi.
Vtrum hec dictio. & in isto paralogismo. Quinque sunt duo & tria, possit copulare inter terminos, vel propositiones. 184
Vtrum hec dictio, & operetur potentialem multiplicitatem. ibi.
Vtrum iste paralogismus. Quinque sunt duo & tria, sit verus in sensu compositionis. 185
Vtrum iste paralogismus. Quod vnum solum potest facere, plura potest facere, sit distinguendus secundum compositionem, & diuisionem prout ly solum

teneatur adverbialiter. 186

Vtrum sit distinguendus secundum compositionem & diuisionem tenendo ly solum nomina liter. ibi.

Vtrum accidens sit dua fallacia. 187

Vtrum figura dictionis operetur aliquam multiplicitatem. 188

Vtrum figura dictionis operetur veram multiplicitatem 189

Vtrum figura dictionis sit locus in dictione. 190

Vtrum iste paralogismus musa, & poeta: similiter terminantur in a, & musa est fe.ge &c. 191

Vtrum commutatio vnius predicamenti in aliud causet figuram dictionis. 192

Vtrũ commutare rem vnius predicamenti sub vno modo acceptam in rem eiusdem generis, vel alterius sub alio modo acceptam sit sufficiens causa non existentie figure dictionis ibi.

vtrum commutare quale quid in hoc aliquid faciat fallaciam figure dictionis. 195

Vtrum sub termino significante quale quid lateat diuersitas interpretaturum in tertio modo figure dictionis. 196

Vtrum partialis identitas alicuius habentis in se diuersas naturas, vel rationes ad aliquid participans vnam illarum sit causa apparentie accidentis. 197

vtrum superius possit accidere suo inferiori. ibi.

vtrum fallacia accidentis possit causari ex variatione alterius termini quod medij syllogistici, vel vtrum possit causari indifferenter ex variatione maioris mi. & me.ter. 198

Vtrum processus a re subiecta accidens faciat fallaciam accidentis. 200

vtrum variatio medij sit sufficiẽs causa non existentię in fallacia accidentis. ibi.

Vtrum ille paralogismus coriscus cognoscitur a te: coriscus est veniens. ergo &c. vtrum hic sit fallacia accidentis. 202

Vtrum paralogismus accidentis possit fieri negatiue sicut affirmatiue. 203

Vtrum sit fallacia extra dictionem. 204

Vtrum ab aliquo sumpto cum determinatione diminuente ad sumptum simpliciter teneat cõsequentia &c. ibi.

vtrum terminus communis possit supponere pro tota propositione cuius est pars. 205

vtrum incipiens sic loquitur ego dico falsum sit simpliciter verus in dicendo. 207

vtrum scutum cuius vna medietas est alba & alia nigra dẽat dic album vel nigrũ &c. 208

vtrum ignorantia elenchi sit locus distinctus ab alijs. 209

vtrum ista contraria sit bona, & hoc est non duplum, ergo hoc non est duplum. 210

Colle-

Collectio. Q. Ant. Andręę super sex principiis Giberti Porretani.

VTrum liber sit de sex principijs, idest sex predicamentis: vt de subiecto. 212
vtrum omnis forma sit simplex in essentia. 214
vtrum diffinitio forma sit conueniens. 216
vtrum figura incisionis sit a natura, vel ab arte. 217
vtrum uniuersale sit a natura, vel ab actu nostro. 219
vtrum imago in speculo apparēs sit vere in speculo, sicut accidens in subiecto. ibi.
vtrum descriptio data de actione sit conuenienter assignata. 220
vtrum motus sit in genere quantitatis. 222
vtrum passio sit genus distinctum ab actione. 224
vtrum quando possit comparari. 225
vtrum hęc proprietas valeat, quod proprium est ipsi, quando esse in omni eo quod incipit esse. 226
vtrum anima, vel intelligentia occupat locum. 227
vtrum sit possibile idem corpus esse simul in diuersis locis. 228
vtrum vltimum cœlum sit in loco. 229
vtrum positio sit unum predicamentum. ibi.
vtrum habitus sit generalissimū. 230
vtrum habitui in essentia forme accidentalis sit dare gradus intrinsecos essentiales secundum quos possit suscipere magis, & minus. 231

Series quęstionum Ioan. Scoti super lib. primum analyticorum. Aristot.

VTrum de syllogismo simpliciter sit scientia. 232
vtrum syllogismus simpliciter sit subiectum in libro priorum. ibi.
vtrum propositio sit oratio affirmatiua, uel negatiua alicuius de aliquo, &c. 234
vtrum omnis propositio sit uniuersalis particularis indefinita, uel singularis. 236
vtrum diffinitio syllogismi sit bona, quę dicitur syllogismus est oratio, &c. 238
Vtrum syllogismus sit genus ad syllogismum dialecticum, & demonstratiuum. 240
Vtrum dici de omni, & dici de nullo sint principia, & necessaria, &c. ibi.
Vtrum dici de omni sit aliquid, uel aliqua, &c. 243
utrum secunda regula sit uera. quęcunque uni, & eidem &c. 245
utrum in omni bona consequentia ex opposito consequentis sequatur oppositum antecedentis. 248

Vtrum syllogismus expositorius teneat gratia formæ. 247
Vtrum omnis propositio uniuersalis negatiua conuertatur simpliciter. 250
Vtrum omnis propositio particularis affirmatiua possit conuerti, &c. 252
Vtrum omnis propositio uniuersalis affirmatiua conuertatur per accidens, &c. 254
Vtrum propositio particularis negatiua possit conuerti simpliciter, &c 256
Vtrum subiectum possit ampliari per predicatum, &c. 257
utrum propositiones de præterito, & de futuro similiter conuertantur, &c. 259
utrum propositiones de terminis, obliquis similiter conuertantur illis de rectis. 261
utrum obliquus possit esse subiectum propositionis, &c. 263
utrum ex puris negatiuis possit fieri syllogismus. 265
Vtrum quatuor primi modi primæ figuræ teneant gratia formæ 267
utrum in secunda figura sint quatuor modi, &c. 269
utrum in tertia figura sint solum sex modi directe concludentes. 270
Vtrum propositiones modales in sensu composito cõsimiliter conuertantur, &c. 272
Vtrum propositiones modales in sensu diuiso consimiliter conuertantur illis de inesse. 274
utrum ualeant syllogismi de necessario in tribus fig. &c. 276
utrum ex una de necessario, & alia de inesse fiat syllogismus, &c. 277
utrum mixtio de necessario, & de inuicem ualeat, &c. 281
utrum propositiones de contingenti possint conuerti in oppositam qualitatem. 284
utrum ex ambabus de contingenti fiat bonus syllogismus. 286
utrum ex una de contingenti, & alia de inesse ualeat syllogismus. 288
utrum ualeat mixtio de contingenti, & de necessario. 290
utrum omnis syllogismus fit in aliqua trium figurarum. 292
utrum propositio in qua reduplicatio additur ad prædicatum sit falsa, &c. 294
utrum ex propositionibus modalibus aliis ab istis necessarium, &c. 300
utrum ex terminis infinitis, & obliquis possit fieri syllogismus. 302

Series quæstionum secundi libri Priorum.

Vtrum syllogismus ex hypothesi differat a syllogismo ostensiuo 304
utrum possibile sit quod ex falsis sequatur uerum, &c. 305
utrum ad utrunque contradictoriorum possit sequi idem. 307
utrum syllogismus circulari sit bo-

Bonus syllogismus. 309
Vtrum syllogismus conuersiuus differat a syllogismo ab impossibili. 310
Vtrum syllogismus ex oppositis sit bonus syllogismus 312
Vtrum petitio principij peccet contra syllogismum simpliciter. 314
Vtrum ad bonam inductionem oporteat inducere in omnibus singularibus. 316

Tabula quæstionum subtilissimi Doctoris Ioann. Scoti super lib. primi Posteriorum.

VTrum omnis doctrina, & omnis disciplina sit ex præexistenti cognitione, &c. 317
An acquisitio scientiæ sit nobis per doctrinam. 318
An intelligamus per species acquisitas, uel per species separatas. 321
An tantam duę sint præcognitiones. 323
An de dignitate possit præcognosci quid est. 326
An de passione præcognoscatur, quia est 327
an de subiecto possit cognosci quia est. 328
An cognitis præmissis simul cognoscitur conclusio. 330
An cognitis præmissis in ratione causæ simul natura cognoscatur conclusio. 331
Vtrum de diffinitione eius, quod est scire, an sit danda. 333
An demonstratio sit ex primis veris. 334
An hæc sit vera vnumquodque propter quod, &c. 336
an principia sint magis nota quã conclusiones. 338
An conclusio sit necessaria in demonstratione. 339
An conditio per se sit possibilis. 341
An tantum duo sint modi inhærẽdi per se in propositionib 345
An ista sit per se homo est animal 346
An hęc sit per se animal est homo 350
An propositio sit per se prius modo in qua prędicatum, & subiectum significant idem. 351
An genus, & differentia coniunctim, vel diuisim sint in primo modo dicendi per se. 353
An propositio negatiua sit per se. 354
An sequatur hoc per se ineſt huic igitur hoc est hoc. 355
An genus per se prędicetur de differentia. 357
An differentia inferior includat differentiam superiorem per se &c. 359
An aliquod accidens per se prędicetur de subiecto. 366
An omne accidens habeat subiectum cui ineſt per se. 370
An accidens possit prędiceri de alio accidente tanquam de subiecto secũdo modo dicendi per se. 372

An passio habens subiectum proprium insit ei per se. 373
An vnum oppositorum per se prædicetur de altero. 374
An inhærentia sit de essentia accidentis. 375
An tertius modus sit modus inhærendi. 378
An quartus modus sit modus inhærendi. 382
vtrum primo præsupponat per se, & an sequatur hoc est primo igitur per se. 384
An hoc sit vera omnis triangulus habet tres primo. 384
An passio inhærens suppositio alicuius communis habentis vnicum suppositū insit illi primo etc. 385
An passio possit inesse primo suppositis alicuius communis habentis pura &c. 388
An cognoscens vtrumque triangulum cognoscat triangulum simpliciter. 391
An signum vniuersale distribuat terminum sub propria ratione suppositorum, &c. 393
An sequatur hoc inest per se igitur de necessitate. 395
vtrum per medium contingens possit sciri necessarium. 395
Vtrum conclusio necessaria possit sequi syllogistice ex præmissis contingentibus. 460
vtrum accidens commune cuiusmodi est album necessario prædicatur de subiecto. 301
vtrum dialectica sit scientia communis. 403
vtrum in demonstratione possit esse deceptio. 403
vtrum affirmatio sit causa affirmationis, & negationis. 404
vtrum deficiente sensu deficiat & scientia &c. 405
vtrum unitas scientia sit ex unitate generis subiecti. 406

QVEAESTIONES SECUNDI lib. Posteriorum.

VTrum quæstiones sint æquales numero scientijs. 407
An si est sit quæstio. 408
An quid est sit quæstio. 409
vtrum esse existere sit de essentia. 410
vtrum quæstio quid est præsupponat si est. 412
An esse quod est actualiter essentiæ sit differentia. 414
An omnis quæstio sit quæstio medij. 415
An quod quid possit demonstrari. 416
An medium in demonstratione sit diffinitio subiecti vel passionis. 417
An contingat demonstrare per omnes causas. 420
An quælibet pars diffinitionis sit in plusquam diffinitum. 421
An differentiæ substantiales possint nobis innotescere. 423
An diffinientem necesse sit scire omnia. 424

FINIS.

IOANNIS DVNS SCOTI,

DOCTORIS SVBTILIS ORDINIS Minorum, Theologorum omnium Principis.

Super Vniuersalibus Porphyrij Quæstiones acutissimę.

QVAESTIO PRIMA.

IRCA logicalia diligenter intendens, vt veritates, quę in eis sunt dubiæ clarius elucelcant, mouendo dubia, primo supra librũ Porphyrij quæro, vtrũ Logica sit sciẽtia; Videt quod non: modus sciendi, non est scientia, logica est modus sciendi, ergo &c. maior patet à simili, quia modus videndi non est visus, probo minorem per Aristot. secundo metaphy. absurdum est simul quærere scientiam & modum sciendi, vbi Commẽtator exponit modum sciẽdi idest logicam. ¶ Item 6. metaph. distinguit Arist. scientias in mathematicam, naturalem, & diuinam siue metaphysicam, sub quarum nulla continetur logica. ¶ Item illud quod procedit ex communibus non est scientia, quia scientia est ex proprijs sicut & demonstratio, per Aristot. primo poster. logica est ex communib. ergo non est scientia. ¶ Ad oppositum, scientia est effectus demonstrationis, in logica autem multa demonstratiuè concluduntur, ergo &c. ¶ Item hæc est per se vera, logicus est sciens: ergo logica est scientia: quia à concretis, vbi est prædicatio per se, tenet consequentia ad abstracta.

Cont. 1.

2

Cont. 2.

3

Dicendum, quod logica est scientia. quę n. in ea docentur,

demonstratiue concluduntur, sicut in alijs scientijs. ergo sciũ-
1. poster. tur, quia demonstratio est syllogismus faciens scire, sicut etiã
vbi sn. in logica omnia requisita ad demonstrationem vt subiectum,
& passio demonstrabilis de subiecto per mediũ quod est dif-
finitio. ¶ Intelligendum est tñ, ꝙ logica dupliciter considerat.
Vno modo inquãtũ est docẽs, & sic ex necessarijs & proprijs
principijs procedit ad necessarias cõclusiones, & sic est scien-
tia. Alio modo inquantum vtimur ea applicando eam ad illa,
in quib. est vsus & sic non est ex proprijs, sed ex communib.
nec sic est scientia, sicut patet in naturalib. vbi Arist. adducit ra
tiones logicas, quæ procedunt ex medio communi, & non fa-
ciunt scire propriè loquẽdo. ¶ Ad primũ dr, quod modus sciẽ
di non est scientia specialis, potest tñ esse cõis. ¶ Contra hoc, si
hæc est vera, aliquo modo modus sciendi est scientia cum sit
p̃dicatio in abstracto, ergo erit per se primo modo, consequẽs
est falsum, ergo & antecedens, consequentia patet, quia om-
nis prædicatio in abstracto est essentialiter vera, sed falsitas cõ
sequẽtis patet, quia in intellectu subiecti nõ includit p̃dicatũ
¶ Item modus sciẽdi est posterior scire, ergo posterior q̃ sciẽ
tia, quia scire posterius est, quàm scientia. Ideo videtur aliter, ꝙ
minor est falsa, formaliter loquendo. Ad eius probationem di
ci potest, quod illa expositio debet intelligi materialiter, & &
ita hæc prædicatio, modus sciendi est scientia, est vera, quia lo
gica docet modum sciendi pro tanto, quia est de syllogismo,
vel de argumento per quod tantum habetur scientia ¶ Aliter
dici potest, quod si exponatur modus sciendi per logicam, co
pulatio non debet cadere inter scientiam & modum sciendi:
sed inter quærere scientiam, & quærere modum sciendi: nam
hoc quærere est illud quærere, p̃p concomitantiã, sicut quæ-
rere aliquid est quærere illud, quod est sibi necessario coniun
ctum, licèt vnum non sit reliquum. ¶ Ad secundum dico, ꝙ
distinguit ibi scientias reales, cuiusmodi non est logica, sed est
sciẽtia rõnalis. ¶ Ad tertium patet, ꝙ logica per propria prin-
cipia ostẽdit passiones, licet eius vsus sit circa communia &c.

QVÆSTIO II.

QVæritur vtrum logica sit scientia communis? Quod non
videtur, quia communitas scientię à communitate subie-
cti. Subiectum autem logicæ distinctum est à subie
ctis aliarum scientiarum, ergo &c.

¶ Ad

¶ Ad oppositum arguitur per Boetium. logica est de secundis intentionib. applicatis primis. illę autem sunt communes, & applicabiles omnibus primis.

Dicendum, quod scientia dicitur communis à subiecto. potest igitur intelligi cōmunis, vel quia subiectum eius est prædicabile de subiectis aliarum scientiarum, vel quia eius subiectum cadit in vsum omnium aliarum scientiarum. Primo modo non est communis logica per se, nisi forte per accidens. Si autem subiectum eius sit applicabile omnib. alijs scientijs, secundo modo logica est communis quia omnes sciētiæ vtuntur syllogismo, & alijs, de quibus est logica.

QVÆSTIO III.

QVæritur de subiecto logicæ an sit syllogismus. Quod nō videtur. quia omnis scientia est per syllogismum. si ergo de syllogismo sit scientia, hoc erit per syllog. quod falsum est. Tum quia syllogismus de quo quæritur scientia est ignotus. Syllogismus autem per quem habetur scientia, est ignotus, sed per ignotum, nihil scitur. Tum quia quæro de syllogismo per quem habetur scientia, aut de illo est scientia, aut non. si non, pari ratione nec de syllogismo in communi, quia quod scitur de cōi, scitur de quolibet particulari. non sic, ergo per alium syllog. & sic erit procedere in infinitū in syllogismis, ad habendum scientiam, quod est inconueniens, quia tūc nihil sciretur. infinitum. n. est ignorum. per Aristot. primo posteriorum, igitur idem notum & ignotum. ¶ Item nihil est subiectum totius & partis, syllogismus aūt est subiectum partis logicæ, scilicet libri priorum. ergo. ¶ Item syllogismus nunquam fuit in sensu. ergo nec in intellectu. consequentia patet per Arist in de sensu & sensato.

¶ Ad oppositum passiones syllogismi in logica principaliter de eo demonstrantur, & de alijs propter ipsum. ergo &c.

Dicitur quod subiectum logicæ est conceptus formatus ab actu rationis, quia ille cōis est omnibus in logica cōsideratis. nam cum actus rationis sit triplex. Primus scilicet indiuisibilium intelligentia. Secundus, compositio vel diuisio istorum simplicium, seu indiuisibilium. Tertius est discursus formatus à noto ad ignotum. De conceptu formato à primo actu rationis est liber prædicamentorum, qui est de incomplexo. De conceptu formato à secūdo actu, est liber perihermenias,

qui est de enunciatione. De conceptu formato per tertium actum est, tota noua logica, quæ est de syllogismo, & de eius partibus subiectiuis. ¶ Aliter ponitur, quod est de secundis intentionibus applicatis primis, sicut dicit Boe. quia illę sunt communes omnibus in logica determinatis. Tertio modo po-
Cont. 5. nitur ens esse subiectum. quia per Arist. 4. meta. circa idem laborant metaphysicus, dialecticus & sophista. metaph. autē laborat circa ens. igitur. Quarto modo ponitur oratio, quia de ipsa & eius partibus determinatur in veteri & noua logica, cum sit genus enunciationis. & ponitur etiam in diffinitione syllogismi primo priorum. Quinto ponitur argumētatio, quia de eius speciebus & eius partibus est tota logica. Sexto modo ponitur syllogismus, quia omnia alia, quæ in logica cō siderantur, propter ipsum considerantur. ¶ Ad videndum autem quæ istarum positionum sit verior notandum, quod tres sunt conditiones præcipuæ subiecti in scientia. Prima videlicet quod sit notum quid est, & quia est, nam hæc duo, vt inquit Arist. primo poste. oportet præsupponere de omni su-
Tex. 2. biecto demonstrationis. Secūda est, quod per eius quod quid est demonstrentur in scientia passiones illius subiecti de eo. Tertia est, quod ad ipsum alia omnia in scientia determinata reducantur, & propter ipsum considerentur, aliter enim ab eius vnitate non esset vnitas scientię. Duæ primo conditiones de sunt tribus primis positionibus, quia nullius eorum subiectorum secundum rationem generalem, vt ponuntur, subiecto habetur diffinitio in logica, nec permittitur, vt principium scientię, nec passio aliqua de eis demonstretur in generali. ergo quodlibet illorum est nimis commune subiectum. Etiam non differunt istę tres positiones inter se, quod manifestum est de prima & secunda de tertia autem probatur, quia aut ens reale est subiectum huius scientię, aut ens rationis. Si primo modo ergo hęc scientia est realis. quod falsum est. si secundo modo. aut ergo tantum de ente rationis ideſt considerato ab intellectu. aut de ente rationis ideſt causato à ratione si primo modo. sic adhuc poterit esse realis. nam nihil est subiectum alicuius scientiæ nisi vt consideratum à ratione, quia non nisi vt est vniuersale. ergo oportet dare, quod sit de ente causato à ratione, quod est idem cum alijs duabus. ¶ Ad ratio nem quidem pro prima positione patet argumentum non valere, quia arguitur ab insufficienti diuisione, & facit falla-

ciam

tiam consequentis; patet, quia desunt aliæ duæ conditiones subiecti. ¶ Ad auctoritatem Boetij dico, quod logica est de illis. sed illa non sunt primum subiectum, sed sunt communiora subiecto, sicut dicimus, quod omni scientia est de ente, quia nulla est de non ente.

¶ Ad rationem positionis tertiæ dico, quod laborant circa idem, non quod idem sit subiectum, sed quia in logica consideratur illud per quod circa omnia conuenit laborare, nam circa multa laboratur in scientia, non tamē propter hoc quod libet illorum est principale subiectum illius scientiæ ¶ Quarto scilicet orationi deficit secunda conditio & tertia, & quod accipitur, quod conuenit syllogismo dico, quod non conuenit nisi æquiuoce ei, & enunciationi, & æquiuocum non est subiectum in scientia, quia non potest diffiniri, sumitur enim in diffinitione syllogismi pro argumentatione. ¶ Quinto scilicet argumentationi deest primum, non enim ab Aristotele, vsquā diffinitur argumentatio in communi, nec ponitur eius diffinitio, vt principium scientiæ, licet Boetius eam diffiniat in topicis sui. Secundum etiam de est sibi, vt manifestum est secundum rationem generalem. Tertium etiam probo, quia vel est æquiuocum, & tunc manifestum est, quod ab eius vnitate non est vnitas scientiæ nec scientia vna, cum tunc non sit vnum scibile, nec vnum intelligibile, vel est analogum ad cōtenta sub ea, & tunc scientia non erit vna ab ipso, sed ab vnitate principalis, ad quod omnia alia attribuitur, & illud est syllogismus sicut vnitas metaphysicæ est ab vnitate substantiæ, ad quam omnia alia entia attribuuntur.

¶ Dicendum ergo, quod subiectum primum, & proprium logicæ est syllogismus, habet enim primam cōditionem, quia statim post determinationē de eius partibus in veteri logica, in primo priorum præmittit eius diffinitionem. Et secundam habet, quia in eodem multas passiones de ipso ostendit per illam diffinitionem, vt modum & figuram in illis de esse, & in modalibus, vt habere tres terminos in illo capitulo. Quoniam igitur in illis figuris, per hoc quod est ex necessitate accidere conclusionem &c. Et tertiam similiter habet, propter ipsum enim in veteri logica determinatur de eius partibus integralibus scilicet de incomplexo & nunciatione, & de partibus subiectiui in libro topicorum, priorum posteriorum, & de alijs speciebus argumentationis, quia illa reducuntur

Cap. 1.

antur ad ipsum, sicut imperfectum ad perfectum, & de syllogismo sophistico, vt de priuatione eius quia eiusdem est cognoscere, habitum & priuationem, sic ergo penes eius diuisionem & attributa illi patet diuisio logicæ.

¶ Ad primum argumentum concedo, quod scientia est de syllogismo per syllogismum aliquem particularem. ¶ Ad primum contra hoc dico, quod syllogismus iste per quem habetur scientia notus est quoad veritatem præmissarum, quia sunt propositiones immediatæ illatiuæ conclusionis, & quantum ad illationē cōclusionis, ex præmissis, quia illatio est per se manifesta, cum syllogismus perfectus sit, qui nullius indiget ad hoc vt appareat necessarius, primo priorum, ideſt ad hoc, vt manifestum sit conclusionem sequi ex præmissis. Sed iste syllogismus per quem habetur scientia est ignotus, quo ad passionem illam, quæ demonstratur de syllogismo in communi. secūdum quam ipse syllogismus in communi est ignotus, non enim quæritur cognitio de syllogismo in communi, nisi quo ad passionem, & ita non est idem notum & ignotum secundum idem.

Cap. 2.

¶ Ad aliud contra hoc dico, quod scientia est de syllogismo, & per quem est scientia: & cum quæritur per quem syllogismum, dico, quod per seipsum, quia inquantum per ipsum ostenditur passio aliqua de communi syllogismo, ostenditur de seipso inquantum est syllogismus, nec aliter est scientia de particulari. ¶ Ad secundum principale argumentum dico, quod syllogis. quo ad proprietates formaliter ipsum consequentes est subiectum libri priorum, est autem subiectum totius logicæ quoad omnes passiones in se, vel in suis partibus integralibus & subiectiuis, vel reducibilib. ad ipsum, nec oportet subiectum prædicari de omnib. in sciētia considerātis, sed esse id propter quod alia considerantur, vt patet de subiecto naturalis scientiæ, quod est corpus mobile. ibi agitur de motu & natura, quæ non sunt corpus mobile.

¶ Vel potest dici, quod maior est falsa, in scientijs, quando subiectum totius multa requirit determinari, propter eius cognitionem, tunc enim de illis multis oportet in illa scientia considerare, & cum hoc de ipso subiecto, ergo aliqua pars sciētiæ erit de illo subiecto, secundum se propriè, quod est subiectum totius, ita est hic, vt patet de libro physicorum, respectu totius sciētiæ naturalis. ¶ Ad tertium dico, quod illa propositio

tio Aristot. nihil est in intellectu, quin prius fuerit in sensu, vera est de eo, quod est primum intelligibile, quod est scilicet quod quid est rei materialis, nō autem de omnibus per se intelligibilib. quia multa per se intelliguntur non quia speciem faciunt in sensu, sed per reflexionem intellectus, & ita est de syllogismo, in plus enim est per se, quam primò, ut dicitur primo posteriorum, Isocheles enim per se habet tres angulos, sed non primo. ¶ In speciali circa librum Porphyrij, quærēdum est de vniuersali. Et quia omnem quæstionem præcedit, quid dicitur per nomen. Ideo notandum, quod vniuersale sicut cetera concreta tripliciter sumitur. Quandoque enim sumitur pro subiecto idest pro re primæ intentionis, cui applicatur intentio vniuersalis. & hoc modo vniuersale est primum obiectum intellectus. Quandoque sumitur pro forma, scilicet pro re secundæ intentionis causata ab intellectu & applicabili rebus primæ intentionis, & sic loquitur logicus proprie de vniuersali. Tertio modo pro aggregato ex subiecto & forma, & illud est ens per accidens, quia aggregat diuersas naturas ex quibus non fit vnum per se, & sic non est de consideratione alicuius artificis, quia de ente per accidens nulla est scientia per Aristo. sexto metaphysi. quia nec diffinibile. Tantum igitur de cetero de illo fiet sermo scilicet de vniuersali secundo modo sumpto, non autem de alijs &c.

QVÆSTIO. IIII.

PRimo igitur quæritur. Vtrum vniuersale sit ens? Quod nō videtur, & Boet. dicentem, omne quod est, ideo est, quia vnum numero est, vniuersale non est unum numero, quia prædicatur de plurib. vniuoce ergo, &c. ¶ Item per Arist. in prædicamentis, omne qđ est aliud à prima substantia aut dicitur de prima substātia, aut est in illa: sed vniuersale est aliud à prima substantia, & non dicitur de prima substantia, nec est in illa ergo &c. Probatio minoris, solæ secundæ substantiæ dicuntur de primis, vt patet per Aristot. vniuersale autem cum sit accidens, non est secunda substantia, nec est in primis, quia tunc prima substantia esset vniuersalis, sicut illud, in quo est albedo, est album. ¶ Item si vniuersale est ens, aut est à natura, aut ab intellectu, non à natura, quia tunc esset singulare, & terminus transmutationis: ergo ab intellectu solo, ergo est figmentum, & ita non ens.

de unione & uno.

1. *de sub stantia.*

2

3

¶ Ad oppositum vniuersale diffinitur ab Aristo. primo perihermenias, sed non entis non est diffinitio. ¶ Item per Boetium secundæ intentiones applicantur primis, non ens autem non applicatur enti.

Dicendum quod vniuersale est ens, quia sub ratione non entis, nihil intelligitur, quia intelligibile mouet intellectum, cum enim intellectus sit virtus passiua per Arist. 3. de anima, non operatur, nisi moueatur ab obiecto, non ens non potest mouere aliquid, vt obiectum, quia mouere est entis in actu, ergo nihil intelligitur sub ratione non entis, quicquid autem intelligitur, intelligitur sub ratione vniuersalis, ergo illa ratio non est omnino non ens ¶ Ad primum argumentum dico, quod Boetius intelligit de illo, quod est præter operationem intellectus, cuiusmodi non est vniuersale. ¶ Ad secundum dicitur similiter, quod Arist. sic intellexit. ¶ Contra hoc, quia probat conclusionem illam per hoc quia secundæ substantiæ dicuntur de primis, accidentia sunt in primis, secundæ autem substantiæ, vt ibi loquitur de ipsis, non sunt præter intellectus operationem, ergo non tantum intelligit de his, quæ sunt præter operationem intellectus, Probatio minoris, quia diuidit in principio capituli substantiam in pri. & secun. si ergo illa diuisio valeat, sequitur, quod membra, vt ibi intelligit, opponuntur, sed quod est secunda substantia præter operationem intellectus, non opponitur primæ substantiæ, sed est idem, ergo non intelligit de secunda substantia, quo ad illud, quod est ens præter operationem intellectus. Ideo dico, quod vniuersale dicitur de primis. ¶ Ad illud, quod est contra hoc, quia solæ secundæ substantiæ dicuntur de primis Dico, quod secundæ substantiæ, vt ibi loquitur, sunt accidentia, nō quidem realia, de quibus ponit aliud membrum, s. esse in, sed intentionalia, quibus per se competit dici de, vniuersale autem est quid communius ad secundam substantiam, quia secunda substantia dicitur vniuersale applicatum ad aliquid in genere substantiæ. ¶ Ad tertium dico, quod vniuersale est ab intellectu. Et cum dicitur, ergo est figmentum, dico quòd non sequitur, quia figmento nihil correspondet in re extra, vniuersali autem aliquid extra correspondet, à quo mouetur intellectus ad causandum talem intentionem, est enim secundum Boetium species tenuis similitudo singularium, & genus magis tenuis suarum specierum. Dico ergo, quod effectiuè

Cont. 5. & inde sæpe.

nè est ab intellectu, sed materialiter siue originaliter siue occa sionaliter est a proprietate in re, figmentū verò minime &c.

QVÆSTIO. V.

QVerituran vniuersale sit per se intelligibile? Quod non per Arist. de sensu & sen. nihil est in intellectu, quin prius fuerit in sensu, vniuersale autem nunquam fuit in sensu, ergo &c. ¶ Item omnis virtus passiua præsupponit suum obiectum in actu ante eius operationem, quia ab obiecto capit suum actum per quem potest operari, vniuersale autem non præsupponitur ab intellectu, sed causatur ab eo per Commentatorem primo de anima, ergo &c.

¶ Ad oppositum, quicquid diffinitur est per se obiectum intellectus, vniuersale diffinitur ab Aristote. i. perihermenias, ergo intelligitur.

Dicendum quòd vniuersale est per se intelligibile, quod patet sic, primum obiectum intellectus scilicet qđ, quid est intelligitur subtractione vniuersalis, illa verò ratio non est idem essentialiter cum illo quod quid est, sed modus eius accidentalis, ergo intellectus potest cognoscere differentiam inter sūm obiectum primum, & illum modum, quia potest distinguere inter omnia quæ non sunt essentialiter eadem, sed omnis virtus cognoscens per se differētiam inter aliqua duo cognoscit vtrunque extremum sub propria ratione, per Arist. secundo de anima, per hoc enim probat sensum communem esse, igitur intellectus potest cognoscere modum sine rationem vniuersalis per se & sub propria ratione, hoc enim modo reflectendo cognosci intellectus, se. & sui operationem, & modū operandi, & cętera, quæ sibi insint. ¶ Ad primum dictum est supra, quia intelligitur de primo obiecto, quod est quod quid est rei materialis. Vel aliter, quod intelligitur secundum naturam sensitiuam, ſ. de sensibilibus, cuiusmodi non est vniuersale. ¶ Ad secundum dicitur, quòd intellectus possibilis est virtus passiua, & illa præsupponit suum obiectum, sed intellectus agens non præsupponit, quia non est virtus passiua. vniuersale etiam non est obiectum eius, sed quod quid est in phātasmatibus, & vniuersale est finis eius &c.

QVÆSTIO. VI.

QVæritur vtrum vniuersale habeat aliquas proprietates? Quod non videtur, quia proprium eius non potest esse

si-

singulare, quia tunc non conuerteretur cum ipso: igitur est vniuersale, igitur non est aliud ab eo, qui proprium ponitur: quod est inconueniens, quia proprium non indicat essentiam eius, cuius est proprium, per Arist. primo topicorum.

2 Item si habeat aliquam passionem, illa inerit & omni & soli & semper, ergo erit proprium, quod est inconueniens, quia tunc illa passio cõtinebitur sub proprio, quod est species vniuersalis, & erit conuertibilis cum ipso vniuersali, quod est inconueniens, ergo &cætra. ¶ Item accidens non est subiectum accidentis, per Arist. 4. metaph. sed vniuersale est accidens, ergo &cætera. ¶ Item omnis passio est minus ens enterationis est non ens. ¶ Ad oppositum est Porphi. qui assignat aliquas conuenientias omnium quinque vniuersalium. Vnde manifestum est, quod conueniunt in aliqua proprietate, si igitur illa insit eis vniuocè, hoc erit per rationem communem, quæ est in eis, & illius communis erit primo passio, quia si passio vniuoca sit & eius subiectum primum est vniuocum, per Arist. secnndo posteriorum, igitur talis passio est ipsius vniuersalis primo.

3 Cõt. 14.

4 Con. 22. & circiter.

Dicendum, quod sic. quia diffinitio diffiniens sufficienter indicat essentiam cuiuslibet. igitur cuicunque inest aliquid conuertibiliter præter ea quæ ponuntur in eius diffinitione, illud habet tale sibi inhærens pro passione. & sic in est aliquid vniuersali, quia si diffinitio ipsius vniuersalis vera sit, quæ est prædicabile de pluribus. quæ ponitur primo periher. tũc conuertibile præter essentiam vniuersalis, erit illud, quod ponit primo poster. scilicet esse vnum in multis, & de multis, & econuerso. si illud sit diffinitio bona & vera, istud erit proprium. & ita alterutrum per diffinitionem vniuersalis de vniuersale demonstratiuè potest concludi. & ita sciri. ¶ Ad primum argumentum dico, quod passiuo ipsius vniuersalis ponatur, quòd sit a. a. est vniuersale, non q̃ sit essentialiter idem suo subiecto, sed quod vniuersale applicat sibi, vt modus eius, & erit prædicatio denominatiua, dicendo a. est vniuersale. ¶ Contra subiectum non prædicatur denominatiue de accidente, nec dicitur modus eius, ergo nec vniuersale dicitur modus suæ passionis. ¶ Dico quod vniuersale potest sumi vt quid vel vt modus. ratiõ concludit primo modo. ¶ Per idẽ id secundum dico quod est proprium denominatiue, sed nõ continetur sub proprio. possibile est enim, & maxime in intẽ

5 Cap 5. Cont. 55

tioni.

tionibus aliquid conuerti cum genere & denominari à specie. ¶ Ad tertium dico, quod accidens non est subiectum primum quod est susiltens, & suppositans ac vltimatè terminàs dependentiam eius, nam tale est sola substantia. potest tamen accidens esse proximum & immediatum subiectũ accidentis, quia est ratio susceptiua, per quam aliud inest substantię, vt superficies est subiectum albedinis. hoc modo est in accidentibus subiectum respectu suæ propriæ passionis.

¶ Ad quartum argumentum dico, quod in esse rationis sunt multi gradus sicut in esse naturæ, quia modus intelligẽdi est in vno gradu, & in alio ens intelligibile, & modus intelligendi est minus ens ente intelligibili. vnde concedo, qđ illud, quod est minus ens ente rationis in vltimo gradu, est non ens, cuiusmodi non est proprium, quod conuertitur cum vniuersali.

QVÆSTIO VII.

VIso quod vniuersale habet conditiones requisitas ad subiectum scientiæ, quia videlicet est ens, & diffinibile. & passiones habens de eo demonstrabiles quæritur nunc an ipsum vniuersale sit ipsius libri Porphyrij subiectum? Quod non videtur, quia aut vniuersale est inquantum est intentio, aut inquantum est applicabile rei, non primo modo, quia sic intentio habet à metaphysico considerari. probo, quia metaphysicus considerat quodlibet inquantum ens, igitur & intentionem inquantum est ens. igitur & intentionem inquantum est intentio, quia idem est intentio inquantum intentio, & inquantum ens. sicut idem est homo inquantum homo, & homo in quantum ens, nec secundo modo, quia sic est illud totum ens. per accidens. de quo non est scientia.

¶ Item. omnis scientia realis est de vniuersali, quia singulium non est scientia, cum igitur hæc sit scientia rationalis, 2
non erit de vniuersali. ¶ Item. hic determinatur de istis quinque sub propria ratione diuidendo, & diffiniendo quodlibet per propria sibi, nullam faciendo mentionem de vniuersali 3
secundum se, nec quoad eius, quod quid est, nec quo ad passiones. ergo hęc quinque erunt subiectum, & nõ vniuersale.

¶ Ad oppositum hæc scientia est vna, ergo habet vnum subiectum, ergo hæc quinque non sunt subiectum, nisi secundum quòd conueniunt in vno communi, quod erit primum

subie-

subiectum, & illud est vniuersale.

QVÆSTIO VIII.

IVxta hoc quæritur de vnitate istorum quinq; in hoc quod est vniuersale, an videlicet vniuersale sit vniuocum ad hęc quinque? Quod non probo, quia omne vniuocum multis se habet ad illa sub ratione alicuius vniuersalis, sed vniuersale non comparatur ad hęc quinque sub ratione vniuersalis, ego &c. probatio minoris, quia non sub ratione alicuius istorum quinque, quia nullum istorum conuenit alijs, sed quodlibet est distinctum ab alijs, si ergo sub ratione alterius, erit sextũ vniuersale. Dicitur, quòd comparatur ad hæc quinque sub ratione generis, quia prædicatur de istis in quid, & hæc inter se differunt specie. ¶ Cõtra hoc, si vniuersale est genus ad hęc quinque, ergo quodlibet istorum est species, ergo genus est species, quod est falsum, quia species opposita nõ prędicatur de alia cum hoc verbo est, sed genus & species sũt species disparatę sub vniuersali, si vniuersale ponatur genus istorũ quin
2 que. ¶ Item genus nõ prædicatur de speciebus secũdũ magis & minus per Porphirium capitulo de differentia, vniuersale prædicatur secundum magis & minus de istis, quia genus est vniuersalius quam species vel differentia, prædicatur enim de pluribus, ergo.

¶ Ad oppositum vniuersale prædicatur secũdum nomen, & secundum rationem, igitur vniuocè, consequentia patet p Arist. in principio prædicamentorum, antecedens est manifestum, quia quodlibet istorum est aptum natum dici de pluribus, per quod diffinitur vniuersale primo perihermenias.

Ad istam quæstionem dicitur, q̃ vniuersale est analogum
Cap. 5. ad hæc quinque, per prius enim dicitur de genere, per posterius verò de alijs, vt patet per tertiam rationem ad primam partem. Et secundum hoc respondetur ad aliam quæstionẽ videlicet, quod vniuersale non est hic subiectum, sed quinque vniuersalia, & tamen scientia est vna propter vnitatem primi, ad quod omnia alia attribuuntur, quod est genus. ¶ Cõtra hoc in omni genere est aliqua species, quæ perfectius participat naturam generis quam alia, ideo dicit naturalis quod in genere latent æquiuocationes, 7 ept. phys. sed logicus po-
Contex. nit genus vniuocum propter vnitatem rationis, igitur logicè
31. loquendo vniuersale poterit esse genus istorum quinq;, licet

genus

genus aliquo modo sit perfectius alijs. ¶ Item quo ad solutionem alterius qõnis non dicitur conuenienter, vt videtur, quia in principio, 7. meta. ex hoc quod substantia est primum ens, concludit Arist. qua propter solum & maxime & primũ de substantia speculandum est, ex quo accipitur, quod ad determinandum de multis dictis per attributionem ad aliquod primum, sufficit determinare de illo primo, secundum hoc igitur sufficeret Porphyrio determinare de genere tantum. Item ratio sic ponentium non concludit, quia numerus est multitudo ex vnitatib. aggregata, tamen non dicitur analogice de binario, & trinario, licet trinarius sit ex pluribus vnitatibus sed simpliciter vniuocè.

Propter hoc & propter rationem suprapositam ad oppositum qõnis, dicendum ꝙ vniuersale vniuocè prædicatur de omnib. istis quinque.

¶ Ad primum argm̃ dico, ꝙ intentio generis sibi applicatur respectu istorum quinque: cum autem dicitur, quodlibet istorum est distinctum ab alijs verum est, iõ non prædicantur de se inuicem prædicatione essentiali & exercita, nec aliquid de vno istorum sub ratione alterius, sed prædicatione signata, quia ratio generis est extranea vniuersali, quando vnitur istis ꝑ hoc verbũ est, sicut & animali qñ dr̃, homo est animal. ¶ Ad primum argumentum contra hoc concedo, quod quodlibet istorum est species, nec est inconueniens species eiusdem generis in accidentibus de se inuicem denominatiue prædicari. Contra inconueniens est in specieb. eiusdem generis, nam sicut hęc est falsa albedo ex nigredo, ita hoc album est nigrum, Dico, ꝙ non est verum vniuersaliter, licet forte in absolutis ita sit, non tamen in relatiuis, nam idem est pater & filius, qua ratione. n. sequitur, pater huius, ergo pater, pari ratione sequitur, filius huius, ergo filius, sicut igitur accidentia stant similiter, sic etiam consequentia similiter, & relatiua talia pñt dici de eodem & de se inuicem non tñ relatiuè opposita, quia nõ sunt opposita, nisi respectu eiusdem. Sunt aũt relatiua ſm cõem rõnẽ suam, pr̃. n. primo refertur ad fil. nõ pr̃ huius ad filium huius, ita in proposito genus est spẽs, sed non respectu eiusdem. Aliter dicitur ꝙ tales ꝓpositiones genus est spẽs, pñt esse verę denominatiua prædicatione, quælibet enim istarum intentionũ põt accipi vt q̃d, vel vt modus, qñ enim est illud, ꝙ intelligitur, tũc est q̃d, qñ aũt est rõ, sub qua aliquid Cap. 5.

aliquid intelligitur, tunc accipitur modus. Secundæ igitur intentiones non opponuntur, nisi vt vtraq; accipitur vt quid, vel vtraq; vt modus, hic aũt genus est spes, vera est, vt genus accipitur vt quid, quia in comparatione ad vniuersale quod est genus suum, spés vero vt modus, quia sub tali modo intelligitur genus respectu vniuersalis. Sed si inferatur, ergo prædicatur oppositũ de opposito, fit fallacia figuræ dictionis cõmutando modum in quid vel econuerso, verbi gratia plurale est singulare, hęc est vera vt plurale accipitur, vt quid, & singulare vt modus, quia qđ significatur p singulare est modus eius qđ significatur per plurale, nec sic est oppositio. Dicitur tñ, q̃ ēt singulare dicit quid, quia accipitur pro suo significato respectu subiecti, plurale dicit modum, quia accipitur pro suo modo respectu p̃dicat, nam pro re significata non ineſt sibi prædicatum, & si vtroq; modo sumatur non est dña ad propositum. ¶ Ad aliud dico, q̃ genus non est magis vniuersale, quia magis dicit intentionem formæ eius, cui adiungitur, sed est quodammodo maius vniuersale, quia extenditur ad plura, quemadmodum quaternarius est maior numerus bñario, non magis, sicut etiam vna species specialissima non dr magis species, licet plura sub se habeat contenta.

Ad primam quæstionem dicendum, quod vniuersale est huius scientiæ subiectum, cum enim tres sint principales cõditiones subiecti, vniuersale primam habet, supponitur enim hic quid est, & quia est tanquam notum: nec enim esset possimile aliquam speciem eius scire ignoto de ipso quid est, & quia est: hic autem eius species diffiniuntur, nec oportuit hic diffinitionem vniuersalis poni, quam supponit auctor sufficienter assignatam fuisse ab Arist primo periher. vel primo poster. vnde ratione vniuersalis. s. prædicari de pluribus vtitur in diffinitione istorum quinq; vniuersalium. Habet ēt secundam conditionẽ subiecti, quia si qua passio vniuoca istis qnque de his ostenditur per rõnẽ vniuersalis, illa per hoc ostenditur de vniuersali, tanquam de proprio & primo subiecto, & si de vno aliqua passio hic demonstratur per rõnẽ vniuersalis, quæ est prędicari de pluribus, ēt in hoc ostenditur de vniuersali, quia medium demonstrationis æquatur passioni, aliter esset communis, & fallacia consequentis, sed hoc fit fit hic, vt patet, quia differre ab indiuiduo demonstratur de genere per hanc particulam prędicari de pluribus, & ita suppo

nitur

nitur ante de alijs posse ostendi. ¶ Tertia conditio manifesta est, quia quodlibet istorum est eius species, cum ipsum diuidatur a Porphyrio in hęc quinque, posita enim generis diffinitione ad eius, declarationem ponit diuisionem, cuius vnũ membrum est prædicari de pluribus, per quod intelligit vniuersale, quod subdiuidit in hæc quinque. ¶ Ad primum argumentum dico, quod hæc diuisio non est per opposita, quia intentio secundum quod intentio est applicabilis rei, vnde cõcedo vtrunq; membrum, cum sint idem.

¶ Cum autem obijcitur contra primum membrum, dici põt, quod metaphycus omne ens reale considerat, non ens rõnis, cuiusmodi est vniuersale, vt hic loquitur, vel si concedatur quod considerat intentionem inquantum ens, non tamen sequitur, quod intentionem inquantum intentio, quia tamen sunt idem, quod vniuersaliter accidit, quando terminus sequens reduplicationem non significat absolutè essentiam, sicut non est idem mobile inquantum mobile, & mobile inquantum ens, per hoc patet ad exemplum de homine, quia non est simile. ¶ Quod obijcitur contra illud membrum de ente per accidens, dico, quod non est ens per accidens, sicut aggregatũ, quia res non cadit in intellectu illius totius, vt pars, sed vt terminans respectum, hoc modo intelligitur accidens in dependentia ad substãtiam, nec temen vt ens per accidens. ¶ Ad secundum, q̃ scientia realis est de vniuersali primo modo, q̃ est res, sed logica est de vniuersali secundo modo, q̃ est intentio. ¶ Ad tertiũ patet per dicta in solutione q̃stionis &c.

QVÆSTIO IX.

QVæritur de vniuersali, cũ sit accidens, vt hic loquimur, in quo est, vt in subiecto: vtrum in re, vel in intellectu. Quod non in re, probo, oẽ accidens, quod est in re, est proprium vel commune, si proprium, inest indiuiduis: licet non primo quia proprium per se primo inest speciei per se enim præsupponit de se omni. Si commune, inest primo indiuiduis, si ergo esset accidens in re, inesset primo in indiuiduis, sed hoc est falsum, quia tunc indiuiduum esset vniuersale, ergo. ¶ Item intellectus est virtus passiua, per Arist. tertio de anima, ergo non agit extra mittendo, sicut est de sensu per Arist. primo top. cum ergo causet vniuersale, non extra mittet illud, ergo non est in subiecto aliquo extra ipsum. ¶ Item

a Contex. 5. & in 2 de c. a.

ex

3 ex intellectu, & intelligibilt fit verius vnum, quam ex ma-
Cap. 5. teria & forma, per Cõment. tertio de anima, sed forma non est extra materiam, nec econuerso, igitur nec intelligibile extra intellectũ, ergo nec modus intelligibilis extra intellectũ,
Contex. igitur nec vniuersale. ¶ Ad oppositum: materia & efficiens
10 non coincidunt per Arist. secundo phy. intellectus est causa efficiens vniuersalis, ergo non est materia, ergo nec subiectũ, quia accidentia non habent aliam materiam, nisi in qua quæ-
Cap. 8. dicitur subiectum eorum. ¶ Item per Comment. super primo de anima. Intellectus facit vniuersalitatem in rebus, ergo illa est in re, non in intellectu, &c. ¶ Item accidens est in illo, vt in subiecto, quod denominat vniuersale, de denominatrem, non intellectum, igitur &c.

QVÆSTIO X.

IVxta hoc quæritur de veritate istius propositionis, homo est vniuersale, & consimilium, vbi prædicatur intentio de re. Quod sint falsæ, probo, subiectum significat veram naturam, ergo pro illa supponit prædicatum: non prædicat veram naturam, quia non significat eam igitur prædicatur nõ vera natura de vera natura, ergo oppositum de opposito.

2 ¶ Item si homo est species: & species est intentio, ergo homo est intentio, conclusio est falsa, ergo & aliqua præmissa-
3 rum, sed non minor, ergo maior. ¶ Item, omnis prædicatio vera in abstracto, est vera per se primo modo: hæc non est vera per se primo modo, homo est species: & prædicatum & subiectum sunt abstracta, ergo propositio falsa.

¶ Ad oppositum: de quocunque prædicatur diffinitio, & diffinitum: sed homo prędicatur de pluribus differentibus numero: ergo homo est species, ergo vniuersale.

QVÆSTIO XI.

IVxta hoc quæritur, an tales sint per se. Quod si videtur. Cui enim per se inest diffinitio per se, inest & diffinitum, sed homo prædicatur per se de pluribus differentibus numero, ergo
2 homo per se est species. ¶ Item quod est per se intelligibile, est per se vniuersale, homo est per se intelligibile, ergo &c. minor patet, quia per suum quod quid est, quod est idem sibi.
3 ¶ Item vniuersale conuenit homini secundum quod abstrahitur ab omni accidente, ergo non conuenit ei, vt accidens, an-

tecedens est verum, quia homo, vt coniungitur accidentibus, est singulare.

¶ Ad oppositum: per se præsupponit dici de omni, ergo si homo est per se vniuersale, omnis homo erit vniuersale, consequens est falsum, ergo & antecedens.

Ad Primam quæstionem dicendum, quod vniuersale est in re, vt in subiecto, quia illam denominat non intellectum, sed in intellectu est veluti in efficiente. & vt cognitum in cognoscente. Sciendum tamen, quod significatum termini communis significantis veram naturam, tripliciter potest considerari. Vno quidem modo secundum esse in suppositis, quod dicitur esse materiale eius, & hoc modo insunt sibi accidentia cõmunia. Secundo modo consideratur absolute secundum esse quidditatiuum, & sic insunt ei prædicata essentialia. Tertio modo vt per formam intelligibilem, ab intellectu apprehenditur, quod est esse cognitum, & sic insunt ei intentiones. Intellectus enim considerans naturam hominis vnam in multis & de multis, ab aliqua proprietate reperta in natura sic considerata, mouetur ad causandum intentionem, & illam causatam attribuit, illi naturæ, cuius est proprietas, à qua accipitur. ¶ Ad primum argumentum dico, quòd procedit de accidente reali, quod inest naturæ secundum esse materiale. ¶ Ad secundum dico, quòd non attribuit aliquam proprietatem rei per eius transmutationem, quia non est virtus factiua, potest tamen aliquam attribuere, quæ dicit habitudinem rei ad intellectum, præsertim si accipiatur à proprietate illius rei sicut attribuit modos significandi dictioni significatiuæ, qui sunt in voce, ut in subiecto, effectiuè tamen ab intellectu. ¶ Ad tertium dico, quòd illud dictum Comment. non potest intelligi, quod fiat vnum compositum ex illis, quia tunc intellectus esset compositus ex quidditatibus omnium rerum sensibilium: sed intelligendum est, quod intellectus in actu verius recipit prædicationem vnius cum intelligibili in actu, quàm materia cum forma, quia intellectus in actu est intelligibile in actu, quia per speciẽ intelligibilem in actu potest seipsum intelligere reflectendo, materia autem non est forma per hoc quòd ponitur cum forma.

Ad secundam quæstionem dicendum, quòd est vera eo modo, quo nunc dictum est accidens inesse rei, quia diffinitio intentionis inest rei, isto modo. ¶ Contra hoc species inest homini

mini secundum quod homo dicitur de pluribus &c. sed non dicitur de illis nisi secundum quod est in illis, & hoc est secundum esse materiale, ergo primo modo propositio est vera. Ad hoc dico, quod species inest homini secundum quod homo prædicatur de individuis, loquendo de prædicatione signata, non de prædicatione exercita, idest, non secundum quod est idem suppositis, quod est primum membrum diffinitionis. ¶ Ad primum argumentum dico quod vera natura potest sumi tripliciter, non tamen propositio distinguenda est, quia diuersitas suppositionis stat cum vnitate subiecti & significati. Sed est magis multiplicitas figuræ dictionis, si qua sit. Est igitur propositio simpliciter vera, quia secundum q̃ subiectum supponit veram naturam: vt tamen comparatur ad intellectum, ineſt ei tale accidens, multiplicitas enim figuræ dictionis non est vere multiplicitas, sed tantum phantastica, vnde hic non distinguitur sortes est homo, sed esset falsa, si acciperetur homo, vt accipitur hic. homo est species. ¶ Ad secundum dico, quod hæc est falsa, species est intentio sicut hæc, album est color, quia species denominatiuè importat aliud, quàm intentio in abstracto. Contra, tunc hæc est vera, species est intentionale, & ita sequitur, ergo homo est intentionale. Dici potest, quod hic est fallacia accidentis, quia species respectu hominis accipitur vt modus, respectu vero intentionis vt q̃d, quia quodlibet in suo genere est quid. ¶ Ad tertium dico, q̃d non est ibi prædicatio in abstracto, quia species est concretũ, & denominatiue prædicatur de re.

Ad Tertiam quæstionem dicendum, quòd tales non sunt per se, quod patet de primo modo prædicatur enim in primo modo diffinitio, vel pars diffinitionis de diffinito. Impossibile est autem aliquam rem secundæ intentionis diffinire rem primæ intentionis, quia tunc illa res secundum suam essentiam partim esset a natura, & partim ab intellectu, & ita à diuersis non ordinatis, quare non esset vnum essentialiter, ergo impossibile est aliquam intentionem per se primo prædicari de re. Nec secundo modo, quia non causatur intentio ex per se principijs subiecti. Nec quarto modo quia res non est causa efficiens intentionis: sed intellectus. Nec vniuersaliter aliquo alio modo: quia tunc esset natura sufficiens causa talis accidentis. In quocunque igitur esset illa natura, illa ineſſet accidens, quod falsum est. ¶ Ad primum argumentum negatur

minor: Contra, si nō prędicatur per se prędicat per accidens, igitur hæc est per accidens homo est animal, etiam ista responsio est contra communem modum loquendi. Ideo dico, quod ly per se in minori potest determinare inhærentiam huius prędicati, prædicatur de pluribus. Vel inhærens scilicet prædicatum. Primo modo est falsa, & sequitur conclusio falsa. Secundo vero modo est vera, non tamen infert tunc consequens sic, simile patet hic: accidens est per se determinat inhærentiam: vera est: si inhærens, falsa. ¶ Ad secūdum per idem minor est vera: vt per se determinat inhærentiam: & sic maior est falsa. ¶ Ad tertium dico, quòd vniuersale inest homini, vt abstrahitur ab omni accidente reali, quod sequitur ipsum secundum esse materiale, non autē ab accidente intentionali, quare &c.

QVÆSTIO. XII.

QVæritur de numero vniuersaliūm. Vtrum sint tantum quinque? Quod non videtur, quia prædicari est vniuersali proprium, quot igitur sunt prędicata, tot vniuersalia. Sed primo top. non ponuntur nisi quatuor prædicata, igitur &c. Per idem ostenditur, quod sint tantum tria, quia ibi non ponuntur species & differentiæ, igitur ista non sunt vniuersalia. Et quòd sint sex, probatur, quia ibi ponitur diffinitio. igitur præter hæc quinque illud est sextum vniuersale. *Cap. 3.*

¶ Item quot modis dicitur vnum propositorum, tot modis, & reliquum, per Aristot. primo topi. vniuersale & singulare sunt opposita, & singularia sunt infinita, ergo & vniuersalia. *Cap. 12.*

¶ Item individuum est vniuersale, quia prædicatur de pluribus, & nullum istorum quinque est, vt patet inductiuè. igitur &c. ¶ Item ens est vniuersale, & non est genus per Aristot. tertio metaph. prædicatur enim per se de differentia, nec est species quia tunc habebit genus supra se, nec est aliquod aliorum trium vniuersalium, quia ista prædicantur in quale, ens vero prædicatur in quid de omnibus, vt patet per Aristot. 8. metaph. 3 4 *Coniect.* 10.

¶ Ad oppositum est Porphyrius.

Dicendum, quòd sunt tantum 5. vniuersalia, sed illud diuersimodè ponitur, vno quidem modo accipitur eorum sufficientia sic, vniuersale vel significat substātiam, vel accidens, si substantiam, vel totum, vel partem, si partem, vel materialem, & sic est genus, vel formalem, & sic est differētia, vel totam sub-

stantiam,& fiet species. Species enim dicit totum esse indiuiduorum. Si accidens vel conuertibile, & sic est proprium, vel non conuertibile,& sic est quintum vniuersale. s. accidēs. Cum ergo non sit possibile significari aliquid dicibile de pluribus,nisi aliquo istorum modorum,non erunt nisi hæc quinque vniuersalia. ¶ Contra hunc modum,vniuersalia cum sint intentiones secundæ,accidunt rebus primæ intentionis,sed nihil per se distinguitur secundum illud,cui accidit, ergo nec intentiones distinguuntur per se penes res,sed logicus per se cōsiderat intentiones,ergo hæc diuisio non est logicalis. ¶ Item omnia vniuersalia inueniuntur in genere accidentis, ergo male distinguuntur per significare substātiam vel accidens. Ideo datur aliter eorum sufficientia penes ordinari. Dicitur enim, quòd quia hic liber immediate ordinatur ad librum prædicamentorum, vbi determinatur de ordinabili in genere, Ideo hic loquitur de vniuersālibus secundum quod in genere sunt ordinabilia,& datur sic eorum sufficientia. Ordo enim potest esse eorū quæ sunt in eodem genere inter se: vel eorum quæ sunt in vno genere ad illa quæ sunt in alio genere. In eodem genere potest esse ordo directus secundum sub & supra, & sic sunt duo vniuersalia scilicet genus & species: vel indirectus,& sic est differentia quæ est indirecte supra speciem, & sub genere. Accidentium autem ad substantiam est ordo conuertibilium,vel non conuertibilium,& sic sunt alia duo vniuersalia.

¶ Contra hunc modum arguitur: quia aliqua secundum, quod sunt ordinabilia in genere, secundum sub & supra sunt prædicabilia & subijcibilia,ergo hic determinatur de illis inquantum sunt prædicabilia & subijcibilia. ¶ Item vnumquodque diffinitur hic per prædicari,vel ei equiualens. ¶ Item si per hoc bene datur diuersitas inter hunc librum & librum topicorum: tunc differentia magis ibi esset enumerāda,quàm hic,cum magis habeat rationem predicabilis,quam ordinabilis. ¶ Item individuum est per se ordinabile in genere,ergo licet non prædicetur,proprietamen esset ponendum hic sextum vniuersale,quia per sic dicentes hic non agitur de illis inquantum sunt prædicabilia, sed inquantum ordinabilia. ¶ Item sicut accidentia ordinem habent ad subiectum eorum,quod est substantia vel aliquod accidens, ita subiectum ad accidēs,ergo ex parte subiecti accipi possunt duo alia vniuersa-

uersalia penes eius ordinationem duplicem accidens, sicut est à parte accidentis.

Propter istas tres rationes omittendus est iste modus: & dicendum aliter quod eorum sufficientia accipitur penes prædicari sic. Prædicari enim diuiditur in prædicari, in quid, & in quale, tanquam in per se differētias, quia isti sunt primi modi p̄dicandi, p̄dicari in quid est p̄dicare essentiā subiecti per modū essentię p modū subsistentis, & non denominantis, & hoc contingit dupliciter, vel q̄ prędicet totam essentiam subiecti & sic est species: sic enim aliquid esset in essentia individui prēter essentiam speciei duo individua essentialiter differēt, & per differentias acceptas ab illo, quod plus est, in hoc & in illo posset species formaliter diuidui, & individuum diffiniri, quod est inconueniens: Si vero partem essentię, sic est genus. Si enim totam ipsum genus speciei essentiam diceret, sufficeret ad diffiniendum speciem, & differentia superfluere.

¶ Prędicari in quale, est prędicari per modum denominantis, quod contingit dupliciter, vel quod prędicet subiecti essentiam per modum denominantis, & tunc prædicatur, in quale substantiale sine essentiale, & sic est differētia. Est enim differentia substantiæ, qualitas, per Arist. 5. metaph. vel quod prędicet accidens per modum denominantis, & tunc prędicatur in quale accidentale, vel ergo prędicat accidens conuertibile egrediens à principijs subiecti, & sic est proprium, vel accidens commune, & sic est vltimum vniuersale, nam de tali accidente se exponit Porphyr. intelligere, ubi ponit diuisionem ad declarandum diffinitionem generis, cum igitur prædicari de pluribus non contingat nisi aliquo istorum quinq; modorum, qui per se diuidunt prędicari de pluribus, quod est ratio ipsius vniuersalis, & sequitur quòd vniuersale diuiditur in hæc quinque tantum, hæc diuisio videtur esse conueniens, quia diuidit rationem generis per differentias per se. Et ex hoc etiam non tantum patet sufficientia vniuersalium, sed et ordo, & ratio ordinis quem tenet Porphyr. in determinando de istis. ¶ Contra hunc modum obijcitur, quia si hic determinatur de istis quinque secundum q̄ sunt prædicabilia, & ita loquitur Aristot. primo top. de eis, tunc videtur, q̄ non possit solui controuersia hic, & ibi, sed hoc patebit respondendo ad argumenta.

¶ Ad primum argumentum dico, quòd Arist. in 1. top. di-

nerificat prædicata penes hoc, quod est prodicare essentiam vel non, conuertibiliter vel non, & sic non contingit esse, nisi illa quatuor quę ponit ibi, hic autem, licet consideretur de vniuersalibus, penes prædicari: non tamen quo ad illa quæ ibi, quia istorum quinque tantum vnum prædicatur conuertibiliter, tria prædicant essentiam, non conuertibiliter, sed penes prædicari in quid, vel in quale, vt prius dictū est, Nō ponit ergo ibi differentiam, quia illa, vt ibi dicitur, reducitur ad genus: prædicat enim essentiam subiecti non conuertibiliter. Vnde quarto top. vbi docetur construere & interimere genus, docetur etiam hoc de differentia, aliqua est etiam differentia vltima & specifica, quæ conuertitur cum specie, & prædicatur de ea conuersim, quæ reducenda est ad diffinitionem, & forte propter talem diuersitatem differentiarum nō posuit differentiam cum aliquo vno prædicato. Diffinitionē hic non ponit, quia non habet aliquem vnum modum prædicandi in quid vel in quale Speciem ibi non ponit, vel quia reducitur ad diffinitionē, cum diffinitio sit proprium speciei, vel potius ad genus, quia species scilicet prædicatur de quo prædicatur essentialiter, non conuertibiliter. Et ideo ex quarto top. habentur considerationes, interimendi, vel construēdi problemma de specie, sicut de genere. Vel quidem species non est prædicatum propositionis dialectice, quia illa nō est communiter singularis, excludit. n. Ari. 1. top. ab intentione dialectica illa quæ sunt manifesta sensui. Non oportet autem omne problemma, nec omnem positionem considerare, sed quando dubitabit aliquis ratione indigentium non pœna vel sensu, minimum autem commune est species, & ideo magis subijcitur in propositione dialectica, quam prædicetur. Ad secundū dico, quod iste est sensus illius propositionis, quorsūt significata vnius oppositi, tot & alterius, si secundum omnem significationem alterum sibi opponatur. non quot suppositā, ideo non est ad propositum ¶ Ad tertium dico, quod indiuiduum est species respectu intentionis, & quomodo intentio disparata prædicatur de altera, dictum est superius, q. 8. Ad quartum dicendum ꝙ ens est æquiuocum, ideo non prædicatur ideſt prius alio dicitur, quia quod nō est prius alio est vniuocum, ideo nec est vniuersale. Contra, accipiatur ens in genere substantiæ ibi est vniuocum, ergo vniuersale, & nullum istorum quinque: vt argutum est prius. Dicitur quod adhuc

Cap 9.

in gene-

in genere substantiæ est æquiuocum ad tria, impossibile est aliquod vniuocũ prædicari per se primo modo de speciebus & differentijs, vel de differentia vna & alia opposita, nisi differentia superior de differentijs inferioribus oppositis prædicaretur vniuoce, & tunc respectu eius, differentiæ specierum essent species in recta linea, & per consequẽs differentię respectu specierum, quarum sunt differẽtiæ essent genera, quo est impossibile, ideo ens in substantia est æquiuocum, vt dicitur de speciebus in genere & differentijs ex vna parte, & de differentijs oppositis, & ideo concedit Aut, quod tria sunt prima entia in quolibet genere non tamen tot prædicamenta, quia duæ coordinationes differentiarum in omni genere reducuntur ad coordinationem specierum.

¶ *Etenim primum principiũ est vniuscuiusq; generationis quemadmodum & pater &c. Cap. 2.*

QVÆSTIO XIII.

QVæritur an locus sit generationis principium, quemadmodum, & pater? Quod non videtur, quia pater est principium per se: locus vero per accidens, quia non mouet, Item si sic igitur & tempus erit generationis principium, quia est mensura extrinseca sicut locus. ¶ Ad oppositum est Porph.

Ad quæstionem dicendum, ꝙ propositio est vera, si attẽdatur similitudo quo ad genus causę, quia vtrunque est in genere causę efficientis, sic intelligit Porphyr. ideo dicit principiũ quod appropriate conuenit efficienti. Falsa est autem similitudo, si intelligatur quo ad omnem modum causæ, nam pater est p se efficiens, locus vero tantũ per accidens scilicet coadiuuans ad generationem, & conseruans, differentia membrorum istius distinctionis patet 2. phy. & 5. meta. ¶ Ad argumẽta. ¶ Ad primum patet. Ad secundum dico, ꝙ tempus non p se coadiuuat ad generationem, nec saluat generatum, sed magis est causa corruptionis per se, vt ostenditur 4. phys. *Cõtra 33 Contex. 3. Contex. 117.*

¶ *Tripliciter igitur cum genus dicatur: de tertio apud philosophos sumo est quod etiam describentes assignauerunt, dicentes genus esse, quod de pluribus differentibus specie in eo quod quid sit prædicatur, &c. Cap. 10.*

QVÆSTIO XIIII.

CIrca hanc diffinitionem prædicatur de pluribus &cet. ¶ Quæritur primo, quid hic diffiniatur, an intentio, an res, q̄ non intentio videtur, quia intentio cum sit accidens, non prædicatur in quid de re, quod autem hic diffinitur, prædicatur in quid de re. ¶ Item intentio non prædicatur in qd, nisi de hac intentione, & illa quæ tantum differunt materialiter & numeraliter, dria autem specifica est formalis, quid autem hic diffinitur, prædicatur de plurib. differentib. specie in quid: assumptum, patet, quia intentio generis in aiali & colore non differunt, nisi per illud, cui applicatur intentio accidentaliter. ¶ Item si hic diffiniatur intentio generis, pari rōne intentio speciei, postea, ergo cum istę intentiones sint disparatæ, & disparatum non prædicatur de disparato, sequitur ergo, q̄ genus non prædicatur de specie, vt hic loquitur Porphy. cuius oppositū dicit Porphy. ca. de species. ¶ Item Porphy. exponendo diffinitionem, exemplificat de aiali & homine, ergo de illis intendit diffinitionem dare, aliter exemplum non esset ad propositum.

¶ Ad oppositum logicus tm̄ debet diffinire quod per se cōsiderat: illud est intentio, ergo &c. Maior patet, quia quicquid diffinitur ab aliquo, cognoscitur ab eo, ſm suum quod quid est, & ita p se, ꝓbatio minoris: qd̄ primo consideratur a logico, est aliquid cōe habens vnum intellectum, quia ens p accidens non est scibile, aut ergo illud est res & sic a primo cōsiderato diceretur logicus artifex realis: aut intentio, quid est propositum.

Ad quæstionē dicitur, q̄ res sub intentione diffinitur, quia sic res a logico consideratur. Et sic patet. ¶ Contrā hoc, qd̄ hic diffinitur vniuocē conuenit rebus oīum generū, vt animali colori figuræ &c. quia ſm idem nomen & diffinitionē eandem: sed impssibile est aliquā rē qualemcunque sub intentione conuenire vniuocē rebus oīum generū, ergo probatio mīnoris: res. n. non potest cōiori noīe significari, q̄ per hoc nomen ens, si ergo res aliqua sub intētione oībus esset vniuoca, ens sub intentione gn̄is posset esse vniuocum illis: & ita tm̄ vnum esset genus rerum oīum. Dr̄, q̄ res illa q̄ hic diffinitur, non est vniuoca: sed tm̄ hēt proportionis vnitatem: modus tm̄ sub quo diffinitur est vniuocus diuersis generibus. ¶ Contra

ma. si res sub intentione diffinitur: tunc res per accidens diffinitur, quia per hoc q̃ intentio sibi accidit: sed omne per accidens reducit ad aliquod per se: a quo illud dr̃ per accidens: cum ergo res non habeat nisi ab intentione qđ hic diffiniatur, sequitur, q̃ intentio per se hic diffinitur. Item si res per accidens diffinitur: quia vt sub intentione quæ sibi accidit, ergo non diffinit: quia diffinitio conuenit diffinito per se.

Dicendum igitur, q̃ res nullo modo diffinitur propter rationes factas, nec aggregatum, quia illud est ens per accidens, cuius non est diffinitio per Arist. 6. & 7. metaph. nec res sub intentione, quia illud vel erit aggregatum, vel res, vel intentio, sed intentio sola diffinitur. Tantum. n. illud diffinitur, cui per se primo inest diffinitio, & illud est sola intētio, quia quę ponuntur in diffinitione sunt intentionalia. s. prędicari de pluribus &c. quod est impossibile per se primo conuenire nisi intentioni. Sciendum tñ, q̃ intentio potest significari in cōcreto, vel in abstracto. Primo modo significatur per hoc nomen, genus, & propriè secundum quòd intentio, quia secundum hoc est applicabilis rei, & ideo secundum quòd significatur per hoc nomen genus, diffinitur hic vt. s. est intentio: tamen forte, vt quid est, habet diffiniri a metaphysico.

¶ Propter argumenta sciendum est, q̃ prædicari cū sit intentio, est intentionum p se, rei verò per accidens, esse verò est rei per se. Aliud sciendum, quòd esse in rebus primę intentionis, illud exercet, quod prædicari signat in secundis intentionibus. Ex quibus sequitur, q̃ nomina concreta secundæ intentionis respectu huius, qđ est prædicari: supponatnr p̃ suis fundamentis, siue substantijs, respectu esse. Ex quo sequitur, q̃ a prędicari signato ad prædicari exercitum siue ad esse, non tenet consequentia per se, in eisdem terminis, sed a prædicari per se in intentionibus ad esse in fundamentis bene tenet consequentia sic: genus prædicatur de specie, ergo homo est animal hic. n. exercetur in prima, quod signatur in secunda, dr̃ia inter actū signatū & exercitū patet in multis, per non enim exercetur negatio: per nego verò signatur: per tm̃ similiter exercetur exclusio: per excludo signatur, & ita de p̃ter & excipi, & aliis. Iō sic est arguendum, ad negationem superioris sequitur negatio inferioris, ergo si non est aīal, non est homo, vbi exercetur, quod prius per se signatum fuit, p̃ hoc q̃ dico sequitur, & ita hic pro intentionibus superioris &

inferioris ponuntur fundamenta, ſ. homo & aial. ¶ Contra hoc, quia ſequitur, aial prædicatur de homine, ergo homo eſt animal. & tamen ſit in eiſdem terminis. Dico, ꝙ conſequens poteſt eſſe verum, ſed non propter antecedens, quia manifeſtum eſt, ꝙ conſequens eſt per ſe, & antecedens per accidens, verius autem ſuam veritatem non habet a minus vero: vnde non valet conſequentia. Vel poteſt dici, ꝙ non ſunt iidem termini antecedentis & conſequentis quia in antecedente ſumũtur, vt ſignificata informantur intentionibus, quibus conuenit prædicari per ſe, in conſequente pro ſignificatis abſolute, quibus, vt ſic extraneantur iſtæ intentiones, & iſta non ſunt idem termini quia tanta diuerſitas ſufficit ad fallaciam accidentis: igitur & ad diuerſificandum terminum, quia terminus variatus in fallacia accidentis, eſt duo termini. ¶ Ad primum arg. dico, quòd intentio non eſt quid rei, prædicatur tamen in quid de re, ita quòd in quid ſit determinatio inhærentis non inhærentiæ, quia prædicari in quid, eſt accidens, quia intentio, ſicut & diffinitum. ¶ Ad ſecundum patet per idem, quia hæc intentio genus non eſt, quid, niſi tantum numero differentium, prædicatur tamen de differentibus ſpecie. ¶ Ad tertium per idem, quia genus prædicatur de ſpecie, licet intentiones ſint diſparatæ, non tamen vnum eſt alterum. ¶ Ad quartum dico, ꝙ illud, quod ſignatur per diffinitionem in intentionibus, exercetur in rebus, & ideo in illis exemplificat, tanquã in manifeſtioribus non quia de eis diffinitionẽ dederit.

¶ *Nihil igitur neque ſuperfluum: neque minus continet generis dicta deſcriptio &c.* Cap. 20.

QVÆSTIO XV.

QVæritur an diffinitio generis ſit cõuenienter data. Quod non videtur, quia omne accidens diffinitur per ſubſtantiam, ſubſtantia.n. præcedit omne accidens diffinitione, cognitione, & tempore, per Ariſt. 7. Met. ſed nihil ponitur hic ad ſubſtantiam pertinens, ergo &c. Item concretum non diffinitur 7. Met. ergo &c. probatio antecedentis per Ariſt. 6. Met. in dictis ſecundum accidens, nõ eſt idem, quod quid eſt, cum illo cuius eſt, & exemplificat, vt muſicum & album, ſed quicũq; vere diffiniuntur, habent quod quid eſt, idem ſibi, ergo &c. ¶ Item probatur rõne, quod.n. diffinitur eſt in genere,

Contex. 4. 2

Contex. 2 Conte. 20. & 21

ſed

sed concretum nō est in genere, per Arist. 3. topic. vbi dicit, q̄ magis est eligendum quod est in genere, q̄ quod non, vt iustitia iusto. ¶ Item diffinitio tantum est speciei, genus non est species ergo. ¶ Item hic non ponuntur genus, & differentia, quæ ad veram diffinitionem requirunt per Arist. 6. top. ¶ Item per Arist. 6. topic. diffinitio datur innotescendi causa, ideo dari debet per priora & notiora, species nō est tale, quia est posterius genere, vel simul natura, & ita non prius vel notius. ¶ Itē nugatio est dicere plurib. differentib. probo, quia differētia in se includit multitudinem, veluti species suū genus, quod patet Ari. 7. & 10. Metaph. ergo & differentia concretiue dicūt multa, ergo est nugatio dicendo multis differentib. & si ly plurib. pomit pro multis, vel si comparatiuè, adhuc idem significat. Dicitur ad hoc, q̄ nugatio est in præponēdo inferius superiori, ex eadem parte orationis, modo ecōuerso, quia inferius tūc est specificans superius. ¶ Contra Arist. 6. top. vbi docet interimere diffinitiones propter nugationem, dicit sic. Rursus, si vniuersali dicto addatur & particulare, supple nugatio est, vt si dementiam diminutionem expedientium & iustorum, nā iustum expediens quid, quare iustum continetur in expediente, sicut inferius in suo superiori, abundans ergo iustū. i. superfluum est in diffinitione, prius habito expediente. Item dī 7. Metaph. cap. de vnitate diffinitionis, quod nugatio est in præponendo differentiam superiorem inferiori, vt animal habēs pedes bipes, quod ibi probatur dupliciter, vno modo ex p se, modo cognoscendi nugationem, quod est ponendo rationes pro nominib. nihil. n. aliud dixerat, quam animal habēs pedes duos pedes habens. Aliter probatur idem ibi sic ex transpositione terminorum, palam aūt erit siquis trāsportat, rales diffinitiones, dicens, animal bipes pedes habens. dicto. n. bipes, superfluum est dicere pedes habēs, prius ergo fuit nugatio. Hæc duo media. s de ratione ponenda pro nomine & transpositione terminorum, si valent, si pro quia, hic & vbiq; improbant prædictam responsionem. ¶ Ad oppositum est Porph. & Arist. sic diffiniens genus. 1. topic.

3
Cap 1.
4
5
6
7. Meta.
Cōtex. 13
Cap. 4
C. 2. et 4.
7
T. non habēt cap.
Contex. 10. 12. & 17.
Cap. 3.
Contex. 43.

Dī ad quæstionem, quod est descriptio non vera diffinitio, quod innuitur in litera, cum dī q̄ ēt describentes. Sed sic facile est euadere penè in omnib. diffinitionib nec illud ex litera prodest, quia in litera est assignauerunt. i. diffinierunt Itē infe⁹ius capitulo de specie dicit, necesse est in vtrorumq; rōnib. vtrisque

Cap. 4.
Contex. cap. 8.

arri 9; vti. rõ aũt quã significat nomen, est diffinitio 4. Metaph. Item hæc ratio cõuertitur cum diffinito, vt probat Porph. & non prædicatur vt accidens de ipso, quia quæ ponuntur in ea sunt eiusdem generis cum diffinito, quia intentiones, quodlibet aũt eiusdem generis quod prædicatur per se de alio eiusdẽ generis est superius ad ipsum, quia nec interius, nec disparatum, ergo hæc ratio est diffinitio.

Contex. 11. & 13 Item per Arist. 7. Metaph. ratio quę est ex p̃dicatis per se, in quorum diffinitione non cadit per se subiectum, si sit conuertibilis cum diffinito, est diffinitio, hæc est huiusmodi, quia in diffinitione nullius diffinitiui cadit diffinitum.

Item prædicat per se & conuertibiliter, & non vt proprium, quia tunc tota hæc ratio posset diffiniri, neque vt differẽtia illegitima, tũc. n. illi opporteret addere genus, sed addendo vniuersale, quod est genus diffiniti, in hac diffinitione erit nugatio, ergo hæc est vera diffinitio.

Dicendum ergo ad quæstionem, q̃ est vera diffinitio, quod sic ostendit, ratio vniuersalis est prædicari de plurib. per Arist. primo perihermenias, cum ergo in diffinitione generis ponat̃ prædicari de plurib. ponitur genus eius. postea ponitur differentib. specie: & in quid: quæ sunt per se differentiæ generis, probatio, quia per se diuidunt superius, s. prædicari de plurib. ergo sunt per se constitutiuæ inferioris, ad quod superius per illa appropriatur. Diuiditur. n. per se p̃dicari de plurib. in differentibus specie, & differentib. numero, quia de differentibus genere inquantum talia, nihil prædicatur per se. Diuiditur ẽt in prædicari in quid, & in quale, vt in primos modos prædicãdi, & per has differentias diuisiuas manifestum est, q̃ contrahitur vniuersale ad genus, fit. n. ratio conuertibilis, ergo &c.

¶ Ad primum argumentum dr̃, quod illud est verum de accidentib. copulatis, i. quæ sibi determinant subiecta, quæ vocantur copulata. 7. metaph. intentiones aũt sibi non determinant rem alicuius generis, quia vniuocè applicantur omnib.

Contex. 17. & 19.

¶ Cõtra: si passio sit vniuoca, & subiectum per Arist. 2. posteriorũ, ergo si passio, s. intẽtio, sit in multis generib. vniuoca, & subiectum eius. Etiam si actus sit vniuocus, & potentia: quia potẽtia per se ordinatur ad actum: subiectum est in potentia ad accidens, sicut materia ad formam; quia accidens non habet aliã materiam, nisi in qua. Dici potest, q̃ propositio Arist. vera est de passione reali, quæ egreditur ex principijs subiecti, de qua

2. poster. tex. 39.

loquitur

loquitur ibi, quæ est de subiecto demõstrabilis. cuiusmodi nõ est intentio: quia effectiuè est ab intellectu. Per hoc idem ad aliud: quia illud verum de potentia per se ordinata ad actum: cuiusmodi potentia non est in subiecto intentionis ad ipsam: quia illa non est rei secundũ naturã: sed vt consideratã a rõne. ¶ Contra: si nulla in hac re illa est vnitas & hæc intentio est illis vniuoca, ergo à nullo, q̃ est in hac re & illa accipit intentio ergo est figmentũ. Dicitur, q̃ aliqua vnitas in re sufficit, (vnitas proportionis a qua monetur intellectus hanc intentionẽ vniuocam huic & illi attribuens, sic. n. se habet color ad albedinem, sicut animal ad hominem. ¶ Contra: vnitas vniuocationis maior est vnitate proportionis, ergo hæc ab illa non sumitur. Dici potest, q̃ occasionaliter potest accipi maior vnitas à minori non totaliter, vnde vnitas in re tñ est occasio vnitatis in intentione, inquantum intellectus mouetur ab ipsa, põt tamen intellectus motus maiorem causare vnitatem in intentione Aliter potest concedi, quod habet subiectum vniuocũ, quia licet nulla eadem res sit in diuersis generib. põt tñ esse eadem secundum q̃ cõsideratur à ratione, & sic tantũ est subiectum intentionis Aliter dici potest ad primum argumentum principale, q̃ verum est de accidentib. quæ habent suum esse a subiecto, quia non pp aliud aliquid diffinitur per substantiã nisi quia est illam. sic. n. est alicuius rei, q̃ quid est, & diffinitio, sicut illud est ens, intẽtio aũt non est per suum subiectum, sed ab intellectu. ¶ Ad secundum principale dico, q̃ concretum potest diffiniri: cum aũt ostenditur q̃ nõ per Arist. 7. meta. dico q̃ ibi vocat dicta per accidens, quæ in se diuersas aggregãt naturas, vt homo alb. quia in illis exemplificat in principio capituli, ibi in dictis secundum accidens, vt albus homo, iõ omnia posteriùs dicta sic sunt intelligẽda, vnde musicum supponit pro tali, vt pro homine musico, musicum. n. non habet duplex significare. ¶ Ad aliud de topicis dici potest, q̃ iustum nõ est in genere virtutis, ideo non facit habentem in bonum, sicut iustitia, est tamen in genere prædicabili.

Vel aliter, quòd generalissima accidentium sunt abstracta, & in illis per se non sunt nisi abstracta. i. quæ recipiunt per se prædicationem ipsorum: tamen concreta inter se iunt in genere per se, quia inter se habent sicut superius & inferius, ed sufficit ad hoc, vt diffiniantur. ¶ Sed simpliciter loquendo nõ sunt in genere, nisi per reductionem, quia non sunt in aliquo

prædi-

prædicamento, nisi quia coordinatio concretorum reducitur ad coordinationem abstractorum. ¶ Ad tertium principale dico, q̃ genus est species vniuersalis, vt dictum est supra q. 8. ¶ Ad quartum patet per prædicta in solutione: quia diffinitio vniuersalis ponitur pro genere, & cum illa differentia per se differentib. ſpecie. ¶ Ad quintum dico, q̃ absolutum potest cognosci in se p essentialia, & notiora, & ideo in eius diffinitione alia poni non debent. Illud autē quod per se secūdum quod est, dependet ad aliud, sine illo cognosci non potest, sicut dr in prædicamen. c. de relatiuis; & ideo ponitur correlatiuum, nō vt notius, sed quia sine eo diffinitum cognosci non potest. ¶ Ad sextum dico, q̃ differentib. ſpecie, est expositio: & non ponitur ibi, vt partes diuersæ, vt dicendo de pluribus, idest de differentibus ſpecie.

¶ *Animal cum sit genus, de homine equo & bouepræditur. Cap. co.*

QVÆSTIO XVI.

CIrca hanc particulam genus prædicatur de ſpecie, quæritur, an genus prædicetur de ſpecie, loquendo de prædicatione exercita in fundamentis istarum intentionum. Vtrum hæc sit vera, homo est animal, & consimiles. Quod non videtur, quia pars non prædicatur de toto: per Arist. 4. topic. ideo dicit eos peccare, qui partem dicunt esse genus: sed genus est pars ſpeciei per Arist. 3. meth. capit. de toto. Et probatur quod enim est pars diffinitionis est pars diffiniti: sed genus est pars diffinitionis: ergo est pars diffiniti. ¶ Item materia non prædicatur de illo cuius est materia, sed genus est materia ſpeciei, ergo &c. Maior patet, quia materia est per se in potentia ad illud, cuius est: compositum autem est in actu. Minor probatur per Porphyr. in hoc capitulo dicentem genus esse principiū ſpecierum, & dicit, quod conuenit cum secundo significatione: non est autem principium formale, quia non distinguit ſpeciem ab alijs. forma autem distinguit species ab alijs, nec efficiens, quia nō facit ſpeciem esse in actu, nec finis, quia propter ipsum non est ſpecies, cum sit imperfectius ſpecie, ergo est principium materiale. Idem patet per Porphyr. capitu. de differentia, ubi probat diffinitionem secundam differentiæ per hoc quod differentia habeat similitudinem formæ, genus

Cap. 2. Contex. 30.

verò

verò materiæ. Ad hoc secundum dicitur, quòd genus non est materia, sed forma, quia per Aristotel. septimo metaphy. omnes partes diffinitionis sunt, sicut formæ. Et cum dicitur forma, distinguit, verum est de forma vltimata & completa: genus autem non est huiusmodi forma. Ad secundum dictum in Porphy. dicitur, quòd ipse non dicitur genus esse materiam; sed simile materiæ, quia est indeterminatum. Cont. 33.

Contra, forma non prædicatur de composito, sicut nec materia, quia repugnat composito ratione materiæ, ratione cuius est in potentia.

¶ Dicitur, q̃ duplex est forma, quædam. n. est altera pars cõpositi: alia verò consequens compositum. Prima vt anima, & hæc non prædicatur de composito: secũda, vt humanitas, quæ resultat ex compositione materiæ, cum forma, huiusmodi forma est genus, & hæc prædicatur de composito.

¶ Contra, forma secũda non prædicatur de composito, nisi in concreto, hæc est. n. falsa, homo est humanitas, sic aũt, f. in cõcreto materia põt prædicari de composito, ergo prima rõsio non valet, negando genus esse materiam, & concedendo ipsũ esse formam, ad saluandum ipsum prædicari de specie.

Ideo dicitur aliter ad vtrũnq. argumentum principale, q̃ pars vel materia in abstracto non prædicato de toto, in concreto tamen potest, & sic per genus significatur.

Contra, omne concretum est denominatiuum tantum, si igitur genus prædicatur in concreto de specie prædicabit de ea denominatiuè, probatio primę propositionis, denominatiua dicuntur quæcunque ab aliquo solo casu differentia habent denominationem: huiusmodi sunt omnia cõcreta respectu abstractorum, consequens est falsum, quia genus vniuocè prędicatur de speciebus: non ergo denominatiue, quia sunt disparati modi prædicandi. Similiter idem ostenditur in principio secundi topicorum. ¶ Item omne concretum significat formam, vt inhæret subiecto, sed nulla substantia est in subiecto. per Aristotel. in prædicamentis in capitulo de substantia, igitur nihil significans substantiam est concretum. Cap. 3. Proprietate prima.

Aliter dicitur, quòd licet materia vel pars realis non prædicetur de toto: materia tamen vel pars rationis potest prædicari cuiusmodi est genus.

¶ Contra sept. metaph. dicit Arist. sicut ratio ad rem, sic partes rationis ad partes rei, ergo permutatim, sicut partes rei ad rem, Contex. 33.

rem, sic partes rationis ad rationem, sed partes rei per se non prædicantur de toto ergo nec partes rationis.

¶ Dicitur secundum Boetium, quod genus in diffinitione
Lib. dixi fo. est pars, in prædicando verò totum.

¶ Contra: secundum ꝙ cadit genus in diffinitione speciei prædicatur per se, primo modo, de specie, quia primus modus est, quando pars diffinitionis, vel diffinitio prædicatur de diffinito, ergo secundum eandem omnem rationem se habet vt diffinit, & ut prædicatur. Item aut sic, & sic sumptum est vniuocum, vel æquiuocum, si æquiuocum, ergo non est genus, nec diffinitiõs, si vniuocum ergo idem vtrobique erit pars vel nusquam.

3 Tertio ad principale, sequitur: homo est animal, ergo humanitas est animalitas: consequens falsum, ergo; & antecedens, probatio consequentiæ, quando enim est prædicatio per se in antecedente, tunc tenet à concretis ad abstracta, quia si sit per se, tunc est veritas in concretis ratione essentiæ significatæ, & non ratione illius, quod concernitur, quia in per se primo modo prædicatum prædicat essentiam subiecti, sed ipsa essentia abstracta ab eo quod concernitur, significatur proprie per abstractum, ergo vera est in abstracto.

Item patet in exemplo, licet enim non sequatur, musicum est album, ergo musica est albedo, quia antecedẽs non est per se: bene tamen sequitur, album est per se coloratum, primo modo ergo albedo est color: quia ex modo significandi terminorum, idem ponitur in consequente, quod per se exprimitur in antecedente, probatio falsitatis consequentis: quia si humanitas est animalitas, pari ratione humanitas est rationalitas, nãque per se prædicatur rationale de homine, sicut & animal, & sic ex illis duobus sequitur in tertia figura, ergo per se rationalitas est animalitas, quæ falsa est: igitur maior, quia ex maiori sequitur minor, quia si minor est falsa, sequitur quòd maior, quia similis ratio est de vtraque. Quod illa conclusio sit falsa. probo: omnis enim prædicatio vera in abstracto est per se primo modo, sed hæc non est per se, rationalitas est animalitas, quia non prædicatur per se de differentia, per Aristot. 6.
Cat. 8. Con. tex. 20. topicorum, & 3. metaphysic. ergo &c. probatio maioris, quia Aristo. 7. metaph. volens ostendere differentiam superiorem
Contex. 43. esse de intellectu inferioris, ostendit ex hoc, ꝙ fixio pedis est pedalitas, quædam, quia scilicet est vera prædicatio superioris

diffe-

dñę de inferiori dña in abstracto, sed qđ est de intellectu alterius ꝑdicatur per se primo modo de illo. Idem ostẽditur rõne, qui abstracta significant essentiam secundum se: igitur si vnũ verè de altero dicatur, cum hoc verbo est: hæc essentia est illa: & ita prædicatum prædicatur essentialiter de subiecto, quare per se primo modo. Item quarto ad principale potest argui per media communia, quia ubi species subijcitur, & genus prædicatur: propositio est falsa, quia subiectum & prædicatum accipiuntur sub oppositis rationibus, ergo propositio falsa: consequentia patet, quia non propter aliud est hæc falsa: albedo est alba. Item sicut affirmatio animalis sequitur ad affirmationem asini, sic negatio ad negationem, sed sequitur, homo est animal, quia oppositum consequentis non stat cum antecedente, ergo sequitur, homo non est asinus, ergo homo non est animal. antecedẽs est verum, ergo & consequens, probatio primæ per Aristot. primo posteriorum, si affirmatio est causa affirmationis, ergo negatio est causa negationis. Itẽ probatur ratione, quia sicut affirmatio asini ad suam negationem, ita affirmatio animalis ad suam negationem, ergo permutatim, sicut primum ad tertium, & secundum ad quartum, iste modus arguendi patet esse bonus per Aristotel. secundo priorum, in illo capitulo, quando autem conuertuntur extremitates: vbi ponit duas regulas manifeste modum hunc arguendi continentes: hoc etiam modo arguendi vtitur primo periher menias circa finem, ad determinandum illam quæstionem, vtrum autem contraria &c. Item aut prædicatur de homine animal, quod est idem homini, aut quod est aliud ab eo. si idẽ: igitur idem prædicatur de seipso, si aliud: igitur illud aliud nõ poterit prædicari de homine. Item si homo est animal: tunc tota natura animalis est in homine, aliter enim non esset animal, nisi secundum quid, sed totum est, extra quod nihil est, per Aristotel. tertio physic. ergo extra hominem nihil est naturę animalis, ergo asinus non est animal. Item si homo est animal, & animal est genus, ergo homo est genus.

4 5 Cap. 21. 6 7 Contex. 63. 8

Dicitur hic, quod est fallacia accidentis propter variationem medij, quia vt prędicatur de homine, accipitur secundũ esse in suppositis, vel quidditatiuum, vt verò ei conuenit intẽtio accipitur secundum esse, quod habet, vt comparetur ad intellectum, quæ quidem faciunt extraneitatem in termino.

Contra omne quod prædicatur, prędicatur sub ratione ali-

euius vniuersalis, ergo hic homo est animal, si propriè prędicatur, prędicatur sub ratione alicuius vniuersalis, non alterius quam generis, ergo illa prędicatio non est sibi extranea secundum quòd accipitur hic, homo est animal.

9 De specie arguitur specialiter, quia incorruptibile non prędicatur de corruptibili, individuum est corruptibile, species
Com. est in corruptibilis, per Arist. septimo metaph.
35.
Com. 53. Ad oppositum est Porph. capit. de specie, vbi dicit, ꝙ omnia superiora de inferioribus prędicantur, & hic post diffinitionem datam exemplificat, vt animal de homine. Item per
Cap. de genere. Aristotel. in prędicamentis: secundę substantię prędicantur de primis, quod ꝓbat, quia enim animal prędicatur de homine. ergo de aliquo homine. Item primus modus dicendi per se est, quando diffinitio, vel pars diffinitionis prędicatur de diffinito, ergo hæc est per se primo modo, homo est animal, ergo necessario: igitur vera, consequentiæ patent per Aristot. primo posteriorum, & primum antecedens similiter.

Tex. 9. Item sequitur, homo currit, ergo animal currit, vt dicitur
Cap. 15. in prędicamentis, antequam ponat proprietates substantię,
de relatiue. & probatur ratione, quia oppositum consequentis non stat cum antecedente, sed omnis consequentia enthimematica, tenet virtute alicuius medij necessarij per quod reduci potest in syllogismum: illud medium in proposito est hoc, homo est animal, ergo illud est necessarium, quia omnis consequentia bona est necessaria. Et quod medium sit necessarium ad con-
Cap. 28. sequentiam, patet per Aristotel. primo priorum, & posterio-
Tex. 6. rum vbi dicit, quod ex vno nihil sequitur, scilicet sufficiẽter, nisi aliud subintelligatur.

Dicendum ad quæstionem, quod prędicatio superioris de inferiori vniuersaliter est. ¶ Ad primum argumentum soluẽdum. Nota, quod genus sumitur ab aliquo materiali in specie, & illud primo importat de suo intellectu determinato: non tamen per modum partis illud significat, sed per modum totius, & ideo totum ex consequenti importat. Et ita differentia primo significat aliquid formale in specie, à quo accipitur, sed totum ex consequenti, quia illud formale importat per modum totius. Si enim vtrunque idem primo importaret: nõ posset vitari nugatio in diffinitionibus, quia positis diffinitionibus pro nominibus, quod esset de intellectu vtriusq; illud idem bis diceretur, si etiam alterum significatum suum habe-

ret

ret per modum partis, prędicatio eius de toto esset falsa propter modum repugnantem. ¶ Dici igitur potest ad primum, & ad secundum argumentum, quod materia vel pars intellecta per modum partis non prędicatur de toto verè intellecta, tamen per modū totius potest verè prędicari, vt Auicen. exēplificat de manuato & capitato, quę diuersa significant primo scilicet manum & caput, v trunque tamen ex consequenti significat totum ex hoc, scilicet quod significat partem per modum totius, vt manuatum exponitur per habens manum, vbi habens non est de significato manuati, sed de modo significandi per modum totius: non enim est partis habere manum, sed totius, & ita exponetur animal habens sensum: rationale, habens intellectum. 5. met.

Quia vero responsiones prius dictę possunt reduci ad istā prętet primam. Ideo respondendum est etiam ad ea, quæ obijciuntur contra illas. ¶ Et quia secunda responsio concedit genus significare partem materialem per modum concreti, in quo conueniunt istę duę secundum quod prior valet, ideo dicendum ad argumenta contra secundam responsionem.

¶ Ad primum, cum dicitur: omne concretum est denominatiuum; distinguendum est, quod sicut est duplex abstractū, (unum, scilicet, quod abstrahit à subiecto: aliud vero quod abstrahit à suppositō) ita duplex est concretum per oppositum vnum, videlicet quod concernit subiectum, quod concernit suppositum. De primo vera est dicta propositio: de secundo uero falsa.

¶ Per idem ad secundum argumentum dico, quod concretum primo modo signat formam, vt est in subiecto, & tale est tantum in accidentibus, sicut album respectu albedinis. ¶ Secundo vero modo, vt est in suppositis, & sic est in substantijs, vt homo respectu humanitatis. ¶ Ad probationem, cum dicitur, omne concretum habet diffinitionem denominatiui. Dicendum, quod concretum substantiale non habet illam diffinitionem, quia non differt solo casu, idest sola inclinatione formę ad subiectum respectu abstracti, sicut sumitur ibi casus, sed differt sola inclinatione formę ad suppositum.

¶ Contra responsionem quę concedit, q̄ materia in concreto prędicatur, arguitur aliter nam sicut animal significat materiam hominis in concreto, sic lignum materiam archę in concreto, ergo sicut hęc est falsa, archa est lignum, non obstan

re concretione illa, sic & hęc homo est animal Prima propositio patet: nam sicut animal est concretum respectu animalitatis, ita lignum respectu ligneitatis.

¶ Ad hoc dicendum, q animal est concretum ad suppositū respectu hominis, quia homo est suppositum eius, non sic lignum respectu arche, quia licet sit concretum respectu ligneitatis, & ideo de hoc ligno prædicetur non tamen respectu archæ, quia archa ratione formæ quam principaliter significat, est artificiale, forma autem artificialis se habet ad naturalem, sicut accidens ad subiectum, & nihil quantuncunque concretum, est concretum respectu sui accidentis. Vnde non est simile hic & ibi, quia hic significatur materia in concreto, quod est concretum materiati, ibi non. ¶ Ad aliud argumen contra tertiam responsionem supra dictam, dico quod similitudo Arist. intelligenda est, quo ad determinatè importare, non quo ad prædicare. Sicut enim tota ratio exprimit totum diffinitum, sic pars rationis tantum partem rei, sed nō sicut tota ratio prę dicatur de tota re, sic etiam pars rationis de parte rei. Hæc. n. est falsa. anima est rationale, pro vt rationale est hominis differentia. Si ergo fiat permutatio, quo ad distinctè importare, sic concedo conclusionem, nec quo ad aliud valet similitudo.

¶ Quarta responsio Boetij, sic intelligenda est genus vtrobī que pars est, & totum i deest partem distinctè importat per modum totius, appropriatè tamen prædicatur vt totum, i deest habens modum totius, & propriatè diffinit, quia significat partem. Nam diffinitio debet principia diffiniti distinctè exprimere, sed distinctè non exprimit genus, nisi partem, ideo propriatè loquendo diffinit, vt pars, vtrobique tamen in se est totum & pars vt ostenditur per duo argumenta facta contra illam responsionem.

¶ Ad tertium principale negatur consequentia. Ad probationem dicitur, quod tantum tenet in concretis dictis à concretione ad subiectum, in alijs vero non. Ad quartum principale, dico, quod quidam sunt modi, qui propriè dicuntur modi significandi, qui conueniunt dictioni ex impositione: & illi sunt à significato inseparabiles, quia significatum vt significatur tali dictione non potest intelligi sub oppositio talis modi significandi fine repugnantia, sicut homo, secundum quod singulare non potest intelligi sub modo plurali sine repugnantia. Alij vero sunt modi magis propriè dicti modi intelligendi,

di, quia tantum in sunt significato, secundum quod sub aliquo certo modo concipitur, qui quidem sunt seperabiles, quia significatum vt significatur sub tali dictione potest intelligi sub opposito talis modi sine repugnantia, sicut se habent illæ intentiones ad illa, quibus applicantur. Potest, enim homo intelligi sub opposito huius intentionis species sine repugnantia, vt iste homo. ¶ Primi modi, qui sunt inseparabiles, à significato, vt significatur per talem dictionem, non relinquunt ipsũ respectu cuiuscunque prædicati, & licet nõ sint illa, quæ vniũtur, sunt tamen formalia principia, seu rationes, sub quibus significata vniuntur. Ideo tales modi repugnantes causant falsitatem, quando sunt circa idem significatum, vt albedo est alba, non quando sunt circa diuersa, vt homo est albus, quia ibi non sunt oppositi. ¶ Secundi modi extranei sunt significatis, vt vniuntur per hoc verbum est, esse enim est rei per se, istę autem intentiones non insunt rebus per se, sed vt comparãtur ad intellectum, ideo isti modi non sunt vniti per se, nec sunt, principia formalia, sub quibus significata formalia vniuntur, ideo eorum repugnantia non causat falsitatem. ¶ Ad quintum negatur similitudo, quia implicat fallaciam consequentis ad destructionem antecedentis. ¶ Ad primam probationem dicendum, quod Arist. intellexit, in causis præcisis sicut exemplificat, si habere pulmonem est causa respirandi, & non habere pulmonem est causa non respirandi, sed affirmatio speciei nõ est præcise causa inferendi affirmationem generis. ¶ Ad aliud dicendum, q̃ prima similitudo tenet quo ad opponi, quo ad hoc ergo solum tenet consequentia in permutando, sed in permutando concluditur esse similitudo, quo ad antecedere & consequi. ¶ Ad sextum, dicendum, quod animal prædicatur de homine, quod est in differens ad idem homini, & ad aliud ab homine, verificatur tamen pro animali, quod est idem homini.

¶ Contra, si animal prædicatur de homine, vt est indifferens ad multa, ergo quodlibet illorum de illo prædicari potest. ¶ Dico, quod consequentia non valet, quia illa indifferentia est per modum disiunctionis, ad aliquid autem se habens disiunctiuè ad multa, non sequitur aliquod illorum, quia pro quocunque poterit verificari, sic in proposito.

¶ Ad septimum dicendum, quod diffinitio totius sic est intelligenda, cuius nihil est extrà, i. cui nihil deest, requisitum ad

ipsum, sic naturę animalis nihil deest in homine de natura animalis, non tamen est præcisè illa natura in homine.

¶ Ad octauum dicitur, vt prius, quod est fallacia accidētis.

¶ Ad argumentum contra hoc. Omne quod prædicatur, prædicatur sub rōne alicuius vniuersalis. Verum est de prædicari signato, non aūt exercito, quia alicui inquantum prędicat prę dicatione exercita, quę fit per esse, extrancatur rō vniuersalis.

¶ Ad nonum dr dupliciter, vno quidem modo, quod p se sup positum communis tantum includit naturam sui communis, tamen signatam & nullum accidens, ideo nec est corruptibile per se, sicut nec commune, sed vtrunq; secundum quid. l. per accidens. ¶ Aliter dr, quod species vt est in individuis est corruptibilis, secundum se vero est incorruptibilis. x hoc, quod semper continuatur per successionem in diuersis individuis.

¶ *Animal cum sit genus de homine equo & boue prædicatur, quia differunt à se inuicem specie, non numero solum. Cap. eo.*

QVÆSTIO XVII.

QVeritur de ista secunda, particula posita in diffinitione generis, s. differentib. spem. Vtrum conuenienter ponat. Quod non vr, quia ponitur ad distinguendum genus a specie, quod non contingit, quia sequitur differentib. specie ergo differentib. numero, per Arist. 5. metaph. c. de vno. sed differentib. numero ponitur in diffinitione speciei, antecedēs autem non distinguitur a consequente.

Contra. 12.

¶ Item ista particula ponitur ad distinguendum genus a p- 2
prio, quod non cōtingit, ergo frustra ponitur, ergo &c. minor patet, quia aliqua genera intermedia habēt propria vt numerus, figura, triangulus &c. aut ergo ista propria prædicant de differentib. specie, & sic sequitur propositum, quia hęc particula tunc conueniret proprio aut non, & tunc non erunt p- prio, quia proprium conuertitur, cum eo, cuius est proprium.

¶ Item si conuenienter ponitur tunc prædicari de plurib. 3
differentib. specie per se ineſt diffinito, & si hoc, ergo differentia specie per se subijciuntur generi, sed hoc est falsum, ergo & primum antecedens: prima consequentia patet ex rōne primi modi per se. Probatio secunde per simile in alijs relatiuis, duplum enim per se refertur ad dimidium, ergo dimidium per se refertur ad duplum.

¶ Idem

¶ Idem ostenditur ratione, quia nihil dr̃ per se relatiuum, nisi ad suum per se correlatiuum. Si.n.ad correlatiuum per accidens, cum illa contingant esse multa, idem per se diceretur ad multa, quod est inconueniens. Tum propter authoritatẽ, 5.metaph. vbi Arist. illud habet pro inconuenienti in capitulo de relatione. Tum ẽt ex rõne relatiui, quia eius esse est habere se ad aliud, ergo habitudo est de essentia relatiui, ad diuersa autem est alia & alia habitudo, ergo quod per se, est ad duo non est vnum essentialiter. Tum ex: ex proprietate relatiuorũ, quia sunt simul natura, ex libro prædicamentorum, cap. de ad aliquid, si enim a. per se dicatur ad.c. & b. ergo. c. non existẽte non erit.a.& b. potest esse quantum est ex se, ergo.a. erit, ergo simul erit, & non erit. Probatio falsitatis principalis cõsequẽtis: quia quæ per se subijciuntur generi, sunt tm̃ intentiones, subijci enim cum sit intentionale, sicut & prædicari, tm̃ competit intentionib. per se, sed illæ intentiones tantum differũt per materiam, cui applicantur: igitur tm̃ numero, & non specie, quia differentia specifica est dria formalis, vniuersaliter autem dria accidentium per subiectum est tantum materialis. ¶ Ad oppositum est Porph. *Conter. 20 inpre dic cap. de relat.*

Ad quæstionem dicendum, q̃ conueniẽter ponitur, vt differentia, quia per illam particulam vniuersale cẽscendit in ipsũ diffinitum tanquam genus per differentiam. Est enim rõ vniuersalis prędicari de plurib. quę per se diuiditur in plurib. specie & numero, & illud ponitur, quia diffinitum est relatiuum per se. ¶ Ad primum argumentum dicitur, q̃ genus inquantũ genus non prædicatur de plurib. numero differentib. nisi per accidens, sicut idem secundum extraneam rationem põt esse genus & species. ¶ Contra, inquantum aliquid prædicatur de plurib. numero differentib. ergo nõ extranee. Antecedens patet, quia ad differre specie, sequitur differre numero, & consequens prædicatur de antecedente cum reduplicatione. ¶ Ideo dici põt, quod diffinitio speciei debet intelligi cum prȩcisione. s. differentib. tantum numero & sic nõ sequitur ad differre specie differre numero. ¶ Vel potest dici, quod species prædicatur immediatè de differentib. numero, genus verò non, quia mediante specie. ¶ Ad secundum dico, quod proprium nullius est inquantum est genus, sed inquantum est species, & ita conuertitur cum eo inquantum prædicatur de plurib. numero differẽtib. Ratio assumpti est, quia proprium solum est alicuius

cuius inquantum est aptum natum esse subiectum demõstrationis, & hoc solum est inquantum est species, quia solum inquantum est species diffinitur cum de subiecto oporteat præsupponere, quid est, & quia est, per Arist. primo posteriorũ, inquantum autem diffinitur, habet genus & differentiam, & ita est species. ¶ Ad tertium dicitur, quod sic intelligitur illud de differentib. specie. i. de speciebus differẽtib. quæ tamen nõ differunt specie, vt ostendit ratio. ¶ Aliter negatur consequentia secũda, quia ad aliud per se, comparatur in antecedente, & in consequente. ¶ Concessa tamen consequẽtia prima potest concedi vltimum consequens; cum hoc quod illa quæ per se obijciuntur generi tantum differant numero, quia differẽtia specie non differunt specie, sed numero tantum, accipiendo differẽtia specie in subiecto, pro suppositis eius, quod est differens specie, quę sunt differentia specie, quia commune in plurali prædicatur de suppositis multis simul, & tunc differẽtia specie accipitur, vt dicit quid respectu suppositorum, sed illa non sunt differentia specie, prout differentia specie dicit modum, sicut genus est, vt genus dicit quid, non vt dicit modum, sed est species, sicut differentia non est differẽtia, sed species, sicut multa genera, i. multa suppositia generis nõ sunt multa genera, i. multa quibus applicatur genus & modus, nec est oppositio modi ad quid nec econtra.

¶ *Genus autem non denua specie sola prædicatur, sed de pluribus &c.* *Cap. eo.*

QVÆSTIO XVIII.

QVæritur an genus necessario requirat multas species. Quod sic videtur, quia illud ponitur in eius diffinitione, ergo est de essentia eius. ¶ Item cap. de specie dicitur genere vno, speciebus autem pluribus, quod probatur, semper enim in plures species fit diuisio generis, quod potest probari, quia genus de sua rõne diuiditur per differentias oppositas, vtrac; autem aduenies generi speciem constituit. Ex hoc concludit Boet. in libro diuisio, quod sub vno genere mi-
Cap 1. nus duabus speciebus esse non possunt. Item 4. top. si species prædicatur de æqualibus cũ genere intrimitur: quod poni-
Cap. 4. tur pro genere. ¶ Item in alia consideratione dicit. Quoniã
& 12. omnis generis, plures sunt species, & infra. Si destructa spẽ

destrui-

destruitur,& genus,male assignatur genus,& infra. Oportet. n.de pauciorib.speciē,q̄ genus prædicari. Ad hoc ēt sunt multæ aliæ auctoritates.7.metaph.& in libris logic.Boe. & Porp.

¶ Ad oppositum, sicut se habet species ad individuum sic genus ad speciem, sed species non requirit multa individua, ergo nec genus multas species, minor patet de sole, fenice & consimilibus speciebus.

¶ Dī,q̄d non est simile,quia de ratione generis est diuidi p differentias oppositas, quæ cum genere cōstituunt ad minus duas species,non sic aūt species descendit in individua.¶ Cōtra,æque essentiale est cuiquā quod in eius diffinitione æqualiter ponitur,sed differentibus numero æqualiter ponitur,in diffinitione speciei sicut differentibus speciei in diffinitione generis.

Ad quæstionem dī,q̄ genus siue sumat̄ pro intentione, siue pro illo cui applicatur intentio, non requirit multas species actu vel potentia. Quod ostenditur de intentione generis, quia illa refertur ad intentionem speciei, vna ergo existēte specie, erit & genus,quia relatiua sunt simul natura ¶ Similiter ostendit de fundamento intētionis,quia illud est quid materiale in species: impossibile est aūt aliquid esse sine materiali, ergo impossibile est speciē esse nisi genus sit illo modo tū sint vniuersale requirit multa aptitudinaliter,quia diffinitur per aptum natum prædicari de plurib.sic ad rōnem generis requiritur quod dicatur aptitudinaliter de plurib. speciebus differentib. Per hoc ad argumenta in oppositum. Oēs auctoritates intelligendæ sunt de aptitudine,non de actu vel potentia. Differt aūt aptitudo a potentia,nā aptitudo est inclinatio alicuius secundum se in aliquid,vel magis non repugnantia. Potentia aūt est ordo ad actum. Potest igitur potentia esse sine aptitudine,vt possibile est graue esse sursum, no tū est aptū ibi esse, quia repugnat ei ēm se Et aptitudo est sine potentia, vt cæcus est aptus natus ad videndum nihil enim dicitur priuatum,nisi cum est aptum natum habere habitum.ēm Aristot. in post prædic. capit.de opposit.& quinto metaph. capit. de priuatione,non est aūt possibile cæcum videre, quia a priuatione ad habitum non est naturalis regressus Sic nulli vniuersali quantum est ex sua forma repugnat dici de multis, hæc tamen aptitudo impediri potest, vt quia non sunt multa, de quibus dicatur. *Contra.* 27.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EMANUELE

¶ Con-

¶ Contra, hic modus dicendi non vꝝ eſſe ad ꝓpoſitū, quia procedit de intentionibus, ac ſi ſupponeretur in quæſtione intentionem ſpēi vna eſſe, quæ refertur ad genus eſſentialiter & dubitaretur, an intentio generis ſit, qđ non vꝝ, quia genus per ſe primo refert ad ſpēm, non hanc vel illam, vñ accidit ſibi ſic referri ad multa, nec quæritur an natura gñis ſit, ſi natura ſpeciei eſt, ſed ſi non ſint multa quibus applicetur intentio ſpeciei, ſed tm̄ vnum. ſ. b. an illi naturæ. ſ. a. applicetur intentio gñis, cui applicaretur ſi multis naturis, vt b. c. d applicaretur intentio ſpēi reſpectu illius naturæ. ſ. a. & ſic intellecta qõne neutrum membrorum poſitionis eſt ad propoſitū. ¶ Item non vꝝ vera, quia impoſſibile eſt aliquid eſſe aptū natum dici de pluribus, niſi illa plura ad intellectu per diuerſas ſpecies apprehendi poſſint, ſed ſi ſic poſſunt concipi, ergo plures ſpēs gñis ſunt in actu, quia iſte eſt actus naturæ inquantum dicitur ſpecies, quod actu concipiatur ab intellectu per ſpeciem intelligibilem; quia ſm hoc ſibi attribuitur intentio ſpeciei. ¶ Item ſi aliquid eſt aptum natum dici de plurib. differentibus ſpecie, ergo plura dria ſpecie ſunt apta recipere prædicationem illius, igitur ſi illa aptitudo ſufficit ad genus: conſimilis aptitudo participādi ſufficit ex parte ſpēi, igitur ſi aliquid ſit genus actu ꝓp talem aptitudinem, illa multa quæ participant ipſum aptitudinaliter, erunt actu ſpecies, ergo omne genus multas habet actu ſpēs. Aſſumptum patet, quia æquale eſſe ſufficit vtriq; correlatiuo, cum ſint ſimul natura. ¶ Dōt igitur dici ad qõnem, qꝛ ad rõnem generis requiritur, qđ multas habeat actu ſpēs, non quæ exiſtant actu vel potentia, ſed qꝛ tm̄ actu concipiant per ſpeciem intelligibilem ab indiuiduis acceptā q̄ſq; exiſtentib. & qꝛ actu habeant aptitudinem participandi genus, quia talis actualitas eſt illorum in quantum dñr ſpēs gñis. ¶ Ad argm̄ in oppoſitum, dr̄, quod ſimiliter ſpecies requirtur multa indiuidua aptitudinaliter. ¶ Suſtinendo primam poſitionem, dici poteſt ad primum argumentū cõtra illā quod ſi huic naturæ tantū applicatur intentio ſpeciei, quod illi naturæ quæ eſt in hac natura adhuc applicatur intentio generis vt prius, quia adhuc cum concipitur minus habet de intellectu, q̄ illud, quod eſt ſpecies, & deſcendit in illud per differentiam, & ita eſt reſponſio ad propoſitum. ¶ Ad ſecūdum dicitur, quod non ſufficit ad eſſe ſpeciei alicuius poſſe concipi ab intellectu, ſed quod in eius intellectu ſit genus,

reſpe

respectu cuius dici debet species, quod non est verum de illis multis, ad quæ est aptitudo generis, vt prædicatur de illis, tamen si sic genus sit aptum dici de illis, quod aliquando dicebatur, & illa concipiuntur ab intellectu per eadem speciem, per quam ēt cum essent, nunc sunt multæ species actu, qui actus requiritur ad speciem in actu, quia tunc in eorum intellectu cadit genus, sicut & quando erant. ¶ Ad tertium negatur prima consequentia, quia forma Solis nata est esse in alia materia, quam in qua est, quantum est de se, nec tamen est aliqua materia alia nata reciperet talem formam, quia si talis argumentatio teneret in aptitudine, semper esset aptitudo in vtroque extremorum, & ita potentia, quia aptitudo in vno extremo non impeditur a potentia, nisi propter defectum aptitudinis in alio extremo.

¶ Nota, quod simpliciter teneri potest, quod genus non est aptum natum dici de multis, nisi quæ concipiuntur ab intellectu: in quorum intellectu est genus, & huiusmodi sunt species actu, siue existant, siue possint existere vel nō, & sic sequitur, quod genus semper multas habet species actu.

¶ In eo quod quid diuidit genus a differentia & communiter accidentibus. Cap. eo.

QVÆSTIO XIX.

QVæritē de hac tertia particula diffinitionis generis, ideſt in quid, vtrum conuenienter ponatur? Quod non videtur, quia illud prædicatur in quid, per quod conueniēter respondetur ad interroga. factam per quid, vt patet ex probatione Porphy. tale non est genus hic diffinitum, quia siue quæratur de re, siue de intentione speciei, non conuenienter rndetur per genus, vt denotat intentionē, & tamen genus sic sumptū diffinitur hic, vt dictum est prius. Item hæc particula ponitur ad distinguendum genus à differentia per Porp. sed hoc non pōt, igitur frustra ponitur, probatur minor, differentia enim superiori prædicatur de differentia inferiori, per se primo modo, p Aristo. 7. meta. & non sicut differentia, quia tunc per seipsum descenderet superius in hāc inferiorem differentiam. ergo prædicatur superior de inferiori in quid. Itē ponitur ad separandum genus ab accidente, quod nō contingit, quia accidens prædicatur in quid, quia in omni genere est reperi- *Contra.* 43.

Cap. 7. reperire quid. per Arist. primo topicorum. ¶ Ad oppositum est Porph. Dicendum, quod conuenienter ponitur, quia prædicari diuiditur, in prædicari in quid, & in quale, tanquã per primos prædicandi modos, igitur per illa descendit vniuersale in species, genus aũ nõ prædicatur in quale, igitur in quid. Intelligendum, q̃ prædicari in quid, est prædicare essentiam per modum essentię, hoc conuenit generi, quia genus accipitur a parte materiali, & iõ p̃dicat essentiam per modũ substãtis, qui est modus essentiæ. Per oppositum autem differentia accipit a parte formali, & iõ p̃dicat essentiam per modum informantis & qualificantis, & ideo in quale. ¶ Nota q̃ qualitas quæ est prædicamentum, p̃dicatur in quale absolutè. Sed differentiam substantialis prædicatur in quale quid. Ex hoc
6. top. 8. enim, q̃ importat formam, p̃dicaẽ in quale, sed ex hoc q̃ importat substãtiã, prędicaẽ in quid, ideo rõne totius dicitur prędicari in quale quid. Vnde patet differentia prædicandi inter qualitatem & differentiam, quæ diuersitas prædicandi sumitur a diuersis modis essendi qualitatis & differentiæ substantialis, vt patet. ¶ Contra solutionem quæstionis. Si prædicari in quid est prædicari essentiam per modum essentiæ, ergo hæc est prædicatio in quid, homo est lapis. Item si prædicari in quid, est prædicare essentiam per modum essentiæ, & illud non est vniuocum rebus diuersorum generum, quia nec essẽtia, igitur hæc particula in quid, non conuenit rebus diuersorum generum, ergo nec genus hic diffinitum est vniuocũ omnibus illis generibus. ¶ Dico quod prędicari in quid, est prædicari essentiã subiecti per modum essentiæ, & qđ lapis vel aliud disparatum non prædicat essentiã hominis per modũ essentiæ, quia non prædicatur de homine, nam illo modo tantum superius & commune prædicatur de contentis sub illo, & de illis est manifestum. Ad secundum potest cõcedi, quod prædicari in quid, est prędicare essentiam per modũ essentię, & hoc est vniuocum licet, essentia non sit vniuoca, quia sufficit essentiam similiter se habere hic, & ibi ad prædicari vniuocè, quia prædicari dicit habitudinem.

¶ Ad primum argumentum dico, quod duplex est quæstio de specie sumpta pro intentione. i. quid est, & quid prædicaẽ, quid prædicatur est propria. q. in intentionibus, & sic conuenienter respondetur per genus, vt hic diffinitur, vt, quærenti q̃d prædicatur de specie, bene respondetur genus. Si aũt fiat

quę-

quæstio cum esse ista est propria fundamentis, & si prædicatione exercita prædicatur fundamentum generis de fundamento speciei in quid. ¶ Ad 5m dicitur, qđ differentia nō prædicatur in quid de aliquo, respectu cuius est differentia, sed respectu cuius est genus, sed superior differētia est genus respectu inferioris. ¶ Contra quia si sic, ergo in omni genere sunt tria generalissima. s. specierū, & duarum differentiarum. Item si differentia inferior sit species, ergo habet propriam differentiam superiorem in se, vt genus, & aliā dr̄iam superadditam, & ita illa dr̄ia pari rōne erit species respectu superioris dr̄iæ, & ista habebit aliam dr̄iam, & illa alia dr̄ia non potest esse in alio genere, quia tunc non substantia esset prius substātia, ergo sic procedendo infinitæ erunt dr̄iæ in genere substantiæ, & ita nihil erit cognoscibile, quia non erit deuenire in primam illarum dr̄iarum. ¶ Ad hoc igitur dicendum, sicut dictum est, quòd tota coordinatio dr̄iarum reducitur ad coordinationē specierum. ¶ Ad tertiū principale dico, ꝙ nihil prædicatur in quid de illo, respectu cuius est accidens, sed respectu cuius est genus, vt color non prædicatur de substantia in quid, sed de albedine respectu cuius est genus.

¶ Etenim principium quiddam est huiusmodi genus earum quæ sub ipso sunt species.

QVÆSTIO. XX.

QVæritur vtrum genus sit principium speciei? Quod nō v̄, quia idem non est principium & principatum: quia principium & principiatum distingūtur. Sed genus est idem speciei, ergo non potest esse principium speciei, maior patet, probatio minoris est duplex, prima est hęc quia genus secundum phil. nihil aliud est pater eas quę sunt generis species. *7. Met. Contex. 43.* ¶ Item genus prędicatur de specie per se, hæc enim est per se homo est animal, sed quod prædicatur per se de aliquo, nō est distinctum ab illo, ergo est idem sibi. ¶ Idem genus est totum respectu speciei, ergo non est principium eius, consequentia probatur, quia principium est simplicius principato, sed totū est compositius eo cuius est, & antecedens patet, per auctorē in litera, vbi dicit, genus est totum respectu specierum. *2* *3*

¶ Ad oppositum est auctor in litera in comparando tertiā significationem generis ad secundam, vbi dicit, quod sicut ge- *Cap. de specie.*

nus

nus tertio modo dictum est principium specierum, sic genus secundo modo dictum est principium multitudinis.

Ad quæstionem dicendum, quod sic, sumendo genus pro natura, in qua fundatur ipsa intentio, & non pro intentione, quod declaratur sic. Genus est essentiale principium cognoscendi speciem, ergo est essentiale principium speciei, consequentia probatur, quia diffinitio faciens scire diffinitum exprimit essentialia principia diffiniti, quod est speciei solum propriè loquendo, quia nihil propriè diffinitur, nisi species, antecedens patet per philos. 6. top. Sed sciendum, quod essentiale principium, speciei est duplex, quoddam secundum rem, quod est pars rei in existẽtia, cuiusmodi sũt materia & forma, aliud secundum rationem, quod importat eandem rem sub modo indeterminato, quã species importat modo determinato, & hoc si illud nomen imponatur ad significandum illam rationem, prout sumitur vel a meteria vel à forma. Nunc aũt genus, puta animal, non est principiũ speciei, puta hominis, primo modo. s. secundum esse, quia si sic, tunc non vere prædicarẽtur de ea, ergo est principium speciei, secũdo modo, & ideo si homo debeat diffiniri, cũ diffinire sit actus rõnis, in eius diffinitione debet poni animal tanquam principium speciei secũdum rationem, & ęquæ rationale. Et sicut in re natura materiæ extraneatur naturæ formæ, ita ꝙ neutrum est dicibile de altero, ita apud rõnem intellectus generis extraneatur intellectui dfiæ, licet eadem res importetur per vtrunq;. Idem. n. significat animal, quod homo, præter determinationẽ vltimæ formæ, & hoc significat per modum quid & per se dictum, & ideo secundum Porph. prędicatur in quid. Rationale aũt idẽ significat cum determinatione vltimæ formæ, sed tamen per modum qualis & denominantis, & ideo apud rationem conceptus generis & differẽtiæ sunt extranei. ¶ Et propter rõnes. est sciendum, qđ hæc est differentia inter partes rõnis & partes secundum rem, quia licet vtrumq; significet partes totius, partes tamen secundum rationem significant partes totius ꝑ modum totius, partes aũt secundum rem significant partes ꝑ modum partis, v.g. genus hominis, puta animal, est pars eius secũdum rationem. Nam à sua prima impositione imponitur ad significandum partem hominis, puta habens animam sensitiuam, quia tamen eam significat per modum totius, & non per modum partis, ideo verè prædicatur de homine. Sed

non

non est sic de parte secundum rem, quia æs quod est pars materialis statuæ, significat partem per modum partis, & ideo de statua non potest prædicari. ¶ Per hoc ad rationes dicendum, quod non est inconueniens idem esse totum, & partem diuersimode. Ideo dicit Boetius libro diuisionum, quod genus in prædicatione est totum: in diffinitione verò est pars.

¶ Amplius autem sic, quod species est, quæ de pluribus differentibus numero in eo quod quid sit, prædicatur &c. Cap. 3.

QVÆSTIO XXI.

CIrca capi. de specie quæritur an hæc diffinitio speciei, s. species est, quæ prædicatur de pluribus numero differentibus in eo quod quid, sit conuenienter data. Quod non videt per Porphy. qui dicit, ꝙ genus & species sunt duo correlatiua, & propter hoc necesse est in vtrorũq; rõnibus vtriusq; vti, hic autem nihil ponitur, per quod habeatur correlatiuum, scilicet genus, ergo malè diffinitur ¶ Item hęc diffinitio conuenit generi, vt patet, quia sequitur, differentibus specie, ergo differentibus numero, vt supra. ¶ Item non sunt multæ diffinitiones eisdem, per Arist. sexto topi. sicut nec multæ essentiæ, quia si sic: non esset diffinibile, cum ergo species conuenienter diffiniatur sic, quæ ponitur sub assignato genere, non conuenienter diffinitur hac diffinitione. ¶ Item per hanc diffinitionem, poni sub genere, habetur, ꝙ per se est subijcibilis: ergo non est per se prædicabilis, igitur altera diffinitio falsa, quia opposita non insunt eidem per se. ¶ Dicitur quòd relatiuè opposita possunt in esse eidem, sed non respectu eiusdẽ, quia si sunt òpposita, sed prædicabile respectu indiuiduorum est subijcibile respectu generis.

¶ Contra, si diffiniatur conuenienter per genus, quia ad ipsum refertur, ergo per se refertur ad genus. Illud refertur etiã ad indiuidua, per quæ diffinitur in hæc secunda diffinitione, ergo idem bis dicitur relatiuè, quod est contra Arist. 5. meta. ¶ Item ad principale, per hanc diffinionẽ non separatur species a diffinitione. ¶ Item species nõ est prædicatum per Ari. primo topi. ergo malè diffinitur per prædicari. ¶ Ad oppositum est Porphy. consimiliter posset hic argui pro & contra & obiici sicut supra, vbi quæsitũ est de diffinitione generis.

Dicendum, ꝙ diffinitio eius conueniens est, sicut supra dictum

2 3 4 *Contex.* 20 5 6

tum est de diffinitione gñis. ¶ Ad primum argumentum dr, q̃ species dr correlatiue ad genus, & ideo necesse est aliquam diffinitionē eius dari, in qua ponat genus, & est ista, species est quæ ponitur sub assignato genere. Aliam autem comparationem habet species ad indiuidua, non secundum quam est genus, quia sic negat Porphy. extrema habere duas habitudines, sed secundum quam est species, & ideo necesse est ipsum habere aliam diffinitionem in comparatione ad indiuidua. ¶ Ad secundum dictum est supra, q. 17 ¶ Ad tertium dicitur, quòd vnius absoluti, cuius est diffinitio, indicans eius esse in se, non sunt multę diffinitiones. Species autem per se refertur ad duo. ¶ Contra, saltem non hebebit tũc nisi duas diffinitiones, quia sicut tantum habet vnam in cõparatione ad indiuiduũ, sic tantum vnam in comparatione ad genus. Dat tamen Porphyrius in comparatione ad genus, dicit enim hæc quidem assignatio, scilicet prædicari de plurib. &c. Species specialissimæ est, quæ solum species est. Aliæ vero erunt species rum nõ specialissimarum, ergo ad minus sunt duæ aliæ præter istam. Hoc conceditur, & dicitur, quod species potest habere comparationem duplicem ad genus: vnam, vt ordinatur sub ipso aliam vero vt genus enunciatur de specie in propositione. Primo modo datur hæc diffinitio: Species est quæ sub assignato ponitur genere. Secundo modo hæc. Species est, de qua genus, & in eo quod quid est prædicatur. ¶ Contra liber prædicam immediatius ordinatur ad librũ perihermenias, q̃ iste, sed in prædicamentis nõ determinatur de incõplexis inquantum vnum enunciatur de alio quia tunc in lib. perihem. superflueret determinare de nomine & verbo, quæ significãt in complexa sub illis rõnibus: ergo multo minus diffinit hic species, vt de ea enunciatur genus. ¶ Hoc potest concedi, & dici, quod tantum ponit vnam diffinitionem in comparatione ad genus, & tunc hæc rõ scilicet quæ ponitur sub genere, exponitur per sequens, & pro. de qua &c. Quod aũt dicitur aliæ erunt non specialissimarum, s. aliæ notificationes nõ diffinitiones, quia secundum quandã diuersitatem tm̃, sm̃ quid notificant spẽm, cõsimilis. n. diuersitas poterit inueniri comparando spẽm ad indiuidua, secundum q̃ comparationem tm̃ ponitur vna diffinitio. ¶ Ad quartum dictum est supra. ¶ Ad argumentũ contra hoc põt dici, q̃ spẽs non tantum sm̃ diuersa sibi accidentia refertur ad genus, & indiuidua, quia

tunc

mne per neutrum diffiniretur, sicut nec hō, licèt sibi accidat duplum, sed essentialiter, & per se comparatur ad vtrumque. Et quod dicitur (idem non refertur bis.) Intellexit Ari. ꝙ accidens non refertur ad subiectum, & terminum, sicut innuit in litera ibi. Non est aūt intellectus ad intelligẽtem & intelligibile, & tunc non est contra dicta. Vel oportet dicere, ꝙ idem non refertur primo ad diuersa, per se tñ pōt, quia primo ad vnum per suam rōnẽ. per se verò ad aliud scd̃m rōnem sui generis. Relatiuū enim scd̃m genus est relatiuum per se, quia includit in sua essentia illud per quod refertur. Impossibile est enim absolutum in sua essentia essentialiter includere relatiuum: sic species scd̃m suam ꝓpriam rōnem dicitur ad genus, secundum aūt rōnem sui genereis. s. vniuersalis dicitur relatiue ad illa de quibus prædicatur, quia dici de, conuenit sibi inquātū est vniuersale, verbi gratia, duplum ſm se refertur ad dimidium, sed secundum suum genus ad sub multiplex: non est tamen oīno simile, quia ibi correlatiuum generis continet correlatiuum speciei, hic non. Iō prima diffinitio est speciei propria scd̃m se, quia datur per eius primum correlatiuū, secunda datur per posterius, quia magis est ad propositum, est enim propria speciei inquantum est vniuersale. ¶ Ad quintum pōt concedi, ꝙ diffinitio non est distinctum vniuersale a specie secundum ꝙ hic de vniuersalibus agitur. Vel aliter, ꝙ non prædicatur quid tantum, sed in quid, & in quale, quia nō habet simpliciter vnum modum prædicādi, sed duos, sicut genus & differentia, ex quibus est. ¶ Ad sextū dictum est quæst. 12. in solutione primi argumenti.

¶ Participatione enim speciei plures homines sunt vnus homo. Capitulo eod.

QVÆSTIO XXII.

QVæritur de veritate istius, plures hoīes sunt vnus homo. Quod sit vera videt, quia sequitur, participatione speciei plures homines sūt vnus homo, ergo plures &c. antecedens est verum, per Porph. ergo & consequens, proba tio consequentiæ, quia nihil diminuitur ab alio, nisi ponatur ex parte eiſdem extremi, s. participatione speciei ponitur in antecedente a parte subiecti, & vnus non: ergo vnus non diminuitur in antecedente. ¶ Item quando aliquid se habet

ad aliqua simpliciter & secundum quid : si addatur sibi aliquid determinans secundum quid : stat tantum pro illo, sed vnus se habet ad vnum numero simpliciter, & ad vnum specie secūdum quid, ergo cum sibi addatur in proposito nomen speciei.s.homo : tantum stabit hic pro vnitate speciei,& sic est vera propositio,ergo simpliciter est vera. ¶ Item secundum Aris.5.meta. vniuersaliter secundum q̄ aliqua habent in aliquo indiuisionem,sic sunt vnum plures homines in homine habent indiuisionem : quia forma hominis vniuocè inest eis,ergo sunt vnus homo. ¶ Item vterque istorum est vnus homo, ergo plures hoies sunt vnus hō, añs est verum, quia vterq; istorum est singularis,probatio consequentiæ,quia opositum consequentis.s.tantū vnus hō est,vnus hō, nō stat cū añte,s. vterq; istorum est vnus homo, quia ibi attribuitur vnus homo subiecto ad minus pro duobus.

Contex.

¶ Ad oppositum,si plures homines sunt vnus homo, ergo per conuersionem sequitur,vnus hō est plures homines,consequens est falsum, quia sua cōtradictoria est vera,s.nullus hō est plures humines.¶ Item in subiecto & prædicato accipitur idem sub oppositis modis,qui nō sunt seperabiles a significato,secundum quòd significatur per istas dictiones, ideo propositio falsa.

Ad Quæstionem dicendū q̄ vnus potest accipi cathegorematicè, & sic significat differentiam entis, & sic de eo loquit Aristo.5.& 4.meta.& tunc diuiditur ab Aristo.ibidem. 5. meta. in multos modos, vltimo autem in c. de vno ponuntur quatuor modi,ad quos omnes præcedentes reducuntur. s. vnum numero,vnum specie,unum genere, & vnum proportione. Si vnum cathegorematicum se habet æquiuocè ad hæc quatuor, tunc sumpto vno sic, adhuc distinguenda est prepositio penes æquiuocationem vnius cathegorematici.& pro tribus sensibus est vera. sed pro quarto est falsa. s. pro vno numero. ¶ Si autem sicut forte verius est, vnum se habet ad hæc quatuor, vt ad simpliciter, & secundum quid, quod videtur ex dictis Ari.5.meta.ubi dicitur,q̄ ad unū numero sequitur vnū specie,& vlterius genere,& proportione,& non econuerso, quasi sit minor ratio vnitatis in vno specie, q̄ numero, & genere,q̄ specie,tunc dicendum est,q̄ ppositio est falsa, vt unū est categorematicum, quia cum hic nihil sibi addatur contrahens ad vnitatem secundum quid,stat tantum pro uno numero,

Tex.8. & idem

Contex. 12.

Contex. 12.

ro, quod est vnum simpliciter. ¶ Aliter sumitur vnum, vt est sincathegorematicum, & sic dicit modum intelligendi terminum pro supposito determinato, indeterminate tamen, & homo sic sumptus pro supposito non inest subiecto. Ideo sic propositio est falsa, nihil enim est in subiecto: virtute cuius posset vnus homo confundi, & accipi pro diuersis, quia copulatio non confundit, quia tunc hæc esset vera in sensu composito, duo, & duo sunt duo quod falsum est, in illo enim sensu est hæc uera, duo & duo sunt quatuor, ex quib sequitur, ꝙ quatuor sunt duo, qđ est impossibile, ergo altera premissarū in sensu composito: in quo inferunt illam conclusionem. ¶ Ad primum argumentum: nego consequentiam. ¶ Ad probationem, dico, ꝙ illa determinatio intelligenda est de prædicato sic: plures homines sunt unus homo participatione speciei. i. in participando speciem. ¶ Ad secundum dico, qđ determinabile non contrahit determinationem, sed econuerso, maxime non ad secundā quid, vnde hic, homo mortuus, non stat mortuus secundum quid, licet aliquando contrahat ipsum ad supposita, nam hic, homo albus, stat album tantum pro albo in homine. Ad tertium dico, quòd non valet consequentia, sunt in diuisa in homine siue in forma hominis, ergo sunt vnus homo vel homo indiuisus, quia in antecedente significatur homo, vt habens rationem determinationis respectu vnius, sed in consequente, vt determinabile. ¶ Ad quartum dico, negando consequentiam. ¶ Ad probationem dico, quòd illud quod ponitur loco consequentis, si sit vnum, vt hic, iste & ille sunt vnus homo: est vera in sensu diuisionis, licèt non compositionis, non enim habet pro opposito tantum vnus homo, sed hanc non plures, quæ bene stat cum antecedente, quia hic negatur prædicatum a pluribus sumptis per modum plurium, quod ibi affirmatur de pluribus sumptis per modum vnius, quia ibi diuisim huic & illi est. n. vterque signum diuisiuum] hic coniunctum in ambobus. ¶ Vel potest concedi, quòd stant simul, tantum vnus homo est vnus homo, & vterque est vnus homo, quia enim vterque distribuit pro suppositis diuisim, non excluditur aliquod suppositum hic tantum vnus homo sub illa ratione, quia pro eis distribuit vterque.

¶ *Differentia verò communiter propriè, & magis propriè dicitur Cap. 4.*

QVÆSTIO. XXIII.

CIrca capitulum de primo, an hæc diuisio prima differentiæ. s. in differètia communiter propriè & magis propriè sit conueniens? Quod non videtur quia non est diuisio generis in species genus, enim æquè propriè dicitur de speciebus. Nec totius in partes integrales, quia totum non prædicatur de partib. talib. sed diuisum hic prædicatur de diuidentib. Nec vocis in significationes, quia tunc hæc vox & differentia, primo importat, illa tria, & non sequeretur ad diuidentia, nec esset diffinibile, quia æquiuoci non est diffinitio. Nec est aliqua diuisio per accidens, patet, quia in omni membro diuisionis intelligitur per se diuisim, quod nunquam accidit in diuisione per accidens. ¶ Item hæc diuisio non est per oppositа. Tum, quia est trimembris, ergo aliquod membrorum alteri non opponitur, quia tantum vnum vni opponitur. Tum quia ad vnũ membrum sequitur aliud, sequitur. n. differunt magis propriè ergo differunt cõiter. 1. accidente aliquo. sequitur ẽt differunt propriè, ergo communiter, & ẽt sequitur, differũt magis propriè, ergo propriè. ¶ Consimilis dubitatio est de diuisione, quæ ponitur ad declarandum diffinitionem generis ibi, eorũ quæ prędicantur &c. quia quod prædicatur de pluribus prędicatur propriè, quod de vno solo cõmuniter vnum etiam mẽbrum videtur sequi ad aliud, & vniuersaliter de diuisionibus, per propriè & communiter datis. ¶ Ad oppositũ est Porphy.

6. topic. Cap. 2.

3

Dicendum, ꝙ tales diuisiones sunt bonæ, quia sunt vocis in significationes, non vocis æquiuocè penes primum modum æquiuocationis, qui sic æquiuoca primo important multa, sed penes secundum modũ, quia uox sic æquiuoca significat vnũ propriè, & ex impositione, aliud translumptiue & ex vsu. sicut dicit Arist. 1. elenchorum, secundus modus est ex eo, quod soliti sumus sic dicere. ¶ Ad primum argumẽtum, patet, quod non sequitur ad diuidentia, neque diffinitur vt æquiuocum, sed sumpta in uno sensu vniuoca est, & potest diffiniri, & esse principium consequentiæ. ¶ Ad secundum dico, quod membra sunt opposita ¶ Ad primum contra hoc dicendum, ꝙ habet reduci ad diuisionem bimembrem, sic, differẽtiarum quædam magis propria: quædam non magis propria, & vltra, nõ

Cap. 2.

magis

magis propria, quædam propriè: quędam communiter: & sic vniuersaliter omnis diuisio non bimembris reducitur ad bimembrem. Alia autem membra posita sunt membra subdiuisionis, & ponuntur propter breuitatem loco diuisi in eo, ex hoc, quòd diuisum est vnum mẽbrum principalis diuisionis. ¶ Ad secundum contra hoc dico, quod membra debẽt intelligi sub precisione, & sic nullum sequitur ad aliud. Sic etiam in diuisione sequenti, quædam facit alteratum, quædam aliud, quæ membra non sunt opposita, nisi sumatur alteratum tm̃.

¶ Differt enim Sortes a Platone alteritate, & ipse à se sene, vel iam puero, vel iam viro. Cap. eod.

QVÆSTIO XXIIII.

QVæritur circa primum membrum diuisionis differẽtię. An sit hæc vera. Sortes senex differt a seipso puero. Q3 non videtur, quia relatio requirit duo extrema in actu, quia si sic, suum subiectum est, & si hoc, eius correlatiuum est, quia relatiua sunt simul natura. Sed sor. senex & sortes puer non sunt simul natura in actu, ergo differentia, quæ est relatio quædam non est inter illa, vt extrema, cuius oppositum notat illa propositio. ¶ Item si sor. senex differat à seipso puero, ergo non est idem sibi puero, ergo non est idem sibi: Prima consequentia patet, quia idem & differens opponuntur, ergo ad vnum sequitur negatio alterius. Probatio secundæ consequẽtiæ, negatio in antecedente negat identitatem vniuersaliter, ergo sequitur negatio identitatis eiusdem à se, sicut à superiori ad inferius negando, & hoc tantum significat consequens.

¶ Item sequitur. Sor. senex differt à se puero, ergo Sor. senex & Sortes puer differunt, ergo Sor. senex & sor. puer sunt multa, & vltra, ergo sor. & sor. sunt multa, consequens est falsum, ergo & primum antecedens. Probatio primæ consequentiæ: sic. n. sequitur in omnibus relatiuis æquiparantiæ. Sequitur. n. Sor. est similis Platoni, ergo Sor. & Plato sunt similes. Et ratio est hæc, quia relatiuum æquiparantiæ æqualiter denominat. vtrunque extremum. Probatio secundæ, differentia est *Ten. non habens* species multitudinis, per Arist. 5. & 10. metaph. sequitur, ergo *Cap.* differunt, ergo sunt multa sicut sequitur, album est, ergo colo- *Cont* 10. ratum. Probatio tertiæ consequentiæ, quia ab inferiori ad suũ *12. & 17* superius tenet affirmando, quemadmodum a determinatione

inde. non diminuente sequitur ad determinabile, sic arguitur ibi, ergo consequentia bona.

¶ Ad oppositum est Porphyr. ¶ Item arguitur ratione sic, circa ens immediatè opponuntur idem & diuersum per Arist. 10. metaph aut ergo sor. senex & sor. puer sunt idem, vel diuersum. Non idem, quia tunc hæc affirmatiua, sor. senex est sor. puer, esset vera: sed hoc est falsum, est ergo diuersum, & hic sumitur differens, vt est commune ad omne diuersum.

Respondeo, dicendum, ꝙ oppositio distinguenda est secundum æquiuocationem, quia sumpto differre in communi est vera propositio, quia illo modo quodcunque accidens impedit omnimodam identitatem Accipiendo tamen differentiã propriè vel magis propriè, est propositio falsa, vt patet ex ratione istarum differentiarum. ¶ Ad primum arg. potest dici, ꝙ oportet extrema relationis esse in actu, quo ad rationem referendi, & non quo ad existentiam, quia prius & posterius licèt non simul existant: tamen simul sunt secundum rationem qua referuntur, nam quando prius est sub ratione prioris, posterius est sub ratione posterioris, licèt tunc non existant. Aliter potest dici, ꝙ sor. puer non est per se extremum huius relationis, sed sor. puer differens, quia per se extrema relationis æquiparantiæ nominantur eodem nomine illius relationis, illud autem extremum est per se simul cum sor. sene. differente, quia pro eodem tempore est hoc differens ab illo, & illud ab isto. ¶ Ad secundum dico, ꝙ hæc consequentia non valet, non est idem sibi puero: ergo non est idem sibi: quia in prima negatur identitas respectu termini accidentalis: in secunda vero respectu termini substantialis, qui importatur per sibi, quod est relatiuum reciprocum, & in hoc fit fallacia consequentis, quia ad diuersitatem accidentalem non sequitur diuersitas substantialis, sed econuerso. Sed si ly sibi in consequente referat antecedens cum determinatione. s. hoc totum. sor. senex. tunc patet consequentiam non valere, quia in antecedente & consequente respectu diuersorum terminorum accidentalium negatur idemitas. Vnde ꝙ hic assumitur in probatione, quòd in antecedente negatur identitas vniuersaliter, falsum est, sed tantum respectu huius termini sortes. ¶ Ad tertium dico, ꝙ negatur prima consequentia propter negationem inclusam indiffert, vt patet in alijs, quia hæc est vera sor. differt ab omni homine, sicut sor. non est idem omni homini, hæc tamen est

falsa. for. & omnis homo differunt, sicut hæc, for. & omnis homo non sunt idem. ¶ Ad probationem dicitur, ꝙ tenet in relatiuis æquiparantiæ, vbi non includitur negatio, vt de simili patet, sic non est de differentia. ¶ Contra hoc negatio inclusa in differt non tollit talem consequẽtiam, nisi propter hoc, ꝙ terminus præcedens ipsum & subsequens diuersam habent suppositionem, vnde tenet obseruata eadem suppositione talis consequẽtia etiam cum differt. Sed in singularibus non refert præponere, vel postponere negationem, per Arist. secundo perihermenias, ergo in illis, cum differt, bene tenet talis consequentia. ¶ Ideo potest concedit illud vltimum consequens, s. for. senex, & puer sunt multa, sed nõ sequitur, ergo for. & for. sunt multa, quia illa determinatio in antecedente respectu talis prædicati, diminuit à for. absolutè. ideo non sequitur, vt superius ad inferius, sed vt secundum quid ad simpliciter. Similiter in illo coniuncto sumitur for. secundum accidens, quia secũdum rationem alicuius quod secundum rationem talis prędicati est sibi extraneum absolutè sumpto, & in dictis secundum accidens siue prędicatis siue subiectis non tenet à coniunctis ad diuisa, per Arist. in 2. periherm. *Cap. 5.* *Tex. 2.*

¶ *Differentia est, qua abundat species a genere.* *Cap. 60.*

QVÆSTIO XXV.

QVæritur de hac prima diffinitione differentiæ. s. differentia est qua species abundat à genere, an sit conueniẽter data. Quod non videtur, quia quod abundat ab alio, est in plus illo, genus est in plus, quàm species, & non econuerso, per Arist. in prædicam. vbi dicit animal plus complecti' tur quam homo, ergo &c. ¶ Item, si sic, quæro à quo spẽs hẽt differẽtiã, non à nullo, quia ex nihil fit. nõ a se: qa nihil facit se esse in actu. Si igitur habeat, ergo hẽt hoc à gñe, sed hoc est in cõueniens propter duo. Primũ est, quia tunc non abundaret in hoc à genere, cum vtrumque habeat illud. Secundo, quia haberet tunc genus in se contraria: qua enim ratione vna species habet vnam differentiam à genere: pari ratione alia species habebit aliam differentiam sibi oppositam, ergo vtramque habet, ergo oppositа simul. *Cap. de substantia.* 2

¶ Dicitur hic: sicut Porphyrius in litera respõdere videtur, ꝙ species habet differentiam à genere, & ita genus habet illã

differentiam in potentia tantum, species autem actu. Nec sequitur tunc primum inconueniens: quia illud abundare, debet intelligi, quo ad actu habere. Ad secundum dicitur, q̃ non est inconueniens oppositа simul in esse eidem in potentia.

¶ Contra primum A nullo potest aliquid verius haberi, q̃ ipsum illud in se habeat, igitur à genere non potest species habere verius differentiam illam, quam genus habeat illam, sed spes habet illam actu, genus tm̃ in potẽtia, ergo species illam à genere non habet. ¶ Contra secundum, omnis potentia est reducibilis ad actum, igitur si oppositа in potentia inuntur generi: poterunt inesse actu, quod est impossibile. ¶ Item contra vtrumque simul. Illud quod tantum inest alicui in potentia, non prædicatur verè de illo cum hoc verbo est, quia esse denotat actualem vnionem extremorum, sed hæc est vera, animal est rationale, ergo prędicarum non tantum inest subiecto in potentia. ¶ Ad oppositum est Porphyrius.

Dicendum, q̃ species abundat à genere in differentia, quia diffinitio exprimit totum per se intellectum diffiniri, quia aliter non conueniret primo diffinito, sed diffinitio constat ex genere & differentia, ergo differentia est aliquid de per se intellectu specici, & nõ de intellectu generis, quia si sic: genus per se prędicaretur de differentia. vel econuerso: quorum vtrumque est falsum, & nugatio esset in diffinitione, quia ponendo rationem generis & differentiæ loco nominum, idem bis diceretur, ergo species abundat differentia à genere. ¶ Ad primum dico, q̃ esse in plus est dupliciter. I. secundum continentiam actualem vel potentialem, siue secundum indifferẽtiam, & isto secundo modo genus est in plus, vt vult auctoritas adducta, species vero alio modo, & ideo sic abundat a genere.

Ad secũdum dico, sicut dictum est, quia sicut compositum naturale habet formam in potentia à materia inquantum materia est in potentia per se ad formam, & ideo quando materia est: est etiam forma compositi in potentia, formam autem habet compositum in actu ab agente, quod actu inducit formam in materiam: sic species in potentia habet differentiam à genere, quod est proportionale materiæ.

¶ Ad primum cõtra hoc, concedo, q̃ species non habet differentiam in actu à genere, quia nec genus illam habet actu.

¶ Ad secundum potest dici, q̃ non est inconueniens oppositа in actu in esse eidem genere, licèt sit inconueniens de eodem

dem numero. ¶ Vel aliter, ꝙ potentia non dicitur hic ordo ad actum: sicut sumitur, 9. metaph. sed potentia dicitur hic indeterminatio, sicut per oppositū actus propriè determinat aliud & tunc genus habet differentias in potentia. i. indeterminate, & isto modo non intelligitur propositio illa, ꝙ omnis potentia reducibilis est ad actum. ¶ Per hoc ad aliud, concedo enim ꝙ hæc est vera, animal est rationale, nam sua cōtradictoria est falsa, sed nō est vera vniuersaliter, non est. n. inconueniens aliquid prædicari verè de eo quod est in potentia ad ipsum. i. indeterminate se habet ad ipsum, & hoc particulariter non vniuersaliter. Contra. 2. inde.

¶ *Definiunt autem & hoc modo.* *Cap. eod.*

QVÆSTIO. XXVI.

QVæritur an differentia possit diffiniri. Quod non videtur quia differentiæ non est differentia, sic enim esset procedere in infinitum, omne autem quo diffinitur, habet differentiam. Item sola species diffinitur differentia non est species. ¶ Ad oppositum est. Porphy.

Ad Quæstionem dicendum, quod differentia potest diffiniri, quia habet genus scilicet vniuersale, quod per aliquam per se differētiam descendit in ipsam, vt patebit in solutione, quæstionis sequentis. Ad primum, concedo, quòd differentiæ non est differentia: respectu cuius differentia habet rationem differentiæ: sed potest habere differentiam respectu cuius ipsa est species: sicut hic quod est prædicari in quale, per quod constituitur differentia in sua specie: sicut homo rationale. ¶ Contra, tunc differentia respectu alicuius non est differentia, quod est falsum, quia necessario est differentia, & per se, ergo respectus ad quodcunque non poterit illud tollere. Concedo, quòd differentia vt quid in se non est differentia ut modus, tamen necessario est differentia, vt quid, sic species est modus eius. ¶ Ad aliud concedo, quòd differentia est species.

¶ *Differentia est qua de pluribus differentia specie in eo quod quale sit prædicatur.* *Cap. eo.*

QVÆSTIO XXVII.

QVæritur, an hęc diffinitio sit conueniens, dria prędicatur de plurib. differentib. specie in eo q̄ quale. Qđ non vr, quia diffinitum excedit diffinitionē prędicatur. n. diffinitū de ultima dria & completiua speciei & non diffinitio, quia illa differētia tm̄ inest speciei specialissimæ & eius suppositis. ¶ Item diffinitio excedit diffinitū probatur, quia sensibile prædicatur de pluribus differentibus specie in eo q̄ quale, & tamen non est differentia, quia differentia est abstractū significans aliquam intentionem secundam. Impossibile est autem aliquam secūdam intentionem in abstracto prædicari de re primæ intentionis: probatio assumpti, quia differens dicitur denominatiuē a differētia denominatiuum aūt tantum differt ab abstracto solo casu, ergo &c. antecedens patet per Porphyrium, nam vbi vult exponerē mēbra diuisionis driæ, exponit sic, differt. n. Sor. senex a se puero, & consimiliter in alijs. ¶ Itē hoc quod est prædicari de est ratio relatiui, ut patet de vniuersalis dria aūt non est relatiuum, quia relatio non refertur. esset. n. procedere in infinitum, dria autē est relatio, quia secundum ipsā refertur differens ad differens est. n. relatio æquiparantię omne. n. differens aliqua differentia differt a differente ergo dria non referē. ¶ Hoc etiam patet inductiue, quia ad nullam rem primæ intentionis refertur, quia non est simul natura cū aliquæ nec ad aliquam secundam intentionē, quia non ad genus, uel specie, vel in diuiduum, quia quodlibet illorum habet correlatiuū, ut patet ex prædictis nec ad proprium, uel accidēs quod est manifestum ¶ Item omne diffinitum differt specie ab alijs per suam diffinitionem dria aūt nō differt, quia subiectum & prædicatum significatur sub oppositis modis inseparabilibus, qui causant falsitatem. Itē Porph. ponit alias diffinitiones, ergo vel illæ non valent, vel ista non valet, quia vnius tantum, est vna diffinitio per Arist. 6. top.

¶ Ad oppositum est Porph.

Cap. 4. Dicendum ad qōnem, q̄ dria est duplex, quædam vltima, quædam intermedia, hæc diffinitio conuenit drię intermedię vniuersaliter, & est vera definitio, ponunt. n. ibi genus & dria ipsius driæ, quia dria species est respectu vniuersalis, sicut de gñe prius dictum est, quia vniuersale per drias sibi additas in ipsam descendit, quia illæ per se diuidūt vniuersale, & ipsum

ad

ad dr̃iam contrahunt, dr̃iæ autem per se diuisiuæ superiorum per se sunt cõstitutiuæ inferiorum, quia per illas superius determinat ad inferius, tñ nõ est diffinitio dr̃ię vniuersaliter, qa nõ dr̃iæ vltimæ. Sicut.n. est quædam species specialissima, & quædam subalterna, & sicut est aliqua descriptio data de specie specialissima tm̃, sic est dr̃ia quædam vltima, & quædam intermedia sic, ꝙ est aliqua descriptio conueniens dr̃ię intermediæ cuiusmodi est ista. ¶ Contra, illa dr̃ia vltima non diffinitur nisi per differentib. numero, ergo est aliud vniuersale ab ista dr̃ia hic diffinita, sicut species est aliud vniuersale a genere, non.n. est alia dr̃ia inter genus & spẽm, nisi in differentib. specie & numero: quæ duo consimiliter se hñt circa prædicari in quid faciat duo vniuersalia, ergo prædicari in quale alia duo. ¶ Item ſm nullam vnã diffinitionem dr̃ia conuenit dr̃iæ intermediæ & vltimæ, qa in illa diffinitione oportet habere ꝑdicari de plurib. in quale, & non poterit poni differentib. specie, nec numero, ergo æquiuocè conuenit illis, nec illud tantũ de pluribus in quale sufficit, quia plurib. æquiuocè conuenit plurib. specie, & numero, sicut vnum æquiuocè conuenit vni specie & vni in numero, vt patet 5. metaph. c. de vno. Sed tũc vr̃, ꝙ diffinitio vniuersalis, in qua ponitur ꝑdicari de plurib. absolutè, & non pro aliquo significato, nihil valeat, vel si sic, tunc poterit dr̃ia diffiniri in communi ꝑ prædicari de plurib. in quale, intelligendo quale pro quali essentiali. ¶ Sed contra, tunc genus & species erunt vnum vniuersale, sicut & dr̃ia, cuius vnius vniuersalis esset vna diffinitio prædicari de plurib. in quid. Dici potest, ꝙ genus & species non tantum differũt per hoc, ꝙ est prædicari de pluribus numero & specie differentib. sed in quid conuenit eis æquiuocè, quia genus predicat partem essentiæ, species verò totum, non sic autem quale substantiale conuenit æquiuocè dr̃iæ vltimæ & intermediæ, quia vtraq. dicit partem formalem, diffinitio igitur ista est tm̃ dr̃iæ intermediæ, & non vltimæ. ¶ Dr̃iæ aũt in communi est sufficiens diffinitio ꝑdicari de plurib. in quale, quæ cõuenit vtriq. dr̃iæ, prædicari aũt in quid vniuocè non conuenit generi & speciei ideo illa sunt duo vniuersalia, dr̃ vero vnum. ¶ Pro diffinitione aũt vniuersalis, & dr̃iæ sic in communi oportet dicere plura esse vniuocũ ad plura spẽ, & ad plura numero, licet vnum insit vni numero & spẽ, sicut simpliciter & ſm quid, sicut non homo est vniuocum ad mortuum & non mortuũ,

Contex. 8. & in. de.

licèt

licèt homo conueniat simpliciter, & ꝺm quid illis, nec vnum est æquiuocum, quia tunc suum oppositum esset æquiuocum, cũ sibi omnimodè opponatur, sed significat simpliciter vnũ numero, & ꝓ alijs nõ accipit nisi ꝓ determinationẽ distrahẽtẽ, sicut nec hõ ꝓ hoie mortuo. Nec est incõueniẽs vnũ, licet nõ sit æquiuocũ, adhuc distingui in hęc 5. met. & 1. top. ꝙa sic multa alia nomina distinguunt ibi non in æquiuocata, sed in simpliciter & secũdũ quid ut patet ibi de priuatione. ¶ Ad primum argm̃ patet. ¶ Ad secundum dico, ꝙ differentia põt esse nomen primæ intentionis, vel secundæ, primo mõ, est nomẽ abstractũ, & ſignat relationẽ, & est ſpẽs multitudinis, vt multum est dria eutis. Secũdo modo est concretũ sicut & alia noia intẽtionũ, de quib. hic agit, & trãsumit a dria, ut est nomẽ primæ intẽtionis ſignat aũt intentionẽ applicabilẽ ei, ꝙ est principiũ formale differentiæ, ut est res primæ intẽtionis. Cũ oñditur ꝙ sit abstractum, potest dici, ꝙ differre tm̃ dr denominatiuè a dria, vt est nomen primæ intentionis, & quod dicit Porph quod Sorsenex differt à se puero non est, quia dria, vt est intentio, sit in vno extremo, & denominet ipsum sic. Sor. differt, sed sic est illud ad propositum, ſi Sor. senex differt à se puero, ergo dria est inter extrema, vt dria est nomen primæ intentionis, ergo in altero extremo est aliquod principium, quod dr dria, vt differẽtia est intentio, illud est pueritia, ergo pueritia est differentia cõi, & sic est intelligendum de extremis aliorum membrorũ. ¶ Ad tertium põt dici, ꝙ differentia vt est res primæ intentionis est relatio, & sic non refertur, vt aũt est secũda intentio refertur, & non est relatio. Cum autem per inductionẽ oſtendi-
tur, ꝙ non refertur, potest dici, ꝙ ſecundum rationem ſui generis refertur ad illud, de quo dr, ꝙ vocari potest ſubiectum, quia prædicatum refertur ad ſubiectum, nec ad indiuiduum, nec ad ſpeciem, vt ad primum correlatiuũ, quia ſecundũ Ari-
Cap. 9. 4. top. oportet ſpẽm dici ad illud, ad quod genus dr. ¶ Dr aũt m̃ ſpeciali, ꝙ dria ꝺm ꝙ diuiſiua dr ad genus, non ꝙ genus ſit primum eius correlatiuum, quia primo est ſpẽs, ſed ratione diuiſi ita, ꝙ primo dr ad diuiſum, ꝺm aũtem, ꝙ est conſtitutiua, dicit ad ſpẽm, non inquantũ ſpẽs, ſed inquantum conſtituta ꝓ differentiam. ¶ Per hoc patet ad quintum, ꝙa non ſunt multę diffinitiones driæ ꝺm ſe, ſed prima est eius ꝺm ꝙ est conſtitutiua ſpẽi, eſt.n. ſenſus; differẽtia est, qua abundat ſpẽs, a gñe. i. ꝙ cum genere conſtituit ſpeciem, ita ꝙ ibi ponitur ſpẽs, vt cor-

5. meta. Conex. 27.

relatiuum

relatiuum differentiæ, inquãtum ſpẽs eſt conſtituta, & differẽtia conſtitutiua abũdat a gñe ponitur pro conſtituere & ꝓpria ratione conſtituendi, quia non vt genus conſtituit ſpẽm. ¶ Secunda diffinitio eſt differentiæ intermediæ inquãtum eſt vniuerſale, ſed ſi ſumatur gñalis dempto hoc, ꝙ eſt differẽtib. ſpecie, eſt propria differentiæ inquantum hic de illa agit. Aliæ duæ diffinitiones ſunt differentiæ inquantum diuiſiuæ ſunt, prima datur a diuiſione actiua, in qua ponitur ratio differentię diuiſiuæ ſ. nata diuidere: cum correlatiuo ſ. diuiſio, & termino diuiſionis. ſ. ea, in qua diuiſum diuiditur. ſ. ea quæ ſunt ſub eodem genere. ¶ Quarta non multum valet, vt ꝓpie dicit in litera, & cum corrigitur, tunc contrahitur magis ad differẽtiam conſtitutiuam. ¶ Ad quartum poteſt dici, ꝙ differentia vt eſt nomẽ ſecundę intentionis. ſ. eſt æquiuocũ, uno.n.modo ſignificat intentionem applicabilem ei quod eſt principium differentiæ, vt eſt relatio realis, ſicut rationale dr̃ dria, & ſic eſt vniuerſale hic. Alio modo ſignificat relationem rõnis, cuius ſpecies ſunt differentia numero, & differentia ſpecie, a quib. dr̃ denominatiuè differẽs ſpecie & differens numero, & ſic eſt abſtractum: ſicut quando eſt nomen primæ intentionis. Hoc vr̃ probabile, quia differens ſpecie eſt vniuoce in omni genere, ergo eſt denominatiuum intentionale, ſimiliter differentia diffinita ſic, qua differunt a ſe ſingula, reperitur in omni genere, quia tantum diuerſificatur per materiam accidẽtalem ergo & differens cõcretiue dictum, quod ponitur in eius diffinitone, non eſt. n. diffinitio, nec deſcriptio, conueniens, niſi conuertatur cum diffinito, uel deſcripto, ergo aliquo modo eſt differentia abſtractum, & nomen ſecundę intentionis a quo poſſit denominatiuè dici differre, ut eſt intentionale. ¶ Tunc ad argumẽtum concedo, ꝙ dria differt ab aliis vniuerſalib. diffinitione, & ſpecie, nec ſignificatur idem per ſubiectũ & prædicatum ſub diſparatis rationib. ¶ Contra, vr̃, ꝙ dria, vt eſt vniuerſale, ſit abſtractum, tũ quia eſt qua differunt a ſe ſingula p quartam diffinitionem, quo.n. aliquid eſt album, illud eſt albedo. Tum ẽr, quia ſi ſit concretum & denominatiuum: a quo abſtracto dicetur denominatiuè vr̃ ꝙ a nullo. ¶ Ad primum dico, ꝙ diffinitio ſic intelligi debet, dria eſt, qua non ut forma informante. vt eſt de albedine, ſed qua vt intentione applicabili ad principium differentiæ ſpecie ſingula differunt a ſe dria ſpecie, quia denominatiuè dicitur de differentia, vt eſt

relatio

relatio rationis. ¶ Ad aliud dico, q̄ eius abstractum non significatur vno nomine, sicut nec abstractum generis speciei & accidentis, vel proprij, quæ omnia constat esse cōcreta, sed potest exprimi pro circumlocutione sic intentio differentiæ, & illud non prædicatur de rationali. ¶ Iuxta dicta potest dici, quòd multum cum omnib. speciebus suis, & ita vnum per oppositum possunt æquiuocè esse res, uel intentiones: primo modo loquitur de eis metaphysicus, secundo logicus & sic faciliter saluatur eorum vniuocatio in omni genere: tamen in q̄d potest esse æquiuocum ad plura specie & numero: saluatur etiam quomodo pluribus non sit æquiuocum in diffinitione vniuersalis.

¶ *Risibile enim est mortale de homine prædicatum in eo quod quale est homo dicitur, sed non in eo quod quid est. Cap. 60.*

QVÆSTIO XXVIII.

QVæritur de vltima particula secūdæ diffinitionis dri̇ę. s. in dria prædicet in quale? Q̄d non v̄, quia q̄d dria quidditate, dira prædicat quidditatem eius, cuius est, aliter non poneretur in diffinitione eius, igitur prædicatur in quid.

1 ¶ Item si prædicatur in quale, igitur est q̄ualitas: consequēs est falsum, quia accidens est posterius substantia, differentia

3 est prior specie. ¶ Item si prædicatur in quale, prædicatur denominatiue, consequens est falsum, quia quod prædicatur de-

4 nominatiuè prædicat aliam essentiam a subiecto. ¶ Item prædicatio denominatiua distinguitur cōtra prędicationem vniuocam, per Arist. in prędicamentis, differentia autem prædicatur vniuocè, sicut species & genera, per Ari. in prædicamētis, cap. de substantia, in secunda proprietate, ergo non denominatiuè. ¶ Ad oppositum est Porph.

Dicendum, quòd dria prædicatur in quale, quod ostendit auctor, dupliciter, Primo, quia ad quæstionem factam per quale conuenienter respondetur per dri̇am. Secundo, quia sicut est in composito reali, ita proportionabiliter est in composito rōnis, in composito aūt reali est aliquid habens rōnem materię, & aliquid rōnem formę: igitur in composito rōnis erunt aliqua istis proportionabilia, nam oīa ex quib. fit vn̄ per se, alterum est vt potentia: alterum, vt actus, per Arist. 8. Contex. 6. 9. & 15 meta dria autem non habet modum materię, quia non est in-

determi-

determinata, nec in potentia, quę propria sunt materię, ergo habet modum formę, forma verò & qualitas & actus hæc sūt ergo hēt modū qualis respectu ipēi, & hoc est p̄dicari in quale. ¶ Intelligendum tamen, sicut est actus duplex. Primus, qui facit ens simpliciter in actu. Et secundus, qui p̄supponit ens in actu, & tantum facit ens in actu tali: sic est forma duplex, & qualitas duplex, & ita à qualitate duplici duplex est modus, qualis, differentia sumitur a primo actu, scilicet a forma specifica, quæ est qualitas essentialis, & iō p̄dicatur in quale essentiale non accidentale, sicut alia duo vniuersalia sequētia. ¶ Ad primum argumentum dico, q̄ ad p̄dicari in quid non sufficit, q̄ prædicet quid, sed q̄ p̄dicet quid per modū quid, dria aūt prædicat essentiam per modum informantis: non per modum subsistentis. ¶ Ad secundum dico, q̄ est qualitas secundū quod dicitur 5. meta. sed non vt qualitas est vnū generalissimum, sed æquiuoce, vt forma qualitas & actus sūt eadem transcendentia. ¶ Ad tertium dico, quòd consequentia non valet, quia oportet addere in antecedente, quòd p̄dicat aliam naturam, & illud est falsum, & sine illo nō sequitur consequens. Vel aliter, q̄ accepto quali accidentali in antecedente valet consequentia, sed sic non ponitur antecedens verum, nam denominatiuum differt a principali solo casu, idest cadentia ad subiectum, & illud tantum conuenit his, q̄ p̄dicātur in quale accidentale, quia quod p̄dicatur in quale essentiale non habet ipsum, p̄ subiecto, vt accidens dicitur esse in subiecto. ¶ Contra responsionem ad primum argumētum, si prædicet quid, & non per modum, quid igitur illud qđ prædicat, & modus sub quo p̄dicat sūt oppositā, dico quòd oppositā debet fieri circa idē, ideo quid vt res, & quale vt modus non opponuntur, sed res rei, & modus modo, vt plurale significatum & singulare, vt modus, non opponuntur, sunt. n. simul in hac dictione plurale &c. *Contex.* 10.

¶ *Assignant, & hoc modo, differentia est, qua differunt à se singula, namque secundum genus non differunt. Sumus enim animalia nos & irrationalia, sed additum rationale distinxit nos ab illis. Rationales sumus nos & dij, sed mortale appositum nobis distinxit nos ab illis.* Cap. eod.

QVÆSTIO XXIX.

CIrca quartam diffinitionem differentiæ quæritur, an mortale sit differentia animalis rationalis diuisiua & hominis constitutiua. Quod sic videtur per Porph. hic, & in capitulo de specie. Item rationale non est vltima hominis differentia, ergo præter illam oportet addere aliam, illa autem non est nisi mortale, probatio antecedentis, vltima differentia conuertitur cum diffinito, sed rationale non conuertitur cum homine, quia inest intelligentijs, vt hic dicit Porphy. & Arist. 1. Et hic. ¶ Dicitur ꝙ æquiuocè inest illis & nobis. ¶ Contra, per Aristot. 2. de anima, potentię distinguuntur per actus, & actus per obiecta, obiectum autem actus intelligendi eorum, & non est idem est. s. quod est rei materialis, saltem idem genere: ergo potentia naturalis vniuoca. Item, si rationale sit vltima hominis differentia, ergo irrationale erit differentia vltima constitutiua alterius speciei tantum, quia differentiæ diuisiuæ additæ generi similiter species constituunt. ¶ Ad oppositum animal rationale non prędicatur in quid de differentibus specie, ergo non est genus, antecedens patet, quia intelligentiæ cum non sint substantiæ animatæ sensibiles, non erunt animalia per locum à diffinitione, & præter nos ille sunt tantum rationales, ergo animal rationale non habet differentias diuisiuas. Item mortale non constituit speciem, probatio, differentia sumitur à forma vnde inest speciei ratione formæ, mortale tantum cõe materiæ, quia materia est principium, qua res potest esse & non esse, per Arist. 7. metaph. & hoc intelligitur tantum de materijs individualibus, quæ non pertinent ad speciei essentiam. ¶ Item differentia primo inest speciei, & postea vero individuis, quia per formam speciei, mortale vero econuerso, quia per Aristot. 1. metaph. actus & generationes omnes per se sunt circa singularia, vt callias sanatur per se: homo vero per accidens, mortale dicit aptitudinem ad transmutationem aptitudo autem ad aliquid est eius per se, cuius est terminus aptitudinis. Item differentia est prior specie, vel simul, sed mortale posterius homine secũdum naturam, quia prius natura est homo, quam sit aptus ad dissolutionem. Item vltima differentia conuertitur cum diffinitio. mortale non conuertitur cum homine. Item differentia conducit ad esse, & est pars rei per Porphyrium, mortale non conducit ad esse hominis.

Cap. 7. Contex. 33. et 37

Contex. 22.

In pro.

Ad

Ad Quæstionem dicendum propter istas rationes, ꝙ animal rationale non est genus, nec mortale differentia diuisiua eius, vel constitutiua hominis. ¶ Ad Porphyrium, dicitur, ꝙ loquitur secundum opinionem Platonis, quia dicit intelligentias animalia est rationalia, diffinit, enim animal, ꝙ est substantia se mouens motu voluntario, & hæc ratio competit intelligentijs. ¶ Contra hoc Porphyrius non loquitur hic de animali secundum hanc diffinitionem, sed secundum hanc, substantia animata sensibilis, quia ponendo coordinationem eorum, quæ sunt in genere substantię, diuidit corpus animatum in insensibile, & sensibile, & sub corpore animato collocat animal per hoc innuens genus descendere in hanc speciem per alteram differentiarum diuisiuarum, sic autem collocat Arist. animal, & similiter diffinit per illud genus, & illas differentias, ergo loquit̃ ꝛm opinionē Arist. Potest igit̃ concedi, qđ non loquit̃ de animali ꝛm opinionē Platonis, ꝙa ꝛm illā rōnem nō loquitur q̃ ponit Plato de animali, sed loquit̃ ꝛm opinionem vulgi, nihil enim cōmuniter concipitur, nisi per aliquā speciem imaginatiuam & ideo communiter imaginatio circa insensibilia decipit. ideo dicitur, 3. phy. ꝙ satuū est credere imaginationi, & ideo vulgus sequens imaginationem cōcipit de intelligentijs quasi idem ꝙ de substantijs corporeis, & ita essent ponenda animalia rationalia secundum veram rationem animalis sic autem loquitur Porph. quia loquitur minus proiectis, qui non intelligunt multum remota à sensu. ¶ Ad rationem dico, quod rationale est æquiuocum nobis & intelligentijs, ipsæ enim intelligunt per species innatas, non acquisitas, ideo non egent sensibus ad scientias, nos vero indigemus, per Arist. 1. posteriorum, quia omnis nostra cognitio ortum habet à sensu. Præterea. Ipsæ intelligūt cōplexa sine discursu, nos vero cū discursu, vt dr 3. de aīa, omne nostrū intelligere est cum continuo tēpore ¶ Contra, quia tūc eodem modo irrationale æquiuocum, quia quot modis dicitur vnum oppositorum, tot & reliquum, per Arist. 1. top. ergo hæc est vera vno modo, intelligentia irrationalis, quod videtur incōueniens. ¶ Item æquiuoca sunt, quorum solum nomen commune est, ergo si rationale sit æquiuocum illis & nobis, sequitur, quòd tantum sit commune secundum nomen, sed nos sumus intelligentes secundum rem, ergo ipsæ tantum secundum nomen. ¶ Ad primum istorum dicit potest, quòd non est inconueniens hanc

Contex. 75.

In primō pio. Contex. 14. & ad. libi.

Cap. 12.

multiplicitatem concedere secundum æquiuocationem, intelligentia est irrationalis, & vera est in vno sensu. Vel aliter, quòd est simpliciter vera, quia irrationale tantum opponitur rationali, vt est differentia animalis non autem vt est differentia constituens speciē substātiæ incorporeæ, sicut conuenit intelligentijs, & tunc hæc, homo irrationalis, est omnino falsa, & hæc, bos est irrationalis, omnino vera. ¶ Contra priuatum nihil propiè dicitur, nisi hoc quòd est aptum natū habere habitū, bos non est aptus esse rationalis, ergo non est irrōnalis, Pōt dici, quod incōpositione irrationalis hēt accipi negatiuè, nō priuatiuè. ¶ Cōtra, tūc non est drtia animalis diuisiua, quia excedit animal, nec prædicat de ea p se differētia superior. s. sensibile, quia non est de intellectu eius, si tantum importat negationem rationalis. ¶ Dici potest ad vtrunque, quod hic est tantum negatio in genere, non extra genus, vt est differentia. Vel potest concedi, propter secundum illorum, quòd non est differentia proprie loquendo, qua differentia quælibet accipitur à forma, & ideo diuersarum specierum diuersæ sunt differētiæ. ¶ Aliter potest dici ad primam obiectionem, quòd priuatiue oppositum actui, vel alicui significanti actum priuat actum, & relinquit aptitudinem, sed priuatiuè oppositū alicui significanti aptitudinem priuat actum & aptitudinem, & si quid relinquid, hoc est tantum secundum genus, rationale autem tātum significat aptitudinem, & irrationale hoc priuat, est tamen irrationale aptum habere rationem secundum genus, quia inquātum animal sibi non repugnat, sicut nec talpæ videre. ¶ Ad aliud de ratione æquiuocorum, dico quod æquiuocum in vtroque sensu est vniuocum significans aliqd & non tantum uox, tamen nihil est commune significatis, nisi tantum vox sed in hoc sensu accipitur vox cum uno, significato in isto, & cum alio significato in alio, sic rationale secundum vocem & significationem perfectiorem in se ineſt illis, quam nobis. ¶ Ad illud, quod primo obiectum est contra illam rspōsionem potest dici, quod dictum Arist. verum est, sed non dicit præcisè potentias distingui per obiecta, sed possunt distingui per diuersos modos operandi, aliter non esset sensus communis distincta potētia à sensibus particularibus, quod est contra Arist. 2. de anima. distinguitur enim à sensibus particularibus propter diuersum operandi modum circa idem obiectum, quia quod per se cognoscitur ab aliquo sen

Contex. 14. et circiter.

su

su particulari, per se cognoscitur à sensu communi.

¶ Ad aliud principale potest dici, quod non oportet, quod si vna differentia cum genere constituit speciem specialissimam, quod alia similiter, licèt vtraque constituat speciem, vnde animal irrationale, si irrationale, sit differentia vera, potest esse genus intermedium, & animal rationale diffinitio completa hominis, & hoc maximè est verum, quando est oppositio imperfecti ad perfectum, in quolibet enim genere vno perfecto existere sunt multa imperfecta per recessum ab illo, secundum diuersum gradum, vt patet in coloribus, rationale autem est perfectissimum in genere animalis.

¶ *Proprium vero quadrifariam diuidunt &c.* *Cap. V.*

¶ *Circa capitulum de proprio.*

QVÆSTIO XXX.

QVæritur Vtrum proprium sit vniuersale. Quod non videtur, quia oppositum non prædicatur de opposito, proprium & cõe opponuntur, ergo hæc est falsa, propriũ est commune, sed commune & vniuersale idem sunt, ergo. ¶ Item nulla intentio prædicatur verè in abstracto de primæ intentionis, hæc est vera, risibilitas est proprietas, ergo proprium non est intentio. ¶ Item per Arist. in 4. topic. si genus est ad aliquid, & species, vniuersale est ad aliquid, proprium non, ergo &c. Prima pars minoris patet, quia vniuersale cum sit essentialiter prædicabile dicitur ad illud, de quo prædicatur, siue ad subijcibile. Secunda probatur, quia proprium non refertur ad illud cuius est proprium, nam nullum accidens refertur ad suum subiectum, quia tunc omne accidens esset relatiuum. ¶ Similiter illud, cuius est proprium, prius naturaliter est proprio, relatiuum autem simul est natura cum correlatiuo, nec ad aliquam aliam refertur intentionem, vt patet inductiuè, sicut argutum est supra, de differentia. ¶ Item proprium manet, non existente intellectu, quia non existente intellectu adhuc, sicut prius, habere tres, inest omni triangulo & soli & semper. ¶ Ad oppositum est Porphyrius & Arist. primo top. ponens proprium esse prædicatum, ergo vniuersale. *Cap. 9.* *Cap. 5.*

Ad Quæstionem dicendum, ꝙ proprium est vniuersale, quia prædicatur de pluribus, est.n. secũdum Arist. 1. top. prę-

dicatum conuersim.i conuertibiliter de illo,cuius est propriũ illud autem est vniuersale, quia potest esse demonstrationis subiectum, quia omne proprium potest demonstrari de eo, cuius est proprium per diffinitionem,vniuersalium autem est demonstratio,per Arist.1.poste.ergo si ipsum subiectum prædicatur de pluribus: & suum conuertibile prædicatur de pluribus,quod est proprium. ¶ Intelligendum tamen,quod proprium est æquiuocum,quia potest esse nomen primæ intentionis & sic opponitur communi, & potest aliquid dici proprium indiuidui,sicut & speciei,& sic est concretum,& a proprietate dictum. ¶ Alio modo proprium est nomen ſ cundæ intentionis significans intentionem secundam.ſ. prædicatum conuertibile non prædicans essentiam,vt difinitur.1.top.& sic
Cap. 4. est species vniuersalis,quia vniuersale descendit in ipsum per differentias per se diuisiuas eius.ſ.prædicari conuertibiliter in quale accidentale. ¶ Ad primum argumentum dici potest, q̃ proprium opponitur communi,vt est res primæ intentionis, non autem vt est secunda intentio. Vel aliter,quod sunt relatiua,& vnum relatiuum dicitur de alio,non tamen oppositum de opposito,quia non sunt opposita,nisi respectu eiusdem.

¶ Proprium autem in respectu speciei, communè est respectu indiuiduorum sub specie contentorum,quia de illis dicitur, vt de pluribus non de specie, cuius est proprium. ¶ Ad aliud patet,quia proprietas est abstractum proprij, vt est nomen primæ intentionis , non secundæ. ¶ Contra, risibile est proprietas,risibile est proprium,ergo proprium est proprietas,præmissæ sunt verę,ergo conclusio,sed res primæ intentionis sic non prædicatur de re secundæ intentionis in abstracto sicut nec econuerso. ¶ Item si vt est nomen secundæ intentionis est concretum,quid est eius abstractum. ¶ Ad primum dico,quod est fallacia accidentis,quia extraneæ insunt accidentia realia & intentionalia ipsi subiecto. ¶ Ad secundum dico, quod eius abstractum non significatur uno nomine, sicut nec in alij quatuor,sed per circunlocutionẽ sic exprimitur intentio proprij. ¶ Ad tertium principale dici potest,quòd si genus sit ad aliquid , oportet speciem esse ad aliquid per se, sed non primo,sed secundum genus,sic proprium secundum suum genus quòd est vniuersale dicitur ad aliquid.ſ.ad illud de quo dicitur vel ad subiectum,quia prædicatum dicitur ad subiectũ. ¶ Vniuersaliter potest dici, quod secundum propriam ratio-

nem

nem refertur primo ad speciem, non inquantum species, sed inquantum habens proprium. ¶ Cum dicitur quod non, quia accidens non refertur ad subiectum. Dico, quod subiectum proprium, vt est intentio, non est species, sed res aliqua primę intentionis, vt risibile sicut de vniuersali supra dictum est, tamen illud cui applicatur intentio proprij potest esse in eo cui applicatur intentio speciei, vt risibile in homine.

¶ Ad secundam probationem cum dicitur proprio prius est illud, cuius est proprium, dico, quod subiectum secundum se est prius, sed non inquantum habens proprium, non est autem correlatiuum proprium, nisi inquãtum habens propriũ. ¶ Ad quartum dico, quòd nihil propriè accidit alij, vt ibi sumitur, accidit nullo existente intellectu, similiter nec accidit omni, quia nihil est cõmune omni cui possit accidere aliquid nullo intellectu existente.

¶ Et quod soli accidit & omni & semper, quemadmodum homini esse risibile &c. Cap. eo.

QVÆSTIO. XXXI.

QVæritur de diffinitione proprij quarto modo dicti, an hæc diffinitio. s. quo accidit omni & soli & semper, fit conuenienter data. Quod non vī, quia non ponitur ibi genus proprij, quod est vniuersale, nec ratio eius loco sui. 2

¶ Item ista ratio competit differentiæ vltimæ & completiuæ speciei, quia illa conuertitur cum diffinito. per Aristot. 7. metaph. ergo &c. ¶ Item proprietas sic conuenienter diffinitur, non ergo proprium, nisi per accidens. ¶ Item accidens est distincta species a proprio, ergo inconuenienter ponitur in eius diffinitione. ¶ Item datur per copulationem, ergo est increpanda per Arist. 6. topic. Item diffinitum cum sit intentio, potest esse vniuocum in omni genere, sed accidens nõ est vniuocum, quia tunc tantum essent duo generalissima, substantia scilicet & accidens. ¶ Ad oppositum est Porphy. Co. tex. 43. 3 4 5

Ad Quæstionem dicendum, quòd ista diffinitio est conuenienter data, quia per primam particulam. s. accidit, habetur ratio prædicati, & modus prædicandi. s. in quale accidentale, per omni & soli & semper, habetur cõuertibiliter, & per has differentias descendit vniuersale in proprium, vt patet in diuisione vniuersalis, est etiam hæc ratio eadem illi, quæ ponitur Cap 4.

tur ab Arist. primo topicorum, proprium est prædicatum non prædicans essentiam cõuertibiliter. Sciẽdum est autem, quòd accidens æquiuocè est nomen primæ intentionis & secundæ, primo, enim significat naturam extra animam, secundum qđ Arist. 5. metaph. diuidit ens in substantiam & accidens. Secundo modo adhuc est æquiuocũ, vno. n. modo idẽ est qđ p̃dicatũ non essentiale, & sic est idem q̃ esse in ℔m q̃ esse in, distinguitur contra dici de: in principio prædicamentorum, quia quod dicitur de: est prædicatum essentiale, quod est in non est essentiale. Alio modo est intentio quædam sumpta a proprietate in re, sub quo & eius opposito intelligi potest illud, cuius est accidens sine repugnantia. De accidente primo modo non loquitur logicus, nisi per accidens. Secundo modo ponitur in diffinitione proprij. Tertio modo est vnum vniuersale distinctum contra alia quatuor. ¶ Ad primum argumentum patet. Per accidit, enim intelligitur prędicari, per omni de pluribus sub specie contentis, illa, enim particula, in hoc quod est una, ex quo habetur conuertibilitas eius eum specie, dicit vniuersitatem eius ad omnia, quibus ineſt species, cuius est proprium. ¶ Ad secũdum patet, quod differentibus non accidit, quia prædicat essentiam, licet non per modum essentiæ. ¶ Ad tertium dico, quod proprietas vt est nomen primæ intentionis, non sic conuenienter diffinitur, sunt, enim quæ diffiniunt secundum intellectum, ergo ibi sumuntur intentiones, quæ non diffiniunt rem primæ intentionis, quia sunt naturaliter posteriores ea, si sit nomen secundæ intentionis significans idem quod intentio proprij, illa non conuenienter diffinitur sic, quia illa significatur, sub modo oppositi ei, quo conuenit accidere actu. ¶ Ad quartum patet: quia procedit de accidẽre tertio modo dicto. ¶ Ad quintum dico, quod per omnia illa copulata omni, & soli, & semper, debet intelligi vnum circũlocutum scilicet conuertibiliter: & non est inconueniens ponere copulationem ad circunloquendum aliquid in diffinitione. ¶ Ad sextũ patet, quia procedit de accidente primo modo.

Contex. 13. & 14.

¶ *Nam & si non rideat semper, tamen risibilis homo dicitur, non quod iam rideat, sed quod aptus natus sit ad ridendum, hoc autem ei semper naturale est.*

QVÆ-

QVÆSTIO XXXII.

QVæritur, an propriũ sit distinctũ uniuersale ab accidente. Quod non uidetur, quia proprium uel est substantia, uel accidens, non substantia, quia omnis substantia est essentialiter eadem alij, uel essentialiter diuersa, proprium non est: substantia essentialiter diuersa a specie, quia tunc impossibiliter prædicaretur de specie, nec essentialiter eadem, quia tũc poneretur in diffinitione speciei cum diffinitio totã exprimat essentiam diffiniti, non autem ponitur, quia potest demonstrari de specie per eius diffinitionem. ¶ Item omne quod est in composito, præter materiam & formam, est eius accidens, quia hęc sola substantiam rei constituunt, proprium est in composito præter hæc, ergo &c. ¶ Item, omne resultans ex compositione formæ cum materia, est accidẽs. proprium est huiusmodi, ergo &c. ¶ Item, econuerso, quod omne accidens sit proprium, probatur. Omne accidens diffinitur per subiectum per Arist. 7. met. ergó enunciatur per se, secundo modo de illo subiecto, per quod diffinitur, quia hæc est ratio secundi modi per se, quando in ratione prædicati ponitur subiectum, ergo illud accidẽs de illo subiecto potest demonstrari, quia sic sunt omnes conclusiones demonstrationis per se, ergo illud est proprium respectu subiecti. 1 2 3 4 *Contex.* 4. 17. *et* 19.

Item sumpto aliquo accidente, quęro de illo, aut inest huic subiecto per se, & erit proprium, aut non, sed per accidẽs per hoc quod inest alij, aut igitur illi inest per se, & sic est propriũ, vel si semper per accidens, procedetur in infinitũ in subiectis. ¶ Item ad principale proprium diffinitur per accedens, ergo non differt essentialiter. 6

Item, accidens diuiditur per separabile & inseparabile, ꝓprium videtur esse accidens inseparabile. ¶ Ad oppositum est Porph. & Arist. 1. topic. ponens proprium ꝙ accidens duo distincta prædicata. 7 *Cap. 3.*

Ad quæstionem dicendum, ꝙ sunt distincta vniuersalia, ꝙa accidentium quædã sunt ab intrinseco, & hoc vel ratione materiæ, vt quantitas: vel qualitatum actiuarum, sicut qualitates sensibiles posteriores: quædam ab extrinseco, & hoc dupliciter, vel manent amato illo extrinseco, vt nigredo æstu, vel nõ manent, vt calor, vel figura aquæ, quæ sibi derelicta redibit ad ꝓpriã naturã. Nullũ istorũ est ꝓpriũ ꝙa nullũ istorũ cõuenit.

Est.n.defectus in aliqua triũ particularũ requisitarũ ad cõuertibilitatẽ, vel in omnib. ¶ Est præter hæc accidens, qđ ineſt ſpẽ ratione formæ, ita quod forma ſpeciei eſt eius per ſe & immediata cauſa, poſita aũt cauſa neceſſaria & præciſa & immediata ponitur & effectus, & amota amouetur, ideo omni habentĩ formam ſpeciei non ineſt tale accidens & ſemper, & non habenti formam ſpeciei non ineſt tale, ergo eſt ſimpliciter conuertibile cum ſpecie, & poteſt per diffinitionem de ea demonſtrari, proprium igitur, vt hic ſumitur, eſt intẽtio applicabilis tantum accidẽtibus vltimis, ſed accidens, vt eſt quintum vniuerſale, applicatur tantum alijs prius enumeratis, quæ dicuntur accidẽtia communia, vel quia communiter ſunt ſubiecto & alij, vel communiter, i. indifferenter inſunt & non inſunt, ſiue ſic, ſiue ſic, non ſunt conuertibilia. ¶ Sic igitur patet differentia iſtarum intẽtionum per ſe ex diffinitionibus earum, quia proprium eſt prædicatum, non eſſentiale conuerſim. Et ideò ſub eius oppoſito non poteſt intelligi illud, cuius eſt ſine repugnãtia, qua intelligitur immediata per ſe cauſa & neceſſaria ſub oppoſito ſui effectus primi, ſed accidens eſt q̃ adeſt & abeſt, vel quòd contingit eidem in eſſe & non ineſſe, vt dicitur. 1. top. 1. ſub quo, & eius oppoſito põt intellig illud, cuius eſt ſine repugnantia, quod dicit Porph. de accidente inſeparabili, de quo minus videtur quomodo abeſt vel adeſt, quia ſubiectũ poteſt intelligi ſub oppoſito dicens, poteſt.n. coruus intelligi albus, & æthiops nitens candore. ¶ Ad primum argumentum dr̃, quod procedit de accidente, vt eſt res primæ intẽtionis, ſimiliter ſecundum & tertium. ¶ Contra tunc omne ꝓprium eſt accidens iſto modo, quia cum nullũ proprium ſit ſubſtantia uidetur quod omne ſit accidens, quod noñ vr̃ verũ quia accidens primæ intentionis, vel eſt cõcretum, vel abſtractum. Si abſtractum non prædicatur vere de ſecunda intẽtione, quia nec per ſe primo modo. Si concretũ. Contra, res primæ intentionis non denominant rem ſecundæ intentionis. ¶ Ad hoc dr̃, quod accidẽs, vt eſt nomen primæ intentionis eſt æquiuocum ad nouem genera, in hac. n. omne proprium eſt accidẽs, tantum poteſt accipi pro accidente unius generis, & nullum iſtorum vniuerſaliter ineſt proprio, quia proprium cum ſit vniuocum ad proprium in hoc genere & in illo pro omnib. diſtribuitur, & accidẽs ſtat tantum pro accidẽte vnius generis, ſignificatur ergo, quòd omne proprium cuiuſcunq;

Cap. de accidente.

gene-

generis sit accidens accipiendo accidens pro vno significato: cñ hæc est vera, omne proprium in hoc genere est accidés, accipiendo prædicatum pro vno significato, & est hæc prædicatio reducibilis ad denominatiua, sicut vniuersaliter qñ subiectum prædicatur de accidente, quia proprium, ut est intentio est accidens intẽtionale applicabile ei, quod prædicatur de ipso pro aliquo inferiori, sicut album est animal si album insit aliqui animali. ¶ Vel potest dici, quod prædicatio denominatiua vniuoca & æquiuoca diuidunt prædicationem secũdum se, qñ subijcitur, quod natum est subijci, & prædicatur quod natum est prædicari, cuiusmodi prędicatio non est, qñ conere tum subijcitur respectu sui subiecti &. ¶ Contra, hoc accidens dicitur intentionale & reale, & accidens intentionale prædicatur de omnibus illis quinq; per se. ¶ Potest dici, quod ista, proprium est accidens non est vera sumendo accidens, vt est quintum vniuersale, vt patet in solutione quæstionis, nec vt est res primæ intentionis, nisi prædicatione p accidens in vno sensu æquiuocationis & hoc sumpto proprio particulariter, ut dictum est in ultima responsione. Est vniuersaliter vera sumendo accidens pro accidente intentionali. s. pro accidente, quod est idem quod prædicatum non prædicans essentiam, sed vniuersaliter falsa est hæc, proprium est accidens, vt hic est sermo de accidente, quod est quintum vniuersale. ¶ Ad quartum dr, quod accidens determinans sibi subiectum diffinitur per subiectum quod accidens uocatur 7. met. t accidens copulatum ut symum respectu nasi. non quodlibet autẽ accidens est tale, vt album, vel alia accidentia communia. ¶ Contra, in 7. met. probat Arist. quod substantia præcedit omne accidens diffinitione, necesse est enim in uniuscuiusque ratione subst ãtiæ rationem esse, quod nõ uidetur intelligi tantum de copulatis qa tunc non ostenderet ordinem substantiæ secundum se, quod tñ ibi intendit, vt patet ex eo, quod concludit postea, qđ sufficit determinare de sola substantia ad determinandum de ente vt diuiditur in x. prædicamenta. ¶ Item vniuscuiusque sicut est quod quid est, sic est diffinitio, ergo si aliquod accidens habet diffinitionem absolutam sine subiecto habet quod quid est absolutum, igitur est ens absolutum, ergo est substantia, quod est inconueniens. ¶ Ideo dicendum, quod omne accidens reale diffinitur per subiectum, quia est ens per illud, non in quodlibet prędicatur secundo mõ per se de illo subiecto, eo

Contex. 17. & 19.

Contex. 4.

Contex. 5.

quòd

quòd subiectum ponitur in eius diffinitione, sicut in diffinitione symi ponitur nasus, non tamen hęc est per se, nasus est symus quia nec vera vniuersaliter sed sufficit ad hoc, quod subiectum ponatur in diffinitione accidentis, quòd illud accidens non possit reperiri nisi in illo tali subiecto. Plus aũt requiritur ad prædicationem p se, siue ad proprium. s. quòd egrediatur ex p se principijs subiecti, & de tali subiecto intelligitur ratio, secundi modi dicendi per se.

¶ Ad quintũ ergo dic, quo d accidẽs quodlibet ineſt alicui per se. i. sine medio, & ad illud subiectum est status, sed non quodlibet ineſt per se, ita quod egrediatur ex per se principijs illius subiecti, sic accipitur per se in secundo modo, sicut albũ si ineſt homini per accidens, ineſt superficiei per se, i. immediate, sed non vt per se dicit causam. ¶ Ad sextum pater, quod accidens vt ponitur in diffinitione proprij significat idem qd prædicans non essentiam. ¶ Ad vltimum dico, quòd accidẽs inseparabile habet rationem generalem accidentis. s. adesse, & abesse &c. quia sub eius opposito potest subiectum intelligi sine repugnantia intellectus, vt dicitur in litera de coruo & æthiope, sed sub opposito proprij non potest. Ideo proprium non est accidens inseparabile.

QVÆSTIO XXXIII.

QVæritur de hac particula diffinitionis proprij. s. semper, vtrum proprium necessario semper insit. Quod non videtur, quia risibile non semper ineſt homini, non. n. homo semper rider. ¶ Dr̃ q risibile semper ineſt secundum aptitudinem, sed non semper secundum actum. ¶ Contra, semper ineſt homini actu causa efficiens huius propria. s. forma hóminis, igitur & istę effectus semper est in actu. ¶ Item, ad principale, substantiè precedit omne accidens tempore, ergo tempore est, quando nullum sibi ineſt accidens, vt de accidente Aris. sibi loquitur, sed illo modo proprium est accidens, ergo substantia est sine proprio. ¶ Item omnis potentia passiua est potentia contradictionis per Arist. 9 Metaph. subiectum est in potentia passiua ad proprium, quia materia eius in qua, ergo potest esse sub proprio, & eius opposito, ergo nõ est necessarium quod proprium semper insit. ¶ Ad oppositum est Porphyrius.

2

3

Contex. 17.

Ad quæstionem dicendum, quod proprium semper ineſt, vt

vt patet ex prędicatis, quia proprium egreditur ex principijs subiecti, & maxime a forma, non est autem possibile causam necessariam & immediatam alicuius poni, nisi ponatur effectus, & ideo qui semper inest subiecto sua forma: quia non est id, quod est, nisi per illam, ideo semper sibi inerit propriũ. ¶ Ad primum argumentum dico, quod risibile semper inest actu, licet ridere non semper insit, quia ridere est commune accidẽs hominis, nec inest homini tantũ aptitudinaliter, quia illa aptitudo non est in inhærentia risibilis ad actum, sed est ex parte ipsius proprij in se, nec est inconueniens ridere aptitudinaliter semper inesse actu homini. ¶ Ad 2m dico, q̃ illa propositio est intelligenda per se, quia substantię inquantum est, ex sua ratione non repugnant tempore præcedere oẽ accidens, cum substantiam secundum se nõ dependeat ab aliquo accidente, est tñ per accidens falsa, quia semper accidens est, q̃ substantia est, quia consequitur immediate esse substantiæ, nec est inconueniens propositionem per se veram esse impossibilem per accidens, sicut dr. 6. phys. q̃ oĩ motu contingit accipere motum velociorum, quod verum est respiciendo ad motum secundum eius rationem generalem, sicut ibi loquitur Arist. de motu, sed in 8. eiusdem dicitur, quòd oĩs motus est determinatæ velocitatis & tarditatis, quòd verum est cõparando motum ad determinata mouentia & mobilia, secundum quàm rõnem loquitur ibi Arist. de motu. Similer 4 phys. c. de vacuo, supponitur in illa demonstratione per impossibile, fit. n. spacium vacuum, quod quocunque corpore repleatur contingit accipere spacium repletum corpore subtiliori, quod verum est secundum rationem generalem corporis, inquantum replens locum, cuius oppositum est manifestum respiciendo determinatas naturas naturalium. ¶ Ad tertium dicitur, quod omne quod est tantum in potentia passiua ad aliquid est in potentia contradictionis ad illud. Subiectũ autem respectu proprij non est solum in potentia passiua, sed in potentia effectiua, quia effectiuè est proprium a subiecto. ¶ Contra, materia & efficiens non coincidunt, p A rist. 2. phy. igitur non est subiectum respectu proprij materia & efficiẽs. ¶ Dicitur, quod verum est dictum Arist. de materia ex q̃ & efficiente per transmutationem, non de materia in qua & efficiente sine transmutatione, cuiusmodi materia, & efficiens est subiectum respectu passionis. ¶ Contra, omne efficiens

Contex. 15.
Contex. 76. & circiter.
Idem 2. cæ. cõtex. 53. & in.
Contex. 52.
Contex 70.

est

est in actu respectu cuius est efficiens, omnis materia est in potentia, sed idem non est in potẽtia & actu respectu eiusdẽ. ¶ Potest dici, quod idem potest esse in potentia & in actu ratione diuersorum scilicet materiæ & formæ, & non sunt opposita nisi accipiantur secundum idem, & respectu eiusdem. Aliter dicitur; quod potentia ante actum opponitur actu, nõ quæ est cum actu, & ista potentia sola est in subiecto respectu passionis.

QVÆSTIO. XXXIIII.

QVæritur vtrum accidens sit de numero vniuersalium. Quod non videtur, quia quod est in singulari est singulare, nam receptum est in recipiente per modum recipientis, sed accidens est in singulari, vt habetur 5. Metaphysicapit. de eodem: ergo accidens commune est singulare, & illud accidens est illud, de quo hic igitur, vt patet per Porph. cap. de genere in diuisione, quam ponit ad notificandum diffinitionem generis dicentem, & accidentia communiter, sed
2 non propria alicui. ¶ Item, ens 5. Met. diuiditur in substantiam & accidens. Ista diuisio si valet, est per opposita, sed res primæ intentionis non opponitur rei secundæ intentionis, ergo cum substantia, quod est alterum membrum diuisionis, sit res primæ intentionis, accidens non erit res secundæ inten-
3 tionis. igitur nec species vniuersalis. ¶ Item, nulla res secundę intentionis prædicatur per se de re primæ intentionis, sed hęc est prædicatio per se, qualitas est accidens, ergo &c. pro-
Sed expressius. batio mino. hæc est per se, qualitas est ens, vt patet per Arist. 3. & 4. metaph. sed ens non habet alium intellectum, nisi substantiæ & accidentis, ergo cum substantia non prædicetur p
8. Cantex. vlt. se de qualitate, & ens prędicetur, sequitur, quod accidens prędicatur per se de illa. ¶ Item, nulla species ipsius vniuersalis vere inest singulari, vt patet inductiue, hæc enim est falsa,
4 hoc animal est genus, est homo est species, sed hæc est vera, hęc albedo est accidens, quia diffinitio accidentis, scilicet quod adest vel ab est &cę. dicitur de hac albedine, ergo accidens hic diffinitum non est species vniuersalis.

¶ Ad oppositum est Porphy. & Ari. primo topico. ponens accidens quartum prædicatum.

Ad Quæstionem dicendum quod accidens est de numero quinque vniuersalium vt hic sumitur, sed intelligendũ, quod

hoc

hoc nomen accidens sumitur multipliciter. vno modo est nomen primæ intētionis, & sic est æquiuocum ad duo, vt distinguitur quint. metaphy. in fine. vno modo dicitur idem quod contingens in paucioribus. Alio modo est idem, quod aduenies enti in actu post eius esse completum, & hoc modo loquitur metaphysicus diuidens ens in substantiam, & accidens, & illud accidens sic sumptum est æquiuocum ad 9. prædicamenta. Alio modo est nomen secundæ intentionis, & sic vno modo significat idem quod extraneum. prout sumitur in elenchis, in fallacia accidentis. Alio modo significat id quod secunda intentio, scilicet quodlibet quod causatur a sola consideratione intellectus, & isto modo omnia quinque vniuersalia sunt accidentia. Alio modo significat idem quod prædicatum non essentiale, & sic distinguit contra prędicatum essentiale, & est commune duobus vltimis vniuersalibus, & sic ponit in diffinitione proprij. Alio modo dicitur idem quod prædicatum non essentiale nec p se, nec cōuertibile, & sic est quintum vniuersale. & patet, quod sic sumptū prædicatur de pluribus, & habet modum prædicandi distinctū ab alijs. sic enim præter materiam & formam, quæ sunt de essentia rei: & accidentia egredientia ex illis principijs p se, est reperire aliqua cō sequentia essentiā non per se, nec cōuertibiliter. sic præter prędictos modos prædicandi in quid, & in quale essentiale & accidentale conuertibiliter. est alius modus prædicandi in quale accidentale nō conuertibiliter sumptus a modo essendi in re. & tale prædicatum dicitur, accidēs, vt hic sumitur, in quod descendit vniuersale per isto modum prædicandi, sicut in alia vniuersalia per alios modos prædicandi. ¶ Ad primum argumentum dico ad minorem, quòd hæc intentio accidens, est in subiecto communi, vt in albo, vel in aliquo consimili, cui applicatur, sicut species in hoc communi subiecto homo, & similiter dictum Arist. 5. metaphy. est de illo cui applicatur hæc intentio accidens, quia illud primo inest singulari, quia non consequitur principia speciei secundum se. ¶ Contra, si illud cui applicatur nec intentio sit in singulari primo. ergo est singulare, ergo & hæc intentio, quæ est in illo est singularis, & sequitur idem quod prius. Dico, quod cui applicatur hæc intio, vt album secundum esse materiale est in singulari primo, sed sic non est subiectum intentionis, sed secundum quod consideratur ab intellectu, sic est ei extraneum esse in singulari

Contra.

Vnde

vnde in argumento est fallacia accidentis. ¶ Ad secundum, & tertium patet, quia procedunt vt accidens est res primæ intentionis. nam sumendo accidens sic pro vno nouem significatorum hæc est per se, qualitas est accidens. sumendo autem pro intentione est tantum vera denominatiuè, sicut hæc, homo est species, nec ineſt illo modo accidens vniuersaliter qualitati, quia non singularibus, nec cuilibet speciei, quia aliqua species qualitatis est cui applicatur hæc intentio proprium ut risibile. ¶ Ad quartum dicitur, quod hæc est falla. hæc albedo est accidens. ut hic sumitur accidens, sed est uera, ut ly accidens, est res primæ intentionis. Ad probationem dico quòd Porphyrius per hæc verba, adest & abest. circunloquitur prædicatum accidentale non per se, vel non conuertibile, vt dicetur infra, & illud non competit huic albedini, quia hæc albedo non est prædicatum, sed album.

¶ *Accidens est, quod ad est, & abest prater subiecti corruptionem &c.*

QVÆSTIO XXXV.

QVæritur, Vtrum hæc diffinitio sit conueniens. accidens est quòd adest, & abest &c. quòd non videtur primo
1 generaliter, quia datur per copulationem. similiter quia non est ibi genus & differentia. ¶ Item contra primam particulam adest & abest, quia adesse & abesse est rei extra animam, quia adesse est, cuius est esse, sed hic debet intententio diffiniri. igitur &c. Similiter hæc intentio accidens potest vniuoce competere rebus diuersorum generum, sed ista adesse, & abesse non: quia quibus esse non est vniuocum, nec adesse. sed esse, non est vniuocum diuersis prædicamentis.
2 ¶ Item intentio cui ineſt, necessario ineſt, quia non ineſt alicui, nisi vt consideratur ab intellectu, sed sic est impermutabilis. Similiter hoc patet inductiuè, quia si homo est species, necessario est species, & animal necessario est genus. ergo hæc intentio accidens si ineſt alicui subiecto ineſt ei necessa-
4 rio, & ita non adest, & abest. ¶ Item contra secundam particulam aliquod accidens commune necessario ineſt, vt quantitas homini, & nigredo corui, & albedo cigno, ergo non possunt non ineſſe subiecto. prætet, eius corruptionem. Quod accidens vt hic sumitur. dicatur de istis, patet per Porphyriũ,

qui

qui diuidit accidens in accidens separabile, & accidens inseparabile. Similiter ratione, quia omne prædicatum nō essentiale vel est proprium vel accidens, vt hic sumitur, quando dicitur, homo est quantus, quantum est prædicatum non essentiale, & non proprium. ergo accidens. ¶ Item corruptio non adest præter subiecti corruptionem, quia opponitur sibi. ¶ Item accidens abest. ergo non est, quia non manet separatum a subiecto, & si accidens non est, subiectum non est, quia sunt correlatiua. probatur, omnis species ipsius vniuersalis est relatiuum. ergo accidens, & non videtur ad aliud dici, nisi ad illud, cuius est accidens, & illud est subiectum. ergo &c. Similiter si diffinitio sit conueniens relatiuis. ergo in ea ponitur correlatiuum. nihil videtur hic positum pro correlatiuo, nisi subiectum. ergo illud est correlatiuum diffiniti. ¶ Ad oppositum est Porphyrius, & Aristo. primo topicorum, ponens consimilem diffinitionem. accidens est, quod contingit eidē, inesse & non inesse, quæ essentialiter videtur eadē istis. 5 6

Ad quæstionem dicendum, quod diffinitio, si congruè intelligatur, satis conuenienter est assignata. Vbi sciendum est, quod adest & abest, siue inesse, vel non inesse, quæ ponit Aristot. in sua diffinitione sunt æquiuocæ primæ intentionis, & secundæ intentionis. vt sunt nomina primæ intentionis dicitur 7. metaph. accidentis, esse est inesse, & hoc de accidente reali, de quo loquitur ibi, sic etiam sumitur adesse & abesse, 8. physic. vbi dicitur, quod impossibile est idem simul adesse idem subiecto, & abesse ab eodem. Alio modo inesse vel adesse est nomen secundæ intentionis, & significat prædicationem eorum quæ sunt extra essentiam subiecti, vel alterius generis a subiecto, sicut prædicari de. dicit propriam prædicationem essentialem eorum, quæ sunt in eodem genere cum subiecto. sed adhuc inesse secundo modo sumitur tripliciter. proprie, & sic non inest, nisi accidentibus communibus, vel communiter, & sic inest singularibus accidētibus, & isto modo generali sumitur esse in, in diuisione quadrimembri, quā ponit Aristot. in principio prædicamentorum. & adhuc communius sumendo inesse dicimus communiter in omni propositione prædicatum inesse subiecto, vel non inesse, sicut generaliter dicimus in omni propositione esse prædicatum, & subiectum qualiscunque fuerit prædicatio. ¶ Prima distinctio videtur probabilis. inconueniens enim est logicum diffinire, *Contex. 2. & in de.* *Contex. 62. & in de.*

nire,& diuidere per res primæ intentionis, præsertim quando diffinitum est secunda intentio: vel diuidere si aliqua mẽbra diuisionis sint res secundæ intentionis: sed illius diuisionis quadrimembris manifestum est duo membra,scilicet dici de. & non dici de. esse intentiones secundas. Secunda destinctio de, s. inesse, s. propriè, vt accidens commune communiter,vt accidens quodlibet:communissimè,vt omne prędicatum de subiecto,patet ex diffinitione Arist. 1.top.& diuisione eius in princip.prædicamentorum,& communi modo loquendi. Consimiliter tripliciter dicitur prædicari de; propriè pro his quæ sunt superiora in eodem genere. communiter pro omni eo,quod est cõmune. communissime pro omni eo,quod specificat rem huius verbi est,in propositione. Primo modo sumitur in principio prædicamentorum. Secundo modo in diffinitione vniuersalis in li. perihermenias. Tertio modo in diuisione Porphyrij, quam ponit post diffinitionẽ generis, & in diffinitione indiuidui .sumendo igitur adesse, vel inesse primo modo: per illud intelligitur genus accidentis cum vna differentia. s. prædicatum non essentiale, vel genus inter medium inter vniuersale, & accidens, sic intelligit in diffinitione proprij per accidit, residuum, hoc est abesse &c. ponitur loco differentiæ, & correlatiui ipsius diffiniti. Similiter in diffinitione Arist.contingit inesse,& non inesse, ideſt non necessario inest subiecto. Sed tunc est dubium qualiter de accidentibus inseparabilibus dicitur accidẽs,& multis alijs,vt quanto, & huiusmodi,quæ necessario insunt:non tamen sunt propria. Potest dici, quòd illud est verum de illis, sicut de alijs per se loquendo, sicut enim per se substantiæ præcedit accidens tempore,sic accidens commune quodcunque,cum non habeat per se causam in subiecto, non inest necessario,vel per se,quantum est ex parte subiecti. Contra. sic proprium abest,quia substantia præcedit illud accidens,sicut & accidens commune, vt Aristot. intelligit de accidente: septimo metaph. Si verò dicas per se,quantum est ex parte accidentis: falsum est, aliquod enim accidens commune, licet non habeat causam per se in subiecto, tamen habet causam necessariam,vt quantitas,& ita sibi repugnat quantum est ex se non inesse subiecto,in quo habet talem causam necessariã. ideo exponitur illud alio modo sic. abest secundum intellectum, præter subiecti corruptionem.i.destructionem essentialis

Diuisione secunda.

tialis intellectus subiecti. Cõtra, sic proprium abest, quia species, cum sit prior natura proprio completè potest intelligi sine proprio. Dicitur, quòd accidens abest secundum intellectum per positionem sui oppositi, præter subiecti corruptionem: non sic proprium, ideſt accidens est prædicatum non essentiale subiecto, sub cuius opposito potest subiectum intelligi completè sine repugnantia intellectuum: non sic proprium abest, & hoc breuius exprimitur sic: accidens inest nõ per se, vel non conuertibiliter intelligendo inest, vt prius dictum est: & iste est intellectus diffinitionis Porphy. & Arist. & sic intelligendo vtraque est conueniens. Contra illud, si hęc diffinitio fit conuenienter data, ergo in est diffinito per se: ergo accidens per se adest, & abest, ergo per se adest, & si hoc, ergo non potest abesse. Tertia consequentia patet, quia a copulatiua tenet ad alteram partem. ¶ Consimiliter potest argui, quòd omne accidens abest per hoc medium. omne accidens per se, adest & abest, & sic non adest.

¶ Item, omne accidens necessario inest: quia inesse est de essentia accidentis, sed omne accidens necessario est accidens. ergo omne accidens necessario inest. minor patet, quia hæc inest necessario. omne accidens est accidens, quia prædicatur idem de se. ergo est vera cum modo necessitatis. ¶ Ad primum istorum dicitur, quòd non sequitur, per se adest & abest. ergo per se adest. sed est fallacia a secundum quid ad simpliciter, sicut non tenet: contingens. necessario est contingens. ergo contingens necessario est. ¶ Contra. a genere posito sub differentia tenet ad genus simpliciter, vt sequitur animal rationale. ergo animal. sed istud. totum abest &c. est loco differentiæ respectu huius adest. ergo consequẽtia bona. ¶ Potest igitur dici, quòd consequentia est aliquo modo bona. sed antecedens, & consequens est distinguendum secundum compositionem & diuisionem, quia per se potest determinare inhærentiam, & sic est vtraque vera vel inhærens. & sic vtraque falsa. Et isto modo non ponitur per se in diffinitione accidentis hoc est dictum, quòd illud prædicatum adest &c. per se inest huic subiecto accidens, sed idem prædicatum. s. adest, terminatum propter se non inest subiecto. ¶ Ad secundum dicitur similiter, quòd tam minor, quam conclusio est vera, vt necesse determinat inhærentiam. aliter non. ¶ Ad primum argumentum principale patet, qualiter

ibi ponitur genus & differentia, & qualiter per totum copulatum est aliud circumlocutum. ¶ Ad secundum patet, qualiter sumitur. ibi adest. vt est nomen intentionis. ¶ Ad aliud principale patet, quòd quodlibet accidens, quod non est proprium, adest & abest secundum intellectum, ita quòd subiectum potest intelligi sub eius opposito. ¶ Ad aliud de corruptione, quod adest præter corruptionem illius subiecti, quia est in eo, quod manet in transmutatione, vt in subiecto, & illud non corrumpitur. Contra, si sit in illo, vt in subiecto, tunc est corruptio illius subiecti. igitur non adest præter corruptionem subiecti ¶ Dicitur, quòd si adest, tunc est formale accidens eius, sed non oportet, quòd sit corruptio eius, quia eius dicitur corruptio, quod denominatur ab ea, & illud non est eius subiectum, & vniuersaliter ita est in accidentib. subiectum non denominantibus, sed alia a subiectis: sicut locus est corporis locantis, vt accidens, sed non est locus corporis locā tis, sed est locus corporis locati: passio verò locantis, vt dicitur 4. phy sic actio est patientis, vt subiecti, sed nō est actio patientis, quia non denominat subiectū suum, sed aliud. ¶ Aliter dicitur ad primum, quod adest præter subiecti corruptionem, idest subiectum potest intelligi sub eo, & eius opposito sine destructione sui intellectus, vel sine repugnantia intellectuum. ¶ Ad vltimum dicitur, quod si accidens abest sicut hic sumitur, non sequitur, ipsum non esse, quia illud sic intelligitur, quòd subiectum potest intelligi sub opposito accidentis, vnde ex hoc non sequitur, quòd non sit. ¶ Contra per Aristot. in lib. prædicamentorum, vnum correlatiuorum non potest diffinitè sciri sine altero subiectum & accidens sunt correlatiua, vt dicitur sup. opponendo. igitur subiectum non potest complete intelligi sine accidente igitur non potest intelligi sub opposito accidentis. ¶ Item intellectus solum verorum est, sed non est verum subiectū esse sub accidente, & eius opposito. ergo non est intelligibile. minor patet ueritas est adæquatio rei ad intellectum, sed non est ita in re. ¶ Ad primum istorum dicitur, quòd subiectum est relatiuum per accidens, quia aliud, dicitur ad ipsum, & de illis non intelligitur dictum Aristo. sed tantum de relatiuis per se, quia scibile potest cognosci non cognita scientia, cum sit naturaliter prius ea. Si diceretur præter subiecti corruptionem, idest eius cui talis intentio inest, illud non valet, quia illud

Contex. 28. & inde.

C. de relatione.

lud est res primæ intentionis, & ita inconuenienter in diffinitione alicuius secundæ intentionis poneretur. ¶ Ad aliud dicitur, quod prima propositio vera est de habitu principiorum, qui dicitur intellectus. qui distinguitur contra scientiã, quæ est propriè habitus conclusionum demonstrationis. Vlterius potest dici, quòd intellectus intelligens subiectum esse sub opposito talis accidentis inseparabilis, est falsus, sed nõ intellectus intelligens subiectum sub opposito talis accidentis, qui est simplex non componens vel diuidens, quia tantum circa compositionem & diuisionem est veritas, vel falsitas. ¶ Tertio modo dicitur quòd subiectum non vere potest intelligi sub opposito accidentis inseparabilis, tamen verè potest sic intelligi, sine repugnantia intellectum, quia si sic intelligatur, non est repugnantia intellectuum. ¶ Ad quoddam argumentum superius factum. s. intentio cui inest, necessario inest. Dico, quòd illud concludit, quòd accidens necessario inest, vt necessario determinat inhærentiã non inhærẽs.

QVÆSTIO XXXVI.

QVæritur vtrum proprium & accidẽs possint dici de aliquo eodem. Qđ sic vr̃ de oĩb. proprijs qualitatib. elementorum, quia quelit et istarum consequitur formã elemẽti igitur est proprium respectu elementorum, & accidentia sunt in mixtis, vt manifestũ est, nec pòtest dici, quòd equiuoce sunt in his, & in illis, quia hęc & illa sunt comparabilia secundum talem qualitatem, vt per Aristo. 2. meta. vbi dicitur, puta ignis calidissimus est, &. n. alijs causa hic caloris. Similiter ista propositio, quam intendit ibi per illam literam, non habet veritatem, nisi in vniuocis. ¶ Item. lux in corpore luminoso & medio est vniuocum, quia vtrique est actus lucidi inquantum lucidum, sed in corpore luminoso est proprium, in medio accidens. igitur &c. primum patet, quia sequitur immediatè formam corporis luminosi, vnde ad diuersitatẽ forme consequitur diuersitas lucis, vt patet in corporibus supra cœlestibus minor patet, quia adest & abest, præter &c. ¶ Ad oppositum proprium & accidens sunt duæ intentiones oppositæ: opposita non possunt eidem inesse.

Ad quæstionem dicitur, quòd sunt opposita respectu eiusdem, non sunt eidem. ideo idem non est proprium & accidens respectu eiusdem. quia si sunt opposita, non est tamen

inconuen iens respectu diuersorũ, sicut idem hẽt rationẽ generis, & speciei respectu diuersorum. ¶ Cõtra si respectu alicuius est proprium respectu illius non est accidens, quia tũc illi ineſſet per se, & non per se, nec est accidens alteri. probatur, quia si sic, ergo primo non infuit conuertibiliter. ergo nõ fuit proprium respectu primi. ideo dicendum, quòd impossibile est istas duas intentiones proprium & accidens eidẽ rei primæ intentionis applicari respectu eiusdem, vel diuerso, quia quod alicui est proprium, illi non est accidens, nec alicui alij, quia cõuertitur cum eo, cuius est proprium, & ita alij non ineſt. ¶ Ad primum argumentum dici potest, quòd nulla qualitas actiua, siue passiua est proprium alicui elemento, vt hic dicimus proprium accidens per se consequens forma. n. speciei, quia alteratio in illis qualitatib. præcedit generationem corruptionem forme substantialis, vt manifestum est, eo quod agens in elementum suas inducit qualitates adhuc manente forma substantiali elementi corrumpendi, quia illa manent in tota transmutatione. ergo illa potest manere sub oppoſito, siue contrario qualitatis, quæ ponitur sibi propria, sed hoc est cõtra rationem proprij. Vel potest dici, quòd licet semper ineſſent huiusmodi accidentia elementis & necessario, non tamen consequuntur formam speciei, sed magis materiam, quia sunt principia actionis & passionis, quę non
In pro. sunt primo speciei, sed indiuidui. per Arist. 1. Met. & ideo respectu elementorum possunt dici accidentia inseparabilia: cum quo tamen fiat, quòd eadem specie sint accidentia inseparabilia respectu elementorum, sicut nigrum respectu corui, a quo non separatur, & respectu alterius, a quo separatur. ¶ Ad secundum potest dici, quòd si lux vniuocè sit in corpore luminoso, & medio, & sit aliqua qualitas eadem specie, non tamen eundem modum essendi habet vtrobique, concretum autem significat formam, secundum quòd est in subiecto, & ideo nullum concretum dictum a luce vniuocè ineſt huic, & illi, quia nec corpus luminosum dicitur illuminatũ, sed lucens. medium verò non lucens, sed illuminatum. Nunc autem istæ intentiones proprium & accidens non sunt applicabiles reb. primæ intentionis, nisi vt significãtur vt in concreto, ideo nihil est vniuocum hic & ibi: cui attribuuntur istæ intentiones proprium & accidens. Contra hoc, concretum & abstractum idem significant. ergo si abstractum est vniuocũ,

& con-

& concretum. ¶ Item risibilitas respectu hominis non est genus, nec species, nec differentia, nec accidens ergo proprium. similiter albedo respectu hominis non est genus, nec species, nec differentia, nec proprium. ergo accidens. Nec est dicere: quòd non sunt vniuersalia, quia prædicantur de pluribus, ergo istæ intentiones possunt applicari aliquibus primæ intentionis, vt significantur in abstracto, cuius oppositum dictum est. ¶ Ad primum potest dici, quòd si concretum sit æquiuocum ratione formæ significatæ & abstractum erit, tamen si concreta dicantur ab eadem forma per diuersam habitudinem formæ ad subiectum: non sequitur illud abstractum esse æquiuocum, sicut sanum dicitur multipliciter, scilicet effectiuum, conseruatiuum vel significatiuum sanitatis: ex diuersa habitudine eiusdem formæ ad diuersa subiecta, & tamen sanitas vniuocum est. ¶ Ad illud quod obijcitur, quia idem significant concretum & c. verum est eandem formam: tamē abstractum absolutè quàm concretum, vt inhæret subiecto. ¶ Ad secundum dicitur, quòd risibilitas respectu hominis nō est vniuersale, quia nec risibilitas respectu eius prædicatur de pluribus. ¶ Sed si arguatur absolutè de ipsa est genus vel species &c. Dico, quòd est species respectu huius risibilitatis & illius, quia respectu istarū prædicatur de pluribus: sic ex alia parte de albedine, cuius signum est, quòd Porphyrius in omnibus modis proprij, & toto capitulo de accidente tantum exemplificat de concretis. ¶ Expliciunt Vniuersalia.

Incipiunt Prædicamenta.

QVÆSTIO I.

QVæritur vtrum liber prædicamentorum sit de decem vocibus, decem prima genera rerum significantibus? Quod sic, quia hoc dicit Boet. Item hic determinatur de vniuoco æquiuoco, & denominatiuo, quę tantum sunt differentiæ vocis significantis, quia nulla res, nullus etiā conceptus est æquiuocus, quia vbi dicitur conceptus, ibi est vniuocatio. ¶ Item hæc omnia diffiniuntur per dicuntur. ¶ Item in prima diuisione dicitur eorum quæ dicuntur. Similiter inferius dicitur, quòd singulum incomplexorum, aut significat substantiam &c. Sed & dicibile incomplexum significare est

In prohemio primę additionis super prædicamēta.

1
2
3
4
5

proprium vocis significantis, & illud est subiectum, & ita maxima decem voces, decem genera rerum significãtes, quia tantum hic de illis agitur. Item vel logica est scientia realis, vel sermocinalis, non realis, manifestum est, ergo sermocinalis, igitur quælibet eius pars est de voce significatiua, & ita ista pars eius, quæ est prima, est de voce significante conceptũ simplicem: sicut liber perihermenias est de voce significante conceptum compositum. ¶ Ad oppositum: logica est de secũdis intentionibus applicatis primis: ergo de vocibus non est aliqua eius pars. ¶ Item illud, de quo hic agitur, est per se pars subiecti considerati in libro perihermenias, & illud est pars eius, quod consideratur in libro priorũ, quod est syllogismus, sed illud omnes suas proprias passiones habet sibi inhærentes (vt manifestum est) nulla voce existente, nec possibile esse. igitur similiter enunciatio habet suas, ergo vtraque illorũ est naturaliter prius voce significatiua. Et quod hic consideratur est naturaliter prius vtroque istorum, sicut pars integralis toto. ergo quod hic primo consideratur naturaliter est prius quacunq voce significatiua. ergo nõ est hic subiectum vox significatiua. ergo &c. ¶ Item nulla proprietas vocis significatiuæ hic ostenditur de ea, nec in aliqua partet logicæ, ergo &c. ¶ Ad ista duo potest dici, quòd esse ex trib. terminis est passio syllogismi: vt est in voce, sicut verum vel falsum significare, est passio enunciationis, & sic de cęteris passionibus huiusmodi. ¶ Contra, aut syllogismus in mente est syllogismus & enunciatio in mente est enunciatio, aut non. Si sic. ergo habent passione syllogismi & enunciationis absque hoc, quòd proferantur. Si non ergo habens demonstrationem in mente, non habet demonstrationem, nisi proferat, & ita non est sciens nisi proferat, quod manifestè est falsum.

Ad quæstionem dici potest, quòd ista, liber non est de decem vocib vt de primo subiecto, nec aliqua pars logicæ est de voce, quia omnes passiones syllogismi, & omnes partes eius possunt sibi inesse secundum esse quod habent in mente, etiam si non proferantur, vt inductiuè patet, sed est de aliquo priore. quod respectu vocis significatiuæ tantum habet rationem significati. ¶ Ad auctoritatem Boetij dici potest, quòd intellexit passiuam per actiuam, sic de decem vocibus decem genera rerũ significantibus, ideſt de decem generibus per decem voces significatis, & quomodo illud sit verum, in

solu-

solutione sequentis quæstionis dicetur. ¶ Ad secundum potest dici, quòd vniuocum, & denominatiuum primo sunt differentiæ prædicati, quòd secundum se ineſt conceptui, non primo voci significanti. De æquiuoco autem determinat propter oppositionem eius ad vniuocum, vel quia æquiuocum æquiuocatum est conceptus, licet non æquiuocum æquiuocans, vel quia est conceptus inquantum significatur. ¶ Ad tertium dico, quòd ibi poni dicuntur, vt ostendat se non assignare veras diffinitiones istorum æquiuocorum &c quæ est per genus, & differentiam, sed tantum per rationem exprimentem, quid dicitur per nomen. ¶ Ad aliud dico, quòd in secunda diuisione dicit Arist. eorum quæ sunt sicut igitur ex illa nō sequitur subiectum huius libri esse aliquid reale, cui per se conuenit esse, sic nec hic sequitur subiectum esse vocem, cui per se conuenit dici, ideo dico dicuntur, ideſt concipiuntur: & sunt, in secunda diuisione sumitur pro eodem, sunt secundum rationem. ¶ Ad aliud de in complexo: dico, quòd illud conuenit conceptui simplici: voci verò significatiuæ ex consequenti: si ergo subiectum hic sit in complexum, magis stat, quòd sit conceptus q̄ vox. ¶ Ad aliud de, significat. dico, quòd sicut ad illud non sequitur subiectum huius lib. esse literam, vt nec vult Boet. litera tamen inter quatuor, quæ numerātur in principio perihermenias est tantum signum, & non signatum. Ita nec sequitur subiectum hic esse vocem, ex hoc medio significat, quia illud est nimis commune medium, passio enim significat rem tantum: vnde stat subiectum hic esse conceptum. ¶ Ad aliud dico, quòd logica non est scientia realis, nec sermocinalis, quia nec sermonem, nec sermonis passiones considerat, nec suum subiectum sub ratione sermonis: immo quòd ista diuisio sit insufficiens, sic ostenditur. Medium inter rem, & sermonem vel vocem est conceptus: ergo sicut est aliqua scientia per se de rebus, aliqua per se de vocibus significatiuis, vt grammatica rethorica, quæ considerant passiones vocis, scilicet in quantum vocis, scilicet congruum, & ornatum: Ita potest aliqua scientia esse per se de conceptu, & hæc est logica; vnde per se habet dici scientia rationalis: non tantum, quia traditur per rationem, sicut quælibet alia scientia, sed cum hoc, quòd est de conceptibus formaris ab actu rationis. ¶ Si ab aliquo dicatur logicam esse scientiam sermocinalem, vt videtur ex interpretatione nominis, intelligendum

est,quòd multum conuenit cum sermone propter duo. Primo, quia conceptus est immediatum significatum per vocē, de quo conceptu est logica. Secundo,quia passiones conceptus insunt voci significatiuæ, sicut incomplexum, & complexum, significare verum vel falsum, vt signo per naturam significati.¶Ad aliud quod tangitur respondēdo ad argumenta in contrarium facta de tribus terminis, & significare verū, vel falsum,potest dici quòd terminus,vel est idem quod vox significans conceptum simplicem, & tunc non est syllogismus ex tribus terminis,nisi prolatus. Vel verius: terminus significat idem, quod conceptus simplex, quia transumitur a geometria ad significandum ad indiuisibile in propositionibus, quod potest esse in mente: & tunc omnis syllogismus, prolatus, & non prolatus est ex trib. terminis. ¶Similiter significare verum vel falsum conuenit enunciationi, sed non, vt est vox significans conceptum, sed vt conceptus significat rem. ¶Item hic in commento super principium huius dicit Boetius,quòd voces significatiuæ: vno modo considerantur, vt imponuntur ad significandum. Secundo modo,vt eis significantibus insunt proprietates causatæ ab intellectu. Primo modo considerantur in logica. Secundo modo in grammatica. Secundum hoc igitur primum subiectum logicæ esset ponendum vocem significatiuam,& sic subiectum primum huius libri est vox significans conceptum simplicem, & maximè decem voces decem rerum genera significantes, quia ad illas omnes aliæ reducuntur. ¶Contra hoc:cognito vno correlatiuorum diffinitè necesse est cognoscere alterum per Aristot.in prædicamentis,cap. de relatione ergo si logicus considerat vocem inquantum est significatiua rei,oportet eum diffinire cognoscere rem.quod non videtur conueniens. ¶Item omnis vox significatiua in genere vocis significantis est singularis: verbo nullius ad aliam est ordo: ergo non magis aliæ voces significatiuæ ad istas reducuntur,quam istæ ad alias. ¶Ad primum istorum potest dici, quod vox nō est primo signum rei, sed conceptus: quem oportet logicum considerare, non vt primum subiectum,sed propter cognitionem primi subiecti. ¶Contra conceptus est vlterius signum rei;igitur adhuc sequitur, quòd oportet rem cognosci. ¶Istud argumentum non est tantum contra Boetium,sed etiam contradicentes logicam esse de conceptibus.Et ideo potest dici,quòd nō oportet

ter propter vnius relatiui cognitionē alterum cognoſci, quantum ad omnia, quæ ſunt in ſe, ſed tantum quātum ad illa quæ inſunt ei inquantum refertur ad aliud, hoc autem modo non eſt inconueniens rem cognoſci in logica, inquantum eſt ſignificatum per conceptum. ¶ Ad ſecundum dici poteſt, quòd licet in genere vocis non ſit aliquis ordo inter voces ſignificatiuas: tamen inquantum ſignificant conceptus inter illas eſt ordo, ſicut omnis propoſitio in genere propoſitionum eſt ſingularis, alia vniuerſalis, ratione conceptus ſignificati &c.

QVÆSTIO. II.

QVæritur vtrum iſte liber ſit de x. prædicamentis, vt de ſubiecto, quòd nō videtur: quia ſcire, eſt rem per cauſam cognoſcere per Ariſt. primo poſteriorum, ergo omne ſcibile habet cauſam, ſed iſta decem non habent cauſam, ergo de eis nō eſt ſcientia, probatio minoris, quia cauſa naturaliter prius eſt illo, cuius eſt cauſa, ſed iſtis nihil naturaliter eſt prius: cum ſint prima. ¶ Item vnius ſcientiæ eſt vnum ſubiectum: iſta decem non ſunt vnum ſubiectum, quia nec vnum diſtinibile, cum ergo ſcientia ſit vna, non erit de iſtis decem, vt de ſubiecto. ¶ Item de iſtis eſt ſcientia realis, non ergo logica, conſequentia patet per Ariſt. 3. de anima. ſcientiæ ſecantur vt res: ſed logica eſt diuerſa ab omni ſcientia reali, ergo ſubiectum eius à ſubiecto cuiuſlibet ſcientiæ realis eſt diuerſum, probatio antecedentis, tum quia de iſtis determinat metaphyſicus, vt patet 5. & 7. metaphyſicæ, tum quia iſta ſunt res primæ intentionis, probo, quia impoſſibile eſt aliquid ſecundæ intentionis prædicari per ſe de re primę intentionis, ſed iſta decem genera generaliſſima prædicantur per ſe de rebus primæ intentionis (eſt enim hæc vera per ſe: homo eſt ſubſtantia) ergo iſta ſunt primæ intentionis, ergo omnis ſcientia de iſtis eſt ſcientia realis. ¶ Ad oppoſitum eſt Ariſt. determinans hic de decem generaliſſimis. Intitulatur ſimiliter liber prædicamentorum.

Tex. 5. 2 *Contex. 38* 3 *Contex. 14. & in d.* *Contex. 1. & in de.*

Ad quæſtionem dicitur, q̄ prædicamenta dupliciter poſſunt conſiderari. Vno modo inquantum ſunt entia. Alio modo inquantum conſideratur a ratione, ſiue inquantum aliqua proprietas ab intellectu cauſata eis attribuitur. ¶ Primo modo de eis conſiderat metaphyſicus ſubiectum enim eius eſt ens inquantum ens. ¶ Secundo modo hic de eis conſideratur:

tur: ostenduntur enim de eis passiones sibi inhærentes, inquãtum sunt generalissima, vt de substantia vniuocè prædicari, & non esse in subiecto, & videri hoc aliquid significare. ¶ Similiter de alijs generibus determinatur secundum talem rãtionem, quia inquantum talia in suas diuiduntur species, & ille vlterius in alias, & nihil est superea, quod descendit in illa per diuisionem, patet enim istis inquantũ sunt generalissima inesse has passiones. s. diuidi in species, & multas habere species subalternas, & non habere genus suprauenies, quare tales proprietates determinantur hic, si verò de aliquibus, alijs quæ istis generalissimis insunt, inquantum sunt entia, hic determinatur: hoc non est principale ad propositum, sed ad maiorem manifestationem istorum, quantum ad prædicta intentionalia. Sed cum ista decem non sint vnum subiectum vnius scientiæ realis, scilicet metaphysicæ, nisi inquãtum est in istis vnum primum: ad quod omnia alia attribuuntur, vt habetur. 4. metaph. sed inquantum à ratione considerantur: nullum est ad quod attribuantur, quomodo sunt vnum subiectum, & oportet dicere, quod maior est vnitas eorum in aliqua proprietate ab intellectu causata, quam inquantum sunt entia, & ita cum hæc scia non sit vna vnitate analogiæ, oportet assignare aliquod intentionale, quod sit istis commune, & primum subiectum quia de solo tali per se considerat logicus: illud autem à quibusdam ponitur ens incomplexum dicibile: ordinabile in genere. Omnibus cõcessis prius narratis in positione. ¶ Contra, hoc vltimum potest argui sic: ens non cõuenit vniuocè omni enti extra animam, ergo multo magis non est vniuocum enti extra animam, & extra cõsideratione intellectus causato, quia illa plus differũt, ergo vel hic accipitur ens pro ente extra animam, vel pro ente rationis: s. primo modo, sequuntur duo inconuenientia. s. q̃ subiectum quod ponitur non sit vniuocum decẽ prædicamentis: quæ hic considerantur, cuius oppositum sustinere intendit. Secundum, q̃ subiectum hic sit ens per accidens, quia compositum ex re primæ intentionis, & re secundæ, quæ non faciunt vnum per se, de ente autem per accidens non est scia per Arist. 6. metaph. Si verò pro ente rationis, sequitur q̃ est nugatio, quia alia addita includunt ens sic sumptum, & ita est nugatio. ¶ Item aut dicibile intelligitur pro significabili per sermonem, & ostensum est in solutione quæstionis præcedentis illud accidere s-

Contex. & inde.

Cap. 4.

biecto

biecto huius libri, aut dicibile sumitur pro prædicabili, & tũc addendo in complexum, fit nugatio, & iterum fit nugatio addendo ordinabile in genere, probatio primi, quia propositio non prædicatur, nec aliquod complexum inquantum complexum probatio secundi, prædicabile includit ordinabile in genere, vel econuerso, quia ex hoc, ꝙ aliquid est prædicabile, vt hic Arist. loquitur: ordinatur ad aliud secundum sub vel supra. ¶ Ad hoc vltimum dicitur, quòd indiuidua in genere sũt ordinabilia: non tamen prędicabilia, & generalissima: dicunt̃ prædicabilia: non tamen in genere ordinabilia, ideo neutrum istorum reliquum includit.

¶ Contra, tunc ens ordinabile, &cæt. non conuenit generalissimis, de quibus tamen maxime hic agitur, ergo illud non est subiectum. Si ponitur pro subiecto, tantum ens incõplexum vel tantum ens dicibile, vel tantum ens in genere ordinabile. Contra, quodlibet est prima rationum factarum cõtra priorem positionem, & contra primam positionem simul & contra omnes istas tres, quia quicquid istorum ponatur subiectum: illud excedit omnia decem prædicamenta, quod videtur inconueniens. ¶ Si etiam ponatur tantum prædicabile, illud idem est ꝙ vniuersale ergo idem est subiectum huius libri, & Porphirij, quod est inconueniẽs, & excedit decem prædicamenta. Ideo dici potest, ꝙ hic consideratur de decem prędicamentis, inquantum aliquid à ratione causatum eis attribuitur, quia aliter non possunt a logico cõsiderari, & illo modo non hñt tantum vnitatem analogiæ, sed etiam vniuocationis, & illud vniuocum istis illo modo est aliquod intentionale, quod est hic primum subiectum, & illud potest nominari prædicamentum vel generalissimum, quia omnes proprietates, quæ per se de istis determinantur hic: determinantur de eis, inquantum hñt rationem generalissimi vel prędicamenti. Contra, tũc determinaret hic de substantia quantitate, &c. tantum per accidens, quia tantummodo secundum quòd aliquid ineſt eis per accidens, scilicet secundum aliquod intentionale, quia nullum tale potest eis ineſſe per se. ¶ Item nulla passio est hic ostensa de prædicamento, vel generalissimo secundum suam rationem, ergo illud nõ est subiectum. Item subiectum hic non conuenit omni conceptui formato à primo actu rationis: sicut subiectum libri perihermenias conuenit omni conceptui formato à secundo actu rationis, quod videtur

detur inconueniens, quia similiter videtur iste liber esse de conceptu simplici incomplexo, sicut ille de complexo. ¶ Itē cum generalissimum vel prædicamentum sub vniuersali continetur, sequitur hanc scientiam libro Porphyrij subalternari, quia sicut subiectum ad subiectum ita scientia ad scientiam sed illud videtur inconueniens. Ad primum illorum dico, q̄ non est inconueniens illa tantum per accidens à logico considerari, quæ metaphysicus per se considerat. ¶ Ad secundum dico, q̄ inquantum aliquod intentionale vniuocum hic demonstratur de substātia & quantitate, inquantum habent rationem generalissimorum, intantum illud ostenditur de prædicamento siue generalissimo primo, vt diuidi in species, non habere genus superueniens, & vniuocè prædicari, quod ostēditur de substantia, & supponitur cognitum de alijs in hoc enim q̄ aliquid vniuocè ostēditur de multis subiectis nō primis: in hoc ostenditur de primo subiecto. ¶ Ad tertium potest dici, q̄ sicut enunciatio est primum subiectum libri perihermenias, quæ non dicitur formali prædicatione de omni conceptu formato a secundo actu rationis, sed alia reducuntur ad ipsum, vt oratio imperatiua, sic omnis conceptus simplex reducitur ad aliquod prædicamentorum. ¶ Ad quartum potest dici, q̄ licet subiectum sit sub subiecto non tamen hæc scientia sumit sua principia ex illa, & ideo alterum deest, quod requiritur ad subalternationem scientiarum. ¶ Ad primum argumentum principale dico, q̄ licet istorum in se non sit causa aliqua: tamen respectu suarum passionum habent causam præcipuè respectu passionum intētionalium, quæ insunt eis inquantum à ratione considerantur. Et cum dicitur illis nihil est naturaliter prius: verum est in se: tamen ratione inhærentiæ passionis intentionalis, potest naturaliter eis aliquid esse prius. ¶ Ad secūdum patet, q̄ primum subiectum hic est aliquid vniuocum istis decem, vt prædicamentum. ¶ Ad tertium patet, quia quæ metaphysicus per se considerat hic per accidens considerantur, quia hic per se considerantur, aliquid intentionale applicabile eis q̄ metaphysicus per se cōsiderat.

QVÆSTIO. III.

QVeritur. De supposito in dicta solutione. s. an aliqd istis generalissimis sit vniuocum. ¶ Et primo quæritur an aliquod prædicatum intētionale sit istis vniuocum. Qđ

non

non vr, quia si sic: tunc illud esset prius & cōius istis, & ita hęc nō essent generalissima & prima gña, qđ est contra Boe. ¶ Iē si aliquid esset eis vniuocū, cum sint diuersa inter se essent aliquid de ente, ergo dria, consequētia patet per diffinitionē differentium quinto metaphysicæ positam, consequens est falsum, quia prędicamenta sunt ſm se diuersa, non inter se dria, quia tunc essent spēs ¶ Item intentio caulatur a re: igit vnitas intentionis ab vnitate rei, sed nulla res vniuocè conuenit istis, ergo nec aliqua intentio: prima propositio patet: Quod.n. est intellectu, & non est à re: est figmentum: cuiusmodi nō est aliqua intentio. ¶ Item nullum vniuocum est denominatiuū, sed prædicamentum intētionale tm denominatiue dr de istis decem, quæ sunt res primæ intentionis, ergo nullum prędicamētum intentionale est istis vniuocum. Probatio maioris, tū qa vniuocum distinguitur hic contra denominatiuum, sicut contra æquiuocum, tum quia inferius dicit Arist. c. de substantia, quod quædam prædicatur ſm nomen, & non ſm illius nois rōnem puta: concreta siue denominatiua, exemplificando de albo. ¶ Ad oppositum, aliquod intentionale dicit de istis x. ſm nomen & eandem rōnem, ergo vniuocè, consequētia patet p diffinitionē vniuocorū, pbatio añtis, qa substātia est genus, qtitas est genus. ¶ Item substātia prædicatur de plurib. spē differentib. in quid, & quantitas similiter; quare genus de istis ſm nomen & diffinitionem pdicat. Illa pōt argui de multis intentionib. inhærentib. illis, & sub eis contentis, vt species homini & albedini. ¶ Item sola diuersitas in materia accidentali nō diuersificat illud cuius est, specie, quia dria specifica est dria formalis, sed intentio applicata rei vnius generis, & alterius tm, hēt driam penes materiam p accidens ergo non differt spē ex hoc, quod ineſt istis, ergo nec tollitur p p illud vniuocatio, qa p non tollit vnitatem ſm spēm: non tollit vniuocationē, prima ppositio patet, quia circulus aureus, & circulus æneus nō differūt specie, & rōne patet, quia talis dria cum eo cui addit, non facit nisi ens per accidens, quod nō est natum esse spēs generis, minor patet, quia nulla intentio ineſt rei primæ intētionis p se vt ostensum est prius, sed sola diuersitas hic, & ibi penes res primę intētionis, ergo tm penes materiā accidentalē.

Hoc mō per 2 eqq. 2

3

Iuxta princi-pium.

Ad quæstionem dicendum, p aliqđ intentionale vniuocū pōt applicari reb. oīum generum, qa diuersitas in reb. primę intentionis inter se non impedit ipsas ab intellectu posse con

cipi

cipi per eundem modum concipiendi. Intentiones aũt oẽs eis attribuuntur inquantum ab intellectu concipiuntur, & iõ intentiones eędem ſpecie pñt diuerſis reb attribui. ¶ Ad primum argumentum dici põt, quod ſunt prima & cõmuniſſima rerũ genera, non intentionum. ¶ Ad ſm ſimiliter dico, ꝙ non ſunt dria, quia non ſunt aliquid idem entis. i. aliqua res. Vel aliter ad vtrunq;, quod licet ſint communiſſima & prima, põt tñ aliquid idem ineſſe oĩb. illis denominatiuè, quod non debet dici prius vel communius illis, niſi eſſentialiter de eis diceretur. ¶ Sic ad ſm, quod non ſunt eſſentialiter aliquid idẽ, ideo non ſequitur i pſa eſſe dria, hoc quodammodo apparet, vbi minus vr, ſ. in accidẽtalib. realib. quia album vnũ ſignificans dr de ſuperficie & de hoĩe, quę ſunt duorum generũ, ſed non eſt oĩno ſimile, accidens. n. reale tm hẽt aliq̃d vnũ pro proximo ſubiecto, ita ꝙ nulli alij ineſt, niſi per naturã eius: vnde aliud tm eſt eius ſubiectũ p accidens mediãte primo ſubiecto, ſed accidẽs intentionale põt æque primo ineſſe reb oĩum generum, nulli per aliud. ¶ Ad tertium dico, quod res non eſt tota cauſa intẽtionis, ſed tm occaſio, inquantum. ſ. mouet intellectũ, vt actu cõſideret & intellectus eſt principalis cauſa: ideo minor vnitas ſufficit in re, quam ſit vnitas intentionis, quia ſufficit intellectum ab aliquo extrinſeco moueri ad cauſandum multa p conſiderationem, quib. non correſpondent in exiſtẽdo aliqua in re ſimpliciter, ſicut albedo ſignificat per modum per ſe ſtãtis, & per modum habitus ſecundum quid utrũq; enim attribuit intellectus modum. ſ. habitus & per ſe ſtãtis ſimpliciter, ſicut homini, & vtrunq; eſt ſimp̃r nomen, ſed tñ vtrobiq; eſt aliquid correſpondẽs illi modo, ſed non ita verè ſicut cauſatæ intentione ab intellectu moto ab illo extrinſeco. Similiter intellectus conſiderans rem per illam vnam ſpẽm põt milleſies reflectere ſe ſupra ſuam operationem conſiderando & quæhbet conſideratio eſt aliquid nihil habens extrinſecum ſibi correſpondens, niſi tm primũ obiectũ pro occaſione quantum illud mouet primo intellectum ad conſiderandum, ſed de hoc dictum eſt in libro Porphyrij. ¶ Ad quartum, dico, quod aliud eſt dicere aliquid vniuoce prædicarí de multis, & eſſe vniuocum prædicatum de multis, denominatiuum. n. primo modo non eſt vniuocum, ſecundo vero modo eſt vt oſtendit ratio, concedenda eſt concluſio. ſ. quod nullum prædicatum intentionale eſt vniuoce prædicatũ de reb. primæ intentionis ſed

aliquod

aliquod intẽtionale vniuocum in se prędicatur de istis licet non uniuoce, sed de hoc magis postea dicetur.

QVÆSTIO IIII.

QVæritur Vtrum ens sit de decem prædicamẽtis vniuocũ vẽ quod sic per media logicalia. Et hoc sic, in æquiuocis non est contradictio, per Ari. in elẽ. sed hic est contradictio, so. est ens, sor. non est ens, ergo ens est vniuocũ. ¶ Item, nullum æquiuocum est determinabile per aliquod additũ ad aliquod æquiuocatorum, quia quodlibet illorum actu importat, sed ens per aliquid additum est determinabile ad unũ prædicamentũ, ut cum dicitur ens absolutum uel ens per se, contrahitur ad substantiã ergo nõ est æquocatũ. ¶ Item sequit, hõ est substãtia, ergo homo est ens, ꝙa añs nõ põt esse uerum sine consequente, sed in æquiuocis non est consequẽtia, ergo &c. ¶ Item si ens est æquiuocum ergo aliquo modo hæc est vera, substantia est non ens, & sequitur, ergo substantia non est aliquid, quia aliquid non est cõius ente. & sequitur, ergo substãtia est nihil, ergo hoc consequens aliquo modo est verũ, ꝙ uẽ inconueniẽs, quia tunc nõ peccaret rõ Parmenidis in primo physic. in hoc ꝙ accipit istã, nõ ens est nihil, quod vẽ esse contra Arist. ¶ Item prædicari in quid, est rõ vna conueniens enti, vt dr̃ de oĩb. istis, ergo illud, quod dr̃ de istis, est vniuocum, ꝙa rõ sub qua aliq̃d dr̃, nõ est magis vna, eo ꝙ dr̃. ¶ Itẽ possibile est vniuocũ, tum ꝙa bñs cõtradõẽ tũ ꝙa est cõsequẽs ad necesse, quorũ utrũq;, patet secundo perihermenias, sed possibile non vẽ cõius ente, sed minus cõe, cum ens diuidatur per actum & potentiam ergo multo magis ens est vniuocum. ¶ Item oĩs diuisio incipit ab vno, sed ens diuidit̃ in hęc decẽ 5. met. ergo est aliquid vnum in istis. ¶ Item oĩs multitudo dẽt reduci ad vnitatem per auctorẽ de causis, sed substãtia & accidẽs sunt multa, quia diuersa, vt patet per Arist. 10. met. dicentem, ꝙ oẽ ens sufficiẽter diuiditur in idẽ uel diuersum, ergo ista multitudo reducitur ad aliquod vnũ, sed illud nihil vẽ, nisi ens, ergo &c. ¶ Item ẽm Arist. 7. phy. oĩs comparatio est ẽm aliquod vniuocum, sed ẽm ens est comparatio, ergo &c. ꝓbatio minoris, tũ quia dicimus, ꝙ accidẽs est minus ens, & posterius ens substãtia, tum quia dr̃ 2. met. vnum quodq; sicut se hẽt ad esse, sic se hẽt ad veritatem, & ibidẽ probant principia simpiternorum esse verissima, siue maxime vera ex quo sequit, ꝙ sint maxi-

1

2

3

4

5

Contex. 26. et 27

6

7

8

Cont. 14

9

Cõt. 12.

10

Contex. 24. & in de.

Cont. 4.

me

11 mè entia ergo ẽm ens est cõparatio. ¶ Itẽ vnius scientiæ vnũ est substantiam vniuocũ, sed ens inquantũ ens est metaphysicæ substantiam, sicut determinat Aris. 4. illius ergo est vniuocũ, probatio maioris, tũ quia de subiecto fiunt demonstrationes: in demonstrationib. aũt oportet esse aliquid cõe vniuocũ,
Cõt. 20. per Aris. primo poster. & parum inf. de demonstrationib. non accidit æquiuocatio, tum qa de subiecto oportet præcognoscere ante demonstrationem quid est, æquiuocum non habet
Cõt. 4. quid est, nisa nec diffinitionem. ¶ Item in secundo met. arguit principia sempiternorum esse verissima, quia sunt cã effectus
12 vniuoci & veritatis in alijs tunc sic, veritas vniuoce inest causis oib. & cãtis, ergo entis, ergo entitas per Aris. ibidem vnũquodq; sicut se hẽt ad esse sic ad veritatẽ, sed oĩa vel sunt cau-
Contex. sæ vel causata, ergo oĩb est ens vniuocum. Item 4. met. ponit
8. & 9. ist ad esse primum principium, sed non contingit, idem simul
13 esse, & non esse, & certissimum omnium principiorum, sed si ens esset æquiuocum, ẽt hoc principium dubiũ pp multiplicitatem terminorum, ergo aliquid aliud certius eo cuius termini non essent multiplices, hoc est incõueniens, ergo ens nõ est æquiuocum. ¶ Itẽ vnius potẽtiæ cognitiuæ est vnum oẽm primum in genere, sed ens inquantum ens est oẽm primum intellectus, per Aui. igiẽ est vniuocum, maior patet inductione & rõne, quia potentia cognitiua nata est perfici, per se per formam sui per se obiecti, sed vnius potentiæ non sunt per se diuersæ formæ genere per se perfectiuæ, ergo eidem potentiæ cognitiuæ non correspondent diuersa genera pro obiecto. Itẽ
met. Aui. dicit, qꝫ ens nec dicit substantiam, nec accidens, sed qui di
14 cit æquiuocum dicit alterum, significatorum, qa æquiuocum nullum intellectum cõstituit, nisi alterius significatorum igiẽ ens non est æquiuocum. ¶ Item ens imponitur ab vna rõne, vt ab actum essendi, ergo significat vnum. ¶ Ad opp. est Porph. dicens si quis oĩa entia vocet æquiuocè nuncupabit. ¶ Itẽ Ari. in prin. prædic. singulum in complexorum, aut significat substantiam, aut quantitatem &c. sed si ens significaret aliquod cõe istis, nullum istorum significaret: quia quod significat superius, non significat inferius sũ ꝓpria rõne, ergo esset ens in complexum, quod est inconueniens, ergo &c. ¶ Item si ens sit vniuocum istis, tunc esset genus istorũ, & ita hæc non erũt de esse genera prima: sed esset vnum generalissimum primũ. Probatio primæ consequentiæ, omne vniuocum dictum de

multis,

multis,dr̃ de illis,sub rõne alicuius vniuersalis,aliter illa q̃nq. vniuersalia non sufficienter diuiderẽt prædicari de multis,sed ens si esset vniuocum,non posset dici sub rõne spẽi specialissime,quia hæc non sunt singularia,nec sub rõne dr̃iæ, quia nullum eorum distinguit,dr̃ia aũt est, qua dr̃nt a se singula,nec p prij,nec accidentis,quia ens prędicatur in q̃d,per Arit.4.met. hæc duo nõ:igitur si sit vniuocum, erit genus respectu illorũ, & ex hoc consequente non tm̃ sequitur inconueniens suppositum.s.q̃ illa non sunt genera prima, sed & est contra Arist. meta.quia ens est de intellectu cuiuslibet,& genus non est de intellectu dr̃iæ,ergo &c. Similiter si hæc decem haberent aliquod vniuocum prædicatum in quid de eis,p illud nõ distingueretur,vt manifestum est, igitur per aliquid superadditum vnumquodq. differt ab alio.quicquid sit illud,sequitur hęc esse dr̃ia,& non secundum se diuersa,quia sunt aliquid idem entia,quod est contra Ari.4.met. ¶ Sequitur ẽt hæc species esse, quia omne compositum ex rõnem ex aliquo cõmuni dicto de se in quid & ex aliquo formali superaddito est propriè dif finibile per illa,diffinitio aũt ,ppriè solius spẽi est,p Ar.6.top. ¶Itẽ si sit cõe istis,cũ hæc differãt & nõ per ens, q̃ro de addito in hoc, & istud aut est ens aut nõ ens,si ens,igit ens est de eius intellectu, ergo addẽdo illud enti,erit nugatio, & ens & illud sunt de intellectu cuiuslibet prædicamenti,ergo in intellectu simplici cuiuslibet prædicamenti est nugatio, ergo in intellectu cuiuslibet est nugatio: quia in intellectu cuiuslibet includitur aliquod prædicamentorum, ẽt in omni diffinitione erit nugatio, semper resoluendo, vsq; ad genus generalissimum, ponendo rationes pro nominib. q̃ Ari.habet pro inconuenie ti.7.met. ¶ Hæc probatio est generalis ad probãdum omnem determinationem facientem vnum per se,cum determinabili esse extra intellectum determinabilis, & econuerso de determinatione non faciente vnum essentialiter,est hoc magis manifestum . Si illud additum in quolibet prædicamento supra ens sit non ens: sequuntur duo inconuenientia . Primum est, quod quodlibet prędicamentum sit non ens formaliter,& ita omnia inferiora erunt per se non entia quia de omni inferiori prædicatur aliquod istorum.¶ Aliud est,quod in intellectu cuiuslibet prædicamenti sit repugnantia,& ita de intellectu cuiuslibet,vt prius deductum est.¶ Item Arist.8.met.dicit,quòd sicut substantiæ separatæ sunt statim idem quod sunt i non p

Idem 9. met. 8. & 10. vbi sup. pra.
Contra 10.
5. 8. & 10. met.
idem hꝫ betur. c. 1. & in de.
Contra 43.
Contex. vlt.

formam aliquam aduenientem materiæ, sic ens est statim aliquod prædicamentorum, ergo non per differentiam additam, igitur non est commune. ¶ Item si ens sit vniuocum illis, hic erit negatio, substantia quanta, homo albus, & vniuersaliter addendo accidens subiecto, quia aliquid idem includitur per se in intellectu vtriusq. ergo faciendo resolutionem, ponendo rationes pro nominib. aliquid idem his diceretur, & ita erit negatio. ¶ Similiter in omni diffinitione erit negatio propter idem, quia in vtriusq; diffinientis intellectu includitur idem.

Propter hoc dicendum est, quod ens non est vniuocum de eem prædicamentis. Sed quomodo se habeat ad hæc dubium est, vtrum prædicatur æquiuocè vel analogicè. ¶ Ponitur autem analogia in uoce tripliciter, vel quia significat vnam rationem primo, quæ existendo diuersimodè conuenit duobus vel pluribus, quæ dicuntur analogata, sicut hoc nomen causa, & hoc nomen principium, & multa alia nomina, quæ distinguuntur in 5. metaph. significant vnam rationem primo, tamen illa est in diuersis secundum ordinem. ¶ Alio modo ponitur analogia in vocibus, quia vnû significatur per prius per vocem, & reliquum per posterius, cuius causa ponitur, quia significare sequitur intelligere, quod igitur per prius intelligitur alio si significetur per eandem vocem per quam, & illud aliud, per prius significabitur. ¶ Tertio modo, quia uox vni imponitur propriè & propter aliquam similitudinê ad illud, cui primo imponitur, & transfertur vox ad significandû aliud, sicut est in secundo modo æquiuocationis, vbi etiam est quodammodo ordo in significando, quia nunquam vox trãsfertur ad significandum aliquid, nisi supponatur ipsam imposita esse ad significandum aliquid propriè, & hoc secundû significat solum propter aliquam similitudinem eius, ad illud cui primo imponitur. Voces analogicæ primo modo videntur esse apud logicum simpliciter vniuocè, quia genus secundum logicum est simpliciter vniuocum, licet ratio quam primo significat, diuersis speciebus secundum ordinem conueniant. ¶ In omni enim genere est vnum primum, quod est mensura omnium posteriorum, per Aristotel. 10. metaphysic. forte tamen non est omnino simile de vocibus sic analogicis, & de genere respectu specierum, quia licet generis species inter se habeant ordinem secundum perfectius & imperfectius in essendo, tamen in participando ratio-

Et. 2. et inde.

nem

nem generis non habent ordinem, quia æquè primo omnes participant naturam generis, nam æque immediate prædicatur genus de primis speciebus condiuidentibus ipsum, & tunc nulla est differentia in primitate inter istas prædicationis albedo est color, nigredo est color, licet comparando albedinem & nigredinem inter se albedo sit perfectior. Sed in vocibus quæ ponuntur analogicè primo modo est ordo inter participantia, in participando illud, sicut non est æquè primo finis causa, & materia, nec fortè æquè primo contrarietas, & contradictio oppositio. ¶ Secundus modus analogiæ supradictus videtur impossibilis, quia contingit ignorare simpliciter prius, quando nomen imponitur posteriori: quia posterius simpliciter potest esse nobis prius, & ita prius intelligi, & prius significari. ¶ Si ergo secũdo vox ista imponatur priori simpliciter, manifestum est, quod non significabitur per posterius illud cui primo imponitur, quia illud semel significauit primo, igitur semper, vox enim postquam imposita est non mutatur in significando illud, cui imponitur, igitur ordo rerum non concludit ordinem in significatione vocum. Ratio posita ad hoc non videtur valere, quia significare non sequitur intelligere necessaria consequentia, sicut nec effectus necessariam causam, quia aliquod potest intelligi prius alio tempore & natura, nec tamen tunc significari, non enim necesse est, vt intelligens vocem imponat quod intelligit, sed adhuc est ad placitum, vt imponat, vel non sed ista propositio, significare sequitur intelligere, intelligenda est, vt illud sine quo non, quia non potest aliquid significari, nisi intelligatur, sed nec sequitur necessario, nec quo ad consimilem ordinem in intelligendo, & significando. ¶ Sed quomodo debeat vox poni analogica apud logicũ tertius modus videtur probatissimus: quia aliter non videtur differentia inter primum modum æquiuocationis, & secundum; nam si vel vtrobique vox significaret plura æque primo, vel si in secundo modo significaret tantum illud, cui conuenit propriè, tunc ille modus non videtur esse æquiuocationis, quia illa vox esset simpliciter vniuoca, quia tantum vnum significans, sed qualitercunque fit de modo ponendi analogiam, nullus istorum modorum videtur conuenire enti respectu decem prædicamentorum, quod non primus, probant omnes rationes ad oppositum. Similiter non videtur ista habere ordinem in participá-

do ens, quia de quolibet prædicatur in quid, per se primo modo, & immediatè. Secundus modus non est possibilis apud logicum. Tertius modus non est in proposito, quia hoc nomen, ens, non videtur transferri a substantia ad accidens, propter aliquam similitudinem accidentis ab substantiam, cum de vtroque prædicetur inquid, per Aristot. 4. metaphy. & ita de neutro impropriè. Similiter accidentia prius sunt in sensu, quam substantia. igitur, & in intellectu, igitur possibile est eis imponi nomen significans ipsa, non per habitudinem ad substantiam, & si accidens significaretur per hoc nomen ens, vt attributum substantiæ, igitur significaretur sub propria ratione, quia ratio attributi est propria ratio accidentis: igitur simpliciter est ens æquiuocum substantiæ, & accidentis, quia vtrunque significat sub propria ratione.

Propter hoc dicendum, quod hoc nomen ens simpliciter est æquiuocum primo modo æquiuocationis, ad hæc decem genera prima præcipuè propter hoc vltimum, quia certum est substantiam significari sub propria ratione, & accidens alio modo, quia sub ratione propria significetur accidens, per hoc nomen ens, hoc esset sibi proprium sub ratione, qua attribuitur substantiæ, vel sub aliqua alia consimili illa est propria ratio accidentis, adhuc sequitur vtrũque significare sub propria ratione. ¶Intelligendum tamen est, quòd vox apud logicum simpliciter æquiuoca est, quia scilicet æquæ primo importat multa apud autem meta. vel naturalem, qui non considerant vocem in significando, sed ea quæ significantur secundum id, quod sunt, est analoga, propter illud qnòd eam quæ significant, licet inquantum significantur non habeant ordinem, tamen inquantum existunt habent ordinem inter se, ideo ens a meta. in 4. meta. & 7. ponitur analogum ad sub-
Cōtex. 2 Contex. 14. et 15 stantiam, & accidens, quia scilicet hæc quæ significantur, in essendo habent ordinem, sed apud logicum est simpliciter equiuocum, quia inquantum significantur per vocem æque primo significantur. ¶Ad primum argumentum principale dico, quod circa ens non est contradictio, nisi facta distinctione, vel supponẽdo ens accipi in affirmatiua, & negatiua pro eodem, & hoc modo est contradictio in equiuocis, quia tunc sumuntur, vt vniuoca, quia tantum pro vno significato. ¶Ad secundum dico, quod quantum est de vi sermonis, non con-

trahitur

trahitur ens per aliquod additum, nisi æquiuocum possit cõtrahi tamen per aliquid additum potest fieri, vel esse contractio, quo ad vtentes, vt referant intellectum ad idem, sicut nomina propria contrahuntur per cognomina super addita, quo ad vsum loquentium, non quo ad significationem vocis in se. ¶ Ad tertium nego omnem consequentiam ab ente ad aliquid, & econuerso, nisi prius facta distinctione, & sumpto ente pro illo significato, & tunc non est propriè consequentia, substantia igitur ens, sed illatio eiusdem ex se. ¶ Ad probationem consequentiæ dico, quod antecedens, quod est simplex potest esse verum sine consequente multiplici, nisi consequens sumatur in vno sensu, quia ipsum, vt multiplex, nec est verum, nec falsum, sed distinguendum. ¶ Ad quartum dico, quod hæc est multiplex, substantia est nihil, sicut hæc, substantia est non ens, & est vera in aliquo sensu, quia substantia est nulla qualitas, vel non qualitas, quia aliquid cuius negationem importat nihil, non videtur esse communius, quam ens cum exponatur aliquid, idest aliqua res, & res non est cõmunius ente. ¶ Ad quintum patet, quia prædicari in quid de substantia, & de quantitate inest enti sumpto æquiuocè, nec sequitur prædicatum, ita esse idem, sicut modus prædicandi, vt sæpe dictum est, quia ad vnitatem speciei modi prædicandi sufficit vnitas proportionis in his, quibus inest talis modus. ¶ Ad sextum dico, quod possibile æquiuocè est nomen primæ intentionis, siue impositionis, & secundæ: primo modo significat potẽtiam, vel ordinem ad actum, & diuidit ens, & est æquiuocum, sicut actus in diuersis generibus. ¶ Secundo modo significat modum compositionis, & isto modo non est æquiuocum, & non est minus commune ente, quod diuiditur in decem prædicamenta, & est vniuocum, sicut cetera intentionalia; hoc modo procedunt probationes de consequentia, & contradictione, hæc distinctio potentiæ, potest haberi 5. meta. cap. de potentia. ¶ Ad septimum dico, quod diuisio incipit a sic vno, quali modo vnius est diuisio, diuisio autem entis in decem genera est diuisio vnius non generis, sed vocis in significationes, & ideo incipit sic ab vno, scilicet, vna voce. ¶ Ad octauum dico, quod non omnis multitudo reducitur ad vnum, quod nihil sit illius multitudinis: sicut multitudo primæ causæ, & causatorum non reducitur ad aliquod vnum, extra illam multitudinem, quia sic sequeretur aliquid

esse prius primo: sed tota illa multitudo reducitur ad vnum, quod est aliquid illius multitudinis, cui alia attribuuntur, vt ad primum causam: ita in proposito multitudo substantiæ, & accidentis reducitur ad vnitatem substantiæ non autem alicuius, quod sit extra hanc multitudinem. ¶ Ad aliud de 7. physicorum dico, quod Arist. intelligit ibi de comparatione, quę est secundum aliquam naturam participatam ab vtroque extremo, secundum magis, & minus, quia magis, & minus non faciunt æquiuocationem: sed talis comparatio non est secundum ens, sed comparatio, quæ est secundum ordinem aliquorum adinuicem, est enim accidens minus ens substantia. sin essendo habet ordinem ad substantiam, & hæc comparatio non requirit vninocationum. ¶ Ad aliud argumentum de subiecto metaphysicæ dico, quod ad vnitatem scientiæ sufficit vnitas analogiæ in subiecto, vt determinatur. 4 meta. scilicet, quod omnia quibus conuenit subiectum scientiæ habent per se attributionem ad vnum primum in essendo, & cognoscendo. ¶ Cum ostenditur subiectum esse necessario vniuocum, dico, quod omnes illæ auctoritates & probationes procedũt de subiecto demonstrationis, quando autem subiectum scientiæ est analogum, de illo secundum se non fiunt demonstrationes, sed primo ad quod omnia alia attribuuntur: quia ad determinandum de multis analogatis sufficit determinare de primo, ad quod omnia alia attribuuntur, vt dicitur in principio septimi metaphysicæ. nec est inconueniens de subiecto scientiæ secundum se nullam passionem ostendi, quando est analogum: si tamen passiones ostendantur de primo, ad quæ alia attribuuntur. ¶ Ad aliud dico, quod Arist. ratio innuit verũ esse vniuocum in principijs sempiternorum, & ipsis sempiternis, & concedo etiam, quòd verum, quòd consequitur entitatem rei in se sit vniuocum omnibus substantijs: & ens esse vniuocum illis, sed ex hoc non sequitur ens esse vniuocum decem generibus, quia omnes substantiæ sunt in vno genere. ¶ Ad illud autem, quod accipitur in argumento, quod omnia sunt causæ vel causata, & illis ens est vniuocum, ergo omnibus. Dico, quod causa, & causatum vniuersale, & particulare, & multæ huiusmodi differentiæ non tantum consequuntur ens secundum rationem eius communem, sed in particulari, vt in eodem genere vel in eadem specie, sicut in generatione vniuoca causa, & causatum sunt eiusdem speciei. Vnde ad for-

mam

nam argumenti dico, quod dicitur de causa, & causato est vniuocum, verum est, quando sunt eiusdem generis non autē de omni causa & causato, quia non est de substantia, & accidente. ¶ Ad aliud dico, quod principia cognoscimus inquantum terminos cognoscimus, vt dicitur primo poster. & ideo illud principium potest esse notissimum, cuius veritas est notissima cognitis terminis, vnde certitudini principij non repugnat multiplicitas terminorum, nec est aliquid certius habēs terminos nō multiplices, quia aliud non est, ita manifestum cognitis terminis. ¶ Ad aliud concedi potest maior, quia primum obiectum intellectus potest vnico actu intelligendi intelligi, quod non contingit de æquiuoco, quia in æquiuoco nullus conceptus est idem, sed sola uox. Ad minorem dico, quod primum obiectum intellectus est substantia, quia vt dicit Arist. in princ. 7. met. substantia est primum omnium entium cognitione, quod non intelligitur de prioritate temporis, sed naturæ. s. quod cognitio eius est perfectissima. ¶ Ad auctoritatem Aui. potest concedi vera sic, quod accipit ēns pro vno significato quod est primum. s. substantia. Vel dicitur forte, quòd duplex est ratio, a qua hoc nomen substantia imponitur. s. essendi, & substandi, ens autem imponitur ab actu essendi: sed actus essendi videtur ratio simplicior, quam actu substandi, & ideo ens primum occurrit intellectui, quo ad rationem, a qua est nominis impositio, quia simplicissima, sed quo ad essentiam significatam substantia intelligitur, quando ens primo intelligitur, hoc patet in alijs nominibus synominis: quia illam essentiam eandem significat, tamen imponuntur a diuersa ratione, sicut lapis, & petra, & quando intelligitur essentia significata per vnum, intelligitur essentia significata per aliud, quia eadem est: sed non oportet ea cōintelligi quācum ad rationes, a quibus est impositio nominum. ¶ Ad aliud quod dicit ens non dicit substantiam, nec accidens: si illud est verum tantum intelligitur, quantum ad rationes a quibus nomina imponuntur, non autem quo ad essentias significatas. ¶ Ad aliud dico, quod illa ratio, a qua imponitur ens, non est vna, sed æquiuoca in diuersis, sicut, & ens. ¶ Contra, ratio entis non est eadem rationi substantiæ per prius dictæ, neque rationi a qua imponitur nomen accidentis: sed simplicior vtraque igitur cum in vtraque includatur: vtraque habet illam cum illo addito. ergo illud est commune vtrique. ¶ Dici pū-

eſt, quod ratio eſſendi eſt ſimplicior ratione ſuſtãdi, & æquiuocè ſumpta eſt ſimplicior ratione accidendi, & ita æquiuocè ſumpta conuenit vni, & alteri: & ita poteſt eſſe æquiuocũ illis, licet neutri ſit omnino idem, licet ſimplicius vtroque, quia non eſt vniuocè ſumptum ſimplicius vtroque. ¶ Contra reſponſionem datam ad argumentum antepenultimum, ſcilicet de obiecto intellectus, arguitur ſic. Nihil cognoſcitur ab aliqua virtute, niſi quod participat rationem primi obiecti illius virtutis, ſi igitur ſubſtantia ſit primum obiectum intellectus, cum accidens non ſit ſubſtantia, non per ſe intelligeretur, quod eſt manifeſte falſum, quia accidẽs eſt per ſe ſenſibile, igitur intelligibile. maior patet: quia nihil per ſe videtur, niſi coloratum vel lux: nihil per ſe auditur, niſi ſonus; & ſic de cæteris. Poteſt dici, quod non oportet, omne per ſe cognoſcibile ab aliqua virtute ſuſcipere prædicationem primi obiecti illius virtutis in recto: ſed ſufficit, quòd habeat per ſe habitudinem, inquantum cognoſcitur, ad primum obiectum illius virtutis, ſenſibilia enim communia per Ariſto. 2. de anima. ſunt per ſe ſenſibilia ad omnibus, vel pluribus ſenſibus, nec tamen proprium obiectum alicuius ſenſus prædicatur de eis in recto, quia numerus & figura non eſt color vel ſonus. Sed ideo per ſe ſentiuntur: quia habent per ſe habitudinem, & attributionem inquantum cognoſcuntur ad propria ſenſibilia: quia faciunt diuerſitatem in modo ſentiendi, & immutandi ſenſus a ſenſibili proprio, ſic accidentia inquantum cognoſcuntur ab intellectu habent per ſe attributionem ad ſubſtantiam, licet non ſint ſubſtantiæ, ideo ſtat, quod per ſe intelligantur.

Contex. & *inde.*

¶ Equiuoca dicuntur, quorum ſolum nomen commune eſt, ſecundum verò illud nomen ratio ſubſtantiæ diuerſa, vt animal homo, & quod pingitur in prædicamentis. Cap. 1.

QVÆSTIO V.

QVæritur de diffinitione æquiuocorum, an ſit conueniens data: hæc ſcilicet æquiuoca debent, quorum ſolum nomen commune eſt, ratio autem ſubſtãtiæ eſt diuerſa. Quod non videtur, primo ex parte diffiniti: quia eſt concretum, & illud non habet diffinitionem, quia nec genus per Ariſt. in 3. topic. igitur &c. ¶ Item plurale nihil aliud eſt, quã ſingu-

Cap 1. 2

singulare geminatum, per Priscianum. igitur æquiuoca non est aliud, quam æquiuocum, & æquiuocum, sed totum copulatum non est vnum diffinibile: ergo nec illud in plurali numero; patet, quia totum copulatum non est vnum, quia copulatio vult poni inter diuersa, sic potest argui generaliter, nullam diffinitionem datam de aliquo in plurali esse conuenientem. ¶Item hic non ponuntur genus, & differentia, ergo non est diffinitio. consequentia patet per Arist. 6. top. & Boetium lib. diuisionum. ¶Item contra particulas singulas arguitur. primo sic, si æquiuoca dicuntur, igitur sunt voces, quia vocis est dici per se: sed voces sunt nomina, ergo non sunt, quorum sunt nomina. ergo prima particula & secunda, scilicet quorum &c. repugnant. ¶Item si solum nomen est commune, ergo nihil aliud, hoc sequitur ex intellectu exclusionis, ergo superfluit postea addere, & ratio substantiæ est diuersa. ¶Item æquiuoca non diffiniuntur, ergo non habent rationem substãtiæ. i. diffinitionem essentialem. igitur nec est eorum substantiæ ratio eadem, nec diuersa, quia nulla, & hoc secundum illud nomen secundum quod sunt æquiuoca, cuius tamen oppositum ponitur in diffinitione. ¶Item contra exemplum, si animal æquiuocè conueniat homini picto, & homini vero, pari ratione nomen quodlibet erit æquiuocum verè naturæ, & eius similitudini, & ita ois propositio distinguẽda: & nulla vera simpliciter. Similiter hic videtur esse fallacia secundum quid, & simpliciter, homo pictus, ergo homo, & non æquiuocationis. ¶Item homo vt de eo dicitur intentio speciei: & vt dicitur de supposito solum habet nomen commune, & non est æquiuocum, igitur &c probatio primæ propositionis ponendo diffinitionem pro nomine, aliter est falsa, quia animal rationale non species, sed diffinitio species autem & diffinitio: sunt oppositæ intentiones, ergo &c. probatio secũdæ propositionis si esset æquiuocum: tunc hic homo est species: sor. est homo. ergo &c. non esset fallacia figuræ. d. nec accidentis: quorum vtrumque est falsum, consequentia patet: quia vbi est actualis multiplicitas, ibi ratione illius eiusdem non est fantastica multiplicitas sic enim idem verè significaret multa, & tantum apparenter, quod est dicere incomposibilia. Similiter in fallacia accidentis terminus variatus est vnus secundum significationem: quia loci extra dictionẽ non peccant contra contradictionem: & aliter non esset accidens

3 Cõtex. 5

4

5

6

7

8

lo-

locus aptissimus ad decipiendum inter locos sophisticos extra dictionem: ergo non sunt in eodem paralogismo ratione eiusdem æquiuocatio & figura dictionis: nec æquiuocatio & fallacia accidentis &c. igitur non æquiuocatio. ¶ Ad oppositum est Aristo.

Ad quæstionem dicendum, quòd ista notificatio satis conuenienter datur de æquiuocis æquiuocatis vbi intelligēdum est, quod æquiuocatio dicta actiuè dicit habitudinem vnius in ratione significantis, & passiuè econuerso. & ita æquiuocū includit duplicem relationem, non actiuè sumptum, sed passiuè scilicet habitudinem ad æquiuocans, quæ relatio est suppositionis, & habitudinem ad aliud æquiuocatum, quæ relatio est æquiparantiæ, non enim dicitur cæleste sydus æquiuocatum ad canis, nisi per respectū ad animal latrabile, quæ duo sunt æquiuocata, hæc duplex relatio patet resoluendo nomē æquiuocatum, ideſt æquiuocatum, ratione primæ partis dicitur ad aliud, quod est æque cum eo, ratione secundæ dicitur aduocans, propter ergo relationem æquiparantiæ datur notificatio in plurali, sicut certa huiusmodi relatiua diffiniūtur in 5. meta. similia dissimilia contraria &c. ¶ Propter relationē aliam ponitur correlatiuum diffiniti in habitudine, qua dicitur ad ipsum quorum vt significatorum solum nomen commune est, vt signum, & per sequens. s. ratio substantiæ est diuersa, ponitur differentia æquiuocatorum, & non sumitur ibi ratio pro diffinitione ex genere & differentia, quia prima genera, quæ non habent rationem talem, sunt æquiuoca in hoc nomine sed ratio substantiæ .i. essentialis intellectus est diuersus, & quia æquiuocata in vno nomine possunt in alio vniuocari, & ibi habere rationem eandem: ideo adiungitur secundum illud nomen i. essentialis intellectus æquiuocatorum est diuersus inquantum de eis dicitur æquiuocans, licet in alio vniuocante sit essentialis intellectus eorum idem. Si autem dicatur, quod dicuntur, ponitur pro concipiuntur. i. sunt conceptus. & quod conceptus sit de essentia æquiuocatorum, potest dici, quod est vera diffinitio, & per illam primā particulam dicuntur, ponitur genus per reliquas correlatiuū diffiniti & differentia. ¶ Ad primum argumētum dico, quod concretum habet genus, & differentias respectu quorum est quod, licet respectu substantiæ sit denominatiuum, & cōcretum, quia in omni genere est reperire quid per Aristot. & sic

per

Cōtra. si habente alis.

per illa sui generis potest diffiniri, vel potest dici, quod est notificatio, & conceptus qui intelligitur per dicuntur, non est de essentia æquiuocati, sed subiectum eius. ¶ Ad secundum dici potest, quod omnia relatiua æquiparantiæ conuenienter diffiniuntur in plurali, vt patet in 5. metaphy. Vbi multa huiusmodi relatiua diffiniuntur, & omnia in plurali, quia sic eorum intellectu est magis finitus, inquantum denominat vtrũque extremum. Quod autem dicit Priscianus de plurali, intelligendum est, quo ad naturam constructionis, non quo ad vnitatem formæ significatæ. ¶ Ad tertium cõcedendum est, quod non sit vera diffinitio. ¶ Vel potest dici, quòd in diffinitione accidentis concreti primo debet poni subiectum, vt hic, nomen est vox, sic est in proposito.

¶ Ad quartum dico, quòd diffinitio datur de æquiuocatis, & non sequitur, illa dicuntur, igitur sunt voces, conceptus. n. dicitur & per vocem, vnde si duo per diuersas voces exprimant eundem cõceptum, dicemus, quod idem dicunt, vel exponatur dicuntur, i. concipiuntur, Ad quintum potest dici, quod ex hoc solum, nomen commune est non sequitur igitur ratio substantiæ est diuersa, quia & si sequitur non esse rationem substantiæ communem, non tamen diuersam rationem substantiæ. Vel aliter licet sequeretur potest dici, quod solum refertur ad æquiuocans: ad quod diffinitum refertur secundum relationem suppositionis, & sequens. i. ratio substantiæ est diuersa, refertur ad æquiuocata in se, & ita nõ pertinet ad idem. Aliter dicendum magis ad propositũ, quod æquiuocata hñt rõnẽ diuersam, ẽm nomen æquocãs. i, inquãtũ æquiuocantur in illo: sed æquiuocantia non habent aliam rationem. ¶ Ad sextum dicitur, quod hæc intentio æquiuoca, vt sumitur pro æquiuocatis, vniuoca est: & ita diffiniri potest, licet illa quibus inest hæc intentio, non sunt vniuoca nec diffinibilia, sicut hæc intentio, generalissimum, est diffinibilis, & diffinitur a Porphyrio, licet substantia, vel aliud cui inest hæc intentio non diffiniatur. Ad septimum potest dici, quod non intelligit hoc nomen animal esse æquiuocum ad hominem verũ, & pictum, sed si esset, manifestum esset ibi, quod solum nomen esset commune, & nulla ratio, sicut communiter de exẽplis non multum curat, nisi ꝙ sint vera, vt sunt ad propositũ, hoc est ꝙ pars sua sit vera in eis. ¶ Ad vltimum potest dici, ꝙ terminus non est æquiuocus ad diuersas acceptiones, quia ô

signi-

significat, et consignificat illas, neque est simpliciter vniuocum vt sumitur sub illis, quia nulla est ratio hominis vna secũdum quam vere prædicatur de eo species. secundum, & quã ipse prædicatur de Sorte. Contra hoc omne prædicatum est vniuocum, vel æquiuocum, vel denominatiuum, sed homo non prædicatur de intentione & supposito vniuocè nec æquiuocè per se, igitur denominatiuè, quod falsum est, quia prædicatur in quid de suppositio. ¶ Ad hoc dici potest, q̃ quodcunque prædicatum de aliquo vno est respectu eius vniuocum, vel æquiuocum, vel denominatiuum, sed non quodcunque prædicatum de multis est respectu multorum aliquo istorũ trium modorum se habens. Sed respectu vnius vno modo & respectu alterius alio modo vt coloratum prædicatur de corpore, & albo, non vno modo, sed de albo vniuocè & in quid, & de corpore denominatiuè, sic quodlibet nomen prædicatur de suppositio vniuocè, de intentione verò nullo dictorum modorum, quia est prædicatio per accidens, vel saltem reducũtur ad prædicationem denominatiuam.

¶ Vniuoca verò dicuntur, quorum nomen commune est: & secundum illud nomen eadem substantia ratio &c. Cap. I.

QVÆSTIO VI.

QVæritur de diffinitione vniuocorum, an sit conueniens hæc, scilicet, vniuoca sunt, quorum nomen commune est, & ratio substantię eadem secundum illud nomen. Videtur, quod non, & potest argui per tria prima argumenta facta ad præcedentem quæstionem, & cõsimiliter soluuntur, sicut ibi sunt soluta. ¶ Item album prædicatur de homine, & de equo secundum eandem rationem, aliter enim esset æquiuocum, & tamen nõ est vniuocum prædicatum respectu istorum, quia est denominatiuũ. Similiter arguitur de omni prædicato denominatiuo, & maximè de intentionibus, quia hoc prædicatum genus dicitur secundum eandem rationem de substantia & quantitate, & tamen non est vniuocum, quia est denominatiuum, & vniuocum & denominatiuum sunt oppositi modi prædicandi, sicut vniuocum & æquiuocum.

¶ Item omnia æquiuoca hñt idem nomen. s hoc nomen æquiuoca, & eandem rationem substantiæ. i. essentialem, secundum illud nomen. t rationem æquiuocorum, igitur si dicta

ēta diffinitio esset conueniens, omnia æquiuoca essent vniuoca, quod falsum est, quia oppositum prædicatur de opposito. ¶ Item quorum substantia. i. ratio essentialis est eadem, ipsa sunt eadem essentialiter, sed vniuoca vniuocata habent eandem rationem substantiæ vniuocantis, ergo omnia vniuoca essent eadem essentialiter, quod falsum est, quia sic homo & asinus essent idem essentialiter. ¶ Ad oppositum est Arist.

Dicendum, ꝙ est notificatio conueniens, & potest conuenienter intelligi de vniuocatis sic, vniuoca sunt, quorum non vt significatorum est nomen vniuocantis commune, quia illud nomen non significat aliquod vniuocatorum, sed quorum, vt contentorum sub vniuocante est nomen vniuocantis commune, & ratio substantiæ vniuocatorum eadem secundum illud nomen vniuocans, & tunc nullum nomen vniuocum vniuocātis est denominatum respectu eiusdem, quia denominatiui ratio non est ratio substantialis denominatorum. Similiter potest intelligi de vniuocantibus, primo sic: vniuocantia sunt, quorum nomen, vt partis totius cōmune est vniuocatis, & ratio substantiæ vniuocantis eadem vniuocatis secundum illud nomen, non autem potuit diffinitio æquiuocorum intelligi de æquiuocantibus, quia illorum non est nomen, cum nihil sit æquiuocans, nisi sola uox. Similiter non habent aliquam diffinitionem, ergo nec diuersam, nec eandem, sed neutrum illorum impedit hanc diffinitionē intelligi de vniuocantibus, quia & istorum est nomen, & etiā ratio, quia non solum nomen vniuocat, & ista habent eandē rationem substantiæ. Arist. tamen magis videtur intelligere de vniuocatis, dicit enim, vt animal homo atque bos: communi, enim nomine vtraq; animalia nuncupantur, quod manifestum est dici de vniuocatis, & subdit de ratione eadem, si quis assignet vtriusque rationem, quid vtrunque sit in eo, ꝙ sunt animalia, eandem assignabit vtriusque rationem, quod similiter manifestè refertur ad vniuocata. ¶ Ad primum argumentum dicitur, quòd nullum denominatiuum habet rationem substantiæ respectu illius, respectu cuius est denominatiuum, licèt in suo genere possit habere rationem substantiæ, & ideo nullum denominatiuum prædicatur secundum eandem rationem. ¶ Contra hoc denominatiuum nō recipit magis, & minus, nisi respectu subiecti, respectu cuius est denominatiuum, sed Arist. in 3. topic. ad concludendum accidens de

Contra.

aliquo

aliquo secundum magis & minus docet considerare diffinitionem accidentis, quòd magis suscipiat propositi. i. accidentis rationem, vt albius, quod est coloratum magis disgregatiuum visus, ergo denominatiuum respectu illius, respectu cuius est denominatiuum, habet rationem substantiæ, probatio primæ propositionis. Porphy. cap. de differentia dicit, esse autem vnicuique, vnum, & idem est, neque suscipiens intensionem, neque remissionem, hoc est essentia cuiuslibet consistit in indiuisibili, illam etiam propositionem adducit; ad probandum differentiam non suscipere magis & minus, respectu cuius est per se differentia, ergo denominatiuum in suo genere, inquantũ est quid in se ex suo genere, & sua differentia, non recipit magis & minus, igitur tantum in comparatione ad subiectum, quod denominat. ¶ Potest dici aliter ad primum argumẽtum, quòd homo & equus nõ sunt vniuocata sub albo, nec quęcunque alia sub aliquo prędicato denominatiuo, quia vniuoca sunt, quorum est nomen cõe, & ratio substantiæ vniuocãtis eadem, quæ ratio est etiam eis substantiæ, ratio, licet non propria, ratio autem albi, vel cuiusque denominatiui nõ est ratio substantię denominatiuorum. Sed quia ratio sic est denominatiuo, quòd prędicatur secundum idem nomen & eandem rationem substantię denominãtis. Ideo dicendum, quòd diffinitio de vniuocãtibus sic debet intelligi, & ratio substantiæ eadem: quæ ratio est essentialis vniuocatis, quod non est verum de nominatiuo, nam Arist. in ferius, c. de substãtia album prædicatur de corpore: rationem verò albi prędicari de illo impossibile est, quod est intelligendum ita, & illa ratio sit ratio corporis. ¶ Ad secundum argumentum potest dici dupliciter. Vno modo concedendo conclusionem, & omnia æquiuoca sunt vniuoca, nec prædicatur oppositum de oppositu, nisi fortè vt in respectiuis. Vel aliter dicitur, quod non sequitur, æquiuoca habent hoc nomẽ commune æquiuocum, & rationem substantialem huius eandem igitur habent idem nomẽ, & eandem rationem, sed est fallacia à secundum quid ad simpliciter, quia habere hanc rationem eandem est simpliciter habere diuersam rationem, & secundum quid eandem, sicut conuenire in differentia est conuenire secundum quid, & differre simpliciter. ¶ Ad tertium dico, & quorum est ratio substantiæ propria & completa eadem, ipsa sunt eadem, sed vniuocatorum non est ratio eadem pro-

propria, licet ratio vniuocantis sit eadem eis, quia illa nulli vniuocato est propria.

¶ *Vt animal homo atque bos. Commimi enim nomine vtraque animalia nuncupantur, & est substantia ratio eadem, &c. Cap. eod.*

QVÆSTIO VII.

QVæritur de exemplo, quod Arist. ponit ad manifestandũ rationem vniuocorum, vt animal homo atq; bos, vtrũ genus sit vniuocum speciebus? Quod non videtur, quia per Arist. 7. phys. secundum vniuocum potest fieri comparatio, sed secundum genus nõ fit comparatio ẽm ipsum ibidem, ergo &c. *Cont. 34*

¶ Item si genus esset vniuocum, tanta esset vnitas gñis quanta speciei, consequens est falsum per Arist. 5. met. de vno qui dicit, q̃ vnum specie infert vnum genere & non è conuerso, igitur antecedens falsum, probatio consequentiæ species non est vnum in existendo, sed tot quot supposita, quia non existit nisi in suppositis, sed tantum est vnum secundum diffinitionem, & vnum obiectum intellectus, sed vtramque vnitatem habent genus, dato, quòd sit vniuocum, igitur &c. *2 Cont. 31 Cont. 12.*

Item quod est vniuocum in multis, non est secundum se diuersum in illis, sed genus est secũdum se diuersum in diuersis speciebus, & non secundum accidens per Arist 5. metaph. ca. diuersa autem specie secundum se. igitur, &c. maior patet, q̃a tunc secundum idem esset genus vnum, & multum in specie bus. *3 T. non habente. 6.*

¶ Item genus prædicatum de quacunque specie, prædicat illud, totum, quod illa species, igitur sicut nulla species est vniuoca diuersis speciebus, ita nec genus. Et confirmatur per Aristotel. 7. metaphys. genus nihil est præter species, aut fit eis, est vt materia; igitur non prædicat aliud ab illis. *Cõt. 43.*

¶ Ad oppositum est Aristotel. ¶ Item aliter non poneretur genus in diffinitionem alicuius speciei, sicut nec æquiuocum ponitur in diffinitione æquiuocorum, cum dicat Arist. 6. top. & 7. metaph. in omni diffinitione ponẽdum est genus. *Cap. 4. Contex.*

¶ Item in æquiuocis nõ est prius nec posterius, quia sola vox est communis, sed genus prius est speciebus igitur &c. *3*

Ad quæstionem dicendum, q̃ genus est prædicatum vniuocum speciebus, quia prędicatur secundum idem nomen, & secundum eadem rationem de ipsis, quę ratio siue diffini-

tio eſt ratio ſubſtantiæ illis ſpeciebus, licet non propria quia genus prædicatur de illis in quid, per Porphyrium, ſed cum omni vniuoco correſpondeat in re aliqua vnitas: aliter ſubſtantiæ, & accidenti eſſet aliquid vniuocum dubium eſt quid ſit illud vnum in re, a quo ſumitur vniuocatio generis. Et poteſt dici, quòd omnia vnius generis aliquam inter ſe conuenientiam habent in ſubſtantia, quam non habẽt cum alijs aliorum generum, quod cognoſcitur ex idẽtitate operationis, vel paſſionis in ſingularibus, illud eſt in ſpeciebus imperfectum & potẽtiale, quia diuerſæ ſpecies habent diuerſas formas perfectiuas: aliquid igitur materiale in omnibus ſpeciebus ſiue ſit materia, ſiue forma incomplexa exiſtẽs in omnibus huius generis, & non alterius, quod eſt principium alicuius operationis communis vel paſſionis in eis, eſt illud vnum in re, qđ cum intellectus conſiderat, non vt in hoc: cõſiderat ipſum ſecundum ſe eſſentialiter eſſe in differentibus ſpecie, & ei attribuit intentionem generis, & quanto genus communius, tanto eius in re minor eſt vnitas, & ita nomen generis de ſuo primo intellectu importat aliquid, quod eſt materiale in ſpeciebus: tamen per modum totius, vt dictum eſt prius. ¶ Ad primum dico, quòd non ſecundum omne vniuocum fit comparatio, ſed ſecundum ſpeciem athomum tantum. i. ſpecialiſſimam, vt ibi dicitur. Vel aliter, quòd vniuocum apud logicũ dicitur omne illud, quod per vnam rationem deuenit apud intellectum: ſecundum quam dicitur de multis, apud naturalem non eſt omne tale, ſed tantum quod eſt vnum ſecundum vltimam formam completiuam, vnde dicitur 7. phyſic. in genere multæ latent æquiuocationes, quod tamen logicus non concedit. Vnde ſi dicatur ſecundum omne vniuocum, fieri cõparationem: intelligendum eſt tantum de vniuoco, ſecũdum naturalem, quod eſt tantum ſpecies ſpecialiſſima: non de omni vniuoco, quo ad logicum, quomodo genus eſt vniuocum. ¶ Ad ſecundum dico, quòd maior eſt vnitas in re a qua ſumitur vniuocatio ſpeciei, quam a qua generis, quia ibi eſt vnitas formę completiuæ, hic tantum alicuius materialis & incompleti. Vnde ad formam dico, quòd duabus ſpeciei vnitatibus ibi enumeratis, eſt genus vnum, ſed tertia omittitur, in qua ſpecies excedit genus ¶ Ad tertium dico, quòd ibi eſt æquiuocatio, quia ſecundum ſe poteſt ſumi effectiuè ſiue ſolitariè vt ſumitur per ſe in tertio modo, ſiue excludẽdo aliam cauſam,

&

& omnibus his modis maior est vera, & minor falsa. Alio modo sumitur ℞m se, prout 5.met. vt.s. opponitur ℞m accidẽs, qđ aggregat in se diuersas essentias, vt homo albus, & rũc ens ℞m se est quodlibet habens vnam essentiam: isto modo est maior falsa, & minor vera, & sic intelligit Aris. 5.met. quia genus est diuersum per differentias, quæ dr̃iæ non accidunt sibi, qa dr̃iæ non faciunt vnum secundum accidens cum genere, sed vnum essentialiter. ¶ Ad quartum patet, qa prima propositio, s. genus prædicat totum, sic intelligenda est, s. materiale per modum totius, quod secundum se est vniuocum: & tamen in speciebus formaliter diuersificatur, & ita maior est vnitas generis in se, quàm specierum inquantum differunt per differẽtiam, quia nulla differentia est in intellectu generis, nec econuerso.

¶ *Denominatiua verò dicuntur quecunque ab aliquo solo differentia casu, secundum nomen habent appellationem: vt a grammatica grammaticus, & a fortitudine fortis. Cap. 10.*

QVÆSTIO. VIII.

QVæritur circa diffinitionem denominatiuorum, vtrum differant solo casu. s. sola cadentia à principalib. a quib. habent denominationem, an ẽt differãt in significato, & hoc est quærere, vtrum denominatiuum idem significat, ℞ abstractum. s. formam tãtum, vel aliud, vt subiectum, & ℞ significet subiectum, vr̃. quia significare est intellectum constituere, per Ari. 1. periherm. c. de verbo, sed nomen concretum prolatum cõstituit intellectum subiecti, ergo illud significat, probatio minoris, constituit intellectum accidentis, & illud impossibile est intelligere sine subiecto: tum quia impossibile est ipsum esse sine subiecto, & vnumquodq; sicut se habet ad esse, sic ad veritatem i. ad cognitionem veram 2. Met. tum quia substantia est primum omnium cognitionem, per Ari. 7. Met. ergo nihil significatur sine illa. Per hoc ẽt probat, ℞ subiectum primo significatur, quia illud primo intelligitur prolata voce, quia accidens non potest sine illo intelligi, & illud est prius cognitione accidente. per Arist. 7. met. ¶ Item terminus idem supponit ℞ significat: sed terminus accidentalis concretus supponit subiectum, ergo maior patet, quia terminus supponens ex hoc, ℞ supponit, non habet nouum significatum, probatio minoris per Ari. 1. poste. hæc est per accidens, album est lignum,

Cont. 4. Contex. 4.

Cont. 4. 2

T. 35.

lignum, quia significat, ꝙ illud cui accidit album est lignum, igitur illud cui accidit album, vt subiectum, ibi supponit per
Contex. album. ¶ Item idem significat nomen & diffinitio. 4.met. rō
8. quam significat nomen est diffinitio: sed diffinitio cōcreti nō
3 in se subiectum & accidens, igitur nomen hoc significat, mi-
Cont. 4. nor patet per Arist. in 7.met. dicentem, ꝙ accidens diffinitur ꝑ
& inde. substantiam. ¶ Item dicti⁹ exclusiua excludit quodlibet, quod
4 est extra per se significatum termini, sed talis dictio exclusiua addita termino concreto, non excludit subiectum, igitur & c. probatio minoris; si dico tantum album currit, non excludit corpus currere, quia includitur probatio, sequitur tm̄ album currit, igitur album currit, & vltra igitur corpus currit, igitur
5 à primo ad vltimum: & ita corpus nō excluditur. ¶ Item hoc vr̄ per auctoritatem Commentatoris super primo physicorum, vbi dicit, ꝙ nomen cōcretum significat formam & subie
Contex. 25. ctum, & 12.met. dicit Commentator, ꝙ significat ambo ¶ Itē
Contex. Arist in 7.metap. dicit, ꝙ in dictis secundum accidens non est
§ 4. idem quod quid est cum illo; cuius est ꝑ ꝙ duplex significare,
6 vt musicum & album igit̄ huiusmodi significat duo. ¶ Ad op-
Contex. positum est Ari. hic dicens, ꝙ denominatiua differunt solo ca-
26. su a principalib. ergo non significato; sed abstracta non significant subiectum; quia tunc non essent in aliquo genere, ergo nec denominatiua. ¶ Item inferius. c. de substantia dicit, ꝙ album solam qualitatem significat. ¶ Item Cōmentator 5. met. dicit Arist. velle, ꝙ tantum significet formam. Et rō huius est
Cap. 4. quia aliter esset nugatio, addendo accidens cū subiecto, quod vr̄ inconueniens, consequentia patet, quia ponendo rōnem concreti loco nominis, idem subiectum bis diceretur. ¶ Item si cōcretum significet subiectum, igitur hæc: album est lignū, esset secundum se, quia subiectum quo ad suum significatum natum esset per se supponere, & prædicatū esset de esse subiecti, consequens tm̄ est falsum per Ari. 1. poste. ¶ Item si album
Cōt. 35. significet subiectum & accidens, sicut homo albus igitur esset secundum accidens, quod vr̄ esse contra Ari. 5. met. quia diui-
Cont. 14. dit ibi ens secundum se in decem genera. ¶ Item si concretum significaret subiectum, tunc non diffiniretur per additamentum: consequentia patet, quia tūc quicquid poneretur in eis
Cont. 13. diffinitione esset de ratione essentiali eius, consequens est cō
& circi- tra Ari. 7. met. ¶ Item impossibile est in rebus diuersorum ge-
ter. nerum generalissimorum esse aliquam rationem substantiæ commu-

communem: igitur nomen significans talia duo non pōt esse vnicum: sed subiectum & accidens sunt diuersorum generū, ergo si concretum vtrunq; significaret, esset simpliciter æquiuocum quod non vī conueniens, quia tunc nulla propositio simpliciter esset vera: in qua ponit concretum: nulla ēt in eis esset contradictio: nulla consequentia, passio ēt nō posset demonstrari de suo subiecto, cum sit concretum, & in demōstratione non est aliquid æquiuocum, per Arist. 1. posteriorum, hæc omnia videntur inconuenientia, & contra Arist. & quartum specialiter: primo posteriorum. T. 26

Ad quæstionem dicendum, q̄ si contingat subiectum & accidēs vnico actu intelligere, & composito ex eis vnum nomē imponere, sicut toti historiæ Troianæ hoc nomen illas, illud nomen non significat vtrunq; sub propria rōne, nec est cōcretum concernens aliud a suo significato: nullum autem nomē pōt vtrunq; significare sub propria rōne, nisi sit æquiuocum. Inconueniens autem est concedere omne nomen concretum esse æquiuocum, quia periret finis sermonis, quia vix posset aliquis determinatū conceptum exprimere. Ideo dicēdum, q̄ nomen concretum non significat propriè subiectum, sed tm formam. ¶ Diceretur forte, q̄ non esset æquiuocum, quia non significat vtrunq; sub propria ratione, sed formam inquantū informans, & subiectum inquantum informabile. ¶ Contra: quod non significat aliquid sub propria ratione non significat illud: sicut ille: qui non intelligit aliquid sub propria ratione eius non intelligit illud, ergo esset dicere simpliciter nō significare subiectum. ¶ Item propria ratio subiecti est ratio informabilis, igitur nomen significans illud sub ratione informabilis significat illud sub propria ratione, & ita duo opposita dicerentur in illo sermone. ¶ Verumtamen propter argumēta intelligendum, quòd licet accidens non sit sine subiecto: est tñ in se quædam essentia distincta ab essentia subiecti: licèt nō adeo perfecta, nam per Arist. 1. top. in omni genere est reperire quid, similiter nisi esset essentia distincta in se: nō esset per se in alio genere a subiecto, quod manifestè falsum est: quam libet autem essentiam cōtingit sub ratione propria intelligere, & etiam significare, & tali modo intelligendi correspondet modus significādi æbstractus. ¶ Alio modo cōtingit intelligere istam essētiam inquātum informat subiectum, & huic modo intelligēdi correspōdet modus significandi cōcretus, Cap. 7.

ficut igitur eadem essentia intelligitur sub vtroque modo intelligendi, sic idem significatur per nomen concretum, & abstractum, sed sub diuerso modo significandi, sed propter istum modum significandi forte dicitur subiectum cointelligi, non tanquam intraneum illi intellectui per se, sed tanquam ad quod dependet intellectus accidentis sub tali modo intelligendi. ¶ Ad primum argumentum principale, dico, ꝙ sicut aliquid constituit intellectum alicuius, sic illud significat, nomen autem concretum non principaliter constituit intellectum subiecti, sed tantum ex hoc, ꝙ illud, cuius primo intellectum constituit sub tali modo intelligendi ad subiectum dependet, & ita significat ipsum, hoc est ex tali modo significandi dat intelligere, quod non est significare, vt nunc loquimur de significatione, quæ est repræsentatio alicuius ex impositione. ¶ Ad probationem minoris, cum dicitur, impossibile est accidens intelligi sine subiecto. Dico impossibile esse intelligi, ac cidens esse sine subiecto, ita quod sine subiecto dicat modum intellecti. Alio modo potest accipi, vt dicat modum actus intelligenndi, sub hoc sensu, impossibile est intelligere accidens sine subiecto, idest sine hoc, quòd subiectum intelligatur, & tunc concedendo illud, potest responderi secundum prædicta, nisi subiectum intelligatur non vt per se intra intellectum accidentis, sed vt illud, ad quod dependet intellectum, & sic significatur.

¶ Alio modo pōt dici, quòd accidens non potest intelligi sine subiecto, idest complete cognosci, quia ex eisdem est aliquid, & cognoscitur: tamē potest cognosci, & intelligi, quod dicitur per nomen, nō cognito subiecto, sicut species non cognoscitur, quid est simpliciter non cognito genere: tamen cognoscitur quid dicitur per nomen, sine cognitione generis, vt exemplificat Themistius supra librum posteriorum, quòd si dicatur puero adduc equum, nō adducit bouem, sed equum, & ita cognoscit, quid dicitur per nomen, sed quid est per genus, & differentiam nō cognoscit, & idem habetur per Arist. in prin. primi phys. quòd diffinitum prius cognoscitur diffinientibus, sic in propositio potest accidens cognosci ea cognitione quid dicitur per nomen, non cognito subiecto, & illa cognitio confusa sufficit, vt significetur, hoc modo dicendo posset saluari, quòd nomen abstractum significat subiectum etiam eo modo, quo concretum, de quo est dubium, videtur

Cont. 5.

tamen

tamen propter probationes minoris supra positas, quòd nomen abstractum debet intelligere subiectum, sed non similiter, quia concretum in recto abstractum in obliquo sicut subiectum diuersimodè ponitur in diffinitione vnius, & alterius, & tunc non est modus significandi concretus principiū intelligēdi subiectum, sicut supra dictum est, sed ipsum quod significatur propter dependentiam eius ad subiectū. Si obijciatur contra hoc quia abstractum significat formam sub propria ratione: igitur non inquantum dependet ad subiectum, ergo dat intelligere subiectum. Dici potest, quòd propria ratio formę accidentalis est esse subiecti, & ita stant simul, ꝙ significetur sub propria ratione, & sub modo, vt est subiecti, hic videtur probabilius, quam dicere, quòd modus significādi concretus sit principium intelligendi subiectum, quia aliter in diffinitione accidentis abstracti non oporteret ponere subiectum, quod est contra Arist. 7. metaph. vbi dicit, quòd substantia est primum omnium diffinitione, quia in diffinitione omnium ponitur, & nō econuerso. ¶ Et cum obijcitur, quòd subiectum primo significatur, quia illud primo intelligitur per vocem. Dici potest, quòd aliquid primo intelligi per vocem est dupliciter: aut sine quo non, aut primo ex intentione imponentis. Primo modo potest subiectum primo intelligi: quasi sine quo non intelligitur accidens. Secundo modo non intelligitur subiectū primo, sicut primo intelligitur per hanc vocem, homo animal: tanquam sine quo non intelligitur homo, sed non primo quo ad intentionem imponentis vel proferentis. Aliter potest dici vt supra, quòd non oportet subiectum intelligi ad intellectum accidentis, quid. dicitur per nomen, licet oporteat, quo ad completam cognitionem accidentis. ¶ Ad secundum principale concedo, quòd terminus illud supponit, quod significat: sed non semper pro eo supponit quod significat, sed tantum supponit significatum pro significato, quando est suppositio simplex, sicut in suppositione personali commune supponit pro suppositis, & non suppositum, quia non significat suppositum. Ad minorem dico, ꝙ terminus concretus supponit pro subiecto, sed non subiectum. ¶ Ad probationem dico, quòd hæc est per accidens, album est lignum, non quia album supponat subiectum, quia illud est natum supponere, & tūc si illud supponeretur, esset prædicatio per se, quia supponeret, quod natum est suppone- *Cont. 4.*

re, sed est per accidens, quia significatum albi quod est accidens, non est natum supponere per se, & respectu talis prædicati, sed supponit pro eo cui accidit. ¶ Contra hoc videtur, q̄ cum dicitur album, est lignum: in hoc significat, quòd cui accidit album est lignum, quod non esset verum, nisi illud, cui accidit album esset illud quod supponitur, & non tantum pro quo. non enim potest vere dici hanc: homo currit, significare Sortem currere, licet homo supponat pro sorte. ¶ Ad hoc dicitur, q̄ hæc propositio, album est lignum: significat lignum inesse albo, nō pro se, sed pro eo cui accidit, & ita debet intelligi auctoritas Arist. significat enim, quod cui accidit album, est lignum, non tamen quod supponit, sed pro quo, sicut communiter dicitur, quando subiectum non est natum pro alio supponere respectu prædicati, quam pro hoc, dicimus, quod prædicatū significatur huic in esse vt hic homo currit, quòd currere significatur inesse suppositio, licet hoc non habeatur ex prima significatione sermonis, sic cum album respectu talis prædicati, lignum, non sit natum supponere, nisi pro subiecto, dicitur prædicatum significari ei inesse. ¶ Ad tertium dicitur, quod est duplex diffinitio, vna simpliciter, quæ est habentis, quod quid est simpliciter, vt substatiæ, & ista diffinio tantum habet genus & differentiam, quæ sunt intra per se intellectum speciei, & de illa est maior vera, & probatio eius de 4. metaphys. Alia est diffinitio per additamentum, vbi scilicet aliquid additur præter essentialia diffiniti, & talis est accidentium, quia enim accidentia non cognoscuntur complete sine subiecto, & diffinitio datur causa completæ cognitionis habendæ, ideo non diffiniuntur sine subiecto, sed quia talis diffinitio aggregat in se aliquid, non de essentia diffiniti, ideo plus significat, quam nomen diffiniti, & de tali non est maior vera, nec eius probatio. ¶ Ad quartum dico, quod maior est falsa, quando quod excluditur, cōparatur ad reale prædicatum, tunc enim nō excluditur nisi diuersum ab eo, respectu prædicati, quia sincathegoremata disponūt subiectum in comparatione ad prædicatum, respectu autem prædicati realis non est subiectum diuersum ab accidente concreto, ideo non excluditur, vnde dicitur communiter, quòd exclusio nō semper excludit aliud secundum essentiam, sed secundum esse, quod maximè est verum, respectu realis prædicati. ¶ Ad auctoritates Commen. intelligendum est significare extensiue

pro

pro dare intelligere, quia aliter esset cõtrarius sibi. 5. metaph. ¶Ad auctoritatem Arist. intelligit de homine albo, & huiusmodi, de quibus proposuit dubitationem in principio capitu li, illa enim sunt entia secundum accidens, secundum ipsum in 5. metaphy. ¶Contra positionem, sic arguitur, si album idẽ significet, quòd albedo, sed sub modo concernentis, vel deno minantis, ergo de quo dicitur album, vt de homine, de eo dicetur interpretatio eius, s albedo & concernens, quod non videtur verum. Hic potest dici, quòd illa non est interpretatio albi, quia album tantum significat formam sub vno modo significandi, sed hoc totum, albedo vt concernens significat formam sub duobus modis oppositis, quia albedo significat formam sub vno modo, & vt cõcernens dicit alium oppositum modum. Si autem quæratur, quæ est interpretatio huius nominis album, non est possibile dari, nisi per aliquod nomen posset forma tantum significari sub vno modo significandi, quod nõ est possibile, forte addito hoc modo, vt cõcernẽs &c.

¶*Quando alterum de altero prædicatur, uel de subiecto: quæcunq; de eo quod prædicatur, dicuntur: omnia hæc, & de subiecto dicuntur &c. Cap. 3.*

QVÆSTIO IX.

QVæritur de veritate huius primæ regulæ Arist. scilicet, quando alterum de altero prædicatur, vt de subiecto, quicquid prædicatur de prædicato, prædicatur de subiecto. Quod sit falsa, videtur, quia animal est prędicatum de homine, & album de animali, ergo album de homine, secundum istam ergo rationem teneret hæc consequentia, animal est album, ergo homo est albus, & tamen videtur esse fallacia consequentis, similiter antecedens potest esse verum sine consequente. ¶Item per hanc regulam sequeretur substantia est generalissimum, igitur animal est generalissimum. ¶Item si quid prædicatur de prædicato prædicatur de subiecto, sed prædicatum prædicatur de prædicato, quia prædicatum est prædicatum, igitur prędicatum prædicatur de subiecto, igitur subiectum est prædicatum. ¶Ad oppositum est Arist.

Ad quæstionem dicendum, quòd regula est vera, quando illa tria sumũtur in eodem genere essentialiter ordinata, quic quid prædicatur essentialiter, sicut hic sumitur prædicari, de

prædicato essentialiter, prædicatur de subiecto cum hoc etiã intelligenda est regula, quando prædicatum interimedii non variatur in comparatione ad prædicatum de ipso, & ad subiectum, de quo prædicatur, per primam conditionem solum tur duo prima argumenta, quia album & generalissimum nõ prædicantur de animali, & substantia essentialiter. Similiter secundum fallit penes variationem prædicati, intermedij, q a sic arguendo vtibi, est fallacia accidentis. ¶ Ad tertiũ dicitur, quòd regula debet intelligi de prædicari signato in intentionibus in fundamentis vero de prædicari exercito, arguitur autem in intentionib cum esse per quod exercetur prædicatio, ideo non tenet. ¶ Contra hoc secundum omnes conditiones istas, hæc consequentia, animal est substantia, igitur homo est substantia, esset bona, quia hic sunjuntur tria essentialiter ordinata in eodem genere, nec variatur prædicatum interme dium, & arguitur in primis intentionib. de prædicari exercito, sed ista continentia non valet, igitur omnes prædictæ conditiones non saluant veritatem regulæ, probatio mi. quia sequitur: asinus est substantia, ergo animal est substantia, & non sequitur, igitur homo est substantia, igitur ista, homo est substantia, est antecedens non conuertibile isti, animal est substãtia: igitur econuerso arguendo est fallacia continentis a positione consequentis, & a propositione, habente plures causas veritatis, ad vnam illarum. ¶ Itẽ nulla consequentia tenet nisi in virtute syllogismi, sed si hæc reducatur in syllogismum, cũ homo & substantia faciant conclusionem, erunt extrema, & animal medium, facto igitur antecedente priori nũc maiore, erit syllogismus in prima figura habens maiorem particularem, quæ non valet in quibuscunque terminis, quia forma arguendi in omnibus est eadem: igitur nec consequentia prius valuit. ¶ Item forma arguendi eadem est in essentialibus prædicatis, & non essentialib. quia consequentia tenet ex significatione propositionum, sicut & syllogismus, per hãc autem, animal est substantia, non significatur maior identitas extremorum, quam per hanc, animal est album, igitur ex significatione sermonis non plus significatur prædicatum vnum esse idem homini, quam aliud. Si dicatur, quòd esse est vnio extremorum, & ideo talem vnionem dicit, qualis debetur extremis, & ita maior identitas significatur hic, animal est substantia, quam hic animal est album. Hoc non videtur esse verum,

quia

quia tunc omnis propositio de inesse simpliciter significaret se esse tale, & omnis propositio de inesse, vt nunc, significaret se esse de inesse, vt nunc. Et ita exponendo esset negatio, vt hic homo, vt nunc est albus, & hic esset repugnantia intellectuũ, homo simpliciter est albus, vel necessario, quod non videtur probabile. Similiter hic esset negatio, homo necessario est animal, vel semper est animal, & hic esset repugnantia intellectuum, homo vt nunc est animal, & si hoc; igitur oppositum vnum diminueret alterum, & ita in hac consequentia homo, vt nunc, est animal, igitur homo est animal, esset fallacia secũdũ quid & simpliciter, & hic similiter, animal necessario est album. igitur animal est album, & ita ad illam de necessario non sequeretur illa de in esse in omnibus terminis. Quod cõsequentia non valeat, animal necessario est album, igitur animal est album, patet per Arist. 2. perihermenias, quia quando est oppositio in adiecto, non tenet a consunctis ad diuisa, similiter si valet, ergo consequens non ponit intellectum oppositum antecedẽti. Propter tres rationes principales potest dici, quòd non sequitur formaliter, animal est substantia, igitur homo est substantia, sicut nec sequitur, substantia est alba: igitur animal; quia ex significatione sermonis vtrobique antecedens eodem modo se habet ad consequens. ¶ Sed ad quæstionem nunc est dicendum, quòd regula est vera, quia per se datur de secundis intentionibus, sicut logicus debet loqui, & sumendo prædicari proprie, quod est pro alio dici, tunc tantum & nõ plus significatur per regulam, quod est prius priore, est prius posteriore, vel quod est superius superiore, est superius inferiore: cuius veritas nulli dubia est, & ita conuenienter ponitur vt regula, quia eius veritas omnibus est nota. Si autem dicatur, quòd Arist. exemplificat de reb. primæ intentionis, quomodo igitur arguendum est in illis secundum hãc regulam? dico, quòd Arist. sic exemplificat vt homo de quodam homine prædicatur: animal vero de homine, ergo & de quodam homine, vbi significatur, animal essentialiter prædicari de homine, si autem debeat exerceri ista prædicatio, cũ hoc verbo est, oportet arguendum secũdum regulam modificare compositionem per aliquid, quod notet prædicatum prædicari de subiecto, sicut hic sumitur prædicari, & tunc sic est arguendum. homo per se primo modo est animal, quidam homo per se primo modo est homo, vel essentialiter, igitur

quidam

quidam homo per se est animal. si autem absolute arguatur, animal est substantia. igitur homo, nihil exprimitur in antecedente, quod nominet ibi virtutem huius regulæ, quia per esse absolute non significatur prædicatum prædicari, idest esse subiecto prius, vel superius ipso. Si autem dicatur, q̃ Arist. sumit absolute compositionem, dicendo, sic quidam enim homo, & homo est, & animal est: dico, quòd intelligit per se, q̃ sic expressit prius in secundis intentionibus, dicendo animal prædicatur de homine, vnde sequens est intelligendum secũdum præcedens. ¶ Ad duo argumenta contra responsionem, patet. ¶ Ad tertium dico, quòd respectu subiecti prædicatum est prædicatum tãtum prædicatione signata, sed prædicatum respectu prædicati est prædicatum, prædicatione exercita tãtum, regula autem est intelligẽda vtraque prædicatione vniformiter sumpta. ¶ Si arguatur, hæc tenet, animal prædicatur de homine: vbi est prædicatio signata, & quidam homo per se est homo, vbi est prædicatio exercita, ergo quidam homo, per se est animal. ¶ Dico, quòd hæc animal prædicatur de homine, est per accidens: non tamen animal prædicatur secundum accidens, & est vera pro prædicatione exercita, & ita, vtrobique est veritas, sumendo vniformiter prædicationem exercitam.

¶ *Diuersorum generum, & non subalternatim positorum diuersæ sunt species & differentiæ, vt animalis & scientiæ &c. Capitulum quartum.*

QVÆSTIO. X.

QVæritur de veritate huius regulæ: diuersorum generum & non subalternatim positorum diuersæ sunt species & differentiæ: vtrum aliquid possit esse in diuersis generibus, Quod sic videtur: corpus est in genere substantiæ per Porphyrium, & in genere quantitatis per Arist. cap. de quantitate. ¶ Item figura est in genere quantitatis, quia geometer, qui per se tantum considerat quantitates, per se considerat figuram, & figura est in genere qualitatis per Arist. cap. de qualitate. ¶ Item scientia per se est in genere qualitatis, quia est in prima specie, & est per se relatiuum per ipsum, capitulo de relatione, & 5. metaphysi. similiter. ¶ Item duplum & dimidium sunt quantitates per se & relatiua, similiter proprium

est

est qualitati simile vel dissimile dici, & secundum quantitatem æquale & inæquale, ergo hæc sunt in illis generibus, & sunt per se relatiua, per Arist. ¶ Consimiliter arguitur de multis alijs relatiuis. ¶ Item motus videtur esse in genere quantitatis, & in genere actionis, vel passionis, primum probatur per Arist. 5. metaph. cap. de quanto, tempus est quantitas per motum, igitur motus magis, & tempus est per se species quantitatis, quia est quinta species quantitatis continuæ, per Arist. igitur magis motus est species quantitatis, probatio secundi: quia omne verè prædicatum in abstracto de aliquo est idem essentialiter illi, hęc est vera, passio est, motus, & actio est motus, igitur &c. probatio minoris, hæc per se est vera, patiens mouetur, ergo passio est motus. ¶ Item per Arist. 5. physicorũ motus accipit speciem à termino ad quem: igitur similiter, & genus, sed per se terminus motus est in tribus generibus p. Arist. ibidem. s. quantitate, qualitate, & vbi, igitur motus est per se in illis tribus generibus. ¶ Si dicatur, quod motus æquiuocè est in illis tribus generibus. Contra, motus dicitur, de alteratione & augmentatione, & loci mutatione, secundũ idẽ nomen & eandem rationem essentialem. s. actus entis in potentia inquantum in potentia; quæ est ratio eius per Arist. 3. physicorum, igitur vniuocè. ¶ Ad oppositum est Arist. ¶ Itẽ quæ differunt in priore, differunt in posteriore, igitur quę differunt genere, differunt in quolibet posteriore: & nihil idem est in generibus diuersis generalissimis.

Ad quæstionem dicitur, ꝙ idem dicitur multipliciter, vt dicitur primo top genere specie & numero, & idem numero tripliciter accidente proprio & diffinitione, & in 5. metaph. dicitur, ꝙ idem secundum se dicitur tot modis, quot modis vnum secundum se. s. numero specie genere & proportione, & idem proportione & idem numero, quo ad duos modos. s. idem accidentes & proprio potest esse in diuersis generibus, quia animal & color sunt idem proportione, quia huiusmodi identitas est in similiter se habere, sicut enim color, se habet ad albedinem, ita animal se habent ad hominem. Similiter Sortes & albus idem sunt accidente, Sor. & disciplinæ perceptibile vel risibile sunt idem proprio, & sic eadem manifestum est, quod sunt in diuersis generibus. Idem specie vel genere nullo modo est in diuersis generibus generalissimis, vel quibuscunque non subalternis, vt species vel differentia, nisi

forte,

Conten. 20

Cap. de qualitate, & ca. de relatione.

Cont. 18

6

Cont. 4. & inde.

Cont. 9. & inde.

Cont. 6.

Cont. 5. T. nõ habente. c.

forte, idem genere superiore in diuersis generibus inferioribus. ¶ Quod autem idem specie vel genere inferiore non sit in diuersis generibus superioribus non subalternis: vt species vel differētia: videtur manifestum: quia ad essentiam speciei pertinet genus, ergo si idem specie vel genere inferiore esset in diuersis generibus superioribus: illa ambo genera essent de eius essentia, igitur illud non esset idem essentialiter, quia duo genera non subalterna diuersam essentiam prædicant. ¶ Similiter differentia cum genere facit unum essentialiter, sed cum diuersis generibus non subalternis, nihil idem facit essentialiter. igitur &c. ¶ Ad primum argumentum dicit Albertus, quod corpus vt dicit naturam aptam ad recipiendum tres dimensiones, est in genere substantiæ, vt nominat ipsas tres dimensiones, est in genere quantitatis, primum patet, quia natura incorporea dicitur substantia, cui repugnat recipere dimensiones. ¶ Ad secundum dico, quod hoc nomen, figura, est vno modo significās superficiem terminatam lineis, & sic est in genere quantitatis. Alio modo significat ipsam clausionem linearum siue terminationem, & sic est in quarta specie qualitatis, vnde qualitates quartæ speciei dicuntur qualitates circa quantitatem. ¶ Ad aliud dicitur, quod relationes sunt p se in genere relationis: relatiua vero possunt esse res aliorum generum, quia illa sunt relatiua, in quibus fundatur relatio, & illa sunt res aliorum generum. ¶ Per hoc dicitur omnia illa: quod licet sint relatiua: tamen non sunt in genere relationis: sed in alijs generibus. ¶ Contra, concretum & abstractum significant idem essentialiter, igitur sunt in eodem genere, ergo si relationes sunt per se in gñe relationis, & relatiua erunt consequentia patet, quia eadem est essentia eiusdem generis, cum ens secundum se diuidatur in decem genera. Item si relatiua non essent in genere relationis, nihil determinatum in capitulo de ad aliquid in prædicamentis conueniret alicui in illo genere, & ita ad determinandum de illo genere, essent omnia impertinentia, quæ determinantur ibi, quod videtur inconueniens, prima consequētia patet, nec enim prima difficultas, ad aliquid nec secūda quam Arist. approbat, nec aliqua proprietas quam ponit conueniret relationibus, sed tantum relatiuis, quæ per hypothesim non sunt in genere relationis. ¶ Ideo potest dici, quod per se relatiua sunt in genere relationis, sicut concreta aliorum sunt in alijs generibus, de quo dicetur

cetur post, & ita nihil idem essentialiter est per se relatiuum & species alterius generis, scientia ergo æquiuocum est ad significandum habitum mentis & ad significandum imaginē scibilis, quę duo essentialiter sūt diuersa, primo modo est species qualitatis, secundo modo est per se relatiuum ¶ Ad aliud dicitur, quod duplum & dimidium sunt per se in genere relationis, non quantitatis, nec hoc dicit Arist. licet illud cui inest duplum per se, vt duo, sit per se quantitas, quia non oportet accidens esse in eodem genere vt speciem cum suo subiecto. Similiter de æquali & inæquali simili & dissimili dicendum quod sunt relatiua per se, sed in genere quantitatis vel qualitatis sunt non vt species sed vt propria, vt patet per Arist. vltima proprietate quantitatis & qualitatis, possibile aūt est de multis esse in vno genere, vt species, in alio, vt propria, quia risibile est in genere substantiæ vt proprium, in qualitate vt species. ¶ Ad Arist. auctoritatem dico, quod dicit, si contingit idem esse relatiuum & quale, nihil prohibet hoc sic idem an numerari in diuersis generibus, quod non est tūc idem essentialiter. ¶ Ad aliud de motu dicetur postea. ¶ Contra positionem per Arist. 5. metaphy. vnum numero infert vnum specie accidens, & subiectum sunt vnum numero, per responsionē, & sunt in diuersis generibus, igitur idem specie potest esse in diuersis generibus. ¶ Item arguitur per syllogismum expositorium in tertia figura. scilicet iste asinus est nō qualitas, iste asinus est non homo. ergo non homo est non qualitas, sumendo in præmissis vtrunque extremum, vt est terminus infinitus: & sic concludendo. Sed si oppositum de opposito, & propositum de proposito, per Aristo. 2. top. ergo homo est qualitas, sed qualitas in abstracto de nullo prędicatur, nisi quod est eiusdem generis, igitur homo est in genere qualitatis, & est substantia, igitur &c. hæc rō potest fieri communiter ad oliē dendum omnem affirmatiuam esse veram. ¶ Ad primū istorum potest dici, quod Aris. prius distinguit modos vnius per se, & per accidens, & postea vnum per se distinxit in illos modos numero, & specie &c. & cum subdit vnum numero, infertur vnum spē, intelligit tantum de vno numero, vt prius illud posuit, scilicet, vt est modus vnius per se. subiectum autem, & accidens si sint vnum numero, hoc est per accidēs, & non per se, & ita de illis non intelligit istam consequentiam tenere. ¶ Ad aliud dicitur, quod regula si oppositū &c. tenet

Cap. de qualitate.

Cont. 12.

Cap. 12.

Cont. 7. Contex. 8. & inde.

de

de contrarijs in seipsis, de contradictorijs è contrario, vt dicitur secundo topic. vnde non est arguendum eodem ordine affirmatiuè, & negatiuè sine fallacia consequentis, sed est arguendum ex opposito prædicati ad oppositum subiecti, arguitur autem sic, non homo est non qualitas, ergo homo est qualitas, quæ consequentia non valet. Contra arguo econtrario sic, non homo est non qualitas, ergo qualitas est homo, & si hæc est vera, igitur & hæc, homo est qualitas per conuersionem. Similiter transponendo præmissas: igitur non qualitas est non homo, & vlterius, igitur homo est qualitas, econtrario igitur &c. ¶ Ideo dicitur aliter, quod homo, & nõ homo, non opponuntur vt sunt termini infiniti, & finiti, sed vt non homo est terminus negatur, & isto modo conclusio nõ sequitur in Syllogis. expositorio. ¶ Contra, vt est terminus infinitus de quolibet dicitur homo vel non homo, & de nullo eodem ambo, ergo sibi vt sic contradicunt. ¶ Item negatio infinitans, & negans terminũ non differunt, quo ad significatum, quia vtrobique negatur significatum termini finiti. Aliter dicitur, quòd in peralogismo expositorio est fallacia accidẽtis, quia medium variatur, quia primo sumitur iste asinus, quantũ ad differentiam completiuam, per quam est in spẽ. qua distinguitur ab homine, in alia. iste asinus est non qualitas, sumitur secundum formam substantiæ, in qua conuenit cum homine & distinguitur ab omni ꝙ est alterius generis. ¶ Contra consimiliter potest alibi argui, vbi nõ potest defectus assignari talis. ergo nec est hic per se. consequens patet per Arist. secundo elenchorum: omnium orationum, quæ sunt propter idem, eadem solutio est, antecedens patet, quia si arguatur sic, albedo est non homo. albedo est non asinus, igitur nõ asinus, est non homo, igitur homo est asinus. Aliter potest dici concessa conclusione syllogismi, expositorij, quòd non sequitur vlterius, igitur homo est qualitas, nec etiam, igitur qualitas homo, quod autem dicitur in secundo topicorum, in contradictorijs tenet è conuerso: manifestè dicitur de consequẽtia, non de prædicatione. ¶ Item ista regula, si oppositum de opposito &c. tantum intelligenda est in contrarijs, vel si in contradictorijs, intelligatur de prædicatione è contrario, hoc totum verum est, si in antecedente est prædicatio per se, vel ad minus vniuersaliter, si sint termini communes, hoc dico, pro conuersione vniuersalis affirmatiuæ per contrapositionem,

Cap. 2.

nunc

¶ Vnde autem quæcunque conclusio sit illata per syllogismum expositorium, neque concluditur esse vera per se, neque vniuersaliter, & ideo nullo modo sequitur oppositum prædicari de opposito, neque in seipso, neque in contrario &c.

¶ *Eorum, quæ secundum nullam complexionem dicuntur: Singulum, aut substantiam significat, aut quantitatem, aut qualitatem, aut ad aliquid, aut vbi, aut quando, aut situm esse, aut habere, aut facere, aut pati &c. Cap. 5.*

QVÆSTIO XI.

CIrca hoc quæritur, vtrum sint tantum x. generalissima. Quod non videtur: ens diuiditur in substantiam & accidens, in absolutum & respectiuum, in ens per se, & in ens in alio: sed tantum est vnum generalissimum ens absolutum, vel ens per se, vel substantia, igitur tantum est vnum prædicamentum, quod est accidens igitur &c. ¶ Negatur consequentia, quia ens per se est vniuocum omnibus, de quibus dicitur, & ita potest esse vnum genus ens per accidens, vel in alio, non est vniuocum alijs quibus conuenit. ¶ Contra, si vnum oppositorum dicitur multipliciter, & reliquum: per Ari. primo topicorum: & verificat illud in omni genere oppositorum, si igitur ens in subiecto sit æquiuocum ad nouem, non ens in subiecto erit æquiuocum ad tot, & ita erunt 18. generalissima. ¶ Item dato, quod accidens sit æquiuocum 9. generibus, sequitur, quod non plus conueniant accidentia inter se, quam vnum eorum cum substantia, quia vtrobique est tantum conuenientia in aliqua voce æquiuoca, igitur non erit conuenientior diuisio entis in substantiam & accidens, quã in ens quando, & in ens non quando, quia vtrobique vnum diuidens est vnum generalissimum, & reliquum diuidens æquiuocum ad alia nouem genera. ¶ Sequitur etiam, quod nõ sit sufficiens diuisio entis in substantiam & accidens, quia accidens cum sit æquiuocum sumitur pro aliquo significato, & ita fiet diuisio tantum in duo generalissima. ¶ Item ad principale, quod per superabundantiam dicitur vni soli conuenit, per Priscianum, huiusmodi est generalissimum, igitur tantum vnum est generalissimum. ¶ Item omnis diuisio & multitudo reducitur ad vnũ, quod est prius illa multitudine, igitur si sint multa generalissima, aliquod est vnum prius illis, sed

Cõt. 12.

2

5. Topic. tex. 15.

3

sed generalissimis nihil est prius, ergo nec sunt multa. Item album est vnum aliquid essentialiter, quia per prædeterminata nihil aliud significat, q̃ albedo, igit est in aliquo genere p se, & nõ in gõe qualitatis, quia qualitas verè prædicatur de oi q̃ est per se in genere qualitatis, qualitas nõ verè p̃dicatur de albo, igitur albũ p se est in alio genere generalissimo. ¶ Ita conuenit arguere de concreto cuiuscunque generis accidentis, igitur sunt 18. genera accidentium. ¶ Item quale prædicatur de albo, quæro sub ratione cuius vniuersalis, non proprij, quia non conuertitur, non accidentis, quia non adest & abest &c. non differentiæ, quia non distinguit album ab alijs, non speciei specialissimæ, quia prædicatur de differentibus specie, igitur sub ratione generis, & non habet superueniens genus, igitur quale est generalissimum, & non idem quod qualitas, quia nec habet easdem species, quia nec prædicatur de eisdem, igitur est aliud generalissimum. Quod etiam quale sit genus, patet per Ari. quarto topicorum docentem considerare genus in abstractis per hoc quod concretum est in concreto, vel non est. ¶ Similiter sicut albedo ad album, ita color ad coloratum: ergo permutãdo, sicut color ad albedinem, ita coloratum ad album, sed color vel qualitas est genus albedinis, ergo quale est genus albi. Quod etiam quale sit aliud genus a qualitate patet, quia intentiones attribuuntur rei non absolutæ, sed vt cõsideratur ab intellectu, sed album sub alio non concipitur ab intellectu, quam albedo, licet sit eadem essentia, igitur potest esse aliud habens intentionem aliam ab albedinem. Item intentiones sunt per se intelligibiles, quia diffinibiles, & in eis manifestum est esse aliquid superius & inferius. igitur aliquid supremum, illud non habet superueniens genus aliquod istorum, quia ens secũdum se diuiditur in hæc x. in 5. mera est igitur ens in anima. igitur est vnum generalissimum intentionum præter hæc omnia.

¶ Item contingit intelligere nõ ens, quia & significare, per Ari. secondo posteriorũ, & in eis est ratio superioris & inferioris, ergo aliquid supremum, illud non cõtinetur in aliquo istorum decem, quia nullum istorum de illo prædicatur, ergo est distinctum generalissimum non ens tum, & ita plura genera, quam decem. ¶ Item figmenta concipiuntur ab intellectu, & in eis est superius & inferius, ergo supremum, ergo aliquod generalissimum. ¶ Item de omnibus istis 4. intentionibus

Cap. 6.

Cont. 4.

Cont. 7.

1

2

3

4

5

nibus

nibus non entib. figmentis sic potest argui. intellectus compo
nens facit compositiones de eis, quarum veritatem vel falsi-
tatem iudicat, vt patet, igitur & intellectus simplex ea concipit, igitur sub aliqua ratione concipiendi, non singularis, igitur vniuersalis, igitur generis vel speciei &c. igitur est in eis generalissimum, consequentia autem supposita in omnibus his rationibus. s. quod si est superius in eis, & supremum pa- *Cont.* 17
tet per Arist. quarto meta. verius est, quod est primo vero & 18.
propinquius, & 5. eiusdem prius est, quod est principio pro- *Cont.* 46
pinquius, & ratione, quia aliter non esset status ascendendo, sed processus in infinitum. ¶ Item arguitur similiter de priuationibus. ¶ Diceretur ad hoc, quod concreta, intentiones, non entia, figmenta, priuationes, & quæuis huiusmodi sunt in genere per reductionem ad abstracta, res primæ intentionis entiæ, quorum sunt figmenta, & priuationes, quia cum communiora intelligantur prius minus communibus oportet generalissima esse primo intelligibilia, hæc autem non sunt intelligibilia, nisi per attributionem ad illa, ad quæ dicta sunt habere habitudinem, ideo non possunt poni generalissima, sed ponuntur in genere per reductionem. Similiter ponitur de potentia, quod est in genere per reductionem ad actū, cuius dicitur potentia. ¶ Contra hoc, im omnibus istis est per se prædicatio superioris de inferiori. ergo sub ratione alicuius vniuersalis, quia prædicari proprie est proprium vniuersalis, non alterius quam generis. Arguatur de singulis, sicut supra argutum est de concretis: igitur si non sit procedere in infinitum in eis erit aliquod genus nō habens supraueniens genus, igitur generalissimum, quia sic diffinitur generalissimū a Porphyrio, illud nulli istorum decem est idem, quia non habet easdem species, quia nec de eisdem prædicatur per se primo modo, igitur est aliud generalissimum ab istis decem. ¶ Etiam per rationem nullum istorum decē prædicatur de suis in quid, ergo per nullum istorum decem habet rationem generis, sed cum æque primo dicatur, quod licet de suis speciebus, sicut aliquod istorum decem de suis sequitur, q; erunt æquæ primo genera, & non per reductionem ad aliquod istorū decem. ¶ Similiter, quod inter quælibet prænumerata sit genus, & species, ostenditur per duo argumenta præfacta de concreto. Etiam per hoc, quod, de quolibet istorum contingit quærere quid, & respondere per aliquod vniuocū. quod

est in plus illo, cuius quæritur quid. ¶ Omne prædicatum vniuocum in quid, quod est in plus subiecto est genus, per Ari-
Cont. 15 4. topic. Quod etiã in responsione, dicitur. quòd oportet generalissimum esse primo intelligibile, manifestè fallum est: nisi intelligatur respectu illorum, quorum est generalissimum, quantitas enim non est primum intelligibile simpliciter, sed in suo genere, ita ponitur intentio primum intelligibile respectu intentionum specialium, & non ens respectu nõ entium particularium, & priuatio respectu priuationum particularium, quia si contradictio non entis, vel oppositum priuationis prius occurrat intellectui, particulari ente, & particulari habitu: sequitur, quod non ens, & priuatio præintelligantur suis particularibus, quia ens primo ducit in cognitionem nõ entis, & habitus primo in cognitionem priuationis, non primo huius non entis: & huius priuationis. Sic etiam potest argui de potentia respectu actus. ¶ De concretis & intentionibus non est dubium, quin sint per se intelligibilia. Posset responderi specialiter de non ente, priuatione & potẽtia, quod licet sit prædicatio in quid eis, & superioris non tamen ratio generis & speciei, quia nullum prædicatur de pluribus differentibus specie vel numero, quia non entium vel priuationũ vel potentiarum secundum suam rationem nulla est distinctio, sed tantum in habitudine ad eorum oppositа. ¶ Contra, tunc aliquid prædicatur proprie de aliquo: immo in quid, & sub ratione nullius vniuersalis, quod non uidetur, cum prædicari de pluribus sit conuertibile cum vniuersali. Item hæc est vera, cæcitas non est surditas, præcisè ratione significatorum, ergo priuationes distinguuntur, licet earum distinctio sit ab alio, hoc non prohibet eas esse species: sic enim species quæ sunt in genere substantiæ differunt per formam, quæ formæ non sunt ipsæ species. ¶ Item commune multis nunquam ex se distinguitur in illis, igitur priuatio non distinguitur in cæcitate & surditate: nisi per aliqua addita, quæ cum priuatione constituunt ista in sua ratione: ergo in illis additis abundant hæc a genere, hæc igitur addita sunt differentiæ, licet nõ ita completè in essendo, sicut differentiæ substantiæ, ergo istę sunt duæ species differẽtes. ¶ Ad omnia obiecta de illis quinque concretis, intentionibus secundis, priuationibus non entibus, & potentijs, posset responderi, quod licet hæc possint intelligi sub aliqua ratione intelligendi, & prædicari inter se

sub

sub ratione alicuius vniuersalis, & statum esse ad aliquod vni-
uersalissimum, quod inquantum attribuitur ei ista intentio
est diuersum ab illis 10. tamen stat tantum esse decem gene-
ralissima rerum: quia non quodlibet intelligibile, sed ens se-
cundum se diuiditur in hæc. 5. metaph. & ita nullum istorum *Cont. 14*
est ens secundum se distinctum ab illis decem. ¶ Contra, tunc
videtur, quod logicus considerans per se intentiones, & nu-
merum generalissimorum, tantum sub hac ratione. s. qua eis
hæc intentio generalissimum possit applicari, deberet dicere
plura esse generalissima, quam decem, quia plura istis sunt in
telligibilia: quibus in quantum intelliguntur, potest intentio
attribui: licet meta. considerans ens inquãtum ens, diceret ea *hic inl.*
tantum esse decem, cuius oppositum videtur Arist. dicere, di- *tera.*
cens singulum significare substantiam, vel qualitatem &c. nõ
tantum singulum ens significare substantiam &c. ¶ Ad op-
positum est Arist.

Ad quæstionem dicendum: quòd tantum sunt decem ge-
neralissima rerum, quorum distinctio non sumitur penes ali
quid logicum tantum, sed penes ipsas essentias. Ipsa enim in-
tentio geneneralissimum est tantum variata numero in istis.
vnde quo ad id, quod est difficultatis, cõ est magis metaphy-
sica, quam logica, ideo sufficienter hic scitur, quia ita est, quã-
nis forte metaphysicus debeat vel possit scire propter quid.
¶ Ad primum argumentum dico vt supra. ¶ Ad primum con
tra hoc dico, quod ens per se, & non ens per se, vel ens in sub-
iecto, & non ens in subiecto sunt contradictoria, & ideo cũ
negatio non neget solam vocem, sed significatum, & non po
test vniuoco actu quodlibet significatum negare, erit ęquiuo
cum, sicut affirmatio: sed non ens in subiecto non est idem, ꝙ
substantia, nam non ens, est non ens in subiecto, neque nõ ens
per se est accidens; quia non ens est, non ens per se, sed ens nõ
per se idem est quod accidens: & ens non in alio, idem quod
substantia, & primum non contradicit enti per se, nec secun-
dum enti in subiecto. ¶ Ad aliud potest dici, quod accidentia
conueniunt in aliquo intentionali: vt est esse attributum sub
stantiæ vel posterius substantia, in quo non conuenit accidẽs
cum substantia. Vel potest concedi, si esset vnum nomẽ ęqui-
uocè significans substantiam, & alia generalissima, vt a æquè
conueniens diuisio esset entis in a. & quando sicut in substã-
tiam & accidens: quia vtrobique æquiuoci in æquiuocum &

vniuocum. ¶ Ad tertium contra illud dico, quod æquiuocum actu importat omnia sua significata, & ideo actu ponit accidens omnia nouem genera, cum diuiditur ens in substantiam & accidens. Cum dicitur æquiuocum non accipitur simul, nisi pro vno significato verum est ab eodem intelligente: sed non minus ipsum secundum se omnia sua significata simul ponit, & eo modo sumitur, non autem vt intelligitur ab vno. Ad secundum principale dicitur, quod superlatiuum tantum vni conuenit in vno genere, & ita tantum vnum est generalissimum in vno genere, sed non simpliciter tantum vnum. Vel aliter quòd superlatiuum dupliciter dicitur, & exponitur vno modo positiuè per excessum omnium aliorum: alio modo priuatiuè per nō excedi ab aliquo alio, primo modo nullam est generalissimum simpliciter: sed tantum in aliquo genere. i. generalius omnibus alijs in suo genere. Secundo modo, quodlibet illorum est generalissimum, quia nullū eo generalius, & illa propositio quod per superabundātiam dicitur &c. vera est, vt superlatiuum exponitur positiuè: nō vt exponitur priuatiuè, quia multa possunt esse prima, ita q̄ quodlibet illorum nihil est prius. ¶ Ad tertium dictum est prius. Vel potest dici, quòd multitudo prædicamētorum reducitur ad vnum, quod est prima causa, quæ prior est eis non prædicatione, sed entitate, & causalitate, & ita potest aliquid esse prius eis. ¶ Ad aliud de concretis, dico, quod essentia significata per album, est in genere qualitatis, sed illa sub hoc modo intelligendi vel significandi non est per se qualitas, vel in genere qualitatis, sed per reductionem, quia. i. est idem essentialiter albedini, quod est per se in illo genere. Est autē in aliquo, generalissimo per se, scilicet in quali, sed non in alio quale enim a qualitate tantum differt in modo significandi, quæ differentia licet prohibeat prædicationem vnius de altero, non tamen sufficit ad distinguendum genera, vel ad faciendum, aliquid esse in diuersis generibus. ¶ Ad aliud concedo, quale esse generalissimum propter probationes illas, sed nō aliud quam qualitas. Cum dicitur: habet alias species, dico, quod falsum est. Cum dicitur, prædicatur per se de alijs, dico, quod falsum est, quia species per se vnius & alterius differūt tantum in modo significandi. ¶ Contra, quale est generalissimum, & qualitas est generalissimum, & hæc non sunt idem generalissimum, igitur aliud, consequentia patet, quia circa

ens,

ens, idem & diuersum includuut contradictionem, per Arist. 10. metaph secunda pars antecedentis patet, quia si essent idē Cont. 12.
generalissimum, tunc vnum prędicaretur de altero sic, qualitas est qualis, & vnum de speciebus alterius. ¶ Dici potest, qđ sunt idem generalissimum. Cum ostenditur quod non, quia vnum non prædicatur de altero, dici potest, quod aliquid est idem alij, & non prædicatur de illo propter diuersum modū significandi, quæ diuersitas licet prohibeat prædicationem vnius de altero, non tamen sufficit ad distinguendum generalissimum vel species diuersas. Similiter propter istum modū significandi non prædicatur vnum de speciebus alterius, nec tamen de alijs speciebus prædicatur hoc, & illud, secundum hoc neganda est hæc, albedo est species qualis, quia & hæc albedo est qualis, & concedendum est, quod album non est albedo, sed non est concedendum, quod sunt species alterius generis, nec aliæ species, quia plus requireretur ad concedendū talem diuersitatem, quam ad impediendum mutuam prædicationem de se inuicem. ¶ Cum probatur superius ea esse diuersa genera, quia non prædicantur de eisdem, potest negari, quia eædem sunt species vtriusque, sed hoc non est illud. ¶ Ad aliam probationem, cum dicitur intentiones attribuuntur essentiæ, vt intelligitur, dico, quod secundum modum intelligendi abstracti vel concreti non variatur secundum genus vel speciem, licet hoc non sit illud &c.

¶ Substantia autem est, quæ propriè principaliter, & maximè dicitur, quæ neque de subiecto dicitur, neque in subiecto est, vt aliquis homo, vel aliquis equus &c. Ca. de substantia.

QVÆSTIO. XII.

CIrca Capitulum de substantia, quæritur, vtrum aliquis homo sit prima substantia. Quod sic videtur auctoritate Arist. qui sic exemplificat de prima substantia, vt aliquis homo, aliquis equus, & inferius vbi intendit quodlibet aliud à primis, dici de primis, vel esse in eis, arguit sic, animal prædicatur de homine, igitur de aliquo homine, per aliquem hominem intelligens primam substantiam. ¶ Item non est secūda substantia, & inter illam, & primam non est medium, igitur est prima substantia, probatio primæ propositionis, si esset secunda substantia, non esset nisi species, sed hoc est falsū,

quia hæc est vera, nullus homo, est species, igitur sua contra-
3 dictoria falsa. ¶Item si aliquis homo non esset prima substan
tia, posset prædicari de multis, & ita hæc videtur esse vera, 4
omnis homo est aliquis homo, quia non posset esse commu
ne ad alia, quàm ad supposita hominis, sed illa non est vera
probatio: tum quia prædicatum vniuersalis affirmatiuæ, con
funditur tantum confuse, & ita per accidens ad cõfusionem
alterius, vt subiecti, igitur potest confundi per se, sed cum di
co, aliquis homo, non potest confundi per se, sic dicendo, om
nis aliquis homo, tum quia omne prædicatum vniuersalis af
firmatiuæ potest esse subiectum particularis conuertentis il
lam vniuersalem, tale non est hoc, quod est aliquis homo. Si
dicatur, hanc omnis homo est aliquis homo, conuertendam
esse in hanc, aliquis homo est homo. ¶Contra, istæ differunt,
omnis homo est homo, & omnis homo est aliquis homo, er
go earum conuersæ differunt. ¶Ad oppositum, aliquis homo
prædicatur de pluribus, ergo non est prima substantia, ante
cedens patet, quia iste homo est aliquis homo, & iste homo
est aliquis homo. Itẽ sequitur, iste homo currit, ergo aliquis
homo currit, & non econuerso, ergo non est prima substãtia.
¶Item hæc est vera, omnis homo est aliquis homo, tum quia
sua contradictoria est impossibilis, aliquis homo non est ali
quis homo, tum quia quælibet singularis est vera, igitur ali
quis homo prædicatur de omni homine, igitur non est prima
substantia. Dicitur ad quæstionem, ꝙ aliquis homo est prima
substantia, nec dicitur de multis, nisi æquiuocè. ¶Ad secundũ
dicitur, quod consequentia non valet, nisi distincto consequẽ
te. ¶Ad tertium dicitur, quod illa vniuersalis est falsa, & sua
contradictoria vera: sumẽdo aliquis homo in prædicato pro
prima substãtia, vt scilicet homo affirmatur de homine: quia
aliquis homo non est aliquis homo, vt Sortes non est Plato,
inductio non valet, sed est figura dictionis, procedendo a plu
ribus determinatis, ad vnum, & ita commutatur quale quid
in hoc aliquid. ¶Cõtra istud in hoc sequitur, quod ad vniuer
salem non sequitur particularis: nisi præfacta distinctione, &
quod ad singularem non sequitur particularis, nisi præfacta
distinctione, etiam quod particularis propositio non habet
contradictoriam, nisi præfacta distinctione, & tunc non vni
uersalis sibi contradicet, sed particulari affirmatiuæ in hoc sẽ
su singularis negatiua sufficienter cõtradiceret, quia in eis est

affir-

affirmatio & negatio eiusdem de eodem, & quod particularis propositio non sit simpliciter syllogizabilis & absolutè, vel non nisi sicut singularis: & quod nullus syllogismus absolutè valeat: quia nullus conuersus absolutè valet: quia in omni syllogismo, vel in suo conuersiuo est aliqua propositio particularis, quæ absolutè non est syllogizabilis, & quod particularis & indefinita non conuertuntur: quia vna vt indefinita habet singulares pro causis veritatis: quas habet particularis pro sensibus multiplicatis, & quod æquiuocatio non sit in dictione: quia nec homo multiplex in se est, nec aliquis homo: quia aliquis nec in se est multiplex, vt manifestum est, nec vt alij addiunt, probatio, quia additio alicuius non confert sibi nouum significatum.

Quia ista videtur magis inconuenientia contra Arist. in tota Logica, & contra communem naturam syllogismi, & contradictionis: quam exponere vnam auctoritatem Arist. Videtur ergo potius dicendum, quod aliquis homo non est prima substantia. i. non significat tantum vnum suppositum hominis, sicut iste homo: propter inconuenientia prædicta. Sed propter auctoritatē Arist. intelligendum, quod homo de se indifferens est ad multas acceptiones. s. pro voce, pro intentione: pro suppositis, signa ergo, vt omnis, aliquis, sibi addita indifferentiam ad intentiones, & ad vocem tollunt, & determinant ipsum ad acceptionem tantum pro suppositis sed adhuc in illa acceptione est indifferens ad quodcumq; suppositum, igitur Arist. volens primam substantiam exprimere, vt distingui tur contra secundam, videlicet, vt ei ineſt intentio secundæ substantię, & tamē quodammodo in generali: dixit vt aliquis homo. i. quodlibet quod est iste homo. ¶ Alio modo potest dici, q̄d per aliquis homo ponitur prima substātia determinata indeterminatè tm̄, & per hūc hoīem determinata & determinatè, & tūc exēplificauit Ari de prima substātia determinata, licet indeterminatè, vt de hac vel illa ¶ Sed forte aliqs hō nō significat primam substantiam determinatam, neq; determinate, nec indeterminate, licet pro illa supponat q̄n est subiectum particularis, propositionis, q̄ nō significet, patet per veritatem huius: omnis homo est aliquis homo, prima. n. substātia determinata: siue determinate, siue indeterminate sumpta non prædicatur vere de omni homine: ita & homo, quando est subiectum indefinite supponit primam substantiam deter

minatam indeterminate: non tamen illam significat, ideo posterior modus dicendi videtur conuenientior. ¶ Ad primum argumentum patet: quia Arist. nominat primam substantiam quodammodo in communi per commune sumptum pro acceptione pro suppositis. ¶ Ad aliud dico, quod aliquis homo est ens per accidens compositum ex re primæ intentionis, & secundæ: & nec est prima substantia, nec secūda, sed medium accidētale inter illa: & tale medium inuenitur inter speciem specialissimam, & indiuiduum: vt homo albus: licet non medium essentiale. ¶ Contra, aliquis homo prędicatur de pluribus differentibus numero in quid secundum prædicta, igitur est species. Item ens per accidens est compositum ex rebus diuersorum generum huiusmodi non est aliquis homo, quia modus intelligendi hominem non est res alicuius generis. ¶ Ad primum potest dici, quod aliquis homo de nullo prædicatur in quid, quia ens per accidens non habet quid. ¶ Contra hoc, tunc pari ratione prædicatio hæc non est in quid aliquis homo est animal. Item primo lib. elenchorum, dicit Arist. eadem est diffinitio propositionis & vnius solius propositionis & rei, & vnius solius rei, ista tamen vna sola res est compositum ex re primæ intentionis, & secundæ, igitur tale compositum potest habere diffinitionem in quid. ¶ Item aliquis dicit tantummodo modum intelligendi hominem pro suppositis, & tantum in illa acceptione homo dicit quid suppositorum, igitur aliquis non prohibet hominem prædicari in quid de illis, immo magis confert ad hoc. ¶ Pro responsione istorum oportet intelligere, quod omne syncathegorematicū in prædicato, est pars prædicati, cuius probatio est per impossibile: aliter ex veris sequeretur falsum, sic nullus homo est omnis homo: iste homo est homo: si signum in maiori nō esset pars prædicati posset inferri in conclusione, ergo ille homo nō est homo, quia ad habendum identitatem maioris extremitatis non oporteret ipsum sumi in maiori & conclusione cum eodem signo, si illud non esset pars prædicati, sicut manifestum est in secundo modo secundæ figuræ, quia maior extremitas non sumitur cum eodem signo in conclusione & maiore, & ita ex veris sequeretur falsum. Item obiicitur obiectiue magis propter quid, quia syncathegorematicum, nūquam habet respectum ad precedens, aliter negatio subsequens compositionem posset propositionem facere negatiuam, sicut & negatio

Cap. 4.

tio præcedens, igitur syncathegorematicum additum prædicato non determinat ipsum in comparatione ad subiectum, & ita non inquantum extremum, quia inquantum est extremum respicit aliud extremum, sed omne syncathegorimaticum determinat extremum inquantum est extremum, igitur nullum additum termino in prædicato est syncathegorematicum, sed pars prædicati tamen absolutè intellectum, terminum cui additur determinat, & ita est syncathegorematicum respectu partis prædicati, sed non respectu prædicati, quia ipsum est alia pars prædicati: sed syncathegorematicum additū subiecto non est pars subiecti, qa determinat illud, cui additur in comparatione ad prædicatum His visis patet ad rationem, quia sic dicendo, aliquis homo est animal est aliquis tantum syncathegorematicum, & homo tantum subiectum, & ideo potest propositio esse per se, sed non est ita, vbi aliquis homo prędicatur. ¶ Ad aliud dico, qꝓ vnus & solus possunt esse cathegorematica, vel syncathegorematica primo modo intelligit Arist. in primo elenchorum, quia eadem est diffinitio rei & vnius solius rei. i. rei in se indiuisæ, & ab alijs diuisæ, qa illud est res per suam essentiam, non autem intelligit, vt vnus & solus sunt syncathegorematica. ¶ Ad tertium, concedo, qꝓ aliquis dicit modum intelligendi hominem pro suppositis, tamen sub tali modo intelligendi non potest homo prædicari: nisi ille modus sit pars prædicati: propter rationem supradictam & illud totum nō prædicatur in quid, quod si posset homo prædicari sub tali modo tantum manente modo, posset prædicari in quid: & quia nihil dicitur species, nisi inquantū aptum natum est prædicari, homo sub isto modo non potest esse species. ¶ Ad aliud superius, quod fuit contra responsionem. Ad secundum, cum dicitur ens per accidens est compositum ex rebus diuersorum generum illud potest negari, quia quicquid non est essentialiter idem cum aliquo, siue sit res alterius generis, siue nō compositum cum illo aliquo, facit ens per accidens. ¶ Ad tertium principale concedo hanc esse veram, omnis homo est aliquis homo, cum ostenditur primo qꝫ non, quia prædicatum non est confundibile per se, nego, nam in contradictoria prędictæ vniuersalis erit idem prædicatum, quod & in ista & confusum, confusè & distributiuè, nec aliter oportet confundibile per accidens, esse per se confundibile. Vel aliter potest concedi, qꝓ inquantum prędicatur aliquis

homo

homo intelligitur ſpecificare rẽ huius verbi eſt, ita quod prædicatum eſt hoc totum, ens aliquis homo: & illud poteſt confundi per ſignum vniuerſale affirmatiuum immediatè additum. Per hoc dico ad aliam probationem: quia illa vniuerſalis conuertitur in hanc, aliquod ens aliquis homo eſt homo. ¶ Subſtantia eſt, quæ propriè principaliter &c. ¶ Nota, q̃ diuiſio ſubſtantiæ in primam & ſecundam non eſt diuiſio generaliſſimi in ſpecies: ſed ſubiecti in accidentia: quia ſubſtantia ſecundum quod intelligitur (ſecundum quam conſiderationem pertinet ad Logicum) diuiditur in intentiones ſibi accidentes.

¶ *Alia vero omnia aut de ſubiectis dicuntur principalibus ſubſtantijs: aut in ſubiectis eis ſunt. Hoc autem manifeſtum eſt ex his, quæ per ſingula proponuntur: vt animal de homine prædicatur: ergo & de aliquo homine prædicabitur. Nam ſi de nullo aliquorum hominum nec omnino de homine prædicaretur. Rurſus color in corpore eſt: ergo in aliquo corpore. Nam ſi non in aliquo ſingulorum, nec omnino in corpore &c. Cap eo.*

QVÆSTIO XIII.

QVæritur de conſequentijs, quas facit Ariſt. ad probandũ iſtam concluſionem. ſ. animal prædicatur de homine ergo de aliquo homine: & color eſt in corpore: ergo in aliquo corpore. Vtrum huiuſmodi conſequentię teneant formaliter. Quod non videtur, quia nec alibi tenet, ſpecies prædicatur de homine: ergo de aliquo homine, vbi eſt eadem forma
2 arguendi. ¶ Item videtur eſſe fallacia conſequentis, à ſuperiori non diſtributo ad inferius, & ita poſitio conſequentis, quæ
3 conſequentia non valet ¶ Item terminus de ſe eſt indifferens ad omnem ſuppoſitionem, igitur ſi arguatur ab ipſo ſumpto abſolutè ad ipſum ſub una ſuppoſitione tantum, arguitur ab
4 indifferenti ad determinatum, & ita fit fallacia conſequentis, ſic eſt in propoſito. ¶ Item eadem ratione, qua illa conſequentia tenet, videtur iſta tenere, animal prædicatur de omni homine, igitur aliquod animal, ſed non valet iſta igitur nec illa, probatio maioris: vtrobique fit ſimilis deſcenſus: niſi q̃ hic in ſubiecto: ibi in prædicato, quæ diuerſitas non impedit, cũ omnis vniuerſalis poſſit conuerti ſumptis terminis vniformiter, probatio minoris, quia antecedens eſt verũ, & conſequẽs

fal-

falsum. Item pari ratione sequeretur, animal est omnis homo ergo aliquod animal quod non est verum, quia antecedēs verum, & cōsequens falsum: quia sua contradictoria vera, ꝙ antecedens sit verum patet, quia animal est homo inquantum homo igitur omni homo, antecedēs istius patet, quia animal, per naturam hominum est homo igitur inquantum homo, consequentia patet per Arist. 1. priorum c. de reduplicatione. ¶ Item destructis primis, animal prędicatur de homine, & nō de aliquo homine, quia nullus est, igitur consequentia nō valet. Ex hoc etiam sequitur aliam conclusionem Arist. esse falsam, s. destructis primis &c. quia eis non existentibus possunt secundæ substantiæ prædicari de se inuicē per se igitur & manere: quia hoc secundum substantiam esse est esse prædicatū essentiale est in genere substantiæ. ¶ Ad oppositum est Arist. & probat vtranque consequentiam inferendo ex opposito consequentis oppositum antecedentis.

Dicendum, ꝙ hæc consequentia est bona, animal prædicat de hoīe, ergo de aliquo, sumendo prædicari vt hic sumit Arist. superioris de inferiori in genere, decurrit. n. super hāc regulam, quando alterum de altero prædicatur &c. quæ valet hāc, quod est prius priore in genere est prius posteriore. Intelligēdum etiam, quòd hæc consequentia tenet descendēdo ad istū hominem, vbi est prima substantia determinata & determinatè, quia sequitur, si animal est prius homine igitur isto, sed Arist. inferendo infert de prima substantia determinata, indeterminatè tamen, sicut ponitur per hoc, quòd est aliqs homo, quia sic sumitur oppositum consequentis. Sed de alia consequentia color est in corpore, igitur in aliquo, est magis dubiū quia nō tenet per regulam supradictam. Dicitur, quod tenet de accidentib. communib. per locum a minori, quia illa prius insunt primis substantijs, quam secundis, licet econuerso contingat de proprio. ¶ Contra hoc tunc non probat vniuersaliter oia alia a primis dici dē primis, aut esse in eis quia nō sunt accidentia propria. Potest dici, quòd secunda consequentia tenet de omni accidente reali, quia nullum tale ineſt communiter nisi mediante suppositō aliquo, igitur si communi ineſt, ineſt suppositō, indeterminate tamen, & secundum hoc intelligendum, quòd secunda consequentia non tenet descendendo ad primam substātiam determinatam, & determinate, sed est fallacia consequentis, nec sic descēdit Arist. quia nec sic sumitur

oppo-

oppositum consequentis, sed descendit ad determinatam indeterminate tamen. Adhuc hęc probatio non videtur sufficiens, quia proprium inest communi, & nō in quantum inest suppositis, quia inquātum proprium inest primo communi, & secūdum hoc commune est extraneum suppositis, quia sumendo commune pro medio, vt de eo dr̄ proprium primo, & in minore, vt est in suppositio, est fallacia accidentis sic, homo primo est risibilis, ille est homo, ergo ille ē primo risibilis, igitur non omne accidens reale inest communi inquātum est in suppositis ¶ Ideo dicitur, quòd vtraq; consequentia tenet tantummodo sumendo commune, vt habet suppositionem personalem. & tunc secunda consequentia tenet per hanc regulam, nihil inest alicui supponenti disiunctiue pro multis: nisi alicui illorum indeterminate sumpto insit, sed tamen prima consequētia videtur tenere absolute sine tali specificatione suppositionis, quia significatum superioris prius est inferiori, igitur quicquid est prius illo significato est prius supposito & secundum hoc tenet prima consequentia. Potest dici, quòd in suppositione simplici sumitur significatum pro significato, nō q̄cquid est prius significato superioris illo modo est prius inferiore, quia superioris significatum illo modo nō est prius inferiore, sed est ei extraneum, vt patet coniungendo p̄missas vbi in maiori stat terminus simpliciter, & in maiori dicitur de suppositis. ¶ Ex istis consequentijs probatis ex oppositis infert Aris. alia igitur omnia aut de subiectis principalib. substantijs dicuntur, aut sunt in eis, quæ conclusio ita intelligenda est, sicut sequitur ex antecedente probato, & hoc est sic, omnia alia quæ dicuntur de secundis substantijs, vel sunt in eis, vt habent acceptionem personalem, dicuntur de primis, vel sunt in eis. ¶ Ex hac secunda conclusione inferit Ari tertiā, destructis igitur primis impossibile est aliquod aliorum remanere quæ sic exponitur, quo ad illud esse, quod alia habent in primis, quamuis possint remanere, quo ad aliud esse, vt quidditatiuum, vel esse intelligibile. ¶ Contra hanc expositionem secunda substanti, inquantum hic fit sermo de ea, opponitur primæ, quia diuidunt substantiam per oppositum. & per accidens vtrique illorum: nullum autem oppositum habet esse in suo opposito, igitur nullum esse habet secunda substantia in prima, secundum igitur istam expositionem absolutè dicetur destructis primis, nullum aliorum destrui. Hoc confirmatur

per

per hoc, quòd Arist. loquens de secunda substantia & accidentibus dicit oĩa alia a prima, sed hæc inquantum habent esse in prima non sunt alia, igitur non loquitur de illis inquantũ hñt esse in prima substantia. Ideo potest dici aliter, quod hæc tertia conclusio logicè sumpta. s. de ipsis intentionibus est manifesta sic, secunda substantia dr̃ relatiuè ad primã sicut dictum ad illud de quo dr̃: igitur si prima non est, secunda non est qa relatiua sunt simul natura: per Ari. inferius. c. de relatione. Itẽ accidens relatiue dr̃ ad subiectum, loquendo d' intentionib. & intentio subiecti vel fundatur in prima substantia, vel secũda, si in prima: ergo destructa prima, non est subiectum illius accidentis, si non est subiectum, igitur nec accidens, per hanc regulam, relatiua sunt simul natura: si intẽtio subiecti fundẽ in secunda substantia, arguatur sic, destructa prima substantia, secunda nõ est per locum a relatiuis, & si secũda non est, subiectum talis accidentis non est: & si hoc, igitur tale accidens nõ est, per locum a relatiuis. ¶ Dr̃, quòd intẽtio subiecti respectu accidentis potest fundari in alio accidente, quod nec est secunda substãtia, nec prima. Contra, illud accidens hẽt subiectum, aut accidens: aut substantiam, si substãtiam: arguatur vt prius, si accidens: illud habet subiectum, vel procedetur in infinitũ in accidentib. quorum quodlibet sit subiectum alterius, quod habet Ari. pro inconuenienti 4. met. aut stabit ad substantiam secundam, vel primam, & de omnib. arguatur à primo ad vltimum. ¶ Notãdum autem, quòd hæc propositio: destructis primis &c. non ponit primas posse destrui, quia ablatiuus absolutus per Priscia. secundo constructionum exponitur per si: quia: vel dum: potest igitur iste esse sensus, destruãtur primæ substantiæ: destruuntur aliæ, vel quia, vel dum, & quælibet exponens est vera: quia positio alicuius in comparatione ad aliud, non requirit ipsum poni absolutè: sed est fallacia secundum quid & simpliciter, prædicta etiam cõclusio, s. destructis primis &c. potest intelligi de ipsis quæ subsunt intentionib. quia secunda substantia non habet aliud esse, quàm aliqua prima substantia, similiter esse accidẽtis est a subiecto, si a prima substantia illa non existẽte accidẽs non est, si a secunda illa, nõ est, si prima non sit, igitur si prima substãtia non sit, nulla substantia est, neque vllum accidens. ¶ Hæc etiam tertia conclusio forte generalius vera est, quàm prima vel secunda: licèt non inquantum ex eis infertur. ¶ Ad primum argumentum d

Ca. 12. & inde.

cō, & species nō prædicatur de homine, ut hic sumitur prædicari: quia non est superius eo in genere. ¶ Contra, hæc est vera, homo est species, igitur species vere prædicatur de homine. ¶ Item si species est in homine arguetur, quòd secunda: consequentia non valet, quia non sequitur: igitur est in aliquo homine. ¶ Ad primum dico, quòd verbum est, pōt notare qualemcunq; vnionem extremorum, & non oportet, quòd semper notet prædicatum esse superius subiecto: sed ad exercendum illud. quod signatur, hic oportet addere ad compositionem huius verbi, est, aliquam determinationem, vt essentialiter, vel aliquid huiusmodi. Secunda ratio contra responsionem probat illud quod est in homine, non secūdum acceptionem personalem, sed simplicem non esse in aliquo homine, quod bene est concedendum. Potest etiam dici ad rationem principalem, quòd species si dicatur de homine, nō tamen vt homo habet acceptionem personalem: & neutra consequentia valet: nisi sic sumendo commune. ¶ Ad secundum argumētum principale, vt est contra vtranq; consequentiam: potest dici generaliter, quòd non est fallacia consequentis, quia non arguitur ad primam substantiam determinatam, & determinatè: sed indeterminatè. & illo modo est æque cōe cum termino cōi, sumpto personaliter. Sed inquantum est contra primam consequentiam potest dici specialiter, quòd cum hmōi prius vel superius &c. licèt arguere à superiore terminante talem respectum ad inferius: quia quicquid est prius homine est prius isto, cuius causa est: quia superius inquantum terminans talem respectum habet virtutem vniuersaliter sumpti. Quod enim prius est superiore, dicitur de eo vniuersaliter, & a superiori distributo licet descendere ad inferius. ¶ Ad tertiū dico, quòd terminus in vna propositione nō habet nisi vnam suppositionem: quia vna propositio est signum vnius intellectus compositi, & diuersæ suppositiones termini sunt diuersæ rationes intelligendi terminum respectu tertij, & omnes diuersæ suppositiones in suo genere sunt oppositæ: cum igitur impossibile sit idem in eodem intellectu composito respectu tertij intelligi sub diuersis vel oppositis rationibus intelligendi: impossibile est idem in vna propositione habere diuersas suppositiones: indifferens est igitur terminus ad diuersas suppositiones, licet non in vna propositone. Loquimur aût de cōsequentia, vt antecedens est propositio vna, & sic non est ma-

ior

ior indifferentia in antecedente, quam in consequente. ¶ Ad quartum argumentum, vt est contra primam cõsequentiam: potest dici, quòd non est similis ratio descendendi: quia descẽdendo sub subiecto arguitur per hanc regulam, quod prædicatur de superiori, & de inferiori: quæ necessaria est, vt hic sumitur prædicari. Descendendo autem sub prædicato arguitur per hãc regulam, de quo prædicatur superius & inferius: quæ facit fallaciã cõsequentis. ¶ Notandum, quòd licet hæc posset concedi vera: omnis homo est aliquod animal, non tamen inquantum aliquod animal est prima substantia. Prima enim substantia determinata, siue determinatè, siue indeterminatè sumpta, non dicitur de omni homine.

¶ Sed tunc videtur illa ratio plus valere contra secundam consequentiam, quia arguẽdo sic, in omni corpore est color, igitur in omni corpore est aliquis color, vt aliquis color dicit primam substantiam, est antecedens verum, & consequẽs est falsum, & tamen illa consequentia videtur tenere per eandem regulam, per quam & consequentia Aristotel. ¶ Dico, quod non per eandem regulam, quia secunda consequentia Arist. tenenet per hanc regulam, quod ineſt alicui ſtanti diſiũctiuè pro multis ineſt alicui illorum indeterminate, ſed terminus ſtans confusè tantum non ſtat pro multis diſiunctiuè. ¶ Ex hoc sequitur consequentiam tantum tenere à communi habente suppositionem personalem, & non quancunque, sed determinatam, & illam dico, quando terminus stat pro aliquo determinato indeterminatè tamen, sicut subiectum indefinitæ, vel particularis. ¶ Contra hoc, si non sequitur, animal prædicatur de omni homine, ergo aliquod animal, quod prædicatur de omni homine, nõ est aliquod animal. Et si hoc, non dicitur de prima substantia, nec est in illa, vt manifestum est. Igitur aliquod, nec dicitur de prima substantia, nec est in ea, quod est contra Arist. sequitur igitur inconueniens contra Arist. nisi descensus teneat sub termino stante confusè tantũ. Eodem modo potest argui de ista: in omni corpore est color, ergo aliquis color. ¶ Ad hoc dico, quod in prima consequentia est fallacia consequentis, quia ad hoc sequi illud infertur hoc esse illud, & non è conuerso, multa, enim de se inuicem verè dicũtur per hoc verbum, est, quorũ nullum infert aliud. Arguendo igitur eodem ordine negatiue, est fallacia consequentis a destructione antecedentis. ¶ Vlterius, cum dicitur,

si non

si non est aliquod animal, nō dicitur de prima substantia; ista consequentia non valet, quia aliquid inquantum est secunda substantia dicitur de prima, vt hic sumitur dici de, & secundum hoc est extraneum alicui animali, vnde in ista consequētia innuitur fallacia accidentis. ¶ Vlterius, cum dicitur, si animal vt dicitur de omni homine non dicitur de aliqua prima substātia, nec est in ea, igitur aliquid, nec dicitur de prima substantia, nec est in ea, ibi est fallacia figuræ dictionis, commutando quale in quid, debet enim sic inferri, igitur aliquid sub aliquo modo accipiendi, nec de primis dicitur, nec est in primis, & hoc est concedendum, tāquam necessarium, quia omnis homo nec dicitur de, nec est, in. ¶ Cum dicitur in quarto argumento principali, quod non est diuersitas hic & ibi, nisi quia hic fit descensus ex parte subiecti, ibi ex parte prædicati Dico, ꝙ illum descensum concomitatur diuersitas suppositionum, quæ prohibet consequentiam, quia non tenet, nisi termino uno modo supponente. ¶ Cum dicitur, quod vniuersalis cōuertitur sine figura dictionis, verum est, ꝙ variatio suppositionum circa vnum terminum non est respectu reliqui termini supponentis eodem modo, & nisi esset non esset figura dictionis. ¶ Ad aliud dico, ꝙ non similiter sequeretur vtrobique, quia propositio ista, animal est omnis homo, à nullo ponitur vera, vt animal habet suppositionem determinatam, & aliter non tenet illa consequentia. Vel aliter, quia omnis homo non prædicatur, ut hic sumitur prædicari, licet propositio ponatur vera, non enim est vera primo modo per se. ¶ Ad vltimum dico, ꝙ loquitur de intētionibus destructis primis nullæ sunt secundæ substantiæ, quia uno relatiuo destructo, destruitur & reliquum, nec est etiam aliquod prædicatum in gñe substātiæ, nec isto modo sunt primæ substātię magis corruptibiles quam secundæ Similiter est de rebus, quæ subsunt inquātum eis attribuuntur tales intentiones, sed si loquamur de esse rerum, forte potest concedi hominem esse animal, licet non hunc vel illum; sed hoc non secundum quod homo habet suppositionem personalem determinatam, illam, enim nō habet, nisi cum sint eius aliqua suppositā Sed quia cuiusli bet communis siue existentis siue non existentis est suppositum accipere per additionem pro nominis demonstratiui sic, sicut ipsum est commune. Propterea melius dicendum, ꝙ siue aliquis homo sit siue non sit, semper sequitur, animal præ

dica-

dicatur de homine: igitur de aliquo, & quòd propter idem, cõsequens est verum, propter quod & antecedens. s. propter inseparabilem vnionem extremorum, licet neutrum existat. ¶ Contra conclusionem tertiam arguitur sic, destructo posteriori, non oportet prius destrui, sed secũda substãtia est prior prima, quia sequitur ad primam, & non econuerso, & tale est prius, per Arist. capitulo de prius, ergo destructa prima substantia, non oportet secundam destrui. Dici potest quòd loquendo de intentionibus sunt simul natura, quia correlatiua, loquendo de rebus, licèt homo forte sit prius isto homine, nõ tamen aliquo homine, quia secunda substantia nõ habet aliud esse, quàm esse alicuius primæ substantiæ.

¶ Commune est autem omni substantia in subiecto non esse. Principalis namque substantia non de subiecto dicitur: neque in subiecto est, &c. Non est autem proprium substantia hoc. Nanque differentia eorum est quæ in subiecto non sunt: bipes enim, & gressibile de subiecto quidem homine dicitur, in subiecto autem nullo est. Cap. eo.

QVÆSTIO XIIII.

QVæritur circa hoc an differentia de genere substantiæ sit substantia, loquendo de eo quod inbest intentioni. Qđ non videtur per literam hic, quia non ineſt soli substantiæ, sed differentiæ prima proprietas, sed si differentia esset, substantia posset ei ineſſe, & tamen soli substantiæ. ¶ Item nec 1. substantia, quia dicitur de subiecto, nec secunda, quia nec species, nec genus in genere substantia, hæc sola sunt secundæ substantiæ, per Arist. ¶ Item habet contrarium, quia habet aliquid a se maximè distans in eodem genere, & talis distantia per Arist. 10. metaph. est contrarietas, substantiæ autẽ nihil est contrarium: per Arist. inferius. ¶ Item per Arist. 5. metaph. primus modus qualitatis est differentia substantiæ, qualitas autem non est substantia. Si dicatur, ꝙ Arist. intelligit, ꝙ habet modum prædicandi in quale, hoc non videtur verum, quia metaphysicus a logico differt in hoc, quòd metap. considerat ens inquantum ens. logicus inquantum considerat à ratione, quod ergo habet solum modum prædicandi in quale, quamuis à logico posset aliquo modo dici qualitas, nõ tamen à metaphysico, nisi sit essentialiter qualitas. ¶ Ad op-

1 Cap. de substantia.

2 Cont. 13. Contex. 19. c. de substantia.

positum non substantia non est prior substantia, quia substantia est primum ens, differētia est naturaliter prior specie, quæ est substantia. ¶ Item non substantia interempta non interimitur substantia, sed differentia interempta interimitur species, quæ est substantia, ergo. ¶ Item differentia est pars diffinitionis speciei, igitur indicat aliquid essentiæ eius nihil autem pertinet ad essentiam substantiæ nisi substantia. ¶ Item si esset accidens, faceret vnum ens per accidens, cum genere, & cum addita generi faciat speciem, igitur omnis species in genere substantiæ esset ens per accidens, & ita nulla est species.

Ad quæstionem potest dici, q̄ differentia in genere substātiæ est substantia, quia est idem per se ei quod est per se substātia, non tamen est species, vel individuum in genere substantiæ, nec per se substantia, verior est tamen talis prædicatio, rationale est substantia, quam ista, quantum est substantia, quātuis vtraque necessaria, & vtraque per accidens, prima enim est per accidens, non ideo, quia aliquid est substantia, cui accidit rationale, sed secunda est per accidens, quia aliquid est substantia, cui accidit quantum. ¶ Ad primum argumentum dico, q̄ intelligit non est hoc proprium substantiæ, i. ei quod directè est in genere substantiæ, vt species, vel genus, sed etiam differentiæ, quæ non est sic substantia, secundum idem ostendit. ¶ Ad tertium dico, q̄ contrarietas vno modo dicitur communiter pro maxima distantia, & hoc modo priuatiuè opposita dicuntur cōtraria, vt in primo physicorum dicuntur principia scilicet forma & priuatio contraria, hoc modo contrarietas est in omni genere inter differentias generis, de qua dicitur, 10. metaph. quod omnis differentia secundum speciem contrarietas est. Alio modo sumitur, vt est maxima distantia formarum mutuo circa idem se expellentium, & sic sumitur hic, & 8. phy. & vbi est ista contrarietas, ibi est motus propriè dictus. ¶ Ad quartum dico, q̄ Arist. vt in pluribus in 5. diuidit voces in significationes, & in modos diuersos accipiēdi, quod ad minus facit de qualitate, non enim eam diuidit, vt est generalissimum in species ponens differentiam esse primam speciem eius. Sed diuidit hanc vocem qualitas in significata, & vnum significatum eius est differentia substantiæ, quia sicut forma æquiuocatur ad substantialem, quæ tribuit esse simpliciter, ita actus ad actum primum & actum secundum, & ita qualitas ad qualitatem essentialem & accidentalem æquiuocatur,

Contex. 24. & in de.

Contex. 13. & 24

Cont. 63 & circiter, sed clarius 5 physic.

Cont. 7. 9 & 48. habetur.

catur, & differentia substantiæ est qualitas essentialis, nullo modo qualitas, vt est generalissimum.

¶ *Non vos verò conturbent substantiarum partes: quia ita sunt in toto quasi in subiecto sint: ne forte cogamur eas non esse substantias confiteri &c. Cap. eo.*

QVÆSTIO XV.

QVæritur circa hoc, an partes substantiæ sint substantiæ. Quod non videtur, quia substãtia vt est generalissimũ, est per se ens, nulla pars substantiæ est per se ens, dum est pars substantiæ, quia tunc esset hoc aliquid, & vna substantia esset ex multis hoc aliquid, quod nõ videtur verum. ¶ Item si quæ cunque pars substantiæ sit substantia sit, a. illa substantia, & arguitur sic, si a. sit substantia descendendo diuisiuè à generalissimo, oportet concedere, ꝙ vel sit illa substãtia cuius est pars: vel species distincta contra illam: vel quòd contineatur in aliqua specie distincta ab illa, quia omne quod est in genere, est in aliqua specie eius, per Arist. secundo topic. non est illa, cuius est pars: quia illa de ea non prædicatur, non aliqua alia species, nec in alia specie, quia tunc differret a suo toto specificè, & ita per differẽtiam essentialem, & etiam ab omni alia parte, sed hoc non est possibile, tum quia omnis pars haberet formam specificam, quia omnis differẽtia sumitur à tali forma, & ita nulla pars esset pars totius nec constitueret eius essentiam, nec vnum essentialiter, cum alia parte, tum quia tunc omnis pars per propriam formam esset ens in actu, & ex duobus in actu non fit verè vnum, per Arist 7. metaph. & ita nullum totum esset vere vnum. ¶ Item quælibet pars substantiæ est substãtia, & nulla pars hominis est homo: sequitur igitur nullus homo est substantia, conclusio est falsa: & non minor, igitur maior, forma arguendi patet per Arist. 4. phy. quia tali forma arguendi vtitur contra ponentes tempus esse circulationem sic, quælibet pars temporis est tempus, & non quælibet pars circulationis est circulatio, vnde si forma arguendi ibi valet, & hic. Item de materia dicitur 7. metaph. ꝙ non est quid, nec quale &c. igitur non substantia. ¶ Item forma non est substantia, quia est in subiecto, & quia adest & abest præter subiecti corruptionẽ, vt in transmutatione substãtiali patet. ¶ Ad oppositum potest argui per tres rationes factas ad

2 Cap. 10.

3 Cont. 43

4 Cont. 2. 95

5 Cont. 8.

Cont. 2. oppositum præcedentis quæstionis. ¶Item diuisum prędicatur de diuidentibus psum, sed secundo de anima substantia diuiditur in formam & materiam & compositũ: igitur quod Cont. 7. libet istorum est substantia. ¶Item 7. meta. dicit Ari. quòd forma est magis ens quam materia, & ideo est magis ens, quam compositum: in qua consequẽtia innuitur materiam esse magis ens, quam compositum: tunc arguo sic, substantia est maximè ens, si igitur illud, quod minime est ens, vt compositum est substantia, vt patet, multo magis materia & forma, quæ sunt magis entia composito erunt substantiæ. ¶Item hic in litera videtur Arist. innuere, quod partes substantiæ sint substantiæ. aliter non oporteret prohibere illud, quasi inconueniens, nec sequeretur ex tota proprietate.

Ad quæstionem potest dici, ꝙ duplices sunt partes. s. essentiale, vt materia & forma, quæ. i. essentiam substantiæ constituunt. aliæ partes quantitatiuæ, quæ non sunt substantiæ, inquantum substantia est, sed inquantum est quanta, & extensa, sed tam de his, quam de illis potest dici, ꝙ non sunt substantiæ per se. i. quòd generalissimum substantiæ non prædicatur de eis per se, nec verè in abstracto propter primam rationem & secundam prius positas ad illam partem quæstionis. verum tamen substantia est æquiuocum, vt dicitur ens per se, & isto modo est generalissimum, & vt dicitur de principijs entis per se, & isto modo partes substantiæ possunt dici substantia. Similiter in genere substantiæ, vt est generalissimum, sunt non vt species, sed per reductionem in per se principia specierũ, & de illis quæ sunt in genere per reductionem non oportet genus in abstracto vere prædicari. ¶Ad argumenta præcedẽtis quæstionis, vt hic, valent. ¶Ad primum, non substantia nõ est prius substantia, dico, quod si intelligatur non substantia, idest illud, de quo non prædicatur per se generalissimum in genere substantiæ, falsa est propositio, sed vera sic, non substantia, idest nullo modo substantia, neque vt substantia est generalissimum, neque dicitur de principijs substantiæ. ¶Ad probationem, cum dicitur, substantia est primum ens, dico, quod hoc est verum comparando generalissimum substantiæ ad alia genera. i. entium per se in genere est substantia primũ ens, non tamen est verum de substantia principiata simpliciter, quia principia talis substantiæ sunt priora illa, vt dicitur Cont. 7. 7. meta. quòd forma & materia sunt magis entia composito,

fortè

fortè tamen potest concedi absolutè, quod substantia est primum perfectione, licet non via generationis. ¶ Ad secundum non substantia interempta, non interimitur substantia: dico, quòd si maior intelligitur, non substantia, ideſt eo interepto, quod non sit substantia per se in genere substantiæ nō interimitur substantia: falsa est, quia principijs substantia quæ nō sunt sic substantiæ interemptis, substantia interimitur: vera tamen potest esse sic, quòd nullo modo est substantia, nec generalissimum, nec vt dicitur de principijs substantiæ. ¶ Ad tertium per idem nihil pertinet ad essentiam substantiæ, nisi substantia, si intelligitur, nisi quod per se est in genere substantiæ falsa est, alio modo vera, & illo modo pars substantiæ est substantia. ¶ Ad aliud de secundo de anima, dico, ꝙ illa diuisio substantiæ non est diuisio generis in species, quia tunc materia haberet differentiam distinguentem ipsam a forma, & esset ens actu de se distinctum a forma, quod non est verum, sed est illa diuisio æquiuoci in æquiuocata secundum logicū, vel analogi in analogata secundum naturalem: & sic prædicationem substantiæ de diuidentibus concedo, sed hoc non est, vt substantia est generalissimum. ¶ Ad aliud dico, quòd forma & materia sunt magis entia composito entitate principij, & ita sunt substantiæ, non tamen vt substantiæ species. ¶ Ad auctoritatem Arist. dico, quòd Arist. non dicit nec innuit ex litera hic partes substantiæ esse susistantias, sed dicit, ꝙ propter primā proprietatē substantiæ nō oportet eas concedere non esse substantias, quia nec partes substantiæ sunt in subiecto. i. in aliquo actu completo existentes vt formæ, licet sint in toto, quia alius est modus essendi in toto, & alius in subiecto. ¶ Tunc ad duo argumenta ad aliam partem quæstionis quæ probant formam non esse substantiam per hoc, ꝙ est in subiecto. Dicendum est, quòd materia appropriatè est tantum illud, quod est in potentia ad suscipiendam formam, non habens ex se factum aliquem completum, cui forma tribuit esse simpliciter, vt est in substantijs. subiectum dicitur, ꝙ licèt sit in potentia ad formam, tamen est in actu completo, & ideo forma aduenies tribuit ei tantum esse secundum quid, forma igitur substantiæ, licèt sit in materia, non tamen est in subiecto. Per idem patet ad aliud, quia non adest præter subiecti &c. quia nullum est eius subiectum. ¶ De quinta proprietate substantiæ sciendum, quòd generalissimum substantiæ

non dicitur de aliquo magis, & de aliquo minus, neque aliqua substantia secundum suam essentiam suscipit magis, & minus: tamen quo ad actum subsistendi, qui est vna proprietas eius. s. substantiæ dicitur vna magis substantia alia, vt species magis substantia genere, quia pluribus subsistat, sicut dicitur genus esse vniuersale alius specie, quia de pluribus prædicatus, licet vniuersale æqualiter prædicetur de genere & de specie, vt de speciebus eius. Multa est circa hãc proprietatem difficultas: quæ physico relinquatur. ¶ De proprietate substãtiæ quæ est, cum sit vna & eadem numero, est susceptiua contrariorum secundum sui mutationem, hæc est propria substantię, & conuertitur cum substantia, quia nulla substantia ex ratione substantiæ prohibetur suscipere contraria, licet aliqua ex sua propria forma determinetur ad vnum contrarium. Similiter intelligendum est, substantia suscipit contraria, non sibi, sed alia quæ sunt inter se contraria alioquin hæc proprietas repugnaret quartæ proprietati.

¶ *Quantitatis autem aliud quidem est continuum, aliud discretum &c. Cap. de quantitate.*

QVÆSTIO XVI.

QVæritur primo, an quantitas sit genus. Quod non videtur, quia nullum genus prædicatur denominatiuè de specie, sed hæc est vera, linea est quanta, & sic de alijs, quæ ponuntur de genere quantitatis, igitur nullum istorum est eius species, igitur nullam speciem habet, igitur non est genus probatio maioris: nullum prędicatum vniuocum est denominatiuum, sed omne genus respectu speciei est prædicatum vniuocum per Arist. prius ergo &c. probatio huius maquia ratio prædicati vniuoci est ratio subiecti, quod manifestè est verum de genere respectu speciei, sed nullius denominatiui ratio est ratio subiecti, vt dicitur in capitulo de substãtia, quia album prædicatur de corpore: rationè verò albi impossibile est prædicari. ¶ Item quantitas non habet species, quia de continua, & discreta non prædicatur æqualiter. & genus æqualiter prædicatur de speciebus, probatio assumpti, quia quantitas continua est naturaliter prior sua diuisione, quia inquantum cõtinuum est diuisibile est naturaliter prius sua diuisione, igitur & continuum est prius numero, quia numerus

merus est posterior diuisione continui, cum causetur ex illa. per Arist. 3. physic. ¶ Ad oppositum est Arist. Cal. 6.

QVÆSTIO XVI.

QVæritur vtrum quantitas sit genus vnum. Quod non videtur, quia per Arist. 1. posteriorum, & 10 metaphy. In omni genere vno est vnum primum, & minimum, quod est mensura aliorum, sed in quantitate non est vnū primum & minimum, sed duo. s. vnitas & punctus, igitur quantitas est duo genera. Item cuiuscūque generis omnes species sunt oppositæ, quia vel primas differentias includunt, vel differentias oppositas diuidentes aliud genus intermedium, si sub aliquo eodem genere intermedio contineantur, & includens vnum oppositum non prædicatur de alio includente alterum, eo modo quo differentiæ diuisiuæ generis debent esse oppositæ, igitur nulla species vnius generis de quacunque specie illius generis prædicatur, sed aliqua species quātitatis prædicatur de alia denominatiuè, vt linea est numerata. igitur &c. ¶ Item passio: & subiectum non sunt in eodem genere, vt species, tum quia passio prædicatur denominatiue de subiecto, igitur & genus passionis, sed genus subiecti non prædicatur denominatiuè de subiecto, ergo non est idem genus subiecti & passionis, prima consequentia patet ab inferiori ad superius, tum quia tunc passio de subiecto, non prædicare tur, vt ex patet ex præcedenti argumento, quod ostendit, nullam speciem cuiuscunque generis posse prædicari de alia, sed longitudo est passio lineæ quæ est in genere quantitatis, & longitudo est in genere quantitatis, ergo genus quantitatis non est vnum. ¶ Ad oppositum est Arist. Cont. 12. & inde. 3

Ad quæstionem dicendum, q̄ quantitans est genus, quia prædicatur de pluribus differentib. specie, in quid, vt de quātitate continua, & discreta, quia quæsito quid de vtroque eorum, conuenienter respondetur, quantitas, & est generalissimum, quia non habet genus superueniens, nihil enim de eo prædicatur in quid, nisi ens, qnod non est genus, quia nec vnivocum, & est vnum genus, quia secundum vnam rationem dicitur de omnibus suis speciebus. Sed quę sit illa vna ratio duplex est modus ponendi, vno modo ponitur ratio mensurę. Tum quia probat hic Arist. orationem esse speciem quan-

titatis, per hoc, quòd est mensura. Tum quia secundùm diuersitatem huius rationis variantur species quantitatis, quia mẽsura continua quędam est intrinseca mensurato, quædam extrinseca, intrinseca vel mensurat secundum vnam dimensionem tantum, & sic est linea, vel duas, & sic est superficies, vel tres, & sic est corpus. Extrinseca duplex, propria, & sic locus, vel communis: & sic tempus, & dicitur locus mensura propria, quia vnus tantum est vnius mensurati, tempus communis, quia est idem multorum mensuratorum, non autem cuiuslibet temporalis sunm tempus est propria mensura. Manifestum est etiam numerum, & orationem esse mensuras. ¶Contra istud, ratio generis æqualiter inuenitur in omnibus speciebus non sic ratio mensuræ in cõtinuo, & discreto, quia vni maximè propriè proprium est esse mensuram, & cum illud per se sit principium numeri, ab illo primo deriuatur ratio mensuræ ad numerum, & de numero ad continuum, vt manifestè habetur 10. metaph. ca. secundo. ¶Si dicatur, quod discretum est prius continuo in se, non comparãdo ad suum genus, hoc concedit propositum, quia neutrum participat rationem generis per alterum, sed continuum non habet rationem mensurandi, nisi a discreto, vt docetur, vbi supra, ergo ratio mensuræ non est ratio quantitatis, vt est genus. ¶Ideo dicitur aliter, quod licet per se mensura conueniat quantitati, non tamen est illa ratio essentialis quantitatis, secundum quã ei attribuitur ratio generis, sed ratio diuisibilitatis, & hoc de illa diuisione, quæ est in partes eiusdem rationis, quod ostenditur triplicitèr: primo in 5. metaph. vbi diffinitur quantum, secundum quod potest habere diffinitionẽ saltem exprimentum, quid dicitur per nomen, ibi sic notificatur quantum est, quod est diuisibile in ea, quæ insunt, quorum singulum natũ est esse hoc aliquid, i. in partes eiusdem rationis; igitur quantitas est per se diuisibilitas in huiusmodi partes, nam vbi est prædicatio per se primo modo tenet a concretis ad abstracta. Secundo ostenditur, quia quantitas continua, & discreta non diffiniuntur hic per mensuram, sed per hoc, quorum partes copulantur &c. igitur de eorum essentia est esse partibile. Tertiò, quia per rationem diuisibilitatis sumuntur species quantitatis in 5. metaphy. quia diuisibile in non continua est numerus vel oratio, in continua secundum diuisionem vnã, linea secundum duas, superficies, secundum tres, corpus, &

Cont. 2. 3. & in 4a.

Cõt. 18.

Cõt. 18.

secun-

secundum alias differentias diuisibilitatis possunt sumi tempus & locus. ¶ Contra hunc secundum modum, quantitas cõtinua est in potentia diuisa, discreta actu, quæ sunt actu, & potentia aliquid non sunt æqualiter illud, ergo diuisibilitas non æqualiter conuenit continuo, & discreto: assumptum patet, quia partes numeri actu sunt diuisæ ab inuicem, continui nõ. Item cuius est potentia per se eius est actus, si igitur quãtitas continua sit per se diuisibilis potest esse per se diuisa: igitur continua potest esse per se non continua, quod non videtur dandum. Item Arist. probat orationem quãtitatem esse, quia est mensura; igitur illa est ratio essentialis quantitatis. ¶ Ad primum potest dici, quod quantitas discreta est vna, & indiuisa, idest dum manet in sua specie, vndecunque sit eius vnitas, quamuis materialia, quæ subsunt illi formæ sunt diuisa, verbi gratia, quinarius in sua specie manens est formaliter indiuisus, quia diuisio eius perimit formam quinarij, quia diuisione facta in ternarium, & binariũ non amplius manet quinarius, licet materialia, vt vnitates sint sic diuisæ: vnde negandum est, quod sumitur de discreto. Ad secundum dici potest, quod actus huiusmodi potentiæ, continuum est diuisibile, non est iste, continuum est diuisum, sed iste, continuum diuiditur, idest est in fieri diuisionis, & illud potest per se inesse continuo. Ad tertium, quod non negatur illud, quod per se est mensura esse quantitatem, sed quod illa ratio non est essentialiter quantitatis, vt est genus, quia non æqualiter ineſt speciebus eius. ¶ Ad primum argumentum primę quęstionis potest dici, quod de linea absolutè non dicitur quantitatis denominatiue, nec de aliqua sui specie absolutè sumpta, sed in abstracto & in quid, sed denominatiuè dicitur de linea in materia, & alijs speciebus, & sic sumitur species eius vt concreta, & non est mirum concretum generis prædicari de concreto speciei, vnde quantumcunque vsus loquendi sit dicere, linea est quanta, siue diuisibilis, & ita de alijs speciebus hoc simpliciter est falsum de eis, vt sunt species, quia tunc essent subiecta quantitatis, vel diuisibilitatis, talis enim modus prædicandi conuenit omnibus accidentibus respectu subiectorum. Aliter dicitur, quod maior est vera in omni alio genere a quantitate, & non de illa specialiter, quia quantitas nõ tantum alijs, est principium mensuræ vel diuisionis, sed etiam sibi, & ideo se denominat; & suas species, quod non est verum de alijs.

¶ Ad

¶Ad secundum dico, quod in omni genere potest aliqua species esse prior alia in essendo cõparando illas inter se, sed nulla est prior alia in participando rationem generis, sicut continua quantitas naturaliter est prior discreta, vt ostendit ratio, licet non in suscipiendo prædicationem quantitatis, quia neutri speciei inest diuisibilitas per alteram. ¶Ad primum argumentum secundæ quæstionis dicitur, quod punctus & vnitas non sunt duo simpliciter prima, quia punctus ad vnitatem reducitur, vt ad prius se, est.n. punctus vnitas habens positionẽ,
cõ. 42. vt dicitur primo poste. & ita tantum vnitas est primũ. ¶Contra, sicut principium ad principium, sic principiatum ad principiatum, igitur si vnitas sit materiale vel formale in puncto, quorum alterum oportet, si punctus sit vnitas positionem habens, & discretum erit similiter vel formale vel materiale in continuo, non materiale, manifestum est, quia continuum non componitur ex discretis, igitur formale, quod negat Ari.
Cõ. 38. 7. metaphy. reprehendens Platonem, qui ita posuit. Ideo dicẽ
& circa dum, quod sicut magnitudo non est multitudo, neque materialiter, neque formaliter, sic punctus non est vnitas neque materialiter neque formaliter, quia punctus est in diuisibilitas magnitudinis: vnitas multitudinis: nec est hæc diffinitio Ari. punctus est vnitas &c. sed alicubi dicatur de puncto, hoc est secundum Platonem, qui posuit numeros esse formalia in continuo, & ita vnitatem in puncto, sed nec secundum Arist.
Cõ. 42. nec secundum Platonem habetur primo poste. illa diffinitio, sed sic: vnitas est substantia sine positione: punctus autem substantia posita quod manifeste falsum est secundum Arist. sed verum secundum Platon. ponentem quantitates esse differẽtias rerum. Aliter ad argumenaum potest dici, quod maior .s. in omni genere, non est vera de omni genere generalissimo, quia vix in aliquo genere generalissimo posset aliquod vnũ primum assignari mẽsura omnium aliorum, vel in nullo, sed intelligitur illa propositio de genere naturali, & dicitur illud genus naturale, cui respondet vnitas susceptiui, hoc est, quòd tantum dicitur de formis habentibus idem susceptiuũ primo, & de huiusmodi exemplificat Arist. vbi illam propositionem dicit, non tale genus est quantitas. Aliter potest dici, quòd licet sint duo prima & minima in genere quantitatis: tamen tantum est ibi vnum primum & minimum, quod est mensura aliorum. punctus.n. non est mensura ẽtinui, quia

tunc

tunc aliquotiens sumptus redderet continuum, & esset continuum compositum ex in diuisibilibus, sed vnum essentialiter est mensura numeri, vnum autem applicatum alicui parti continui est mensura continui, vt dicitur. 10. met. vnde tantum vnum est mensura in hoc genere. ¶ Ad secundum argumentum concedo, quod nulla species generis prædicatur de alia in abstracto, secundum, quod includit differentias oppositas, tñ possibile est hoc in cõcreto, ſm quod species quę subijcitur, sumitur vt est in materia, & nõ vt est species opposita. *vbi sup. & mae.*

¶ Ad tertium dico, quod longitudo latitudo magnitudo multitudo &cæ. sunt æquiuoca, vt notant quantitatem & excessum in quantitate, primo modo sunt species quantitatis, secũdo modo passiones, primo modo sunt idem, quod linea superficies &c. nec habent opposita breue vel strictum, quia linea quamtumcunque breuis est longitudo illo modo: secundo modo non sunt in genere quantitatis secundum, se sed primo modo, ideſt vt species, sed non secundo modo ideſt vt passiones, quod manifestum est de multitudine; cui vt est species, opponitur vnitas: & paucitas, vt est passio, & eidem vniuoco non sunt duo opposita, per Ari. primo topic. Adhuc potest argui, quod quantitas non sit vnum genus: quia vnius generis est tantum vna diuisio prima per duas differentias: quia tantum duæ primæ species, sed quantitas diuiditur æquè primo duplici diuisione scilicet per cõtinuum & discretum, & per constare ex partibus habentibus positionem & non habentibus &c. probatio maioris per Arist. primo topic. si propositi sunt diuersæ differentiæ vt coloris in voce & in corpore ipsum est æquinocum, & per Boetium libro diuisionum, omnis diuisio generis sit per duas differentias, probatio minoris, neutra diuisio est subdiuisio alterius: quia tunc ambo membra alterius diuisionis continerentur sub aliquo mẽbro reliquæ diuisionis, quod non est verum vt patet inducendo. Ad istud potest dici, quod non est duplex diuisio prima generis per differentias formales cõstituentes species: potest tamen vna esse per differẽtias formales: alia per materiales, quæ diuisiones, non sunt sub inuicem sicut corpus in genere substantiæ præter diuisionem eius formalem in animatum & in inanimatum, potest diuidi in corruptibile & in incorruptibile: & vtroque modo differentiæ se habent vt excedentia & excessa: & ita in proposito prima diuisio est formalis: *Cap. 13.* *Cap. 1.*

& se-

& secunda materialis penes partes quantitatis. Ad probationem maioris Boetius, & Arist. intelligunt de diuisione formali per differentias constitutiuas speciem.

¶ *Est autem discreta quantitas, vt numerus: & oratio. Cap. 20.*

QVÆSTIO XVIII.

quæst. 1. QVæritur an oratio sit quãtitas. Videtur, quod non, quia non oratio in scripto, illa enim est substantia, non in mente, quia illa est, in non quanto, & neutra mensuratur per se, & Arist. exponit se de neutra harum intelligere, non oratio in voce quia illa est per se sensibilis: quia vox igitur, est in tertia specie qualitatis. ¶ Ad oppositum est Arist.

QVÆSTIO XIX.

quæst. 2 QVæritur vtrum oratio sit quantitas discreta. Quod non videtur: quia breue & longum sunt differentiæ quantitatis continuæ, oratio mensuratur secundum has per Aristote. in litera, mensuratur enim syllaba breuis & longa, igitur &c. Dicitur, quod syllaba est brẽuis & longa: non oratio. Contra: tunc continuum est per se pars discreta. Item sumatur maior sic, omne per se mensurans secundum has differentias breue & longum est cõtinuum, oratio est huiusmodi, licet non sit longa, igitur. ¶ Item si esset quantitas discreta, non videretur differre specie a numero: quia in nulla differentia specifica. ¶ Dicitur, quod quantitas discreta, vt in materia permanente, est numerus: quia numerus causatur ex diuisione continui: vt in successiua est oratio: quia orationis nulla pars permanet. ¶ Contra, hoc concedit propositum: quia differentia secundum speciem est differentia formalis: hæc si sic tantum differant, in nullo formali differunt: igitur non specie. Item falsum dicitur, quia successio & permanentia sunt differentiæ posteriores motu & quiete, igitur & ente naturali inquantum naturale: sed quantitas quantum ad totum genus est naturaliter prius ente naturali, inquantum naturale, igitur successio & permanentia sunt multò posteriora toto genere quantitatis, igitur non sunt dꝛiæ specierum in hoc genere. Item numerus applicatur materiæ successiuæ sicut permanenti: igitur non omnis numerus est quantitas in materia permanente, antecedens patet exemplo, vt dicimus

duo

duo tempora: duo dies: & ratione: quia continuum aliquod est successiuum igitur ex eius diuisione cauſatur numerus. Item tunc non differret oratio a tempore: quod est numerus motus, & ita quantitas discreta in materia successiua. ¶ Ad oppositum est Aristot.

Dicendum primo ad primũ quæsitum, quod oratio est quantitas propter auctoritatem Ari. quia syllaba mensuratur breuis & non longa: igitur huius est mensura alia per se, illud est oratio, quæ fit cum voce prolata, illam autem dico, habere discretionem appropriatam orationi per eius differentiam specificam, quæ differentia nec scripta est, nec prolata, nec in mente, nec actus proferentis, quia ille mensuratur tempore, nec partes discretæ, sed discretio non est communis numero & orationi, sed orationi appropriata. ¶ Ad secundum quæsitum dicendum, quod est quantitas discreta, qa partes eius ad nullum communem terminum copulantur, quælibet. n. syllaba est ab alia diuisa, nec actus proferentis, nec significatum eas continuat, quia terminus per se continuãs partes quantitatis non est essentialiter extra illas, sed hæc duo sunt essentialiter extra partes orationis, similiter hæc oratio potest esse vbi significatum non est, vt coniungendo voces non significatiuas, & ibi nullum est significatũ ¶ Ad primum argumentum põt dici, quod longum & breue æquiuocè conueniunt continuo & discreto, huic. s. continuo propriè, illi transumptiuè, omne igitur mensurans per se & in hoc propriè sumptum, est continuum, huiusmodi non est oratio, æquiuoca enim est longitudo syllabæ & mensuratæ a linea.

Ad secundum dico, quod oratio essentialiter differt a numero, & a quacunque specie quantitatis, non tantum differẽtia materiali, sed formali & specifica, illa tñ non est nota, immo vix alicuius speciei specialissimæ est nobis differentia nota, quia si esset, non posset esse verum, quod dicitur 2. poste. quod quælibet pars diffinitionis debet esse in plus, omnes autem in æquæ, hoc autem non contingeret, si vltima differentia esset nota. illa enim cum sumatur a propria forma speciei, nullo modo est in plus specie, igitur illud dictum est verum, quia differentiæ vltimæ ferè omnium diffiniendorum ignotæ sunt. *Cons. 17*

¶ *Continua verò vt lineæ, superficies, & corpus. Amplius autem præter hæc tempus & locus. Cap. 10.*

QVÆ-

QVÆSTIO XX.

QVæritur an Ari. sufficienter enumeret spēs quantitatis. Quod non vī per Ari. 5. met. tempus est quantum per accidens sed de nulla specie prędicatur genus per accidens, igitur tempus non est species. ¶ Item per ipsum ibidem, tempus est quantum per motum, igitur motus magis quantus, vnde Ari. primo poste. propter quod vnumquodq. tale & illud magis, igitur sunt plures spēs quam hic enumerentur. ¶ Item tempus est numerus, per Arist. 4. phy si. igitur non est alia species. ¶ Item, locus non enumeratur. 1. met. inter species quantitatis, igitur vel est insufficiens ibi, vel locus non est quantitas. Similiter Cō. nen. ibi assignat causam, quare Ari. omittit ibi locum, dicens, quod locus non est quātitas secundum opinionem Ari. sed tantum famose. ¶ Item, locus non vī alia species a superficie, quia illud primo ponitur in diffinitione loci in abstracto, & quando accidens in abstracto diffinitur, quod primo ponitur in diffinitione eius, est de eius essentia. ¶ Ad oppositum est Arist. &c.

Cōt. 18. 2

Text. 5. 3

Contex. 101.

Cont. 18. 4

5

QVÆSTIO XXI.

QVæritur iuxta hæc an locus sit quantitas. Quod non vī, quia omne quod ponitur in diffinitione accidentis est subiectum eius, vel de eius essentia, vltimum corporis continentis ponitur in diffinitione loci, & non est de eius essentia: quia tunc esset eadem species cum superficie, igitur vltimum est subiectum loci: sed impossibile est passionem & subiectum esse species eiusdem generis, igitur locus non est species quantitatis, & ratio confirmatur per Commēn. 5. met. qui dicit, locum esse passionem in vltimo, vt immobilitatem. ¶ Item ad quantum inquantum quantum nihil mouetur naturaliter: sed ad locum proprium quodlibet mouetur naturaliter per Ari. 4. phy. igitur, probatio maioris, nihil mouetur ad aliud, nisi propter conuenientiā in natura, sed quantum inquantum quantum cum nullo conuenit in natura: sed ex natura, quæ est principium motus & quietis, quia naturaliter prius illis ineſt substantiæ. ¶ Item quantum inquantum quantum non saluat aliquid naturaliter: quia nec conuenit

Cōt. 18. 2

Cōt. 30. 3

cum

cum aliquo in natura, sed locus in quãtum locus saluat locatum per Ari. 4. phy. ¶ Item locus per se dicitur ad locatum: igitur est in genere relationis. ¶ Ad oppositum est Ari. ¶ Item locus est per se mensura igit quantitas, antecedens patet, consequentia etiam per Ari. qui sic arguit de oratione. ¶ Item, proprium proprie non inuenitur extra illud cuius est. Sed proprie proprium est quantitati, vt ſm eam aliquid æquale vel inæquale dicatur, hoc autem conuenit loco, igitur est quantitas. ¶ Item locus est per se diuisibilis, igitur est quantitas.

¶ *Rursus locus continuorum est. Cap. eod.*

QVÆSTIO XXII.

IVxta hoc quæritur an sit quantitas cõtinua. Quod non vī, figatur virga aliqua continua in terra, cuius pars sit in terra, pars in aere, tunc arguo, locus est vltimum corporis continentis, sed vltimum aeris & vltimũ terræ quæ locant hoc locatum non sunt continua, sed tantum continua: igitur locus huius virgæ non est continuus. ¶ Ad oppositum est Aristot.

¶ *Locum enim quendam particulæ corporis obtinent, quæ ad quendam communem terminum copulantur. Ergo loci particulæ quæ obtinent singulas corporis partes ad eundem terminum copulantur, ad quem corporis particulæ. Cap. eod.*

QVÆSTIO XXIII.

QVæritur iuxta hoc an particulæ corporis & loci copulent ad eundem terminũ. Quod non vī: quia particulæ corporis copulant ad superficiẽ: particulæ loci nõ, qa locus est superficies, & particulæ superficiei non copulãtur ad superficiem. ¶ Item locus est diuisus a locato per Ari. 4. phy. igitur non est idem terminus continuans partes vtriusq. consequentia patet, quia terminus ab eo cuius est nõ est diuisus, igitur non est idem duorum diuisorum. ¶ Ad oppositũ Ari. *vt sup.*

Ad ſm quæsitum dicendum, quod locus non est species quãtitatis propter primam rationem ibi: & propter dictum Commentatoris supradictum in quæstione precedenti. ¶ Similiter pro prima ratione ad tertiam quæstionem dico, quod locus

locus non est necessario continuus: sed nihil differt ad vnitatem eius superficies esse contiguatas, si idem locetur a diuersis corporibus contiguis: vel superficiem vnius continuam, quando locatum locatur in vno locante. ¶ Similiter ad quartam quod nullo modo possunt partes loci copulari ad eundē terminum numero, ad quem partes corporis, quia locus diuisus est a locato, locus.n. est vnde & ad quem locatum mouetur, & non mouetur cum locato, nec ad eūdem terminū specie, quia ille terminus corporis est superficies: quæ non est terminus loci: nisi locus esset corpus, immo ad nullum terminum eundem oportet eas copulari, cum non oporteat esse continuas.

¶ Ex hoc sequitur solutio primæ quæstionis, quia non sufficienter enumerat species quantitatis saltem quo ad hanc speciem locus. ¶ Ad auctoritates Arist. in oppositum ad omnes quæstiones dicendum, quod non loquitur hic de loco secundum propriam opinionem: sed secundum opinionem ponēntium locum esse spatium æquale locato, & secundum illam, essent hæc omnia vera de loco. Sed illa opinio improbatur. Ab Ari. 4. phy. Ita frequenter quando loquitur de aliquo, vbi non est proprius locus determinādi veritatem, de illo vtitur communi inita aliorum vsq; alibi, vbi locus non de illo veritatem determinare, dummodo ars possit dari secundum sententias aliorum, sicut & secundum veritatem propriam, ita est penè de omnibus exemplis in logica: quia si sic sit, vel non non curat: sed quod ars sit vera in istis, si hæc sint talia: sicut hic sufficienter manifestatur quantitatem esse genus: quia habet sub se multas species inter medias & specialissimas: siue locus sit aliqua istarum, siue non.

¶ Ad primum argumentum primæ quæstionis potest dici, quod aliquid esse quantum per accidens, siue per aliud est dupliciter, effectiuè vel formaliter, formaliter nō est tempus, quantitas per aliud, i. nihil aliud est per quod recipiat prædicationem quantitatis: sed prædicatus de eo per se primo modo. Effectiuè quodammodo potest tempus dici quantum p aliud quia effectiuè suam essentiam & suam quantitatē quæ est sua essentia, habet ab alio vt motus: non tamen efficit aliquid, quod tempus sit quantitas. ¶ Ad secundum dico, quod propositio Arist. tantum est vera, vbi aliquod vniuocum dicitur de causa & effectu; quod natum est recipere magis & minus

minus: & quando causa est per se, & totalis, prima conditio deest hic: & secunda similiter, primum probatur, quia tempus est quantitas motus non est quantitas: quia ratio eius tota potest intelligi conuenire indiuisibili, nec vniuocantur in quanto: quia illud dicitur de motu per se secundo modo: nullo modo de tempore, vt tempus est species quantitatis. ¶ Ad tertium dico, quod numerus aliquando transumitur, vt generaliter sumatur pro mensura: forte propter hoc quod ratio mensuræ in quantitabus primo conuenit numero, & ita ponitur in diffinitione temporis, non autem vt est quantitas discreta, est æquiuocatio penes secundum modum. Alia concedenda sunt de loco: præter vltimum ad quod dicēdum, quod hæc est prædicatio tantum materialis, locus est vltimum; & formaliter propositio est falsa, sed formaliter locus est immobilitas in vltimo secundum Commen. forte tamen in diffinitione loci primo ponitur vltimum, quia illud est notius immobilitate loci. ¶ Ad argumentum in oppositū 2. quæstionis, dicendum. ¶ Ad primum dicit potest q̄ locus non est mensura per se, sed per naturam sui materialis, quod est superficies, secundum eandem dimensionem mensurat, secundum quā, & superficies. Et si arguatur contra hoc, quia aliam rationem mensuræ habet a superficie, est, enim mensura extrinseca, superficies intrinseca, dici potest, quod intrinsecum, & extrinsecum per se non variant rationem mensuræ, ideo nec locus per se habet aliam rationem mensurę à superficie, ideo, enim est extrinseca, quia est vltimum corporis continentis materialiter, & non vltimum contenti, quod tamen mensuratur à loco. ¶ Ad secundum dico, quod secundum locum formaliter non dicitur aliquid per se æquale alij, sed forte materialiter secundum superficiem continentis, immo magis locus dicitur æqualis locato secundum Arist. 4. phy. & non illud secundū, quod alia dicuntur æqualia. ¶ Ad tertium dico, quod locus per accidens est diuisibilis per naturam materialis sui, sicut cæteræ formæ per se fundatæ in quantitate sunt per accidens diuisibiles per naturam quantitatis, & locus forte plus cęteris, eo quod est propria passio superficiei, &c.

¶ *Amplius quantitati nihil est contrarium, &c.* Cap. eo.

titate secundum se, non secundum esse naturale, quia forte illo modo habet contraria, vt dicetur respondendo ad argumenta. ¶ Ad primum dr, quod in quantitate nulla est maxima distantia, sed sicut diuisio continui procedi in infinitum, ita etiã infinitas in cõtinuis & numeris causatis ex diuisione eorum. ¶ Contra hoc est ꝙ dicit Porphyrius, quod species, specialissimæ sunt finitæ secundũ naturam, licet non quo ad nos, hoc etiam videtur per rationem, quia quælibet species est pars essentialis vniuersi, & in illis partibus non videtur possibilis infinitas, quia hæc repugnat ordini, qui est bonum vniuersi. Potest igitur dici, quod quamuis essent infinitæ species in potẽtia quantitatis, licet nulla infinitarum alij contrarietur, quia nec maximè distat: tamen species intermedia his communis potest maximè distare ab alia specie intermedia communi illis vt continuum maximè distaret secundum formam continuitatis à discreto, licet continua essent infinita & discreta similiter. Potest igitur dici, quod duæ primæ rationes verum concludunt de contrarietate primo modo dicta transumptiuè, quia tantum de ista est vtraque auctoritas Arist. intelligẽda. ¶ Ad secundum dico, quod ad quantitatem, secundum se non est motus, sed vt subest naturali, & illo modo habet contrarietatem, vt imperfecta quãtitas perfectam: ad quas & de quibus sunt argumentatio & diminutio, istæ differentiæ non sunt quantitatis secundum se, sed quantitatis naturalis, imperfecta. n. dicitur, quæ nõ est debita speciei secundum suam formam naturalem: perfecta per oppositum, nam vt dicitur in secundo de anima omnium natura constantium est determinata ratio magnitudinis & augmenti, non enim aliqua quantitas imperfecta absolutè est in genere quantitatis: sed imperfecta tali enti naturali, & secundum hoc mouetur aliquid, ab imperfecta quantitate ad perfectam, vel econuerso. Contra, motus est ad rem alicuius generis, non ad ens per accidens, per Arist. 3. physic. tot sunt species motus, quot & entis, addit Comment. acquisiti per motum, sed quantitas sub esse naturali non est species generis: sed ens per accidens, quia compositum ex duobus, quorum vnum alteri accidit, igitur ad quantitatem sic non est motus; sed ad illud, quod per se est in genere quantitatis est motus, igitur illi est aliquid contrarium. Potest dici hic, quod ad quantitatem est motus: ita quod acquisitum per motum, vt terminus, est per se in genere quãtitatis,

Cap. de specie.

Cont. 41. Cont. 5.

sed non acquiritur, vt quantitas: sed sub tali modo essendi: & sub tali modo essendi habet contrarium. Tunc oportet dicere, quod non oportet illi formæ, quæ est per se terminus motus, esse aliquid proprie contrarium, sed tantum ei, vt acquiritur per motum. Tunc ad formam dico, quod quãtitas sub esse naturali, si intelligatur vnum compositum ex his est ens per accidens, sed ipsa quantitas non: licet sumatur sub tali modo essendi, quando motus non intelligitur esse pars entis compositi ex duobus, & ita ad quantitatem est motus. ¶ Ad tertiũ & quartum argumentum, dico, ꝙ aliud est suscipere maius, & minus, & aliud est suscipere magis, & minus, quia maius, & minus dicuntur secundum quantitatem, sed magis & minus dicunt intensionem & remissionem in forma, cui adduntur. Concedendum est tunc, ꝙ quantitas suscipit maius, & minus sed non magis. ¶ Ad quintum de magno & paruo respondet Arist. ꝙ non sunt quantitates, quia dicuntur in sola habitudine ad aliud, aliter nunquam diceretur mons paruus & milium magnum. Similiter respondet, ꝙ si sint quantitates, non sunt contraria, tum quia ei quod dicitur in sola habitudine ad aliud, nihil est contrarium, huiusmodi sunt magnũ, & paruum tum quia tunc contraria dicerentur de eodem: qa aliquod idem est magnum ad hoc, & paruum ad illud: igitur est magnum & paruum. ¶ Cõtra primam rãtionem Arist. in 5. metaph. ponitur magnitudo per se species quantitatis, & concretum non est in alio genere ab abstracto. ¶ Item ibidem in quinto dicuntur magnum & paruum esse quantitates per se. ¶ Contra secundam responsionem probantem magnum, & paruum non esse contraria, prima probatio non videt valere: quia relationi aliquid est contrarium: vt dicit Arist. inferius, vt virtus vitio: & scientiæ ignorantia. Secunda probatio non vt valere: quia omnia opposita inferunt contradictoria, igitur ad illa: ad quæ non sequuntur contradictoria, non sequuntur alia opposita. Sed ad præmissas: in quibus est respectus ad diuersas non sequuntur contradictoria, sed est ignorantia elenchi: vt est duplum ad hoc: & non duplum ad illud, ergo duplum & non duplum, igitur nec aliqua opposita sequuntur ad tales præmissas. ¶ Ad primum istorum potest dici, ꝙ magnitudo sumitur æquiuocè: vt est species quantitatis & vt est passio. secundo modo dicitur magnum denominatiuè à magnitudine, quando Arist. negat magnum esse quantitatem.

Contex. 18

5. de relatione.

tatem.¶ Ad aliud,dico,quod sunt quantitates per se secundo modo.i.passiones quantitatis, non primo per se: vt species. ¶ Ad aliud dico,quod nihil dicitur contrarium eius cuius est relatiuum: quia cõtraria & relatiuè opposita in multis distinguuntur,magnum autem dicitur relatiuè ad paruum,igitur nõ est eius contrarium,ita intelligit Arist.tamè contrarium vni pôt esse relatiuum alteri: vt scientia est relatiuum ad scibile: & ei non est contrarium: sed ignorãtiæ,ita in alijs. ¶ Ad aliud dico,quod relatiua possunt prædicari de eodem, & de se inuicem,sed non relatiuè opposita,& ita possunt relatiua absolutè inferri ex se sumptis respectu diuersorum,igitur magnum & paruum possunt inferri absolutè ex se sumptis respectu diuersorum,& ex hipothesi sunt contraria,igitur contra de eodem,concedo etiam,quod non possunt inferri opposita relatiuè ex se sumptis respectu diuersorum: sed magnum & paruum posse: & ex hypothesi illa sunt contraria,ergo contraria de eodem.¶ Ad sextum,dico,de sursum,& de deorsum,quod vel sumitur simpliciter sursum pro circunferentia cœli, & deorsum pro centro terræ: vel sumitur generaliter, vt quodlibet dicitur sursum respectũ inferioris. Primo modo non sũt contraria: quia non nata fieri circa idem: nec maximè distant in natura,licet forte maximè distent secundum locum. Secũdo modo sunt ad aliquid: & est vtraque responsio de eis: quę de magno & paruo.¶ Potest tamen dici, quod siue sint contraria,siue non,nihil ad propositum: quia si sunt species, vel differentiæ loci, non sunt in genere quantitatis, quia nec locus,vt prædictum est.

¶ Ad aliquid verò talia dicuntur: quæcunque hoc ipsum, quod sunt,aliorum dicuntur, vel quomodolibet aliter ad aliud. Cap. de ad aliquid.

QVÆSTIO XXV.

QVæritur primo an genus relationis sit genus vnũ. Quod non videtur,enti & non enti, non est genus vnum commune vniuocum; sed aliquæ sunt relationes entes, & aliquæ non entes, ergo &c. Probatio secũdæ partis minoris, inter ens, & non ens est contradictio, quæ est relatio media, quæ videtur non ens: tum quia inter contradictoria nihil est medium,& talis relatio est medium inter contradictoria; igi

tem, quia per Arist. in 4. topicorum si genus ad genus, & species ad speciem, & similiter in secundo, si ad propositum sequitur propositum, ad relatiue oppositum antecedentis, sequitur relatiue oppositum consequentis, & non est intelligendum, nisi de consequentia superioris ad inferius, si autem a. & b. referantur sibi mutuo: igitur omnia relatiua sunt relatiua suppositionis, & superpositionis; igitur relatiua æquiparantię erunt in aliud genere generalissimo. Aut tertio, ꝙ a. refertur ad aliud, & non ad b. vt ad c. & b. refertur ad aliud, & non ad a. vt ad d. & tunc sequitur ꝙ c. & d. non sunt priores, nec posteriores, quàm a. & b. quia vtrunque est æquè primum cum suo correlatiuo, quia sunt simul naturâ; igitur erunt quatuor primæ species vnius generis Aut quarto a. refertur sibi; & b. alij, vel b. sibi, & a. alij. & vtroque modo erunt tres primæ species huius generis, quia illud aliud ad qđ refertur a. vel b. est æquè primum cum suo correlatiuo nullo igitur istorum quatuor dato, erit hoc genus vnum. ¶Ad oppositum est Arist.

¶Dicendum, quòd generalissimum in genere relationis est vnum, quia secundum vnam rationem dicitur de omnibus istis inferiorib. quæ ratio est habitudo vnius ad aliud, & quia omnes relationes habent eundem modum denominandi substantiam, videlicet in comparatione ad aliud, vt accidentia: quia eodem modo denominant substantiam, sunt vnius generis. ¶Ad primum argumentũ. Ad minorem dico, quòd nulla relatio est non ens, cum probatur oppositum de contradictione. Ad primam probationem, quòd inter contradictoria non est medium: intelligendum est de his, quæ subsũt intentioni contradictionis, vt complexis: sicut de quolibet subiecto vno est prædicatum, affirmare vel negare, & non est medium: de incomplexis etiam, sic alterum illorum dicitur de quolibet, & non est mediũ, sed alia propositio. s. quod talis relatio est media inter contradictoria, intelligenda est ratione intentionum: & tunc cum concluditur conclusio, fit fallacia accidentis, quia medium sumit extranee in premissis: hoc. s. quod est medium esse inter contradictoria. Illud patet in exemplo: ens & non ens non referuntur per se ad inuicem, & inter ista absolutè nihil est medium, sed ista inquantum contradictoria, referuntur, & sic inter illa est contradictio media, sicut inter similia est similitudo media, & in

ter quæcunque relatiua est relatio media. ¶ Ad aliam probationem concedo, quòd illa relatio potest esse in non ente, vt in subiecto, sicut & ente: non ens tamen inquantum est subiectum illius relationis est ens rationis, & ita talis relatio potest esse ens rationis. ¶ Ad secundum principale, nego maiorem, & concedo, quòd relatio dicitur ens rationis, vel quia vtrumque extremum, vel alterum est solummodo ens rationis, vel quia extrema eius non sunt duo, nisi secundum rationis considerationem vt est in identitate. Potest tamen maior vtriusque rationi sic probari, non omni enti est aliquid vniuocum, nec etiam omni enti naturæ est aliquid vniuocum, igitur multo magis, nec aliquid erit vniuocum enti, & non enti, siue enti naturæ & enti rationis, quia si illis quæ magis videntur conuenire, nihil est vniuocum, nec illis quæ minus. ¶ Et ad hanc probationem, secundum quòd est pro secunda ratione dicendum, quòd consequentia non valet, nec est ibi locus a maiori, quia non omnia entia naturæ plus conueniũt in aliquo vniuoco, quam ens naturæ & ens rationis nisi forte in pluribus dictis de eis æquiuocè. ¶ Sed quia de oppositione quæ est inter ens & non ens est absolutè verum dicere, quòd est ens non ens, quia aliter esset medium inter ens & non ens, & quia est in non ente simpliciter, vt in subiecto, ideo non videtur ponenda in genere relationis, cum ens secũdum se diuidatur in decem genera generalissima, quia etiam licet aliquid sit vniuocum enti naturæ, & enti rationis hoc est enti, quod est in ratione, vt scientiæ & virtuti est aliquid vniuocum tamen enti, quod est ex sola consideratione rationis & enti naturæ nihil videtur vniuocum, quia tunc haberent oppositionem, quia omnia vniuocè contenta sub aliquo eodem, vt species, differunt differentijs contrarijs, & ita non possunt talia entia rationis applicari cuilibet enti naturę, quod est falsum, ideo videtur dicẽdum ad duas primas rationes aliter. ¶ Ad primam concedo, quòd contradictio inter ens & non ens, est non ens simpliciter, sed non est species in genere relationis. ¶ Ad secundum similiter concedo maiorẽ dicendo, ad minorem, quòd nulla relatio rationis, est species in genere relationis, nec identitas, nec relationes fundatæ super intentiones secundas: neque aliæ consimiles. ¶ Contra ista, ad aliquid sunt, quorum hoc ipsum esse est ad aliud, se habere, hæc est vera notificatio relatiuorum, secundum Ari. ista

ineſt

ineſt contradictorio, quia hoc ipſum quòd eſt, eſt cõtradicto rum contradictorium, & eidem, quia idem hoc ipſum quòd eſt, eſt eidem idem, & ſic de relatiuis intentionalib. & conſimilibus, vt genus hoc ipsũ quod eſt, eſt ſpeciei genus, quod de omnibus oſtenditur per hoc, quia in diffinitionib. eorum ponenda ſunt ſua correlatiua, vt manifeſtè dicit Porphyr. de genere & ſpecie, quod non oporteret, niſi dependerent ad inuicem eſſentialiter omnia prædicta ſunt verè relatiua, igitur, & formæ ſecundum quas dicũtur talia, ſunt vere relationes: quod negatum eſt. ¶Item iſta in nullo alio genere videntur eſſe niſi in genere relationis, & inconueniens videtur concedere illa eſſe in nullo genere. ¶Item ſi contradictio inter ens & non ens non ſit in genere relationis. Quæro de alia contradictione, quæ eſt inter alia extrema, vtrum illa ſit in genere relationis: ſi ſic, contradictio non ineſt omnibus vniuoce, qđ eſt inconueniens, cum contradictionis vniuerſaliter ſumptæ aſſignetur eadem diffinitio in primo poſteriorum. ſ. contradictio eſt oppoſitio, cuius non eſt medium ſecundum ſe, ſi autem contradictio inter alia extrema non ſit in genere relationis, & ita nulla contradictio, & contrarietas, eſt in genere relationis, vt manifeſtum eſt, quia eſt per ſe habitudo vere duorum entium, igitur oppoſitio non erit vniuocum contradictioni, & contrarietati: quod videtur contra Boetium in illo capitulo inferius, Quotiens autem ſolet opponi: qui diuidit oppoſitionem in has quatuor ſpecies oppoſitionis, ſicut genus in ſpecies, imo ſequitur maius inconueniens, quòd oppoſitio inconuenienter ponat in diffinitione contradictionis in primo poſteriorũ, qa oppoſitio ſumpta ſm illã ſignationẽ ſecũdũ q̃ conuenit contradictioni, aut eſt idẽ contradictioni, aut ſuperius ea, ſi idem, fruſtra additur illud in diffinitione, cuius non eſt medium ſecũdum ſe, ſi ſuperius, ſequitur aliud inconueniens, quia oppoſitio ſecundum illum modum accipiendi per ſe determinata ad contradictionem non hẽt ſub ſe alia inferiora a contradictione, niſi alias ſpecies oppoſitionis, ſed alia ſunt entes & contradictio nõ ens: & tunc aliquid erit vniuocum enti, & non enti: quod negatum eſt. ¶Ad primum iſtorum, poteſt dici, quòd vera notificatio relatiuorũ, quam ponit Ariſt. nulli illorum conuenit, quia nullius eorũ eſſe, eſt ad aliud ſe habere, aliud enim eſt differentia entis, & dicitur tantum in comparatione ad ens, non enim dicitur ali

Cap. de ſpecie.

Tex. 5.

quid

¶Ad tertium dicitur, ꝙ generalissimum relationis non est ad aliquid, nec aliquid quod est in illo. genere per se, sed ipsum generalissimum est habitudo vnius ad aliud, & ita omnia, q̃ sunt in genere relationis. ¶Ad illam probationem, in contrarium dicitur, ꝙ illa diffinitio non datur de relatione, sed de relatiuis. ¶Similiter hoc nomen ad aliquid est concretiue dictum a relatione, & nõ relatio, nisi sic intelligatur, ad aliquid, id est habitudo ad aliquid. Per hoc similiter ad quartam rationem principalem, ꝙ primæ species relationis non referũtur ad inuicem sibi nec alij, sed sunt principia referendi, sicut & omnia alia, quæ sunt in genere relationis. Contra istas duas responsiones, ex his sequitur, ꝙ neutra diffinitio, quam ponit Aristot. esset eorum, quæ sunt in genere relationis, nec etiam aliqua proprietas, quam ipse assignat, & ita omnis determinatio Arist. esset impertinens ad genus relationis, consequentia prima patet inducẽdo in singulis proprietatibus, quas ponit Aristo. quarum nulla conuenit relationibus, sed relatiuis. ¶Item oppositum non est principium sui oppositi, igitur forma absoluta non est principium, secundum ꝙ aliquid dicitur comparatũ ad aliud, sed relatio est huiusmodi forma, igitur non est absoluta in se, igitur est ad aliud. ¶Item concesso eo, quod dicitur non vitatur difficultas argumentorum principalium, quia si generalissimũ in abstracto sit relatio, aliquid secundum eam dicitur relatiuè ad aliud; probatio huius, tum quia secundum qualitatem secundum quod est generalissimum dicitur quales, secundum Arist. quia sic notificat qualitatem, igitur secundum relationem, vt est generalissimum, dicuntur aliqua relatiua; tum quia secundum relationes inferiores in genere relationis dicuntur aliqua relatiua: omne autem inhærens per se primo cuilibet speciei vniuocè inhæret per naturam generis, & ita generi primo, igitur secũdum generalissimum dicitur aliquid relatiuè. Ex hoc arguo: aut relatiuum dictum secundum formam generalissimi dicitur ad aliquid secundum aliam formam, aut eandem, si eandem; igitur relatiuum æquiparantiæ: igitur, & relatio illa est relatio æquiparantiæ: igitur & omnes inferiores relationes. Si dicatur ad aliud secundum aliam formam, igitur & illi alij correspondet alia forma; secũdum quam dicitur relatiuè ad istud, illa est æque prima cum relatione, quæ est generalissimum, quia relatiuum illud est æquè primum cum illo, igitur duæ

Cap. de qualitate.

relationes

relationes generalissimæ æquè primæ. ¶ Similiter manet difficultas quartæ rationis, quia si primæ species sint relationes, quæro an sint relationes æq; parantiæ, & ita omnes relationes inferiores erunt tales relationes. Aut a. est principium referendi aliquid dictum secundum ipsum ad aliquid denominatum a. b. & ita erunt a. & b. relationes suppositionis, & superpositionis, aut a. est principium referendi denominatum ab eo ad aliquid denominatũ ab alia forma, vt a. c. & b. principium referendi ad aliquid secundum eandem formam, & tunc erunt tres primæ species, aut a. est principium referendi ad aliquid dictum ab alia forma, & b. similiter, & tunc erunt quatuor primæ species, & vniuersaliter cum omni relationi correspondeat correlatiuum, & econuerso nulla diuersitas erit in numero relationum, & relatiuorum. ¶ Ad primũ istorum dici potest, & concedi consequens primum, q; illa diffinitio non est generalissimi relationis, nec alicuius speciei, sed eius quod denominatiuè dicitur ab ea. Similiter de proprietatibus, nec tamen sequitur vlterius, q; determinatio Arist. nullo modo sit conueniens generalissimo relationis, q; a relatio inter omnia entia est debilissimum ens, cum sit sola habitudo duorum, & ita minimè est cognoscibilis in se, noscibilior autem est secundum, q; informat ea, quorum est habitudo, & ad determinandum de relatione conueniens fuit determinare de relatiuis; præsertim cum ex eorum cognitione, siue diffinitione, siue quo ad proprietates eorũ, possit haberi cognitio relationis, quia si relatiui esse est ad aliud se habere proportionaliter, relatio est forma, secũdum quam hoc sic se habet ad aliud. Consimiliter quo ad proprietates, si relatiua dicantur ad conuertentiam, relatio est forma, secundũ quam aliqua dicuntur ad conuertẽtiam, & sic de cæteris proprietatibus. ¶ Ad aliam rationem dico, q; comparatio, & absolutio non sunt oppositæ, nisi circa idem, & ideo absolutio circa formam, & comparatio circa subiectum informatum forma, non sunt oppositæ. Aliter potest dici, quod relatio non est forma comparata, nec absoluta, quia enim est forma, secundũ quam aliquid dicitur comparatum alteri; ideo nec est nata dici absoluta, nec comparata; sicut nec absolutio sibi opposita est absoluta, nec comparata. Si dicatur absolutũ, & coparatũ esse cõtraria immediata circa ens. Verũ est circa ens q; est natũ ea recipere, sicut sanum & ægrum sunt contraria immediata

circa

circa corpus animalis: sed non circa sanitatem, vel ægritudinem, nec. n. sanitas neq; ægritudo est ægra vel sana. ¶ Ad alias rõnes dr̃, q̃ neq; secundum generalissimum relationis aliq̃d refertur: neq. secundum eius primas species, sed solummodo secundum eius species inferiores. ¶ Ad secundam prius positam contra hoc conceditur, quòd secundum omnes relationes inferiores aliquid refertur, igitur secundum genus &c. cõceditur secundum ipsum genus, vt est in inferioribus non in se. Cõtra illud ẽm Ari. in 4. top. si species sit ad aliquid, & genus erit ad aliquid: igitur si species sit principium referẽdi ad aliquid, & genus erit principium referendi ad aliquid. ¶ Item incompassibilia includuntur, quòd generalissimum sit relatio, siue habitudò ad aliud & quòd informãdo subiectum nõ ficiat subiectum se habens ad aliud. ¶ Item probatio secunda non soluitur, quia secundum species omnes specialissimas alẽ quid refertur: igitur secundum aliquod vniuocum illa sunt genera infima intermedia: sed secundum omnia illa aliquid refertur: igitur per aliquod vniuocum eis, quod genus vniuocum est superius eis, & ita semper ascendendo ad generalissimum tãdem oportet concedere, quòd secundum generalissimum aliquid refertur, nec solum modo secundum quòd habet esse in inferioribus. quia sic nec est aliud a suis inferioribus. & per consequens non vniuocum illis. ¶ Ad secundam istarum rationum diceretur, quòd generalissimum nõ informat substantiam, nisi in suis inferioribus, quia non informat substantiam, nisi inquantum est ens, non est autem ens, nisi in suis inferioribus. ¶ Contra hoc saltem potest concipi ab intellectu relationem informare substantiam, non concipiendo aliquam inferiorem relationem informare substantiam, quia potest prius concipi ab intellectu, non concipiendo posterius, & ita conceduntur opposita. s. ipsum informare substantiam, & tñ non esse relatiuum relatum per ipsum, quod est impossibile. ¶ Ad tertiam igitur rationem principalem dicendum, quòd generalissimum in genere relationis est principium referendi ad aliud, sed non ad aliud relatiuum secundum aliam formam genere ¶ Consimiliter relatiuum dictum a generalissimo denominatiuè dicitur relatiuè, sed non ad aliquid relatũ secundum aliam formam genere. ¶ Contra hoc, si relatio sit principium referendi ad aliquid relatum secundum eandem formam, igitur est relatio & quiparantiæ, & relatiuum denominatum Cap. 4.

se, vt pater & calefactiuum, quæ sunt species primi generis ad filium, & calefactibile, quæ sunt species secundi, & proportionabiliter est dicendum de relationibus correspondentibus. ¶ Ex his patent tot, qualiter relationes rationis se habeant ad genus relationis, & iuxta hoc, quomodo entia rationis sunt in genere, & quomodo illud sit intelligendum, inter contradictoria non esse medium, & quomodo oppositio se habet ad illa quatuor, in quæ diuiditur inferius in hoc libro, & quomodo secũdum relationem, vt est generalissimum aliquid refertur, & ad quæ referatur quod ab eodem denominatiue dicitur, & quomodo æquiuocè dicuntur aliqua relatiua æquiparantiæ & qualiter determinatio Arist. sit conueniens, quæ est de relatiuis. cum solæ relationes sint in hoc genere, vt species, & quomodo huius generis sunt tantum duæ primæ supecies &c. quæ patent inspicienti.

¶ Si ergo sufficienter eorum quæ sunt ad aliquid diffinitio assignata est: aut nimis difficile: aut impossibile est soluere: quoniam nulla subsistantiam eorum quæ sunt ad aliquid dicitur. Si autem non sufficienter, sed sunt ad aliquid, quibus hoc ipsum est esse ad aliquid quodammodo se habere fortasse aliquid contra illa diceretur &c. Cap.to.

QVÆSTIO. XXVI.

QVæritur, an secunda notificatio relatiuorum, quam ponit Arist. sit conuenienter data. Quod non vr, quia illa nulli in genere relationis conuenit, igitur non conuenit generalissimo relationis, probatio antecedẽtis, quia si esse relationis essent ad aliud se habere, hoc esset per aliam relationem illius, igitur alterius esse esset ad aliud se habere pari ratione, & sic in infinitum, quarum semper posterior esset relatio prioris, quod est inconueniens. ¶ Item illa diffinitio aut 2
est formæ relationis in se, quod per argumentum præcedens est improbatum, aut subiecti in se, quod est falsum, etiam quia eius esse non est ad aliud se habere, quia ipsum secundum se est res alterius generis, & absolutũ, aut subiecti informati tali forma, & tunc est entis per accidens, quod est inconueniens *Contex.* quia eius non est diffinitio secũdum Arist. 6. metaph. nullius *3, & in de.* igitur est notificatio illa quod est inconueniens. ¶ Item gene 3
ralissimum est prædicabile de qualibet sui specie, sed hoc nõ

potest

potest esse nisi secundum ꝙ significatur in singulari, illa autē notificatio datur de aliquo secundum ꝙ significatur in plurali, igitur non de ipso generalissimo. ¶ Item hæc notificatio nō videtur cōuenire omnibus quę sunt in genere relationis, multa enim dicuntur ad aliud, quorum esse essentiale non est ad aliud se habere essentialiter. ¶ Ad oppositum est Arist.

Dicitur ad quæstionem, ꝙ duplicia sunt relatiua, quædam secundum esse, & alia secundum dici. Prima notificatio Arist. datur de relatiis secundum dici. s. ad aliquid dicuntur quæcunque hoc ipsum, ꝙ sunt alterum, dicuntur, vel quomodolibet aliter ad aliud Secunda notificatio, quam magis approbat. s. ad aliquid sunt, quorum hoc ipsum esse est ad aliud se habere, datur de relatiuis secundum esse. Contra hanc distinctionem, aut diuisio dātur per opposita, aut non, si non: non valet, si sic, igitur relatiua secundum dici non sunt relatiua secundum esse, igitur non sunt relatiua, igitur relatiua malè diuiduntur in illa. Similiter si sint opposita, sequitur, ꝙ relatiua secundum esse non sunt relattua secundum dici, quod est falsum. ¶ Si dicatur, quòd membra debent intelligi cum præcisione, sequitur, quod relatiua secundum dici, sunt tantum secundum dici, & ita illa non verius essent relatiua, quam nigrum dictum album est album. ¶ Item alterum membrum diuisionis conuertitur cum diuiso, idem enim est homo absolutè, & homo secundum esse. ¶ Item illa notificatio, quæ ponitur relatiuorum secundum dici, nulla est, tum quia illa cōperit substantijs, quæ nullo modo sunt ad aliquid, secundum Arist. qui hoc habet pro inconuenienti, tum quia secundum illam disciplina dicitur relatiue ad disciplinatum, quia eius: & pari ratione albedo ad album, & pari ratione omnia accidentia ad subiectum, quia eorum dicuntur, ex illa igitur notificatione nullum eorum potest concludi esse in genere relationis.

Dicendum igitur, quod relatiua nullo modo diuiduntur in relatiua secundum esse, & relatiua secundum dici, quia sumēdo mēbra præcisè relatiuum secūdum dici non est magis relatiuū, q̄ homo, mortuus est hō forte tñ entia sic diuidunt, quod quædam sunt relatiua secundum esse, vt illa quæ denominatiuè dicuntur a relationibus, quædam sunt relatiua secundum dici, vt quæ sunt in alijs generibus, & secundum aliquam habitudinem dicuntur ad alia, illa tamen simpliciter lo

quendo

quèndo non sunt relatiua. Sed verè relatiuorum quædam dicuntur secundum suam propriam formam ad aliud, vt quæ sunt primo & propriè relatiua, alia sunt verè relatiua, & nō dicuntur secundum propriam formam ad alia: vt sunt relatiua secundum genus. Illa enim sunt per se relatiua, sed nō primo: & dicuntur ad alia secundum formam sui generis: vt sciētia sit per se relatiuum, impossibile est illud quod est eius species secundum illam significationem non esse relatiuum: quia tunc genus & species non essent in eodem genere: sed non est primo relatiuum: quia non secundum illud, quod superaddit suo generi, & ideo dicitur ad correlatiuum generis secundum ipsum genus. ¶ Dicendum igitur quòd notificatio Arist. secunda est conueniens, de relatiuis: quia indicat rationem eorum, inquantum sunt relatiua: vt patebit respondendo ad rationes. ¶ Ad primum igitur dicendum est, concedendo, quòd illa notificatio non datur de relatione: sed de relatiuis dictis denominatiue ab eis, quare autem illa diffiniat, & non relationes, & eorum proprietates ponat, dictum est in præcedenti quæstione.

¶ Ad aliam dico, quòd illa notificatio non est relationis ab absolutè, vt significatur in abstracto: neque subiecti absolutè neque totius aggregati, sed formæ vt informat subiectum eo modo, quo significatur per nomen concretum, dictum à generalissimo relationis: ita quòd ly vt: non dicat partem eius, quod significatur, sed modum. ¶ Ad tertium dictum est prius quare relatiua æquiparantiæ diffiniantur in plurali conuenientius, quàm in singulari, cum huiusmodi sit illud, quod hic diffinitur, sicut patet ex præcedenti quæstione. Ad quartum, dicendum, quòd illa ratio conuenit omnibus essentialiter, quæ sunt in genere relationis, vt denominatiuè dicta à relationibus, si autem sint quæ dicantur ad aliud, & non habent hanc rationem, non sunt relatiua, nisi secundum quid.

¶ De prima proprietate & secunda quæ sunt recipere contraria, & suscipere magis & minus, Notandum, quòd illæ nō insunt per se relationibus, neque fortè relatiuis, sed tantummodo ratione eorum, in quibus per se fundatur relatio, vnde quæ fundatur in formis suscipientibus magis & minus, vel contrarietatem recipiunt hæc, sicut similitudo secundum albedinem recipit magis & minus, & contrarium, quia & albedo, in qua fundatur, similitudo autem quæ est secundum ali-

qua quæ sunt in quarta spem qualitatis non suscipit contrarium, nec magis & minus: quia nec illa suscipiunt, in quibus illa simili udo fundatur: & hoc loquendo de prima proprietate, de contrarietate propriè dicta. Tum quia si illæ duæ per se inessent relationibus, posset esse motus in genere relationis, quia posset esse acquisitio partis post partem alicuius formæ in genere relationis, & talis acquisitio est motus secundum Commen. super tertio physicorum, sed consequens est inconueniens, s. motum esse per se in genere relationis, quia est contra Arist. in 5. phy sic. tū quia si in forma relationis esset susc ipere magis & minus, relatiuum dictum secundum magis per se referretur ad duo. s. ad aliquid dictum secūdum minus, secundum eandem formam, & præter hoc ad illud ad qđ tale relatiuum absolutè dicitur verbi gratia, similius diceretur per se ad minus simile, & præter hoc ad illud ad quod suū positiuum refertur, s. simile, sed consequens, videtur inconueniens, quia contra Aristot. 5. metaph. qui habet pro inconuenienti, quòd idem bis referatur, ideſt ad duo. Propter hoc videtur dicendum, quòd illę proprietates per accidens insunt relatiuis, nec obstat auctoritas Arist. in contrarium, quia nihil videtur secundum propriam opinionem determinare de relatiuis ante illam partem, ubi incipit improbare primam notificationem relatiuorum, sed ad minus nullum relatiuum dicitur propriè contrarium ei cuius est relatiuum, licet accidat aliquid idem vni esse relatiuum, & alij contrarium, vt scientia contrariatur ignorantiæ, & ad illud non refertur, sed ad scibile.

Cap. 4.

Cont. 10

Cont. 20

¶ *Videtur autem ad aliquid simul esse natura &c. Cap. eo.*

QVÆSTIO. XXVII.

Cap. de specie.

Cap. de differentia.

DE quarta proprietate quęritur, vtrum relatiua sint simul natura. Quod non videtur quia secundum Porphyr. genus refertur ad speciem, & è cõuerso, sed hæc non sunt simul natura, quia illud est prius naturaliter, à quo non conuertitur subsistendi consequentia: huiusmodi est genus, quia a specie ad genus tenet consequentia, & non econuerso igitur &c. ¶ Consimiliter potest argui ferè in omnibus intentionibus relatiui adinuicem, vt de prima substantia & secunda de vniuersali & particulari. ¶ Item secundum Porphyr. Sor. senex

differt

differt à se puero, sed differentia est quædam relatio. igitur Sor. senex & Sor. puer referuntur ad inuicem, sed hæc non sunt simul natura. Ita potest argui de omnibus quæ non sunt eadem, sed ordinata ad inuicem, quo ad istas relationes, differentia, & diuersitas. ¶ Item scibile & scientia referuntur ad 3
inuicem, & non sunt simul natura, quia destructo scibili, destruitur scientia, & non econuerso. Similiter de sensu & sensibili, vt arguit Arist. quia destructo sensibili destruitur corpus animalis, licèt non corpus, vt genus in genere substantiæ, vel *hic in lit-*
vt in genere quantitatis, quia destructo corpore animali de- *tera.*
struitur sensus, quia sensus est in corpore. vt in subiecto, & si sit in anima, vt in principio vel causa: igitur à primo ad vltimum destructo sensibili destruitur sensus, sed non econuerso quia sensus destruitur, destructo animali, sed destructo anima li non oportet sensibile destrui, possunt, enim illa manere adhuc, ex quibus est animal, quia sunt naturaliter priora anima li. Isto modo contingit arguere de omnibus relatiuis secundum tertium modum, qui ponitur in quinto metaph. scilicet *Contex.*
quæ referuntur vt mensura & mensurabile, & econuerso. 20
¶ Item pater dicitur relatiuè ad filium, & pater pôt manere 4
destructo filio, igitur non sunt simul natura, probatio minoris, tum quia destructo isto filio potest alius filius manere, ad quem potest pater dici, tum quia destructo filio. possibile est nullam mutationem fieri circa idem subiectum paternitatis, sed impossibile videtur formam talem prius existentem in subiecto postea non esse in subiecto, nisi subiectum mutetur: ergo impossibile est paternitatem prius existentem in isto, postea non esse in isto propter istam solam destructionem filii, igitur destructo filio manebit iste pater, sicut prius. Tum quia pater dicitur eo, quòd genuit, impossibile autem est eum qui genuit non genuisse, quia omnis propositio vera de præterito est necessaria: igitur impossibile est eum qui aliquando est pater, postea non esse patrem: necessario igitur pater manet etiam destructo filio. ¶ Item prius inquantum prius refertur 5
ad posterius inquantum posterius, & causa inquantum causa refertur ad causatum, sed prius inquantum prius non est simul natura cum posteriori: neque causa cum causato: igitur neque omnia relatiua sunt simul natura. ¶ Item relatiua secũdum genus sunt per se relatiua, quia in eorum per se intellectu sunt eorum genera, secundum quæ referuntur, & non ha-

bent alia correlatiua, quam correlatiua secundū correlatiuū generis, sed correlatiuum generis est simul natura cum genere, quod est prius naturaliter specie igitur, & illud correlatiuū est prius naturaliter specie: igitur &c. ¶ Ad oppositum est Arist. ¶ Item omnia relatiua dicuntur ad conuertentiam per ipsum in tertia proprietate. i. secundum mutuam dependētiam, igitur neutrum est prius altero quia qua ratione hoc esset prius illo, eadem ratione, & econuerso illud prius illo, cum mutuo dependeant. & ita idem respectu ejusdem esset prius, & posterius, quod est inconueniens.

Ad quæstionem dicēdum, ꝙ illa relatiua, quæ mutuo per se referuntur, ita ꝙ vnius esse sit ad aliud se habere & econuerso, sunt simul natura, propter rationem Ari. quia posito vno, ponitur reliquum, & econuerso, & destructo vno, destruitur reliquum & econuerso, si tamen sint relatiua per accidēs, vel non per se relatiua mutuo, non oportet, ꝙ sint simul natura, per accidens relatiua sunt quæ non secundum suas formas dicuntur ad inuicem & non mutuo dependent, quorum vnum secundum suam propriam formam dependet ad aliud, & reliquum econuerso secundum suam formam nō dependet ad ipsum, cuiusmodi sunt quæ referuntur, vt mensura & mensurabile ad inuicem, scientia. n. per se dr ad scibile, sed scibile nō ad scientiam, nisi quia scientia ad ipsum secūdum Ari. 5. met. c. de ad aliquid. ¶ Ad rationes, ad primam dicendum, ꝙ intentiones generis & speciei referuntur ad inuicem, & sunt simul natura, sed quod subest intentioni generis non inquantum ei attribuitur illa intentio, sed inquātum existit, prius est eo cui attribuitur intentio speciei, & inter illa, quæ subsunt est consequentia non mutua, sed inter intentiones est consequentia mutua, de illis. n. sequitur si genus est, species est, & econuerso. Subiecta autem harum intentionum sunt relatiua per accidens: huiusmodi relatiua non oportet simul esse natura. ¶ Ad secundam. Sortes puer & Sor. senex sunt relatiua per accidens: quia in relatiuis æquiparātiæ vtrunq; per se extremū est aliquid nominatum eodem nomine: vnde hæc per se extrema sunt differens & differens, & illa sunt simul natura, cū enim sor. est puer, est differēs a sor. sene, & cum sor. est senex, est differens a sor. puero: quia vtranque est simul differens ab alio: licēt non vtrumque sit simul. ¶ Ad tertiam, illa ratio verum concludit de relatiuis, quæ non dependent ad se mutuo.

Contex.

¶ Ad

¶ Ad quartam dico, ꝙ licet sola substantia patris possit manere destructo filio: tamen pater non pōt manere. Cum probatur oppositum ad primam probationem dico, ꝙ pater non refertur ad hūc filium nisi per accidens: ad filium autem per se: & ideo destructo hoc filio, dummodo maneat alius filius, pōt & pater manere: quia non oportet relatiuum esse simul natura cum suo correlatiuo per accidens. ¶ Ad aliam probationem dico, quod possibile est formam realem inesse subiecto, vel non inesse sine mutatione subiecti in se, ꝙa quod inest subiecto tantum in comparatione ad aliud, pōt illi non inesse tantum altero transmutato. ¶ Ad tertiam probationem: si cōcedatur aliqñ patrem non posse nō esse patrem, concedendū est aliquando filium non posse nō esse filium: quia sicut de eo, qui genuit, semper est verum dicere, ꝙ genuit: ita de eo ꝙ genitus est semper verum est dicere, ꝙ genitus est: licet non semper exiltat: & per consequens semper manet filius, sicut & pater. ¶ Sed si dicatur, patre existente & nullo existente ꝙ est filius, verum est dicere, ꝙ pater est, & filius non est: quia esse qñ prædicat secūdum adiacens, prædicat esse existere, ſm Boetium: igitur non sunt simul natura. Dici pōt, quod relatiua sunt simul natura secōdum illud esse, ꝙ est eis proprium, inquantum sunt relatiua: sed illud non est esse existere, quia hoc accidit eis inquantum referuntur: & ió vnum relatiuum potest sic esse non existente alio: vnde hæc consequentia non tener, pater est: hoc est, existit: igitur filius est. Lexistit: licet teneat sumendo esse, vt est proprium patris, inquantum refertur, & consimile esse filij, & ita intelligenda est consequētia Ari. qua probat relatiua simul esse natura. ¶ Ad quintam dico, quod istę intētiones prius & posterius, causa & effectus, referuntur ad inuicem, & sunt simul natura, sed non res quæ subsunt. Contra hoc, quod est simul cum posteriore, inquantum posterius, est posterius, si igitur prius inquantum prius refertur ad posterius inquantum posterius, & ita esset simul cum posteriori, prius inquātum prius esset posterius, sed hoc est inconueniens loquendo de intentionib. quia prædicatur oppositum de oppositio. Ad hoc potest dici, quod maior propositio est vera sumendo simul eodem modo, quo sumuntur prius & posterius, sic nō est in proposito, quia prius & posterius sumuntur pro ipsis intentionib. & simul sumitur pro simultate natura. Vel aliter, quod prius & posterius sumuntur

secundum rem, simul autem secundum rationem. Sed tunc vr̃ sequi, quod relatio prioris & posterioris sit tantum secundum rationem, si extrema sint tantum secundum rationem. ¶ Ad sextam dicendum, quod illa ratio concludit verum de correlatiuis generum, ad quę dicũtur aliqua alia relatiuè secundum genus, inter illa enim non est dependentia mutua per se.

¶ Ex his ergo manifestum est, quod si quis aliquid eorum, quæ sunt ad aliquid, diffinitè sciet, & illud ad quod dicitur diffinitè sciturus est: quoniam eorum esse, quæ sunt ad aliquid &c. Cap. eo.

QVÆSTIO XXVIII.

QVæritur, vtrum in diffinitione vnius relatiui necessariũ sit ponere suum correlatiuũ. Quod non vr̃, quia omne ponendũ in diffinitione est prius & notius, & genus vel differẽtia respectu diffiniti, sed respectu relatiui diffiniti nullo istorum modorum se hẽt suum correlatiuum, ergo &c. minor patet, quo ad duo prima membra per argumentum ad oppositum ad præcedentem quæstionem. ¶ Item, omnis diffinitio indicat essentiam diffiniti, sed vnum relatiuum nõ est de essentia alterius, quia relatiui esse est ad aliud se habere, aliud autem dicit diuersitatem essentialem, igitur &c. ¶ Item in diffinitione vnius oppositi non debet poni alterum: relatiua sunt opposita, ergo &c. probatio maioris: tum quia ad omnia opposita sequuntur contradictoria, & in diffinitione vnius contradictorij non debet poni alterũ, ergo nec in alijs oppositis: consequentia patet: qa ad cuius diffinitionem non pertinet consequens, nec antecedens, tum quia quælibet pars diffinitionis potest prædicari de eo de quo & diffinitum prædicatur per Arist. in consideratione tertia secundi libri top. ergo si in diffinitione vnius oppositi poneretur alterum, duo opposita prædicarẽtur de eodem, quod est inconueniens, minor patet in illo capitulo. Quotiens autem solet opponi, vbi Arist. enumerat vnam speciem oppositionis relatiuam oppositionem, & exemplificat, vt duplum dimidium, dans intelligi, quod hoc sequitur in omnibus relatiuis. Si dicat maiorẽ esse verã tm̃ in alijs oppositis a relatiuis. Contra, cõtraria & contradictoria sunt relatiuè opposita: quia contrariũ dicitur contrario contrariũ: igit̃ si vnũ contrariũ nõ diffiniat per alterũ,

2 3

Cont. 2. & 3.

In post prædica.

non

non oẽ relatiuum diffinietur per suum correlatiuum. ¶ Item omnis differẽtia secundum speciem est contrarietas ẽm Ari. in 10. metap. sed relatiuè opposita differunt specie, igitur sunt contraria; si vna sit vera de contrarijs, & de relatiuè oppositis erit vera. ¶ Item idem significat nomen & diffinitio, per Ari. in 4. met. sed nomen relatiui non significat suum correlatiuum, quia tunc esset nugatio exprimendo vnum cum alio, igitur nec in diffinitione debet poni reliquum. ¶ Item aliqua est bona diffinitio relatiui, vbi non ponitur suum correlatiuũ vt hæc, species est, quæ prædicatur de plurib. differẽtibus numero &c. vbi non ponit genus, ad quod dr̃ species relatiuè: igitur non semper oportet relatiuum diffiniri per suum correlatiuum. ¶ Item oẽs rationes factæ ad præcedentem quæstionem, quæ probant vnum relatiuum posse esse sine altero, probant vnum non esse diffiniendum per alterum; nihil.n. diffinitur per illud, sine quo potest esse. ¶ Ad oppositum Porph. in c. de specie dicit, quod genus dr̃ ad spẽm & econuerso: ideo necesse est in vtrorũq; rõnib. vtrisq. vti. ¶ Item Aristo. hic dicit, quod impossibile est vnum relatiuum diffinitè cognosci, nisi cognoscatur alterum; sed quodlibet incomplexum diffinitè cognoscitur; cum cognoscatur per suam diffinitionem, igitur impossibile est vnum relatiuum cognosci per suam diffinitionem, nisi cognito altero igitur vnum necessario est ponendum in diffinitione alterius.

4

Cõt. 13. & 23.

5

Tex. 18.

Hoc potest cõcedi, quia esse essentiale relatiui est ad aliud se habere, diffinitio autem indicat esse essentiale diffiniti, igitur diffinitio relatiui debet indicare suum esse, se habere ad aliud, quod nõ potest, nisi in ea ponatur correlatiuum ipsius diffiniti, igitur &c. Istud autem verum est, non tantum de relatiuis mutuo dependentibus, sed de quibuscunque, quæ essentialiter dependent ad alia, quod illa alia ponenda sunt in eorum diffinitione, sed non mutuo se diffiniunt, nisi quæ mutuo adinuicem per se dependent, quod non est verum de relatiuis per accidens, neque de relatiuis tertio modo relatis, vt mensura & mensurabile, neque de relatiuis secundum genus. ¶ Ad primam rationem maior est vera de diffinitione, quæ datur tantummodo per essentialia, cuiusmodi est diffinitio substantiæ, vel ad minus absoluti, non respectiui, quia enim respectiua essentialiter mutuo dependent, ideo mutuo se diffiniunt, licet neutrum sit prius altero. ¶ Ad secundam,

maior est vera tantum de diffinitione quæ datur sine additamento, cuiusmodi non est diffinitio relatiui, neque alicuius accidentis, tamen in diffinitionibus aliquorum accidentium tantum additur subiectum, præter essentiam diffiniti, in diffinitionibus relatiuorum est subiectum & correlatiuum, & hoc quia relatiuum ad plura dependet, quam aliud accidens quod dicitur absolutè. ¶ Ad tertiam potest negari maior de relatiuis & contrarijs transumptiuè dictis & priuatiuè oppositis, quia in his omnibus possibile est vnum oppositum diffiniri per alterum. ¶ Ad primam probationem maioris forma argumenti non valet, patet in alijs, ad substantiam sequitur non qualitas, & ad diffinitionem hominis non pertinet non qualitas, ergo non substantia: non valet, neque illa regula sumpta. s. ad cuius diffinitionem non pertinet consequens nec antecedens vera est, nisi de consequentia superioris & inferioris in eodem genere, qualis consequentia non est inter contradictoriè opposita, & relatiua, quia negatio ex parte contradictoriorum non est superius in genere ad alterum relatiuum, sicut non pater, nō est superius ad filium. ¶ Ad aliam probationem potest dici, quod omnis pars diffinitionis eo modo, quo ponitur in diffinitione potest prædicari de diffinito, & ita vnum relatiuè oppositum non ponitur in diffinitione sui correlatiui in recto, secundum quod ei opponitur, sed in obliquo, vt huius vel huic, & sic de eo prædicatur, licet enim pater non sit filius, est tamen filij. Potest etiam negari minor, quia non omnia relatiua sunt relatiuè opposita, sed tantum modo si ambo opposito modo sumantur respectu eiusdem. ¶ Ad quartam, maior est vera de diffinitione substantiæ, quæ datur tantum per essentialia. Contra saltem si relatiuum diffiniatur per correlatiuum, oportet correlatiuum saltem esse de intellectu relatiui, quia nihil diffinitur per aliquod, sine quo potest completè intelligi, sed consequens est falsum, quia pari ratione daretur suum correlatiuum intelligi, quando exprimeretur cum eo, & tunc esset nugatio, quia idem bis diceretur. Dicitur, quod relatiuum quando exprimitur cum suo correlatiuo non amplius intelligitur per ipsum, licet detur intelligi quando non exprimitur, quod videtur Arist. innuere, vbi dicit, quod in relatiuis non est dādum, idem significari, idest dari intelligi per ipsa relatiua relata separata, & per ipsa vnita cum suis correlatiuis, & per hoc do-

cet

cet vitare negationem in alijs. ¶ Contra, quæro de nomine impositio vni relatiuo, si dat intelligi aliud correlatiuum, aut hoc est ex impositione, aut a natura, siue sic, siue sic, sequitur, quod non sit variatio circa ipsum sumptum absolute & iunctum alij correlatiuo quoad alterum illorum, nec etiam erit variatio ad ipsum intellectum, quin æqualiter semper detur correlatiuum intelligi. ¶ Item correlatiuum non datur intelligi per hanc vocem sui correlatiui, nisi per hoc, quod relatiuū significatur per eam, sed circa hanc causam non est variatio, quin hoc relatiuum vniformiter significetur, siue exprimatur aliud cum eo, siue non ergo nec erit variatio, quo ad hoc, quòd aliud relatiuum detur intelligi. ¶ Ad primum illorum dicitur, quod vox imposita ad significādum vnum relatiuum, nullo modo est signum alterius neque a natura, neque ad placitum, sed quia relatiuum, quod per ipsam significatur, non potest intelligi sine suo correlatiuo, ideo oportet intellectum illo correlatiuo, per hanc vocem correlatiuum eiusdem intelligi, quod fit, quādo aliud correlatiuum per aliam vocem exprimitur, & etiam quando non exprimitur, sed non quia hæc vox aliquo modo sit signum illius: vnde concedo ex parte vocis significantis nullam accidere variationem expresso correlatiuo, vel non, neque ex parte eius, quod significatur per vocem, quoniam semper ad eius intellectū oportet correlatiuum intelligi: sed sola variatio est ex hoc, quòd correlatiuum expressum vel non expressum per propriam vocem, datur intelligi per hoc relatiuum, & illa diuersitas est valde accidentalis relatiuis. ¶ Ad secundum patet, quia per hanc vocem impositam relatiuo nullo modo datur intelligi correlatiuū, sed per ipsum cui hæc vox imponitur. intelligitur aliud correlatiuum, quandoque expressum per ipsam vocem, quādoque non expressum. ¶ Contra hoc, quicquid est signum signi, est signum signati, sed hæc vox imposita huic relatiuo est signum huius relatiui, & hoc relatiuum est signum correlatiui, igitur hæc vox imposita huic relatiuo est signum sui correlatiui, licet non immediatum. ¶ Ad hoc dicitur quod maior est vera, quicquid est signum signi, est signū signati, ita q̄ signū intermediū non varietur in cōparatione ad primum signum & vltimum signatum, quod non accidit in proposito, quia extraneum est relatiuo inquētum dant intelligere suum correlatiuum significari per hanc vocem & econoerso. ¶ Ad

quin-

quintum dicitur, quod eiusdem possunt esse multa per se relatiua, & secundum hoc potest esse alia diffinitio conueniés, vbi ponitur vnum correlatiuũ, quamuis nõ ponatur reliquũ.

QVÆSTIO XXIX.

Cõt. 20. QVæritur propter hoc, vtrum idem possit per se referri ad diuersa quòd non videtur, quia Ari. 5. meta. c. de relatione, habet pro inconuenienti, quod idem bis dicatur. i. referatur ad duo correlatiua. ¶Item si aliquid relatiuum sit a. posset referri ad duo per se. s. vt ad b. & c. sequitur quod idem possit simul esse, & non esse: consequens falsum: igitur antecedens, probatio consequentiæ, quia illa duo correlatiua eius: vt b. & c. nõ referuntur sibi inuicẽ, igitur vnum põt esse sine altero, vt b. poterit esse c. non existẽte, sed b. existente est a. c. nõ existẽte non est a. ergo idem, vt a. poterit simul esse, & non esse. Itẽ relatiui esse est ad aliud se habere sed ad duo non est eadem habitudo, ergo esse vnum vnius relatiui non est se habere ad duo, ergo nullum vnum relatiuum essentialiter per se refertur ad duo ¶Item si sic eiusdem relatiui possent esse duæ diffinitiones: & ita idem relatiuum simul posset esse cognitum & incognitum, quod videtur inconueniens, cùm vnius incomplexi sit tantum vna cognitio ¶Ad oppositum, c. 1. & 9. omnis species relatiui dicitur ad illud, ad quod suum genus, per Aristotẽ. 4. topico. & præter hoc potest habere suum correlatiuum aliud a correlatiuo sui generis, igitur refertur ad duo per se, ad correlatiuũ enim generis refertur p se, cuia ad quo dcunq. essentialiter dependet genus & species. ¶Itẽ spẽs refertur ad genus: & ad individua, igitur ad duo, aliter non assignaret Porphyrius tres vel duas eius diffinitiones, igitur c. de specie. &c. ¶Item similius per se refertur ad minus simile, præter hoc refertur ad illud, ad quòd simile absolutè refertur, igitur ad duo, ita contingit arguere de omni relatiuo dicto secundũ magis & minus, quod magis refertur ad minus, & econuerso, & præter hoc ad illud, ad qđ relatiuũ simpliciter refertur.

Ad istud dici potest, quòd idem primo non refertur ad duo, id est secundũ propriam suam rationem, quia tunc nõ esset vnum essentialiter, sicut probat vna ratio in contrariũ, per se tamen põt aliquod referri ad duo non omnino diuersa, sed quorum vnum includit alterum aliquo modo, sicut p bãt rationes ad oppositum, quia aliquid secundum propriam for-

formam potest dici ad vnum, & secũdum formam sui generis ad aliud ad quod non dicitur primo, quia non ẽm eius ꝓpriam rationem, secundũ quam distinguitur ab alijs speciebus, licet per se, quia secundum genus quod est de eius per se intellectu. ¶ Ad argumenta patet ferè. ¶ Ad primum Aris. habet pro inconuenienti, quod aliquid primo referatur ad duo, sicut ad intelligentem & intelligibile, secundum, quòd ibi loquitur, vel forte ad duo omnino diuersa, cuiusmodi sũt aliqua duo. ¶ Ad aliud dico quod b. & c. existentib. duobus ad quæ refertur a. per se vel non est possibile vnum illorum esse altero non existente. sicut si vnum includat alterum, vel non sequitur eius esse ad esse vtriusque, sed tantum ad esse sui primi correlatiui, cum esse eius non stat non esse alterius quod est eius per se correlatiuũ, sed non primo. ¶ Ad tertiũ dico, quod ad duo omnino diuersa non est eadem habitudo æque primo, licet posset esse ad duo includentia se ad vnum primo, ad reliquum per se, & si non primo. ¶ Ad quartũ patet, quia non habet duas diffinitiones secundum propriã rationem, sed vnam talem, & aliam secundũ rationẽ sui generis, & forte non sunt simpliciter dicendæ duæ diffinitiones, quia illa, quæ est eius ẽm rationem sui generis est pars diffinitionis, quæ est eius secundũ propriam rationẽ suam. iuxta hoc patet ad quintã rationem præcedentis quæstionis. ¶ Ad primam rationem in oppositum concedendum est speciem relatiui referri ad correlatiuũ sui generis, sed non primo, neque etiam est correlatiuũ generis diuersum simpliciter a primo correlatiuo speciei, sed forte in eo includitur, quia ẽm Ari. 2. top. in relatiuis est cõsequentia in se ipso, ita quòd si ad relatiuum ex vna parte sequatur relatiuum ad correlatiuum primi, sequitur correlatiuum secundi, ex quo videtur sequi, quod correlatiuum primũ gñis sit superius ad correlatiuum speciei, sicut & genus ad speciem, quod manifestè dicitur in 4. topicorum septima consideratione de relatiue oppositis. ¶ Ad aliud dicendũ, quod species primo refertur ad genus, sed per rationem sui generis, quod est vniuersale, refertur ad individia, sicut omne vniuersale dicitur ad illa, de quib. prædicatur, & ita non primo ad vtrumque, & illorum correlationorum alterũ, vt genus includit correlatiuũ primũ alterius, vt vniuersale, & ita non potest esse non existẽte reliquo correlatiuo per se * vniuersaliter autem primũ correlatiuũ ad

tex. 20. & inde.

cap. 4. & inde.

** vel tiã p*

non

non primum, sed per se, vel dependet, vel ipsum includit, vel aliquid includit, quod ad ipsum dependet, vnde nũquam primum potest esse reliquo non existente, licet quandoque sit econuerso, primo autem correlatiuo non existente, reliquo quod per se, sed non primo est eius correlatiuum, existente, non oportet primum esse, quia positio per se correlatiui, & non primi, non includit positionem reliqui. ¶ Ad aliud dico, quod similius refertur primo ad minus simile, & omne magis ad minus secundum illam formam, sed per se, & non primo refertur ad correlatiuum sui positiui, & correlatiuorum eius alterum vt minus simile includit reliquũ, vt simile per Arist. 2. topicorum in fine, quod secundum magis vel minus ineſt, & simpliciter ineſt. ¶ Contra quædam suppoſita in hac Cap. 29. quæstione, videtur enim, quod nihil fiat per se primo relatiuũ ad aliud secundum illud, quod superaddit generi, quia nulla differentia in genere relationis est per se relatio sicut nec in alijs generibus prædicatur genus de aliqua differentia per se, igitur nulla differentia in genere relationis dicitur ad per se relatiuum, quia relatiuum per se nõ dr̃, nisi a relatione per se, igit̃ nec specialia relatiua per dr̃ias proprias, quas superaddũt generi, & ita non primo, sed omnia secũdum genus. ¶ Ad hoc potest dici concedendo, quod nulla differentia per se sit relatio, tamen species constituta per dr̃iam est per se relatio, & ita denominatiuè dictũ a spẽ põt referri ad aliquid proprie relatiuũ primo, licet nullum denominatiue dictũ a dr̃ia sit tale. ¶ Notandum pro quæstione p̃cedenti, quod sicut in diffinitione vnius per se relatiui debet poni alterum, ita in diffinitione relationis a qua dicitur illud relatiuum debet poni alia relatio sibi correspondens, vel relatiuum dictũ ab alia relatione, vt in diffinitione paterniratis debet poni filiatio, vel filius, quia relatio est essentialiter habitũdo ad aliud, & impossibile est concipere habitudinem sine termino, ad quem est, & omne illud oportet poni in diffinitione, sine quo diffinitum non potest concipi: quia diffinitio exprimit completum intellectum diffiniti, ergo in diffinitione relationis oportet terminũ ad quẽ est poni, magis tñ vr̃ relationem, vt filiationẽ ponẽdã esse in diffinitionẽ relationis, vt p̃nitatis, q̃ relatiuũ vt filius, qa filius est simul natura cũ patre, & pater est naturaliter posterius paternitate, sed nullũ posterius vr̃ ponendũ in diffinitione prioris. ¶ Sed ad istud posset dici, q̃d pater nõ est posterius

tus paternitate posterioritate opposita illis simultati, quę est in relatiuis, sicut enim illa relatiua simul sunt, & non sunt, ita pater & paternitas simul sunt licet paternitas sit prius patre, quia simplicius & formale, & quod est posterius aliquo opposito modo isti prioritati nihil prohibet poni in diffinitione prioris, hoc modo, secundum hoc esset dicendū, quod correlatiuum sicut filius, conuenientius ponitur in diffinitione relationis, vt paternitatis, quam relatio vt filiatio, quia correlatiuum immediate significat terminum habitudinis. ¶ Contra istud essentia relationis est absoluta in suo genere. Tum quia quodlibet vñ esse absolutum in suo genere, quia quodlibet in suo genere habet modum quid, & modus quid est modus absoluti. Tum quia omne ens aut est absolutum aut comparatum, illæ enim videntur esse differentiæ immediatè diuidentes ens, secundum quod descendit in prædicamenta x. sed relatio non est comparata, quia non refertur, igit̄ est absoluta, igit̄ ad nihil aliud in suo gñe dependet. ¶ Confirr arguiē de relatiuis, qa essentia relatiui est a relatione formaliter, & ita si relatio sit absoluta, & essētia relatiui esset absoluta ergo nō depēdet ad aliqd in suo gñe, igit̄ nō dēt diffiniri per aliud. ¶ Item si relatio dependet ad aliud, vt ad relatiuū, illud aliud erit terminus dependentiæ istius, sed terminus est posterius eo cuius est, sed hoc est falsum, quia relatiua sunt simul natura, & etiam relationes a quibus relatiuè dicuntur. ¶ Ad primum istorum potest dici, qꝑ relatiuum est absolutum in suo genere, hoc est in comparatione ad suum genus, quia suū genus dicit de eo absolutè, sed non oportet, quod sit ita absolutum in suo genere, quod ad nihil aliud in genere dependeat. ¶ Contra ostenditur eam relationem esse absolutam, ad primā probationem dicendum, qꝑ quodlibet habet modum quid in suo genere. hoc est genus eius prædicatur de eo in quid, & ita absolutè, sed ex hoc non sequitur ipsum esse oīno absolutum. ¶ Ad aliam probationem dico, quod absolutum & comparatum, vt diuidunt ens, sunt id quod ens in subiecto, & ens non in subiecto, & sic cōcedo relationem esse comparatum, quia est ens in subiecto, non tamen comparatum vt relatiuum dē comparatum ad terminum, sed est comparatum ad terminū, cum hoc tamen stat, quod in diffinitione eius oporteat terminum poni, quia comparatio ad terminum non potest cōcipi sine termino.

¶ De

¶ De relatiuo autem manifestum est, quod eius essentia non est absoluta, nisi respectu sui generis, quia eius genus prædicatur de eo absolutè & in quid, simpliciter autem essentia eius est ad aliud se habere, nec sequitur eius essentiam esse absolutam, etiam si relatio esset absoluta. quia quod inest principio formali, non oportet inesse composito, cuius illud est terminus. sicut si forma sit simplex, non sequitur essentiam compositi, quæ est per formam, esse simplicem. Vel aliter concesso, quod relatio sit absoluta, vt probatur superius dupliciter, & quod non dependeat ad aliud in genere relationis, non sequitur ipsum non esse diffiniendum per aliud in suo genere, quia est comparatio, & dependentia ad aliud, quorum neutrum diffinitur sine * termino. ¶ Ad aliud dico, quod non omnis terminus dependentiæ est posterius eo cuius est, præcipuè quando est mutua dependentia, sicut est relatiuis per se.

*Tertio.

¶ Notandũ, quod solutio illius quæstionis vera est de relatiuis æquiparantiæ, quando diffiniuntur in singulari, quia eorum esse est ad aliud se habere, diffinitio enim debet indicare esse diffiniti, sed quando diffiniuntur in plurali, non oportet in eorum diffinitionibus, eorum correlatiua poni, tunc enim tam subiectum relationis, quam eius correlatiuum exprimitur per idem nomen sumptum in plurali. Si arguatur contra hoc, igitur aliquid diffinitur per idem sibi specie, non videtur inconueniens hoc concedere, vt per additamentum, quando est relatio secundum eandem forma specie, sicut nec est incõueniens de alijs relatiuis concedere aliquid diffiniri per aliud specie, quod tamen non est prius diffinito.

Vel diceret aliquis, quod simile differt a simili, cui refertur specie, quia opponitur sibi, & omnis oppositio sibi, est secundum formam, licet similitudo in hoc, & in illo sit eadem specie. Sed hoc non videtur, quod forma existente eadem specie, sint aliqua diuersa secundum illam formam.

¶ *Qualitatem autem dico, secundum quam quales &c. Cap. de qualitate.*

QVÆSTIO. XXX.

QVæritur primo, vtrum species qualitatis conuenienter assignentur? Quod non videtur, nullum multiplex habet species, sed qualitas est multiplex, per Arist. in litera, qualitas

litas est eorum quæ multipliciter dicuntur, maior patet, quia genus prædicatur vniuoce per Arist. in diffinitione vniuocorum. ¶ Item cuiuslibet vnius generis sunt tantum duæ species primæ, qualitas est vnum genus, igitur nō habet quatuor primas species, nec videntur illæ species subalternæ, quia nul la subaltera continetur, maior probatur sic, omnis diuisio generis est per differentias contrarias per Arist. in 10. metaph. & Boetium in libro diuisionem, sed tantum vnum vni est cō trarium, vt probat Arist. in eodem 10. igitur tantum sunt duę primæ differentiæ diuersæ cuiuslibet generis, igitur tantum duæ species constitutæ per illas. ¶ Item impossibile est duas species eiusdem generis prædicari de eodem, sed habitus & dispositio, quæ assignātur pro prima specie, & passio & passibilis qualitas, quæ assignantur pro tertia, prædicantur de eadem qualitate, vt de calore & frigore & consimilibus, quæ Arist. enumerat in prima specie, & tertia, igitur prima species, & tertia non sunt duæ, probatio maioris, omnis differentia secundum speciem est contrarietas, per Arist. in 10. metaphysi. & contraria nullo modo prædicantur de eodem, minor etiā probatur ratione, quia eadem qualitas secundum essentiam potest inferre passionem sensui, & ita esse passibilis qualitas, & esse faciliter, & difficulter mobilis à subiecto, & ita esse habitus vel dispositio. ¶ Ad oppositum est Arist. vt manifeste patet in litera.

2 *Contex.* 13 & 34. *Contex.* 14 & 17. & *inde.* 3 *Contex.* 13 & 24.

¶ *Est autem qualitas eorum quę multipliciter dicuntur: & vna quidem species qualitatis est habitus & dispositio. Cap. 20.*

QVÆSTIO XXXI.

IVxta hoc quæritur, an prima species qualitatis sit habitus, & dispositio? Quod non videtur, quia aut hæc sunt duo, aut non, & si sic, igitur non sunt tantum quatuor species. Etiā non omnis habitus esset dispositio, quod est contra Arist. hic & in quinto metaphysic. si non igitur inconuenienter ponit copulatio inter illa, quia copulatio vult esse inter diuersa. *Contex.* Etiam inconuenienter poneretur eorum differentia per faciliter mobile, & difficulter mobile, quam ponit Arist. quia illa cum sint oppositā, nō sunt eadem. ¶ Item habitus est vnum genus generalissimum, igitur non species qualitatis. ¶ Item quæ ponuntur in hac specie, vt scientia virtus, & huiusmodi 25 4 *hic in litera.* 3

sunt

sunt relatiua, per Arist. sup. in cap. de relatione & in 4. topic. in multis considerationibus, de relatiuis oppositis, & illa sint ad aliquid, igitur genus eorum quod est habitus est ad aliquid, consequentia patet per Aristo. 4. topi. prima consideratione de relatiuis oppositis, igitur non est species qualitatis. ¶ Item, quinto meta. dicit Aristot. quod dispositio est ordinatio partium in habente partes, sed ordo partium non est species qualitatis, igitur nec dispositio est species eius. ¶ Ad oppositum est Aristo.

Cont. 9 & inde. 3

Cõt. 25.

¶ Aliud verò genus qualitatis est, secundum quod pugilatores vel cursores dicuntur: vel salubres vel insalubres. Et simpliciter quæcunque secundum naturalem potentiam, vel impotentiam dicuntur. Cap eod.

QVÆSTIO XXXII.

IVxta hoc quæritur, an secunda species qualitatis sit naturalis potentia, vel impotentia? Quod non videtur, quia potentia per se refertur ad actum, quælibet species qualitatis est aliqua forma absoluta, & patet ad minus de hac specie, quia duricies & mollities quæ hic enumerantur, sunt formæ absolutæ. ¶ Item per Arist. 4. top. prima consideratione de priuatiuè oppositis, priuatio autem aut nõ est in eodem genere, aut non est in eodem genere proximo cum habitu, sed impotentia est priuatio potentiæ, ergo non est in eodem genere cum potentia. ¶ Item potentia est transcendens, quia est prima differentia entis, igitur non est species qualitatis. ¶ Item potentia & impotentia non sunt subalterna, manifestum est, quia neutrum de neutro prædicatur, igitur sũt duæ primę species, & ita non ambo in secunda specie. ¶ Ad oppositum est Arist.

2 Cap. 7. 3 4

¶ Tertia vero species qualitatis est passibilis qualitas: & passiones &c. Cap. eod.

QVÆSTIO XXXIII.

IVxta hoc quæritur, an tertia species qualitatis sit passibilis qualitas? Quod non videtur, quia passio est vnum generalissimum. ¶ Itẽ aut hæc sunt duo passio & passibilis qualitas, aut non, si sic, igitur non sunt vnica species qualitatis, vt tertia, si non, sequuntur inconuenientia. primum quod Ari. male

2

le assignat eorum differentiam dicēs: illas esse passiones quæ cito transeunt: & permanentes esse passibiles qualitates. Secundo sequitur, quod malè copulantur admixtum ostenditur etiam, quod sint idem, quia omnis passio est qualitas, quia secundum eam quales dicimur per qualitatis notificationem, & infert passionem sensui: igitur omnis passio est passibilis qualitas, & econuerso, probatio, quia quinto metaphysic dicit Aristotel. quod passio dicitur qualitas, secundum quam aliquis dicitur alterari: sed, omnis passibilis qualitas est talis, quia secundum eam est alteratio per se, igitur omnis passibilis qualitas est passio, & econuerso. ¶Item probatur, quod nulla sit qualitas passibilis, eo modo, quo Aristo. intelligit. dicit enim, qualitatem non esse passibilem, quia subiectum aliquod ab ea patiatur: sed quia facit passionem in sensu. Probo, quod vtrumque est falsum, primum: quia secundum qualitates tertiæ speciei est per se alteratio secundum Arist. septimo physicorum igitur ad hoc, quod subiectum recipiat talem qualitatem, oportet ipsum alterari: & ita pati ab agente habente eandem qualitatem specie: igitur talis qualitas infert passionem subiecto recipienti ipsum. Quod secundum sit falsum, probatio. Tum quia omnis passio est motus: & omnis motus est in tempore: Tū quia omnia passio est cum abiectione contrarij: quia & omnis motus per Arist. in quinto physico. sed in mutatione sensus a sensibili non est abiectio contrarij: quia sensus est summe dispositus ad recipiendum species sensibiles. Vtrumque assumptum patet per locum a maiori: quia medium immutatur in instanti, & sine abiectione contrarij: quod tamen minus videtur dispositum ad speciem sensibilis, quam sensus. ¶Ad oppositum est Arist.

Hic in li tera.

Cōt. 26.

3

Cōt. 20. & circiter.

Cont. 9. & inde.

¶*Quartum uero genus qualitatis est forma: & circa aliquid constans figura &c. Cap. eod.*

QVÆSTIO XXXIIII.

QVæritur iuxta hoc de quarta specie, vtrum forma & circa aliquid constans figura sit quarta species qualitatis?

Quod non videtur: quia forma secundum quod patet per diffinitionē eius quæ assignatur in principio 1 x principiorum, communis est omni accidenti: igitur non est spe-

eies qualitatis. ¶Item forma non est secundum se ens: sed principium eius, ens autem secundum se diuiditur in 10. genera,
Cat. 14. per Aristote. in 5. metaphysi. ergo forma in nullo genere est vt species. ¶Item figura est quantitas: quia est superficies: igitur non est species qualitatis. ¶Item aut hæc sunt idem, aut non: si non, male ponuntur vna species qualitatis cum sint duæ: & si sic malè copulantur adinuicem. ¶Ad oppositum est Aristot.

QVÆSTIO XXXV.

IVxta hoc quæritur, an istæ quatuor species conuenienter ordinentur? Quod non videtur: quia inter omnia accidentia quantitas primo inhæret subiectiæ: igitur illæ qualitates, quæ immediatius consequuntur quantitatem, sunt priores naturaliter: cuiusmodi sunt qualitates quartæ speciei: igitur
2 illæ debent esse primæ naturaliter. ¶Item secundum Arist. ter
idē tex. tio topi. prius est illud, quod est a natura, eo qđ nō est a natu
2. cōtex. ra, sed qualitates secundæ speciei sūt a natura: qualitates alia-
18. rum specierum non, igitur secunda species debet esse prima.
3 ¶Item qualitates elementorum dicuntur primæ qualitates: quia eas consequuntur omnes aliæ qualitates sunt tertiæ spe
4 cies deberet esse prima. ¶Item habitus & dispositio præsupponūt omnes alias qualitates: vt patet inductiue, prius enim naturaliter est homo figuratus habens qualitates sensibiles &
5 potentiam naturalem vel impotentiam, quam sciens vel virtuosus: igitur prima species deberet esse vltima. ¶Item potētia naturalis est principium operandi immediatè consequēs formam substantialem: habitus autem mediate: sed quòd propinquius est priori est prius secūdum Arist. 3. top. igitur potentia prior habitu: hoc etiam patet: quia potentia naturalis est immediatum subiectum habitus vel dispositionis: vt potentia intellectiua scientiæ subiectum prius naturaliter est accidente, cuius est subiectum. ¶Ad oppositum est Arist.

QVÆSTIO XXXVI.

QVeritur. Iuxta hoc an species qualitatis sufficienter enumerentur? Quod non videtur, quia potentia animæ videtur esse qualitas, quia secundum eam anima dicitur qualis, sed illa in nulla specie alia potest esse, quàm in secunda, & non est in ipsa. Tum quia secundum qualitates in

secun-

secunda specie dicitur aliquid posse faciliter agere, vel difficiliter pati, sed potentia animæ non est ad agere faciliter, vel difficiliter pati, sed ad agere absolute. Tum quia impossibile est aliquam speciem alicuius generis esse subiectum alterius speciei illius generis, sed potentia est subiectum habitus, qui est in prima specie, igitur &c. maior probatur. Tum quia dicit Arist. 4. top. quarta consideratione post consideratione m de oppositis, quod in eodem subiecto nata sunt fieri genus & species, sed genus non est natum esse in aliqua eius specie, vt in subiecto per ipsum in xi. cõsideratione sequenti, sed natum est tm̃ dici de spẽ, igitur nec aliqua species generis nata est fieri in alia eiusdem generis, vt in subiecto. Tũ quia dicit Arist. 13. consideratione. 4. topi. quod si aliquod superius prædicatur de subiecto in quid, & inferius prædicatur de illo subiecto prædicabitur de eo vt genus, igitur cũ generalissimũ prædicetur de qualibet sua specie in quid, si aliqua species eius dicatur de hac specie, dicetur de ea, vt genus, igitur nulla alia est in hac, vt in subiecto. ¶ Item ira & dementia & huiusmodi sunt qualitates, quia secundum eas aliquis dr̃ qualis, & in nulla alia specie sunt nisi in tertia, sed ibi non sunt, quia secundum qualitates tertiæ speciei potest fieri alteratio, sed secundum istas non, quia istæ sunt in anima, per Arist. in litera, sed anima non alteratur, quia non est quanta, & omnis motus secũdum qualitatẽ præsupponit quantitatem. ¶ Itẽ pulchritudo & decor videntur qualitates per rationem qualitatis, & in nulla istarum specierum, igitur sunt plures, probatio minoris, quia magis viderentur esse in quarta specie, & ibi non sunt, quia suscipiunt magis & minus, quod negat Aristot. de qualitatibus quartæ speciei. ¶ Ad oppositum est Arist.

Tex. 10. *& inde.*

Tex. 12. *& inde.*

2

3

Ad primam quæstionem potest dici, quòd Aristot. non assignat species qualitatis propter tertiam rationem ad primã quæstionem, quæ confirmatur sic, quia istæ species quatuor non sunt subalternæ, nam de nullis duab. earum potest verè dici, quòd quicquid est in vna, est in alia, vel econuerso, ergo si istæ essent species, essent non subalternæ, & tales diuersas prædicari de eodem est impossibile, sed has possibile est prædicari de eodem, quia possibile est eandem qualitatem essentialiter esse radicatam in subiecto, & ita habitum, & esse principium naturale faciliter operandi, vel non faciliter, & esse per se obiectum sensus, & propter primam rationem ad ter-

tiam quæstionem, sed assignat modos eius, quod patet per literam eius, antequam hæc enumeret, dicit enim qualitas est eorum, quæ multipliciter dicuntur, i. multis modis, & in fine his enumeratis dicit, & fortasse quidam alij apparent qualitatis modi, sed qui maximè dicuntur, hi sunt. ¶ Est autem differentia inter speciem & modum, quia species super illud, cuius est addit differentiam essentialem modus differentiam accidentalem, & italicet isti modi dicãt diuersam habitudinem qualitatis ad subiectum penes hoc, quod est esse permanens, vel non, esse a natura vel non, esse sensibile vel non, quæ tamen omnia non variant qualitatem essentialiter, quia omnes istæ habitudines vel plures possunt esse in eadem qualitate secundum essentiam. ¶ Ad primum argumentum in contrarium multipliciter non intelligitur idest æquiuocè, sed multis modis, & est manifesta differentia inter significata, quæ faciunt multiplicitatem primo modo, & inter modos qui sunt differentiæ accidentales, & faciunt multiplicitatem secundo modo. ¶ Ad secundum & tertium patet. ¶ Ad auctoritatem Arist. in contrarium sumendum est, quotiens dicitur species pro modo speciali, & quotiens dicit genus pro modo generali, & hoc forte dicit, quia isti modi, nec sunt generalissimi, nec specialissimi, sed generales & speciales in comparatione ad diuersa, nec ista expositio multum extorquet literã, quia intermedia intelligenda sunt secundum quæ ponuntur in procœmio, & epilogo multipliciter, & alij modi.

Ad secundam quæstionem dicendum, quòd habitus vno modo significat aliquid transcendens, secundum quòd ab eo dicitur habere denominatiuè quod distinguitur inferius in fine libri. Secundo modo significat habitudinem mediam inter habentem & rem habitam, quæ est velut actio media inter agens & patiens, & sic est decimum generalissimum. Alio modo significat idem, quod forma positiua, & sic sumitur infra inferius in oppositione priuatiua, nullo istorum modorum fit hic sermo de habitu. Sed quarto modo secundum, quòd habitus significat qualitatem radicatam in subiecto, & difficulter mobilem. Dispositio autem aut sumitur absolutè, & tunc est superius ad habitum hic secundum quòd dicitur, vbi ponitur conuenientia inter dispositionem & habitum in 5. meta. c. de habitu. Alio modo sumitur cum præcisione, & tunc distinguitur contra habitum, primo modo posset primus modus

poni

poni dispositio, secundo modo sumendo oportet simul ponere habitum, & dispositionem. Alio modo, dicitur, quòd dispositio significat qualitatem, quæ de sua natura est faciliter mobilis a subiecto, & habitus illam quæ secundum suam naturam est difficulter mobilis: sed istud est contra Ari. quia tunc nullus habitus esset dispositio. ¶ Aliter dicitur, quòd dispositio se habet ad habitum, sicut imperfectum ad perfectum. ¶ Contra, aut ista imperfectio est in essentia qualitatis, aut in formando subiectum, neutro modo est: non in essentia: quia essentia mensuratur in instanti: igitur æquè perfecta est siue diu maneat in subiecto, siue non, nec in formado subiectum, quia sic essentia breuiter manens est æquè perfecta in subiecto, sicut diu manens, sicut nunc ostensum est, igitur æquè perfectè denominat subiectum. ¶ Ideo dicendum est vt prius, q̃ dispositio secundum vnum significatum forte est ita generale sicut qualitas: secundum aliud significatum, sicut primus modus qualitatis: sed præcisè sumptum ipsum cum habitu cõstituit primum modum qualitatis. Exemplũ est in Porph. Porphyr. diuidit differentiam facere alteratum: igitur in diuisione oportet intelligere alteratũ præcisè & in secunda propositione alteratum absolutè. ¶ Ad primum argumentum patet, qualiter sunt duo, & qualiter non. ¶ Ad secundum patet æquiuocatio habitus. ¶ Ad tertium dico, quòd nullum quod est in hoc modo secundum illam significationem secundum quam est essentialiter qualitas, est per se in genere relationis, siue vt relatio, siue vt denominatiuè dictum a relatione, sed si sic, hoc est secundum aliam significationem. ¶ Ad quartum, dispositio est æquiuocum secũdum, quòd significat idem quod positio, quod est generalissimum, & secundum quod significat speciem qualitatis.

Ad aliam quæstionem dico quòd potentia vel impotentia non significat aliqua quæ essentialiter sunt in genere qualitatis, sed potentia tantum significat modum qualitatis absolutè secundum quòd est principium operationis, & impotentia significat modum qualitatis secundum quòd illa est principium difficulter agendi vel patiendi faciliter: qualitates autem quæ subsunt, sunt formæ absolutæ, & non nominantur nominibus nominantibus eas absolutè, sed in comparatione ad operationes, quarum sunt principia, secundum quòd dicit Arist. inferius, qualia autem quod valetudinibus non sunt no-

mina impositа, quia forte non concipimus illas, nisi per comparationes ad operationes.

¶ Ad argumenta prima ratio est concedenda, quòd potentia, & impotentia non significant species qualitatis, sed modos essentiæ per comparationem ad operationem. ¶ Ad secũdum patet, ꝙ impotentia non est species qualitatis, illam etiã qualitas quæ subest impotentiæ, vt hic sumitur, est forma positiua, sicut mollities. ¶ Ad tertium concedendum, ꝙ isti duo sunt æquè primi modi, quorum neutrum sub altero continetur, & ita de quolibet alio modo, & ita loquẽdo præcisè possunt concedi octo primi modi qualitatis, sed secundum aliquam vnam rationem generalem cõueniunt inter se illa duo quæ enumerantur in aliquo vno modo, secundum quem nõ conueniunt cum aliis, quæ enumerantur in alio modo, vt naturalis potentia, vel impotentia in hoc, ꝙ est esse innatum, & esse principium operandi. vnde illud posset poni secundus modus generalis, & ita in omnibus alijs modis. ¶ Ad aliam rationem patet, ꝙ potentia æquiuocè sumitur secundum ꝙ est differentia entis, & secundum ꝙ significat principium faciliter agendi.

Ad quartam quæstionem dicendum, quòd passio est æquiuocum secundum quòd distinguitur in 5. metaphy. in multa significata, sed hic sumitur secundum, quòd significat qualitatem, secundum quam est alteratio, & tunc vel sumitur absolutè, vel cum præcisione, absolutè sumptum est conuertibile cum passibili qualitate, vel superius ad ipsum, præcisè sumptum distinguitur contra passibilem qualitatem, prout passibilis qualitas dicitur illa, a qua aliquis denominatur denominatione significante permanentiam formæ in subiecto, absolutè igitur tertius modus est passio, quæ dicit comparationem qualitatis ad subiectum natũ alterari secũdum eam, vel comparationem qualitatis ad sensum cui infert passionẽ, vt patebit respondendo ad argumenta. ¶ Ad primum igitur argumentum dicendum, quòd passio æquiuocè est effectus actionis secundum, quòd dicit auctor sex principiorum, & secundum quòd est qualitas, secundum quam est alteratio. ¶ Ad secundum dico, quòd passio distinguitur præcisè contra passibilem qualitatem, & sic intelligenda est illa distinctio, & differentia quam ponit Arist. & tamen possunt poni vnus modus, quia habent certam rationem generalem, sicut

prædi-

prædictum est de secundo modo, & absolutè loquendo de vtroque sunt conuertibilia, quia omnis passio est qualitas, & ita secundum eam dicimur quales. Sed tunc ad dictum Arist. quando dicit secundum passionem, non dicimur quales, hoc intelligendum est. Vel quia non ab illo denominatiuo, quod sumitur a passibili qualitate, quod denominat subiectum per modum stantis, vt a rubore causato per verecundiam non dicitur aliquis rubicundus, quia illud denominatiuum notat permanentiam huius formæ cum subiecto, pro tempore tamen pro quo inest ille rubor, potest dici rubeus, vel rubens, quæ notat absolutè talem formam, vt est in subiecto. Vel dictum Ari. sic est intelligendum, quòd non dicimur quales a passionibus, quia ab illis non sumuntur communiter denominatiua, sed si sumerentur, posset habens passionem denominari, ab illa, sicut habens passibilem qualitatem denominatur ab illa. ¶ Ad aliud dico, sicut dicit Arist. quòd qualitates tertiæ speciei non dicuntur passibiles, quia inferunt passiones suis subiectis, nulla enim forma nata est agere in suum subiectum, sed dicuntur passibiles, quia aliquo modo inferũt passionem sensui. ¶ Cum arguitur cõtra primum membrum dico, quòd passibilis qualitas inducitur per alterationem, & ita subiectũ patitur ab aliquo alterante, sed non a forma, quam recipit, sed ab aliquo habente eandem formam specie. ¶ Cum arguitur contra secundum membrum dico, quòd passibilis qualitas efficit quandam passionem in sensu, non veram, sicut dicit Aristot. & qualis sit illa passio, distinguitur in secundo de anima. ¶ Notandum etiam iuxta hoc, quòd inferre passionem sensui, non est de essentia qualitatis, secundum quòd habetur in secundo de anima. capit de visibili, in principio, quòd esse visibile nõ est de essentia coloris, sed passio eius, igitur passio vel passibilis qualitas. quę denomniat qualitatem inquãtum infert passionem sensui, non nominat essentiam vel speciem qualitatis, sed modos, & hoc valet pro solutione primę quæstionis.

Ad quintam quæstionem dicendum, ꝙ forma vno modo est transcendens, secundum ꝙ sumitur in principio sex principiorum: Alio modo est exterior dispositio rei animatæ vel decens lineatio. Similiter figura vno modo significat superficiem inclusam, vel terminatam lineis. Alio modo ipsam terminationem vel clausionem superficiei, hæc duo secundum

duo significata non pertinent per se ad genus qualitatis, sed secundum alia duo, & secũdum illa sunt subalterna, ita quòd omnis forma est figura, & non econuerso, vel præcisè loquẽdo sunt duo disparata.

¶ Quod forma habeat secundam significationem, patet, per Porphyr. cap. de specie, qui dicit, quod species vno modo dicitur forma vniuscuiusq;, vbi forma significat idem, quod decor, siue exteriorem dispositionem rei animatæ, secũdum, quòd patet per exemplum eius, scilicet Species Priami digna est imperio, & secundum quòd dicitur in quarto ethic. quòd parui possunt esse formosi, & commensurati, idest decenter lineati. ¶ Ad prima duo argumenta patet per æquiuocationem illorum duorum scilicet forma & figura, quæ dicta est prius. ¶ Ad tertium dicendum, ꝙ si forma est decens lineatio, & figura clausio vel terminatio superficiei, tunc absolutè sumpta sunt subalterna, sed cum præcisione sumpta, sunt diuersa, si autẽ figura sit exterior dispositio rei inanimatæ sunt omnino diuersa. conuenienter tamen possunt poni vnus modus qualitatis, quia superadduntur essentiæ qualitatis hanc rationem, vnam generalem, quod est exterius disponere, vel cõstare circa aliquid, & non intra, quæ ratio si accidat essentiæ qualitatis, non mirum est hæc duo non constituere speciem qualitatis, sed modum.

Ad omnes istas quinque sustinendo, ꝙ Arist. enumerat species qualitatis, & non modos tantum, potest dici, ꝙ istæ differentiæ faciliter mobile vel difficulter, esse principium operãdi vel non, inferre passionem sensui, exterius disponere subiectum, sunt differentiæ accidentales generi qualitatis, quibus tamen Ari. vtitur pro differentijs essentialibus, quia differentiæ essentiales sunt ignotæ, & ita illæ formæ quæ subsunt primo istis differentijs sunt quatuor species qualitatis, & iste modus dicendi non multum differt a priori, nisi in hoc, quòd secundum priorem modum non oportet cõcedere istos quatuor modos cõsequi per se distinctas species qualitatis, quin plures possint inesse eidem qualitati secundum speciem, sed secundo modo dicendo oportet ad minus concedere has differentias, quamuis accidentales esse proprias quatuor distinctis speciebus qualitatis, ita quòd sicut illarũ specierum vna non dicitur de alia, neque ambæ de aliquo eodem, ita & istarum differentiarum nulla dicatur de alia, neque duæ de aliquo

quo eodē, qa propriū dr vniuersaliter de eo, cuius est, & trn.

¶ Dicendum hoc secundo modo, sicut prius ad quatuor quæstiones præcedentes, concedendo has differentias esse accidentales, quæ hic assignantur, tamen formæ quas istæ differentiæ consequuntur aquam proprietates earum sunt essentialiter qualitates. ¶ Sed ad distinguendum has differentias ab inuicem potest dici, q tā forma, quam figura est exterior dispositio rei, tam passio, quam passibilis qualitas est per se immutatiua sensus, tam potentia naturalis, quam impotentia vniuersaliter est naturale principium agendi vel patiendi, & istæ tres differentiæ dicuntur ita distinctę, quòd nulli qualitati eidem insunt. ¶ Prima autem species non videtur sumi per aliquam differentiam positiuam distinctam ab his tribus, sed per priuationem cuiuslibet istorum, ita q illa qualitas, quæ sibi inest, nulli istarum differentiarum subest, quę est q. tantum qualitas, quia nulla differentia nota quam superaddit qualitati, est neque essentialis, nec propriè accidentalis, dicta in prima specie qualitatis. Istæ enim differentiæ faciliter mobiles a subiecto vel difficulter non sunt ita distinctæ ob alijs, quin possint dici de eadem qualitate, de qua aliqua illarum differentiarum dicitur. Sed adhuc qualitati existenti in prima specie istæ differentiæ accidunt, & per has distinguuntur habitus & dispositio præcisè sumpta ab inuicem. ¶ Istud patet in exemplo, scientia, & virtus & sanitas radicata, vel non radicata in subiecto, & huiusmodi, neque sunt exteriores dispositiones rei, neque per se sensibilia, neque innata principia operandi vel patiendi, neque est alia differentia positiua nota, quam ista superaddunt qualitati, ergo videntur tantum esse qualitates, vt per illam præcisionem distinguantur ab alijs speciebus quæ superaddunt differentiam notam, & tamen inter illas quæ sunt primæ speciei radicatas, & non radicatas est differētia per faciliter mobile, & difficulter. ¶ Contra distinctionē specierū arguitur sic aliqua qualitas in tertia specie est innatum principium operandi, vel patiendi, vt caliditas in igne, frigiditas in aqua, igitur eadem qualitas est in tertia specie, & in secunda. ¶ Item à naturali potentia pugnandi vel currendi dicitur aliquis pugil vel cursor, & etiam ab arte currendi dicitur talis, sed a diuersis qualitatibus non dicitur denominatiuè idem quale, igitur qualitates secundæ specici & primæ non differunt. ¶ Item figura, quæ ponitur in quarta specie est

per

per se sensibilis, secundum Arist. in secundo de anima, igitur infert passionem sensui, & sic passibilis qualitas igitur quarta species, & tertia non differunt. ¶ Ad hæc potest dici, quod differunt species, quæ intelliguntur per accidentales hic assignatas differentias, sed nec illæ sunt differentiæ propriæ specierum, nisi sumantur cum præcisione. ¶ Sic puta tota qualitas sic diuidatur, alia est dispositio interior, alia exterior, exterior non primo sensibilis, & sic est figura, & sic est quarta species, aut primo sensibilis, & sic est tertia species, si interior dispositio, aut est innatum principium operandi, & sic secunda species, aut interior dispositio non innatum principium operandi, & sic prima specie. ¶ Intelligēdum est semper per istas differentias accidentales specierum, sic patet qualiter vna species includit differentiam priuatiuam respectu alterius speciei, & sic semper vna superior species debet sumi cum præcisione respectu inferioris. ¶ Ad primam igitur rationem dicendum, quòd calor ignis est in tertia specie qualitatis, quia passio sensibilis est, & non in secunda, quia non est tantum innatum principium operandi, nisi cum præcisione differntiarum tertiæ speciei, & quartæ, sic autem est propriæ secundæ speciei ¶ Ad secundam dico, q̄ pugil vel cursor, & vniuersaliter omnia qualia dicta à qualitatibus primæ speciei & secūdæ æquiuoce dicuntur, quia de eodem potest affirmari, vt dicitur à qualitatibus primæ speciei, & negari, vt dicitur à qualitatibus secundæ speciei, & ecōuerso, & ideo æquiuocè sumptum potest de eodem affirmari, & negari, quod patet exemplariter in alijs, quia aliquis sanatus secundum naturalem potentiam potest esse æger, secundum habitum. ¶ Ad tertiam dicendum, quòd figura est de numero sensibilium communiū, & illa sunt per se sensibilia, non tamen inferunt passionem sensibus, sed tantummodo diuersificant modum immutandi sensus à sensibili proprio, quod sensibile solum infert passionem sensui &cæt. in tertia specie sunt sola sensibilia propria. ¶ Hoc secundo modo dicendo potest aliquo modo saluari ordo specierum, quia prima species est communissima, quęcunque enim qualitas non habens aliquam differentiam alicuius aliarum specierum potest poni in hac prima specie. post hanc secunda prior est alijs, quia consequitur naturam rei, tanquam suam causam, & tertia post hanc, quamuis de eius ratione non sic inesse à natura communius tamen

dispo-

disponit subiectum in profundo & in superficie, quarta est vltima per priuationem omnium istarum, nec enim est communior in genere qualitatis cęteris speciebus, i. plures species qualitatis continens, licet forte pluribus, subiectis insit, nec est innatum, quia figura potest variari circa subiectum nulla facta variatione in natura, nec est dispositio in profundo, sed tantum exterior, ideo rationabiliter ponitur postrema. Secundum hanc viam dicendum, ꝙ conuenienter distinguuntur species qualitatis, non primæ fortè, quia sunt tantũ duæ sed proximæ primis, & hoc intelligendo per istas differentias illas qualitates, quarum istæ sunt propriæ, licet accidentales. ¶ Secundum hoc patet ad secundam rationem primæ quæstionis.

¶ Ad primum videtur dicendum, sicut dictum est prius. ¶ Ad tertium dicendum est ꝙ nulla qualitas eadem est in una specie, & in alia, nec etiam aliquæ differentiæ duarum specierum dicũtur de eadem qualitate, cum arguitur, ꝙ eadem qualitas potest inferre passionem sensui, & esse faciliter mobile, & difficultor, dico, ꝙ faciliter mobile & diffiulter, non sunt differentiæ propriæ primæ spẽi, nec essentiales, nec accidentales, nisi determinentur ad qualitates, quæ non habent aliquam differentiam alterius speciei, cuiusmodi prius dictæ sunt qualitates primæ speciei esse, possunt autem illæ differentiæ faciliter mobile vel difficulter inesse alicui qualitati habenti aliam differentiam altrius speciei, sed ex hoc non sequitur illam qualitatem esse in prima specie, nisi illæ differẽtiæ essent ad minus proprię primę speciei. ¶ Ad argumenta sextæ quęstionis, quę sunt contra ordinem specierum. ¶ Ad primum dicendum, quòd species qualitatis non ordinatur secundum hoc, quòd est immediatius consequi quantitatem vel substantiam, sed secundum alias rationes prędictas, scilicet secundum maiorem communitatem in genere qualitatis & secundum naturaliter inesse, & disponere in superficie, & profundo, & eorum opposita, & secundum omnes has conditiones debet quarta species esse postrema. ¶ Ad secundum dico, quòd illa species, quę est communior in genere qualitatis, i. minus addens super rationem qualitatis absolute, licet non sit à natura, debet poni prior species altera, quæ non est ita communis. ¶ Ad tertium dico, quòd qualitates tertię speciei non sunt tantum qualitates elementorum, sed omnes quali-

tates,

tates, quę sunt per se immutatiuę sensus, quarum quędam sunt elementorum & non insunt a natura vnde ex prioritate qualitatum elementarium vel ex inhęrentia naturali earum in elementis non potest concludi generalis prioritas omniū qualitatum tertię speciei ad alias, q̃ oportet medium sufficiēs esse, ad concludendum idem esse rationem communem omnium qualitatum tertię speciei. ¶ Ad quartum dico, quòd qualitates primę species, licet non primo insint substantia, sed alię precedant eas, tamen hęc species communior est ceteris, minus superaddēs qualitati, & forte plures species, inferiores continens. ¶ Ad quintum patet per hoc quòd licet, illa qualitas, quę dicitur naturalis potentia immediatius cōsequatur formam substantialem, quàm illa quę dicitur habitus nō tamen est ita communis, sicut illa, & ideo non debet poni prior species.

Ad aliā quæstionem potest dici, quod non enumeratur hic omnes species qualitatis, sicut & Arist. dicit in litera, sed species magis famosæ, quia nec istæ sunt primę species, nec forte duę diuidunt idem genus primo & aliæ duæ aliud genus. Sustinendo tamen quòd sufficienter enumerantur, potest respōderi ad rationes. ¶ Ad primam potest dici, q̃ potentia animæ est secūda species qualitatis loquendo de qualitate, cui attribuitur illa ratio secundum, quòd est principium operādi. ¶ Ad primam probationem in contrarium dico, q̃ non tantum potentia, quæ est in secunda specie, est tantum ad faciliter agendum sed & illa quæ est ad agendum absolute dummodo sit innata. ¶ Ad aliam rationem dici potest quod ira & dementia & huiusmodi sunt in prima specie, & forte omnes qualitates animæ. Cum uidetur quod ista enumerantur in tertia specie, dico, quod passio & passibilis qualitas sumpta præcisè differunt penes has differentias accidentales faciliter mobile, & difficulter penes quas etiam differunt habitus & dispositio, & ideo quæ sunt in prima specie, possunt numerari in tertia, quia participant illam differentiam, quæ non est propria tertiæ, sicut econuerso in prima specie enumerantur calor, & frigus, quæ tamen verè sunt in tertia specie, vt per hanc mutuam enumerationem specierum, insinuet Arist. has differentias faciliter mobile, & difficulter, non tantum non esse essentiale, sed nec esse proprias alteri aliarum specierum, sed accidentaliter distinguere passionem

a pas-

à passibili qualitate, & dispositionem ab habitu. ¶ Ad tertiũ dico, quod decor & pulchritudo, loqueudo de pulchritudine corporali, quę est cõueniens membrorum dispositio, sunt in quarta specie qualitatis. ¶ Cum arguitur contra hoc, quia qualitates quartæ speciei non suscipiunt magis & minus & hæc suscipiunt, dico, quod nõ ab omnibus qualitatibus quartæ speciei negat Arist. suscipere magis & minus, sed a quibusdam, sufficit enim hoc ad propositum suum, quod est hanc proprietatem suscipere magis & minus, non inesse omni qualitati, illis autem in quarta specie, non inest quæ sunt qualitates mathematicorum, quia illę sunt priores motu, & magis & minus non habent fieri, nisi vbi est motus.

¶ Rarum verò & spissum, & asprum, & lene putabuntur qualitatem significare: sed aliena hac putantur esse a diuisione, quæ circa qualitatem est &c. Cap. eod.

NOtandum, q̃ rarum & densum, asperum & lene vno modo significant extensionem partium quantitatiuarum, & sic idem corpus compressum, & non compressum potest esse rarum & dẽsum, vt patet de lana & spongia. Alio modo significant extẽsionem partium materiæ, prout rarum dr, quod multum habet de forma, & parũ de materia, & densum econuerso, primo modo hæc forte significant positionẽ, quia dicunt ordinem partium in toto, & in loco secundo modo forte significant qualitates. Et sic patet solutio controuersiæ, quæ est de istis inter Arist. hic & in 4. physicorum, c. de vacuo. & auctorum sex principiorum quomodo, scilicet sunt qualitates, & quomodo positiones.

¶ Qualia sunt, quæ secundum hęc denominatiuè dicuntur, vel quomodolibet aliter ab his &c. Cap. eod.

CIrca notificationem qualium videtur, q̃ in notificatione qualitatis sit circulus. primo. n. dicitur, quòd qualitas est secundum quam quales esse dicimur, & secundo qualia dicuntur a qualitatib. & sic mutuo vtrunq; per alterum notificatur. Sed forte prima notificatio est per nobis notius, secundo per notius simpliciter, neutra tñ notificatio est diffinitio. ¶ Notandum etiam, quòd Arist. dicit, qualia denominatiue a

quali-

qualitatibus, nisi vbi vel non sunt nomina impositaqualitatibus, vt est de qualitatib. secundum speciei, vel vbi nominibus existentibus impositis non sumuntur directe ab eis denominatiua, vt à virtute dicitur aliquis studiosus, vbi tamē istud quale ab alia qualitate directe sumitur. ¶ Ex quo patet, quòd denominatiua in nullo pertinente ad significatum debent differre à suis principalibus, sed tantummodo in modo significandi, & in fine vocis.

¶ Inest vero contrarietas secundum quod quale est &c. Cap. 20.

IVxta primam proprietatem quæ est recipere contraria. Notandum, ꝙ qualitatibus medijs inter contraria est vnū extremum contrarium contrarietate trāsumptiue dicta, quæ est differentia secundum speciem, & consimiliter contrarietate proprie dicta, sed diminuta. Tum quia aliter non posset esse motus ab extremo in medium, vel econuerso, cuius oppositum habetur ab Arist. in 5. physicorum. Tum quia mediū aliquid participat vtriusque extremi, & ita vtrique extremo contrariatur incompletè pro eo, quòd habet in se de reliquo: sed nihil est eis contrarium contrarietate completa & propriè dicta: quia eodem modo contrariatur vtrumque extremum medio: & non possunt contrariari duo eidem contrarietate completa & perfecta, secundum quòd dicitur 10. metaphysicæ.

¶ Suscipit autem qualitas magis & minus &c.

Contra 14

IVxta secundum proprietatem quæ est suscipere magis & minus. Notandum, quòd essentia qualitatis, quæ significatur in abstracto, nō suscipit magis & minus, ꝛm quod dr̄ in litera, quòd iustitia non dicit magis iustitia, nec grammatica magis grammatica: & hoc quia essentia qualitatis, sicut & cuiuslibet formæ, est indiuisibilis per auctorem sex principiorū in principio: & indiuisibile non suscipit magis & minus, sed denominatiuè dicta a quibusdam qualitatibus suis suscipiūt magis & minus: vnde aliquis dicitur iustior: vel grammaticior altero: vt dicitur in litera, & ita ipsa forma informando subiectum suscipit magis & minus: licet non in essentia: quia vnum subiectum plus participat formam quàm aliud. ¶ Con

tra

tra hoc a magis & minus potest aliquid mutari, per Arist. 5. phy si. sed nulla mutatio est ab eodem specie in idem specie: igitur magis & minus: non sunt in qualitate eiusdem speciei, & non sunt nisi in forma eiusdem speciei: quia non est comparatio nisi secundum aliquam formam eandem specie: secundum Aristot. in septimo phyficorũ, igitur absolutè in qualitate non sunt magis & minus. Item hoc modo videtur esse concedendum, quòd quantitas suscipit magis & minus, quia secundum esse eius in subiecto naturali potest esse perfectum & imperfectum: licèt non secundum suam essentiam: & eodem modo ponitur de qualitate: ergo ambo consimiliter suscipiunt magis & minus: & hæc proprietas neganda est a quantitate, secundum Aristo. prius igitur a qualitate. ¶Item si simpliciter, & magis sequitur magis per Arist. 2. topi. sed ad album sequitur, quod sit albedine album: igitur ad magis album sequitur, quod sit magis albedine album igitur si forma in subicto sucipit magis, & minus: & in se suscipit magis & minus. ¶Item omne magis secundum aliquam formam est per se relatiuum ad minus secundum eandem formam: igitur forma secundum quam istæ referuntur, est per se relatio: igitur secundum nullam qualitatẽ dicuntur per se magis & minus, consequentiæ patent: quia relatiuum non dicitur per se nisi a relatione: & quia nulla qualitas est per se relatio. Item albius & minus album sũt relatiua suppositionis, & superpositionis: quia non æquiparantiæ, vt manifestum est, sed relatiua superpositionis, & suppositionis differunt specie, quia sunt oppositæ: ergo nulla qualitas eadem specie suscipit magis & minus, nec diuersa specie, vt probat prima ratio, igitur &c. ¶Item probo, quod si qualitas suscipiat magis & minus, aliquo modo quod suscipiat secundum essentiam, si enim suscipiat magis & minus: secundum esse eius in subiecto, vel secundum quodcunque aliud: sit illud a. aut igitur a. est de eius essentia vel non: si sic: & a. est aliquod essentiæ eius, igitur secũdum essentiam suam suscipit magis & minus, si non: & a. suscipiet magis & minus: quia aliter non posset qualitas secundum ipsum suscipere magis & minus, aut ergo a, suscipit magis & minus, secundum essentiam & habetur propositum: quia pari ratione primum suscipit magis & minus secundum essentiam, quia quantum ad hæc idem iudicium videtur esse de omni forma accidentali si a. suscipiat

Cõt. 19.

Cõt. 24. & inde.

Cap. de quãtitate. c. 26. c. de quãtitate. c. 29.

scipiat magis & minus: secundum aliquid aliud a sua essentia sit illud b. & sic procedendo, vel infinitæ erunt formæ accidentales: quarum vna suscipit magis & minus secundum aliam, vel stabitur ad aliquam formam accidentalem: quæ suscipit magis & minus secundum essentiam, igitur pari ratione videtur standum in primo: quia idem iudicium est in omnibus. ¶ Si cõcedatur propter has rationes, quod qualitas speciei secundum essentiam suscipit magis & minus: quia subiectum aliquod secundum perfectiorem gradum participiat eandem essentiam specie, & aliud subiectum secundum minus perfectum gradum ¶ Contra aut iste gradus & ille sunt intra essentiam, aut non, si sic, & iste gradus est diuersus ab illo, igitur hæc essentia diuersa ab illa per aliquid, quod est intra essentiam, igitur magis differt a minus specie, hæc vltima consequentia pareț, tum quia omnis diuersitas essentialis diuersificat speciem, tum quia essentia primo est speciei, non in diuidui, alioquin indiuiduum posset habere diffinitionem specialiorem diffinitione speciei, igitur differentia in essentia non est sola differentia numero, sed specie. ¶ Sex rationum positarum contra proprietatem, si secunda & tertia, & sexta concedantur, quia improbant non proprietatem absolutè, sed falsum modum intelligendi eam, tunc intelligendum est, quòd sicut similitudo est relatio propriè fundata super essentiam qualitatis, ita magis & minus, fundamentum autem magis est essentia speciei sub perfecto gradu, qui gradus est aliquid absolutum de genere qualitatis, licet ipsum cõsequatur respectus magis ad alium imperfectum in eadem specie, quem consequitur relatio minus. ¶ Quando igitur adducunt Aristotel. & Boe. in contrarium, quòd iustitia non dicitur magis & minus alia iustitia, sed aliquis dicitur iustior alter o, intelligendum est, quòd essentia speciei in se considerata abstrahendo a suppositis non habet in se magis & minus, quia ipsa sic considerata est indifferens ad omnem gradum, sed ipsa in vno supposito est perfectior ipsa in alio supposito. & vt est in supposito, sic denominat subiectum, quia per se suppositum eius non est subiectum, sed qualias in hoc subiecto, non igitur iustitia, abstractè intelligendo, sed iustum, idest hæc iustitia, vt denominat illud subiectum, est maior alia. ¶ Ad primum argumentum de motu respondeo, quia inter duo supposita eiusdem speciei potest esse motus per se,

non

non inquantum eiusdem speciei, sed inquantum aliquo modo oppositа,& hæc oppositio non est per relationes tantum, quia motus non est per se ad relationem secundum Aristotel.quinto physi.sed est per aliquos gradus absolutos in hoc, & in illo, qui sunt de genere qualitatis, qui opponuntur inquantum vnus habet rationem medij respectu alterius, nec tamen ista relatio medij est causa motus,sicut nec relatio minus,sed illud quod subest sicut fuscum est extremum motus, non fuscum inquantum medium,sed inquantum extremum a quo]opponitur termino ad quem:& non opponitur nisi aliqua ratione.Respondeo prima propositio est vera,prout in quantum correspondet secundo modo per se nō primo. ¶Ad quartum & quintum de relationibus,patet. Quartum etiam argumentum ponteſt fieri de tertia proprietate qualitatis eodem modo: sicut hic, vnde concedendum est tantùm, quòd magis refertur ad minus,loquendo de istis formis: non de illis quæ subsunt:ergo formæ secundum quas dicuntur magis, & minus: sunt relationes, verum est secundum quas per se primo modo,non secundo. Similiter ad quintum,istæ relationes maioritas intensionis, & minoritas remissionis, quæ sunt propria qualitatis opponuntur specie: sed non fundamenta,sicut simile, & dissimile fundantur in eadem qualitate specie.Confirmatur totum hoc,quia tota perfectio absoluta in magis albo, scilicet quicunque gradus albedinis in ipso potest remanere destructo respectu magis:posito,quòd non sit aliud minus, ad quod posset dici, sicut tota albedo est in subiecto, quæ prius fuit, licet nulli dicatur similis secundum eam,sicut prius dicebatur: vnde ista proprietas debet intelligi inesse qualitati secundum aptitudinem.¶Sed de quinto argumento nunquid albius est in genere relationis? videtur q̃ non,quia tunc albius non significaret idem quod album. Ité magis videtur esse modus significandi in albiore.¶Item quid terminaret motū per se in eadem specie,a minori in magis. ¶Contra, aliquid est albius, cum prius non fuit per solā mutationem in alio: ergo dicit relationem tantum. ¶Item magis album dicit formaliter relationem, tamen fundatam in hoc,ergo albius. ¶Respondeo, significat essentiam sub tali gradu qualitatis: vnde est q. species albi,quod est indifferens ad omnem gradum, relatio est pa. huius nec est de significato, nec forte de modo significandi nominis, sed cum gradus

ponitur de significato, tunc relatio potest consequi esse de modo significandi, quære responsionem ad argumenta.

¶ *Similia autem, & dissimilia secundum solas dicuntur qualitates &c. Cap. eodem.*

DE tertia proprietate qualitatis, quæ est, quod secundum eam dicitur aliquid simile, vel dissimile. ¶ Notandum, quod simile & dissimile licet sint propria generi qualitatis: sunt tamen vt species in genere relationis, hoc est, vt denominatiuè dicta a speciebus relationis, quia similitudo est per se relatio, & simile per se relatiuum, sic intelligendum est de propriis aliorum generum, quæ non sunt in illo genere, vt species. ¶ Consimiliter sunt intelligenda secundum aptitudinem, licet enim aliquid secundum aliquam qualitatem, quã habet non dicatur simile si nihil aliud quam eandem qualitatem habeat, non eo minus conuenit hæc proprietas illi qualitati, quia secundum illam qualitatem aliquid natum est dici simile alteri.

¶ *Recipit autem facere & pati contrarietatem, & magis & minus. Cap de facere, & pati &c.*

NOtandum, quod recipere contraria, & magis & minus nõ insunt actioni & passioni, nisi ratione terminorum ad quos, cum tam actio, quam passio speciem accipiat a termino ad quem secundum quod habetur in 5. phys. ab eo etiã accipiet contrarietatem, & similiter magis & minus. ¶ Notandum, quod de illis duobus, & de aliis quatuor subsequentibus breuiter pertransit Aris. vel quia species eorum in quas essent diuidenda, secundum quod sunt genera non sunt notę, nec passiones eorum, quæ insunt eis secundum quod considerantur ratione. De his autem passionibus, quæ insunt eis secundum esse naturale eorum plenius determinatur in libris naturalibus, & meta. de actione & passione in 3. physic. & in de generatione, de quando & vbi in 4. physicorum in hoc, enim quod determinatur ibi de loco & tempore; innotescunt proprietates loci, & temporis, de positione & habitu aliquãtulum 5. metaph. & ita determinatio hic habita de illis sufficiens est quantum ad logicum &c.

Cont. 4. & inde.

Cont. 8. & inde.

¶ Quo-

¶Quotiens autem opponi solet, dicendum est &c. Cap. de oppositis.

QVÆSTIO XXXVII.

CIrca istud quæritur primo, an oppositio sit accidens reale, vel intentionale, quod reale videtur, quia metaphysicæ est tantum considerare ens reale, & accidetia realia entis: accidentia enim entis, vt considerantur a ratione pertinẽt ad considerationem logici: sed metaphysicus considerat oppositionem, vt patet 5 metaph. igitur oppositio est passio realis. ¶Item oppositio est species differentiæ, & differentia diuersitatis, & diuersitas est passio realis, ergo oppositio', quia genus non est verius ens suis speciebus. ¶ Item oppositio esset non existente intellectu; igitur non est accidens intentionale, antecedens patet inductiuè, esset enim mutua actio inter calidum, & frigidum & motus inter illa non existente intellectu: igitur & contrarietas. ¶Similiter esset aliquis pater & aliquis filius non existente intellectu, quia genuisse & genitum esse non dependent ab intellectu: igitur, & relatiuè opposita. ¶Similiter esset carentia habitus in apto nato habere habitum: igitur & priuatiuè opposita. ¶Similiter & contradictio, quia illa sequitur ad quamcunque oppositionem: igitur illa potest esse sine intellectu quacunque alia sic manente. ¶Ad oppositum accidens non habet verius esse, quàm suum subiectum, sed oppositiones fundantur in intentionibus, vt in subiecto: igitur non sunt realia, sed tantum intentionalia, minor patet inductiuè. Referuntur enim species, & genus ad inuicem, contradicunt genus, & non genus, & sic de aliis oppositis. ¶Item in solis accidentibus intentionalibus possibile est aliquid prædicari, de se ipso denominatiue, sed hoc possibile est in oppositionibus: igitur &cæt. probatio maio. prædicatio denominatiua de aliquo est predicatio accidentis de subiecto, sed nullam accidens, nisi intentionale potest esse in aliquo sui in subiecto, probatio mi. omnis diuisio est inter opposita; sed oppositio diuiditur in contrarietatem, oppositionem priuatiuam, & huiusmodi: igitur hæc opponuntur, ergo & oppositiones opponuntur. ¶Item nihil reale inuenitur in omnibus generalissimis, sed oppositio, & eius species inueniuntur in omni genere igitur &c. minor pater, quia cõtradictio secundum eandem rationem inuenitur inter hominem, & interius album, & non album, quia secundum hanc

Tex. non habente con. 2 3

1.poſter. Cont. 5. 10. met. Cōt. 13. & inde.

rationem, cuius non eſt medium ſecundum ſe. ¶ Conſimiliter videtur de contrarietate, quæ in diuerſis generibus reperitur ſecundum hanc rationem, maxima diſtantia formatum quæ natæ ſunt fieri mutuo circa idem.

¶ Dicitur autem alterum alteri opponi quadrupliciter, aut vt ad aliquid, aut vt contraria, aut vt priuatio & habitus, aut vt affirmatio, & negatio. Cap. eod.

QVÆSTIO XXXVIII.

IVxta hoc quæritur vtrum diuiſio oppoſitionis in hæc quatuor, ſcilicet relatiuam oppoſitionem, contrariam, contradictoriam, priuatiuam ſit conueniens? videtur quòd non, quia omnis diuiſio eſt per oppoſita, per Boetium li. diuiſionum, hæc non, igitur &c. probatio mino. quia hæc diuiſio eſt inter oppoſitiones, & nulla oppoſitio opponitur. probatio, quia ſi ſic: igitur opponitur per aliam oppoſitionem, & pari ratione illa poſſet eſſe diuiſa contra aliam oppoſitionem; & ſic erit procedere in infinitum in oppoſitionibus: igitur diuiſio eſt inſufficiens, cum non fiat in illas omnes oppoſitiones.

2 ¶ Itē vbi vnum videtur ſequi ad aliud, diuiſio eſt inſufficiens, ſed contradictoria ſequuntur ad omnia alia oppoſita: igitur &c. minor patet, quia omnia alia oppoſita includunt contra-

3 dictorie oppoſita. ¶ Item relatiuè oppoſita dicuntur de eodē. igitur non ſunt oppoſita, antecedens patea, quia ſicut arguitur, cap. de quantitate, hoc eſt magnum ad hoc, & hoc eſt paruum ad hoc igitur hoc eſt magnum, & paruum. igitur ſi ille modus arguendi valeat, poſſunt duo relatiuè oppoſita inferri abſolutè ex ſeipſis poſitis in comparatione ad diuerſa, intelligit enim Ariſt. per magnum, & paruum relatiuè oppoſita,

4 vt ibi patet. Item priuatiuè oppoſita dicuntur de eodem. igitur non ſunt oppoſita, probatio antecedentis, quia per Ariſt. in 2. top. in priuatiuè oppoſitis tenet conſequentia in ſeipſo, igitur ſi ad viſum ſequitur ſenſus, ad cæcitatem ſequitur inſenſibilitas, ſed ſequitur viſus, igitur ſenſus, igitur omnis videns eſt ſentiens, quia abſtractis tenet conſequentia per ſe ad concreta, quia ſequitur, ſi ſurditas eſt inſenſibilitas, igitur ſurdus eſt inſenſibilis, igitur ſi idem ſit videns, & ſurdus, idē erit ſenſibilis, & inſenſibilis, & priuatiuè oppoſita de eodem, hoc idem patet in alio exēplo, quia ſequitur, iſte eſt ſimilis huic:

igitur

igitur est similis, & dissimilis illi: igitur est dissimilis. patet consequentia, quia relatiuum positum respectu cuiuscunque, infert seipsum simpliciter, quia nullus terminus distrahit a ratione relatiui simpliciter. ¶Item contraria dicuntur de eodem: igitur non sunt opposita, antecedens patet. Tũ quia in medio dicto per participationem est natura vtriusq; extremi alter nõ differret a medio dicto per abnegationem, etiam aliter non esset motus ab vtroque extremo in mediũ, sicut medium dictum per participationem denominatur ab vtroque extremo. Tum quia scutum cuius medietas est alba, & medietas nigra est coloratum: igitur album vel nigrum, vel medium, cõsequentia patet, per Arist. 2. top. quicquid est in genere vel denominatur a genere necesse est esse in aliqua specie, vel denominari ab aliqua, non est medium, vt manifestum est, si album, pari ratione nigrum, igitur contraria dicuntur de eodem. ¶Ad primam probationem diceretur, quod natura extremorum imperfectè est in medio, & ideo medium a neutro extremo denominatur. ¶Contra, vtrumque extremum est aliqua forma; ergo simplex per auctorem sex principiorum, in principio, simplex vbi est secundum se totũ est: ergo si vtrunque extremum secundum aliquid sui est in medio, secundum se totum erit in medio. ¶Dicitur ad secundam probationem, quod scutum non est coloratum, sed colorata. ¶Contra, igitur est hoc coloratum, & illud, quia per Priscianum plurale non est, nisi singulare geminatũ, sed consequens est falsum, quia tunc esset multiplicatio subiecti, & accidẽtis. ¶Item contradictorie opposita dicuntur de eodem, igitur, nõ sunt opposita, probatio antecedentis, quia contradictorie opposita sequuntur ad quæcunque alia, sed omnia alia dicũtur de eodem, sicut ostensum est, igitur contradictoria. ¶Item si oppositio conuenienter diuidatur, igitur est oppositio subiectum diuisionis, & præter hoc diuisio est subiectum oppositionis, quia diuisio opponitur alicui, vt indiuisioni, vel collectioni, igitur idem respectu eiusdẽ est subiectum, & accidẽs, quod est inconueniens, ergo &c. ¶Ad oppositum est Arist. & Boe. in commento. super Aristote. in libris topicorum quotiens enim docent considerare de oppositis, docet inspicere tantum ad hæc.

Ad primam quæstionem potest dici, quod oppositio æquiuoca est, quia in vno sensu sumpta dicitur æquiuoce de con-

trarietate, & oppositione relatiua, in alio sensu dicitur vnuoce de contradictione, & priuatiua oppositione, primo modo est ens reale, & species in genere relationis, si autem inueniatur in alijs generib. hoc non est vt species, sed vt passio, secundo modo est intentio, quia & alterum extremum eius est tantum ens, secundum considerationem rationis. ¶ Ad primum argumẽtum dicendum, quod metaphysicus distinguit multa multiplicia in quinto, non quia secundum omnes sensus sunt entia, vel passio realis entis, sed secundum aliquos alios sensus forte ponit vt excludat a proposito, ita & de oppositione, cuius vna species est ens reale & species relationis, & alius sensus adiungitur, vt a proposito forte excludatur. Ad aliud dico, quod oppositio in vno sensu prout. s. dicitur de cõtrarietate & oppositione relatiua est species differentiæ, non autem prout dicitur de contradictione & priuatiua oppositione, quia ens & non ens contradicunt, & tamen non differunt nec sunt diuersa, quia diuersitas est differentia entis, & differentia similiter. ¶ Ad tertium concedendum, quod contrarietas, & relatiua oppositio essent intellectu non existente, non autem priuatiua oppositio, nec contradictio, quia alterum extremum in illis oppositionibus puta negatio & priua*negationis.* tio secundum quod est extremum* relationis est tantum ens secundum rationem, quod de negatione patet, quia licet illa dicatur de aliquo ente: vt non homo dicitur de asino, tamen secundum rationem, qua contradicit homini, non est ens nisi rationis, per hoc patet, quod licet contraria maneant non existente intellectu, non oportet condictoria manere, secundum quod sunt contradictoria, quia negatio albi prout contradicit albo, non est in nigro, quia vt contradicit, est dicibilis de ente, & de non ente. Si dicatur, quod ad nigrum saltem sequatur negatio albi, vt contradicit albo, & ita contradictoria sunt, si contraria sunt. Dico quòd non existente intellectu nõ est consequentia. Similiter priuatio licet sit negatio habitus in subiecto, tamen tantummodo, opponitur habitui ratione negationis, & illa non est ens, nisi tantum secundum rationẽ. ¶ Ad argumenta in oppositum. Ad primum dico, quòd contrarietas & relatiua oppositio sumpta in illo sensu, in quo sũt species oppositionis non sunt in subiectis intentionalib. licet forte contrarietas ſm aliũ sensũ prout dr̃ esse in propositionib. ſm qualitatẽ & quãtitatẽ earũ sit intẽtionale & in subie-

cto

cto intentionale & in subiecto intentionali, vt in propositione, alia autem duo vt cõtradictio & priuatiua oppositio possunt esse in subiectis intentionalibus. ¶ Ad secundum dico, quod maior potest negari quia etiam in accidentibus realibus comparatis videtur aliquid prædicari de seipso denominatiuè cuiusmodi sunt oppositiones. ¶ Contra, impossibile est in rebus aliquid esse in eadem spẽ, vt in subiecto, & prædicatio denominatiua est proprie de subiecto. Vel potest dici, quod cum dicitur, oppositiones opponuntur, illud quod denominat oppositiones non est oppositio realis, sed intentionalis, & ita non idem denominat se. ¶ Contra, contrarietas & relatiua oppositio diuidunt oppositionem vt genus, ergo sunt species oppositæ, igitur oppositio earum est aliqua, realis, quia & vtrumq. extremum ens. Ad 3. dico, ꝙ contradictio & priuatiua oppositio pñt vnitoce inueniri in oĩ genere, & similiter contrarietas, & relatiua oppositio forte vt passiones, non vt spẽs.

Ad secundam quæstionem dicendum, quod diuisio oppositionis in illa quatuor est cõueniens, quia oppositio realis est eorũ quæ sunt in eodem genere, aut igitur vnum illorum depẽdet ad aliud, & sic est oppositio relatiua, aut nõ, & sic est oppositio contraria. ¶ Oppositio habes alterũ extremũ nõ ens quod dicitur de oppositione priuatiua & contradictoria, aut habet extremum nõ ens, quod nullum subiectum sibi determinat, & sic est contradictio, aut quod determinat sibi aliquod subiectum, & sic est priuatiua oppositio, & sic patet sufficientia. ¶ Ad primum argumentum potest dici, quod nõ omnis diuisio est inter opposita proprie loquendo, quia non diuisio generis in species, vt in genere substantiæ, & ita contraria & relatiua diuidunt oppositionem, vt species, & alia duo, licet in alio sensu oppositionum, vt species, & species diuidentes non oportet nisi esse cõtrarias transummptiue, quæ contrarietas non est oppositio, vt hic loquimur, sed forte intentio communis omnibus disparatis, diuidentia autem multiplex nullo modo proprie oportet opponi, & ita nec contrarietatem contradictioni. Vel aliter, hoc non valet ad oppositum, quia nulla oppositio harum potest determinare hæc omnia diuidentia, nec aliqua seipsam incomparatione, ad aliam in vno sensu diuidit in contrarietatem, & relatiuam oppositionem in hac diuisione, licet omnia dũr disparata, & ita contraria transumptiue. Intelligendum tamen, quod diuisio op-

positionis in hæc absolute est diuisio vocis in significationes sed oppositio sumpta in vno sensu diuiditur in contrarietatem & relatiuam oppositionem, vt genus in species in alio sensu sumpta, similiter est generale, propter ea diuidentia ipsam in vtroque sensu sunt opposita, vt contrarietas & relatiua oppositio sunt forte contraria, loquendo de contrarietate transumptiue sumpta, quæ est differentia, secundum speciem sed non oportet diuidentia in vno sensu opponi diuidentibus oppositionem in alio sensu. ¶ Ad aliud dico, quod diuisio oppositionis est in istas intentiones, vt vnum membrum illorū non sequitur, ad aliud, quia non sequitur, hæc sunt contraria, igitur sunt contradictoria, sed consequentia est inter illa quę subsunt, vt sequitur, album & nigrum, igitur album & non album, & in illa non est diuisio, nisi per accidens. ¶ Contra hoc loquendo de intentionibus, omnia sunt relatiuè opposita, qa contradictorium dicitur contradictorio contradictorium, & contrarium contrario contrarium, & sic de alijs. Respondeo, contradictorium est relatiuum per accidens, sicut homo est albus, contradictio autem non est relatiua oppositio, diuisio autem sic oppositionis in abstracto, vel in concreto sumpto essentialiter non sumitur pro omni illo quod potest denominare, quia tunc quale non diuideretur in denominatiua specierum suarum, cum illa possint de eodem prædicari & de se mutuo, licet per accidens. ¶ Ad aliud dico, quod relatiua non sunt relatiuè opposita, nisi in cōparatione ad idē, & sic nō pñt inferri ex seipsis positis in cōparatione ad diuersos terminos, licèt relatiua absolutè possint inferri, qualiter atū rō Arist. valet de magno & de paruo, dictum est supra. Contra hoc Arist. in princ. huius capituli, vbi dat differentiam inter contraria, & relatiuè opposita, dicit, quod in relatiuè oppositis vnum secundum se dicitur ad aliud, & non in contrarijs, & idem dicit, assignando differentiam inter relatiuam oppositionem, & contrariam, & duo relatiua sumpta in comparatione ad idem, vt pater huius, & filius huius, non dicuntur adinuicem sed ipsa absolutè sumpta, igitur intelligit relatiuè opposita esse relatiua absolutè. ¶ Ad hoc potest dici, quod in relatiuè oppositis sunt duo, oppositio, & relatio; superaddita ratione oppositis oportet sic opposita accipi in comparatione ad idem, quia hoc est generale omnibus oppositis sumi in comparatione ad idem, ratione differentiæ superadditæ oppositi-

tioni quæ est relatio oportet illa secundum quæ est oppositio referri adinuicem. ¶ Dictum igitur Arist. est intelligendum de ipsis formis, inter quas est oppositio, quia illæ referuntur ad inuicē, quia in hoc differunt formæ hic oppositæ à formis oppositis in alijs gñibus oppositionis, in oib. tñ oportet oppositareferri ad idē, & ideo Ari. qñ debuit distinguere hāc oppositionem ab alijs, non posuit illam conditionem, in qua hęc conuenit cum alijs in ratione oppositionis in generali, sed illam in qua hęc distinguitur ab alijs. ¶ Ad aliud potest dici, quod in priuatiuè oppositis non tenet consequentia in seipso, nisi in comparatione ad subiectum proximum, verbi gratia, sequatur, homo est sentiens, non sequitur eodem ordine in priuatiue oppositis, homo est cęcus, igitur homo est insensibilis, quia si sic, cum vlterius sequitur, igitur homo est nō sensibilis ab affirmatiua de prędicato priuato ad affirmatiuā de prædicato infinito, per Arist. & Boe. in 2. periherm. & per Arist. in 1. priorum, & vlterius sequitur est non sensibilis, igitur non est sensibilis, per ipsos ubi prius, sequeretur à primo ad vltimum, est cęcus, igitur non est sensibilis, vbi manifestè est fallacia consequentis. Potest tñ dictum Arist in 2. topic. intelligi de subiecto proximo habitus inferioris, & suę priuationis, vt fortè si sequatur, oculus est videns, igitur oculus est sentiens, similiter sequitur, oculus est cęcus, vel homo cęcus secundum oculum, igitur oculus vel homo secundum oculum est insensibilis. Ratio differentię est, quia priuatio est negatio habitus in apto nato, ad negationem autem habitus inferioris absolutè, vel in subiecto remoto non sequitur negatio habitus superioris absolutè vel in subiecto remoto, sed est fallacia consequēris à propositione habente plures causas veritatis ad vnam, tamē ad negationem habitus inferioris in subiecto proximo illius habitus sequitur negatio habitus superioris in eodem subiectu, quia in illo subiecto non est habitus superior natus haberi, nisi quia habitus inferior, nec mirum est respectu alicuius subiecti priuatiuum habitus inferioris inferre priuatiuum habitus superioris, respectu alterius non: quia consequentia non est inter incomplexa, sed inter propositiones. Tum quia omnis illatio pertinet ad tertiā operationem intellectus, sicut igitur secunda operatio intellectus, quæ est compositio & diuisio supponit primam, quæ est indiuisibilium intelligentia, & non est compositio nisi in

Cont. 1. & inde.

tali-

talibus, ita tertia operatio præsupponit secundam, ita quod in illa non erit aliqua illatio nisi in compositis, vel diuisis. Tum quia omnis consequentia est reducibilis in syllogismū nihil autem est antecedens, vel consequens in syllogismo nisi propositio, igitur nihil est extremum consequentiæ nisi tale. ¶ Ad exemplum de priuatiue oppositis, si concedatur hæc consequentia, est dissimilis illi igitur est dissimilis, quod videtur propter relationis rationem in dissimili, dicēdum est tunc, quod dissimile absolutè sumptum non opponitur simili absolutè priuatiuè, sed oportet vtrumque sumi secundum idem ad idem, vt similis & dissimilis eidem, vt in albedine, & sic non possunt ista duo dici de eodem. Vel aliter neganda est ista consequentia, est dissimilis illi, igitur est dissimilis, qa ad consequens sequitur, igitur nō est similis, quod non sequitur ad antecedens. Tunc ad propositionem illam, relatiuum respectu cuiuscunque termini infert seipsum absolutè, concedatur quantum est ex ratione relationis, sed potest prohiberi ratione negationis, quando in eodem coniungitur negatio cū relatione, sic est in relatiuis priuatiuis, cuiusmodi est dissimilis. ¶ Ad aliud dici potest, sicut Arist. in quarto metaph. c. de medijs, ubi probat principaliter, quod medium componitur ex cōtrarijs, quia medium est magis vnius extremi, & minus alterius, quia medium dictum per participationem participat vtrumque extremum imperfectè & virtualiter, neutrum tamen simpliciter, & ideo denominatur à neutro simpliciter. ¶ Ad primum in contrarium dico sicut est compositio essentialis ex materia & forma, compositio quantitatiua, quæ est ex partibus integralibus, & compositio secūdum gradus perfectionis, ita per oppositum est simplicitas, & simplicitate opposita primis duobus modis compositionis est forma simplex, sed non omnis forma est simplex simplicitate tertio modo quia in aliqua eadē forma sunt diuersi gradus perfectionis & virtutis, quæ compositio non repugnat simplicitati essentiæ formæ. ¶ Ad secundam prolationem de contrarijs, si concedatur scutum huiusmodi esse coloratum, potest dici, quòd non sequitur, igitur est album vel nigrum, quia in illa consideratione quæ accipitur, dicit Arist. quod quicquid denominatiuè dicitur à genere, vel habet genus, oportet denominatiuè dici à specie, vel habere speciem, & per hoc innuit duplicem modum denominandi in accidentibus, vnum

secun-

secundum esse, alium secundum ineſſe, quem duplicem modum tetigit in principio secundi, quod igitur genus denominat & aliqua species denominabit, vel secundum esse vel secundum ineſſe, & ita est verè concedendum, quod scuto ineſt albedo, vel nigredo, vel color medius, sed non sequitur, ergo scutum est album, quia in accidentibus non tenet ab ineſſe ad esse secundum Arist. in principio secundi. Top. 5.

¶ Aliter potest dici, quod scutum non est coloratum, quia verum est dicere, qđ nullo colore coloratū: quia illius vniuersalis quęlibet singularis est vera: quia opposita quælibet est falsa, nec tamen est concedendum quod sit colorata, quia forte sicut coloratum dicit vnitatem in forma, & in subiecto, ita colorata dicit pluralitatem in vtroq; & neq; est vnitas in vtroque: neque pluralitas in vtroq;, sed vnitas in subiecto, pluralitas in accidēte.

¶ Ad aliud dico, quod non est inconueniens duorum accidentium intentionaliū vtrumque esse in vtroque vt in subiecto, quia quodlibet intentionale præter hoc, quod est modus intelligendi altertus, est intelligibile per se, quando est modus intelligendi habet rationem accidentis quando est intelligibile est quid, & potest intelligi sub aliquo, quod est modus intelligendi eius, cuius tamen prius fuit modus intelligendi, & ita potest respectu eiusdem esse intellectum & modus intelligendi, & hæc est causa, quare in accidentibus intētionalibus potest idem prædicari de se denominatiuè, quia idem potest esse intellectum & modus intelligendi, sub extranea ratione sumptum, & ita sub extraneis rationibus potest significari in concreto & in abstracto. Sic patet, quod hæc diuisio tantū est oppositionis, quæ est in incōplexis, quia vno modo intēdit Arist. de oppositione in libro piher. vt distinguit oppositionem in enunciationibus. Patet cuius diuisio sit quia primo est æquiuoci in æquiuocata, secundo vniuoci in vtroq; sensu in vniuocata. ¶ Notandum, quod contrariorum quędam sunt immediata, quorum alterum necesse est ineſſe omni susceptibili, alia sunt mediata quorum non necesse est alterum ineſſe. Et mediatorū quædam habent media per participationē, quæ media aliquid habent vtriusq; extremi, quædam habent tantum media per abnegationem. Mediatorum etiam quædam habent plura media: quædam tantum unum, & quædam media nominata quædam innominata. Pro secūda diuisione tamē intelligendum, quod nulla dicuntur con-

contraria

traria mediata propriè, nisi quæ habent mediū per participationem: medium enim per abnegationem inuenitur in omnibus, præterquam in cōtrarijs, sed fortè in aliquib. contrarijs mediatis medium non nominatur nisi per adnegationem extremorum, vt in bono & malo & consimilibus. Tertiæ diuisionis & quartæ causſa assignatur in quarto metaph. capitulo quoniam autem vnum vni contrarium &c. quæ est, quod alī quando negationes contrariorum cadunt super aliquid vnū determinatum eiusdem generis cum extremis, & tunc potest esse vnum medium nominatum, sicut negatio maioris vel minoris determinatè cadit super habens eandem quantitatē; & ideo illorum est vnū medium nominatum, quod est æquale, quando autem negationes contrariorum non cadunt super aliquod vnum susceptiuum, tunc non est vnum medium, sed vel omnino remanet innominatum, vel plura media nominata, quando negatio extremorum cadit super plures formas eiusdem generis.

Tex. 5.

¶ *Quecunque verò contrariorum sunt talia, vt in quibus nata sunt fieri vel de quibus pradicantur, necessarium sit alterum eorum ineſſe, nihil medium eorum est.* Cap. eod.

QVÆSTIO XXXIX.

QVæritur vtrum aliqua sint contraria immediata? quod non videtur: quia si aliqua essent talia; igitur eorum non esset medium secundum se; igitur essent cōtradictoria, probatio primæ consequentiæ; quia si eorum esset medium secundum se, essent mediata, probatio secundæ consequentiæ, quia contradictoria sic diffiniuntur ab Arist. in primo posteriorum. Contradictio est oppositio, cuius non est medium secundum se, igitur quæ habent hanc diffinitionem, sunt contradictoria. ¶ Item secundum Arist. in litera cōtrariorum immediatorum necessario vnum inest susceptibili, sed nulla sunt talia, igitur &c. probatio minoris, quia de quibuscunq. contrarijs oppositis vbi alterum non inest a natura, arguatur sic, non necessarium est hoc inesse susceptibili, nec necesse est illud; igit necesse est inesse, ambæ singulares sunt veræ, igit & vtis, qa illa vtis sufficienter inducit per duas singulares, igitur eius contradictoria est falsa; alterum necesse est inesse &c. ¶ Item inter cōtraria immediata si quę sunt potest

test esse motus, sed mobile dum est in motu sub neutro termi
norum est ergo possibile est subiectum esse sub neutro con-
trariorum immediatorum probatio secundæ propositionis. *Cortex.*
Tum per Aris. 6. physi. mobile dum est in motu partim est in 7. & 27.
termino a quo: partim in termino ad quem. Tum quia si mo-
bile esset in termino à quo simpliciter non moueretur: quia
tunc inciperet motus, si esse simpliciter in termino ad quem
non esset motus: quia tunc terminaretur motus. ¶ Item si pos-
sibile esset fieri mutationem inter cõtraria immediata, vt ma-
nifestum est: mutetur sortes de sanitate in ægritudinem, cum
durationis sanitatis in Sorte sit aliquis terminus: sit ille vlti-
mus terminus a. & primus initialis ægritudinis b. aut igitur
b. & a. sunt vnum instans: & tunc idem in vno instanti esset
sub duobus contrarijs aut sunt duo instantia, igitur inter illa
est tempus medium, in quo non est sanus nec æger. igitur illa
sunt contraria mediata, & sic de quibusdam alijs. ¶ Ad oppo
situm est Aris.

Ad quæstionem dicendum, ꝙ aliqua sunt maximè distan-
tia in eodem genere, quorum alterum necesse est inesse suscep
tibili: ergo aliqua sunt contraria immediata, consequẽtia te
net per locum à diffinitione: quia quæstio: si est nõ scitur de-
monstratiuè nisi per quid est, per Aris. in 2. poste. ¶ Ad pri- *Tex. 1.*
mum arg. dico. ꝙ illud non est medium ſm se: potest intelli- *Cap. 2.*
gi dupliciter: vel quod sit negatio modi simpliciter: vel mo- *& inde.*
dus negationis, primo modo conuenit contrarijs immediatis
secundo conuenit contradictorijs, & ponitur in diffinitione
eorum, quia sola contradictoria nullo modo hñt medium: qa
ſm se ineſt ei non habere medium, omnib. autem alijs oppo-
sitis aliquo modo conuenit hñe medium. ¶ Ad secundum, cõ
cedo hanc propositionem esse falsam, necesse est alterum cõ
trariorum immediatorum ineſſe susceptibili, prout alterum
est signum particulare, quia particularis nunquam est vera,
nisi singularis sit vera. Pro cõi tñ modo loquendi intellige n-
dum, ꝙ alterum cõiter sumit̃ pro hoc vel illo, & illud est di-
stinguendum secundum compositionem & diuisionem, cũ
sic dr̃ necesse est hoc vel illud ineſſe subiecto in sensu compo
sitionis est propositio vera, & est propositio de disiuncto prę
dicato, in sensu diuisionis est falsa, & sic sumitur, quando ly al
terum sumitur, vt est signum particulare, primo modo intel-
ligit Aris. & est cõis intellectus, quando dicimus, necesse est

alte-

alterum contradictoriorum esse verum, & huiusmodi, secundum tñ, q̃ prætendit virtus sermonis, est propositio particularis ¶ Ad tertium dico, quod toto tempore motus est subiectum sub forma priori, & in vltimo termino motus sub forma posteriori, & ita semper sub altero. ¶ Ad primam probationem dico, q̃ forma accidentalis secundum quã est motus suscipit magis & minus, & secundum illum gradum secundum quem est terminus à quo motus non manet in motu, q̃a in toto motu remittitur magis & minus, sed semper essentia termini à quo manet, & ideo intelligendum est dictum Aris. sic mobile &c. hoc est terminum à quo participat secundum aliquem gradum remissum, & * continuè accedit ad terminum ad quem. Similiter patet ad aliam probationem, quia dum subiectum est in termino à quo secundum illum gradũ secundum quem est terminus à quo non mouetur, sed forte incipit moueri. Sed quando substantiam est in termino ad quem secundum illum gradum secundum quem est termimis ad quem, tunc finitur motus. ¶ Ad quartum dico, q̃ impossibile est accipere vltimum instans sanitatis, seu alicuius formæ permanẽtis in subiecto, in quo termino illa forma habeat esse, sed vltimus terminus durationis formæ præcedentis, est primus terminus formæ subsequentis, in quo termino est forma subsequẽs, non p̃cedẽs, vt determinatur in 8. phys.

* *in tantum.*

Cõt. 64.

¶ *Priuatio verò & habitus dicitur quidem fieri circa idem aliquid &c. Cap. eod.*

NOtandum, quod specialis ratio istorum oppositorum non est fieri circa idem, quia hoc conuenit alijs oppositis, nec est ratio eorum fieri circa idem ordine quodam, quia non conuenit omnibus priuatiuè oppositis, nisi intelligatur secundum naturam scilicet, quòd sit aliquod subiectum aptũ natum prius natura habere habitu, quam dicatur priuari, & ita fortè est de contrarijs, quia in omnibus subiectum naturaliter prius ordinatur in extremum perfectius, quam imperfectius, sed ratio generalis illorum oppositorum est forma, & carentia formæ in subiecto apto nato, & per hoc principaliter distinguitur a contrarijs, vbi neutrum extremum est sola carentia reliqui, sed aliqua forma positiua.

¶ *Priuari*

¶ *Priuari verò & habitum habere non est habitus & priuatio &c. Cap. eod.*

NOtanda est etiam illa consequentia Aristotelis priuari & priuatio idem essent de eodem prædicarentur, quia ex eo sequitur vniuersaliter denominatiuum & abstractum non esse idem.

¶ *Opposita autem & hæc videntur esse. s. priuari & habitum habere tanquam priuatio & habitus. C eo.*

SImiliter notandum est illud dictum, quod eadem est oppositio in concretis & abstractis.

¶ *Quoniam autem priuatio & habitus non sic opponuntur vt ad aliquid manifestum est. Cap. eod.*

NOtandum pro differentia secunda, quam assignat Arist. inter priuatiuè opposita & relatiuè: quòd non omnia relatiuè opposita dicunt reciprocè secũdum eũdem modum referendi: sed solum ea quæ per se mutuo referuntur, vnde illa differentia est fortè quorundam relatiuorum ad priuatiuè opposita: sed prior differentia est vniuersalior, hoc valet pro intellectu tertiæ proprietatis relatiuorum: quæ est omnia relatiua dici ad conuertentiam, hoc est mutuo adinuicem, quæ proprietas in aliquibus relatiuis vera est secundum eandem rationem referendi, vbi vtrunque extremum est per se relatiuum ad aliud: in alijs non sic, vbi vnum extremum per se refertur ad aliud, & illud non ad ipsum, nisi per accidens. Vel aliter potest dici, quantum ad propositum quòd licet non omnia relatiua dicantur reciprocè: itñ omnia relatiuè opposita dicũtur reciprocè: quia illa relatiua vbi non vtrunque dicitur per se ad aliud non sunt relatiuè opposita, quia non sunt ab omni eodem genere, scibile enim non est in genere relationis nec vt relatiuum: nec vt relatio per se, & ita de alij relatiuis, ad quæ alia dicuntur per se, & non econuerso: & secundum hoc hæc differẽtia inter relatiuè opposita & priuatiuè est gñalis.

¶ *Quoniam autem neque vt contraria opponuntur ea quæ secundum priuationem & habitum dicuntur, ex his manifestum est. Capit. eodem.*

No-

NOtandum quod duplicem assignat Arist. differentiam inter cõtraria,& priuatiuè oppositа,vnam sumptam, q. a diuisione contrariorum talem, contrariorum mediatorum nunquam necesse est alterum inesse susceptibili, sed priuatiuè oppositorum semper necesse est alterum inesse: postquam subiectum natum est ea suscipere; ergo priuatiuè opposita non sunt contraria mediata. Immediatorum necesse est semper alterum inesse susceptibili, quia semper susceptibile eorum est natum ea suscipere, priuatiuè oppositorum non est necesse alterum inesse, quia non semper subiectum natum est ea suscipere,ergo priuatiuè oppositа non sunt contraria immediata. ¶Præter hæc adiungit vnum membrum, quòd in vtrisque contrariis accidit aliquando vnum extremum inesse a natura, quod non accidit in priuatiuis.

QVÆSTIO XL.

IVxta hoc potest, quæri,vtrum possibile sit aliquorum contrariorum vnum determinatè inesse a natura alicui subiecto? Quod non videtur,quia dicit Arist.in 2.topic.quòd si alicui subiecto assignatur aliquod prædicatum inesse, si contrarium prædicati non possit inesse,nec propositum inest,igitur nulli subiecto inest vnum contrariorum determinatè. ¶Item
2 contraria nata sunt fieri circa idem,ergo non inest alicui vnũ, nisi quod natum est suscipere alterum,igitur neutrum determinate inest. ¶Item hoc videtur specialiter in illis,in quibus exemplificat Arist.ignis non videtur determinatè calidus,neque aqua frigida: quia omnem generationem præcedit alteratio, igitur generationem ex igne præcedit alteratio ignis, per quam inducuntur qualitates aquæ, sed in tota alteratione manet forma ignis,quia per Arist.in 8.physi.in tota transmutatione manet subiectum sub forma priori, ergo ignis potest manere ignis,& non esse calidus,& ita de omnibus transmutabilibus secundum illas qualitates,quas habent,quia generaliter secundum cõtraria videtur posse fieri mutatio. ¶Ad oppositum est Arist.

Cõt. 69. & inde.

Ad quæstionem dicẽdum, quòd possibile est in aliquibus extremis vnum contrarium inesse a natura alicui subiecto, quod ad minus patet de speciebus contrarijs in genere, vbi est propriè contrarietas, & quæ constituuntur per differentias proprias contrarias,& vtrique determinatè inest sua differen-

ferentia: ita quòd non est possibile oppositum inesse. Similiter patet in passionibus, quòd aliquod subiectum secundum suam naturam est princi. per se alicuius passionis habentis cõtrarium, cuius passionis contrarium non potest inesse: cum ipsa passio sequatur formam subiecti.

¶ Ad primum, argu. dicendum, quòd cõsideratio Aristot. intelligenda est secundum aptitudinem, non secundum potentiam, quia si vnum contrarium insit: reliquum aptum est inesse, & non tamẽ oportet quòd possibile sit reliquum inesse. ¶ Ad secundum dicendum, quòd illa diffinitio est vera, secundum generalem rationem contrariorum: quia quantum est ex hoc, cui inest vnum contrarium natum est ei inesse reliquum, sed non oportet, quod sit idem de quibuscunque cõtrariis comparatis ad quodcunque subiectum, nisi forte loquendo de illo subiecto secundum genus, quia licet subiectũ aliquod secundum suam propriam rationem determinet sibi contrarium vnum, hoc non est ex ratione contrariorum, nec ratione generis talis subiecti, forte hæc secunda particula additur pro speciebus, quæ determinant sibi aliquas differentias cõtrarias determinatè, quod licet fortè sit, & a parte specierum, & differentiarum, non tamen inest speciebus per naturam generis. ¶ Ad tertium potest concedi, quòd qualitates elementorum non insunt eis a natura, neque determinatè, quia formæ substantiales eorum possunt manere sub oppositis qualitatibus, vt patet in alteratione præcedente corruptionem elementorum, in illis tamen exemplificat Arist. quia secundum communem conceptionem illæ videntur consequi inseparabiliter formas elementares. Vel aliter potest dici, quælibet qualitas secundum aliquem gradum determinatè inest suo elemento, & secundum illum nunquam amittitur in transmutatione, licet secundum perfectissimum gradum possit amitti, quia secundum illum gradum non consequitur inseparabiliter formam elementi, puta calor perfectissimus formam ignis. Vel aliter, quòd istæ qualitates consequuntur formam elementi, puta ignis in suo perfectissimo esse quale esse nõ habet in transmutatione cum tendit ad corruptionẽ.

¶ *Amplius, & in contrarijs quidem existente susceptibili possibile est in alterum fieri mutationem, nisi alterum naturaliter insit &c. Cap. eod.*

SEcundam differentiam ponit Arist. inter contraria & priuatiuè oppoſita, inter contraria eſt mutua tranſmutatio. inter priuatiuè oppoſita, & non, quia ab habitu poteſt fieri tranſmutatio in priuationem, econuerſo non.

QVÆSTIO XLI.

Cont. 5. & inde. IVxta hoc poteſt quæri. Vtrum a priuatione poſſit fieri regreſſio in habitum? Quod ſic videtur, quia ſecundum Arist. 1. phyſ. priuatio, & forma ſunt duo principia tranſmutationis, ita quòd priuatio eſt terminus a quo, & forma terminus ad quem, ſed a termino a quo ad terminum ad quem eſt tranſmutatio, igitur &c. Item hoc patet in exemplo, tenebra enim opponitur luci priuatiuè, alioquin illuminatio medij eſſet cum motu, & ſucceſſione, quod improbatur ſecũdo de anima conſequentia patet, quia vnum contrarium non abijcitur, & reliquum non acquiritur ſine motu, ſed a tenebra ad lucem poſſibilis eſt regreſſio, manifeſtum eſt, igitur &c. ¶ Itẽ
2 *Cõt. 15.* omnium contrariorum alterum includit priuatiuè oppoſitũ alterius, per Arist. 10. metaph. & hoc non obſtante inter contraria eſt tranſmutatio, igitur & inter priuatiuè oppoſita. ¶ Ad oppoſitum eſt Arist.

Ad iſtud dici poteſt, quòd loquendo generaliter de priuatiuè oppoſitis non eſt impoſſibile vniuerſaliter a priuatione eſſe regreſſum ad habitum, quia ſic loquendo priuatio dicitur eſſe carentia formæ in ſubiecto, quãdo aptum natum eſt habere, & a tali priuatione poſſibile eſt eſſe regreſſum ad formam. Vnde illud dictum Arist. eſt verum de aliqua priuatione particulariter: ideo prima differentia, quam ponit Ariſto. inter contraria, & priuatiuè oppoſita eſt generalis Iſta ſecunda eſt particularis: Ad ſaluandum igitur dictum Arist. diſtinguitur priuatio tripliciter, vno modo ſic. Quædam eſt priuatio, quæ eſt carentia formæ ad quam non ordinatur ſubiectũ, niſi mediante habitu. Alia ad quam ordinatur non mediante habitu. Alio modo ſic, quædam priuatio priuat habitum ſecũdum actum, & ſecundum potentiam, alia priuat tãtum actũ. Tertio modo ſic, priuatio quædam eſt, cuius habitus ineſt a principio innato, cuiuſmodi eſt cæcitas, quia viſus eſt a principio intrinſeco. Alia eſt priuatio, cuius habitus ineſt principio extrinſeco, vt tenebra in medio. De priuatione quocunque iſtorum modorum primo modo dicta intelligit Ariſtot. ſecun-

secundo modo non. Videtur tamen prima distinctio esse minus competens, quia nullum subiectum videtur ordinari in priuationem, mediante habitu, si intelligatur subiectum ordinari in priuationem mediante habitu sic, quod subiectum nō est natum recipere priuationem, nisi prius recipiat habitum, hoc enim est manifestè falsum, quia aliquis non prius videns potest esse cæcus, vel sic intelligatur, nisi prius natum sit recipere habitum, & sic distinctio nulla, quia sic omne subiectū ordinatur in priuatione, mediante habitu. ratio autem quare Aristot. intelligit de primo membro secundæ distinctionis, & non de secundo, est manifesta ex ipsis verbis distinctionis. Quare autem possit intelligere de primo membro tertiæ diuisionis, & non de secundo, causa est, quia quando habitus, qui est a principio intrinseco non inest: tunc in subiecto non inest principium sufficiens illius habitus, & cum natura trāsmutabilis semper tendat in non esse, non est possibile illud principium recuperari in subiecto; & ita nec habitum illum induci: si igitur priuatio talis habitus aliquando insit, impossibile est postea habitum illum inesse, sed quando habitus est a principio extrinseco, vt lux in medio a corpore luminoso; tunc licet priuatio aliquando insit, possibile est tamen ab illo extrinseco habitum induci. ¶ Ad argumenta patet, quia argumenta prima procedunt de priuatione vno modo, & argumenta ad oppositum de priuatione alio modo, quare sicut dictum est illa differentia non est generalis inter priuatiuè opposita, & contraria, multa enim sunt opposita, vbi vnum est tantum carentia alterius in apto nato, quæ non possunt aliter opponi, nisi priuatiuè, & tamen non habent hanc proprietatem, puta lux & tenebræ, quæ si essent contraria, non posset alterum expelli, & alterum induci sine motu, & ita non posset medium in instanti illuminari, cuius oppositum habetur in 2. de anima. Similiter iustitia & iniustitia, scientia & ignorantia, possibile est enim iniustum facere aliqua opera iustitiæ, quia iniustitia non necessitat ad faciendum iniustè, licet inclinet, & per frequenter iustè agere potest acquirere habitum iustitiæ, igitur potest ab iniustitia trāsmutari ad iustitiā. Cōt. 70.

Aliter potest dici ad quæstionem, quòd inter cōtraria mutuo est motus propriè dictus, quia vtrunque est aliqua natura positiua, nec potest expelli, nisi in tempore, sed a priuatione in habitum, numquam est motus ratione priuationis, quia

materia subiecta priuationi, tantum habet carentiam formæ, & cum hoc tamen stat, quod summe sit dispositа ad suscipiendum formam, & ita non oportet illam moueri ad illam, sed statim præsente agente recipere illam sine motu, secundum hoc est dicendum, quòd hæc differentia est vniuersalis inter contraria, & priuatiuè oppositа. ¶ Ad primum argumentum dici potest, quòd a priuatione, quæ est principium, in formā non est motus propriè dictus, nisi quando priuatio coniungitur contrario. ¶ Ad secundum patet ex illis exemplis, qualiter non est motus a priuatione in habitum. ¶ Ad tertium non sequitur non esse motum inter contraria, quia non esset inter priuatiuè oppositа, quia extremum ignobilius contrarietatis non tantum est priuatio reliqui, sed cum hoc est aliqua forma positiua, & ideo non potest expelli sine motu.

¶ Quecunque verò tanquam affirmatio & negatio &c. Cap. eod.

HIc assignat Arist. differentiam inter contradictorie oppositа, & omnia alia, quia in omnibus alijs non oportet alterum extremū esse verū, alterum falsum, in his autē oportet, vel quia nullū aliorū necessario verè ineſt, & aliud falsè, sed in cōtradictorijs alterū verè ineſt, alterum falsè, & sic loquitur de cōtradictorijs incōplexis, vel quia nullū aliorū oppositorum est verum vel falsum, quia incomplexum, & contradictoria sunt complexa, secundum istum sensum magis videtur intelligere ibi, omnino autem eorum quæ sine complexione dicuntur nihil verum neque falsum est, & omnia alia quæ dicta sunt, sine complexione dicuntur, alia. s. a contradictorijs, & tunc intelligendum, quòd contradictio, de qua hic loquitur, non tantum fit in incomplexis, quamuis hic loquatur principaliter de oppositione incomplexorum, quia contradictio fortè vniuocè inuenitur in propositionibus, & in terminis, non sic fortè in alijs oppositionibus, quia ista est magis intentionalis, est. n. simpliciter intentionale. ¶ Adiūgit postea, quòd licet subiecto existente oporteat alterum contrariorum immediatorum esse verum de illo, non tamen hoc oportet subiecto non existente sed in contradictorijs siue subiectum sit, siue non sit, semper alterum est verum de subiecto, & alterum falsum, quia siue sortes sit, siue non, semper hæc est vera, sortes languet, vel sortes non languet.

QVÆ.

QVÆSTIO XLII.

IVxta hoc quæritur, vtrum in negatiua subiectum stet pro ente, & pro non ente indifferenter. Quod sic videtur, quia ista sortes non languet, non esset vera sorte non existente, ni si subiectum staret pro non ente, quia aliter sensus esset, sortes qui est, non languet, & eius contradictoria est falsa, sorte non existente, & sic duo cõtradictoria essent simul falsa. ¶ Dicetur ad istud quòd quando terminus supponit non habens plura suppositа, sicut terminus discretus, possibile est tale subiectum stare pro non ente, sed hoc non est possibile de termino communi. ¶ Contra hoc, ponatur * nullum hominem esse, hæc est falsa, omnis homo languet. *vnum.

Ad solutionem huius quæstionis oportet præscire, quid significatur per terminum, & quæ sunt eius per se suppositа, quia ex hoc esset concludendum, pro quibus per se supponit terminus in oratione, in omni.n. propositione affirmatiua siue negatiua supponit pro eius per se suppositis, & ideo de hoc forte fiet mentio in libro perihermenias, vbi illa sunt magis propria.

¶ *Contrarium autem est bono quidem ex necessitate malum &c. Cap. eod.*

NOtandum, quòd quatuor ponit Arist. proprietates contrariorum. Prima est quòd semper bono contrariatur malum, sed malo quandoque bonum, quæ intelligenda est nõ solum de istis formis bonum & malum, quia ista sola inter se contrariantur, & nunquam malum malo ratione formæ mali, sed de his quæ subsunt, quia aliquando illud quod est malum contrariatur ei, quod est malum, sicut & in propositionibus aliquando illud quod est falsum contrariatur ei, quod est falsum: quia ambo contraria possunt esse simul falsa.

¶ *Amplius verò contrariorum non necessarium est, si alterum est reliquum esse &c. Cap. eo.*

SEcunda est, vno contrariorum existente, non oportet reliquum esse, vt omnibus existentibus sanis sanitas est, & non ægritudo, vel si fortè absolute sumpta non sint contra-

tia, nisi in comparatione ad idem subiectum vt sanum & ægrum circa Sortem, cum impossibile sit ipsa simul inesse eidē subiecto, impossibile est vno existente reliquum esse, primum forte est verius, quia forte inter se sunt contraria, probatio, quia ex se maxime distant in eodem genere. Contra hanc proprietatem in lib. de cælo & mundo, habetur, si vnum contrariorum est in natura, & reliquum, igitur vno existente, oportet reliquum esse. ¶ Ad hoc potest dici, quòd illa propositio non est vera de esse in actu tantum, sed de esse in actu, vel esse in potentia, & de contrarijs, quæ mutuo se expellunt circa idem subiectum, quia tunc si vnum contrarium est, subiectum eius est, si subiectum eius est, igitur reliquum contrariū est in potentia, quia illud subiectum est in potentia ad alterum contrarium.

¶ Palam autem est quod circa idem aut specie aut genere natura habent fieri contrarietates &c. Cap. eod.

PRoprietas tertia est, quòd habent fieri circa idem specie, vel genere, quæ notanda est, quia licet alicui speciei repugnet vnum contrarium, vt albedini congregatiuum, tamen illa contraria habent fieri circa idem genere, vt circa colorē, qui est in diuersis speciebus, quia sic tantum est idem genere, & hoc valet pro eo, quod prius dictum est, qualiter diffinitio contrariorum sit intelligenda.

¶ Necessarium est omnia contraria, vel in eodem genere esse, vel in contrarijs generibus, vel ipsa genera esse &c. Cap. eod.

QVarta proprietas est, quòd contraria vel sunt in eodem genere, vel in cōtrarijs generibus, vel sunt genera aliorum, & istud est intelligendum de generibus * proximis, semper enim contraria sunt in eodem genere primo, nisi sint forte transcendentia, & tunc æquiuocè sunt in diuersis generibus, vt forte bonum & malum, prout sunt transcendētia sunt huiosmodi, prout autem accipiūtur in moribus sunt genera morum. ¶ Intelligendum tamen, q̄ primo modo, prout, s. bonum conuertitur cum ente, nihil dicitur simpliciter malum, nec sic bonum & malum contrariantur, sed tantummodo dicitur bonum & malum, in comparatione ad aliud, quia scilicet deficit a perfectione entitatis alterius.

*primis.

¶ Prius

¶ Prius autem alterum altero dicitur quadrupliciter &c. Cap. de priori.

QVÆSTIO XLIII.

QVæritur vtrum Arist. cõuenienter assignet modos prioris. Quod non videtur, quia multo plures assignat in 5. metaph. puta prius in loco, prius secundum cognitionem, prius secundum motum, & plures alios, igitur &c. *Cõt.* 1c. ¶ Itẽ quot modis dicitur vnum oppositorum, tot & reliquum, sed simul opponitur ei, quod est prius, & nõ habet quinque modos, sed tantum quatuor per Arist. ibidem, igitur &c. 2 ¶ Item nihil est prius secundum tempus, igitur primus modus incõuenienter ponitur. probatio antecedẽtis, quia prius est, quod est principio propinquius per Arist. 5. metaph. sed nullum est principium in tempore, quia est infinitum per Arist. in 8. phys. 3 *Cõt.* 16. *Cont.* 1. *& inde.* ¶ Item secundus modus inconuenienter assignatur: probatio, quia cõsequentia est inter propositiones, sed prius de quo hic loquitur, est in incomplexis, igitur consequens a quo non couertitur cõsequentia, non debet dici prius aliquo modo, ille tamen ponitur secundus modus prioris. 4 ¶ Item a parte integrali non conuertitur consequentia ad totum, vt patet in exemplo Arist. duo sunt igitur vnum est, & non ecõuerso, ergo pars integralis est prior toto secundo modo prioris, sed hoc est falsum, quia secundum Arist. 7. metaph. in diffinitione aliquarum partium integralium cadit totum, sed diffiniens prius est diffinito per Arist 6. topic. 5 *Cõt.* 35. ¶ Item videtur, ꝙ ad totum integrale non sequitur pars, cuius oppositum dicitur in litera, tum quia omnis bona consequentia est reducibilis ad syllogismum, sed illa non probatio, quia si ista consequentia, domus est, igitur paries est, reducetur in syllogismũ, hæc propositio domus est, non posset esse minor. quia prædicatum eius debet esse prædicatum conclusionis, igitur oporteret, quòd esset maior, sed paries cum sit subiectum conclusionis directè est minor extremitas, & domus cum sit subiectum maioris, est medius terminus oporteret, igitur ad reductionem illius consequentiæ assumere talem minorem, paries est domus, & ita vniuersaliter in aliis totis integralibus, & partibus, sed omnis talis minor est impossibilis, quia per Arist. in 4. topic. nullo modo pars de toto prædicatur, igitur omnis talis consequentia tenens virtutem talis minoris, est 6 *Cap.* 4. *Idem* 2. *poster. c.* 17. *Cap.* 2.

inutilis. Tum quia consequētia alicubi tenens ubique tenet, sed totum integrale respectu alicuius prædicati nō infert partem, puta respectu huius, quod est maius parte, vel componi ex partibus vel esse talis figuræ vel talis igitur nunquam infert. ¶ Item hoc secundo modo dicit Arist. genus esse prius, speciem, & hoc est falsum, probatio. Tum quia in primo de anima, vniuersale aut nihil est, aut posterius est. Tum quia genus & species sunt correlatiua, per Porph. igitur sunt simul natura. ¶ Item quintus modus videtur male poni, vbi causa dicitur prior causato &c. & esse rei prius veritate sermonis, quia causa & causatum referuntur, signum & signatum referuntur, igitur causa & causatum sunt simul natura, & similiter esse rei, quod est signatum, & veritas sermonis, quod est signum. ¶ Ad oppositum est Arist.

Ad quæstionem dicendū secundum Arist. quinto metaph. cap. de priori, in principio, generalis ratio prioris in omnibus modis est esse propinquius principio quotcunque igitur modis potest sumi principium, cuius distinctio patet in principio quinti metaph. & quotcunque modis potest aliquid esse propinquius principio quocunque modo sumpto, tot diuersis modis dicitur prius, sed hoc potest pluribus modis accidere quam hic enumerentur, vt manifestum est ibidem in quinto, igitur hic non ponuntur omnes modi prioris, sed quantū sufficit ad propositum, sed fortè solus secūdus modus, qui est in consequendo, est hic ad propositum, secundum quem modum genus dicitur prius specie in vnoquoque prædicamento, & forte quintus qui est in causando, quia substantia est causa omnium accidentium. Alij tres modi qui sunt tempore & ordine & honore ponuntur non vt principaliter intenti, sed vt per illos manifestentur modi principaliter intenti. ¶ Ad primum argumētum dico, ꝙ in 5. metaph. distinguitur prius inquantum est differentia entis, hic autem principaliter secūdum ꝙ est passio eorum quæ sunt in generibus prædicamentorum, inquantum considerantur a ratione, & sic sumptum habet omnino diuersos modos, vnde qui principaliter intenduntur hic ibi omittuntur, & econuerso, cōcedo igitur quòd nō ponitur hic omnes modos prioris, nec forte illos ad quos omnes sunt reducibiles, sufficientes tamen ad propositū enumerat, & quosdam alios ad illorum manifestationem. ¶ Ad secundum dico, ꝙ omnino tot modos habet simul, quot &

prius

prius, sed non ponit Arist omnes eius modos, vel quia sufficienter haberi possunt per modos prioris, vel quia sufficit sibi ponere illos modos simultatis, qui sunt ad propositũ, quæ sunt inter quæ est consequentia mutua, cum neutrum sit causa alterius, & vt species condiuidentes ex opposito idem genus quorum vtrunque opponitur secundo modo prioris, qui est principaliter ad propositum, & adiungit simul tempore, vt per hoc reliqui innotescant ¶ Ad aliud dici potest sicut dicit Arist. 5. metaph. ca. de priori, ℘ prius & posterius sumuntur in tempore per comparationem ad præsens nunc signatum, sed econuerso in præteritis & futuris, quia in præteritis remotius ab hoc nunc est prius, in futuris propinquius huic nunc est prius. ¶ Ad quartum dico, ℘ aliquando est consequẽtia inter propositiones, tamen ratione incomplexorum, & tunc illud incomplexum in consequente, ratione cuius sequitur ad antecedens, & non econuerso, est prius illo in antecedente, ratione cuius antecedens infert consequens. ¶ Ad quintum potest dici, ℘ potest concedi, ℘ omnis pars integralis, sine qua totum non potest esse, est prior toto secundo modo prioris. Et cum arguitur, aliqua talis pars diffinitur per suum totum, igitur est posterius toto concedo quòd sit posterius toto alio modo, vt forte quinto, qui est in causando, sed non secundo modo, qui est in consequendo, sicut ad principium speciale sequitur conclusio in terminis generalibus, & non econuerso, vt ad hanc, omnis triangulus habet tres angulos, sequitur, hæc figura habet tres angulos, vbi principium est prius quinto modo. i. in causando, sed principiatum est prius secundo modo. i. in consequendo, vnde secundus modus non debet poni prius secundum naturam, sed secundum consequẽtiam, & quintus modus prius secundum naturam, vel secundum causalitatem, vnde rursus. Tempore quod sequitur prius ordine dic & honore, Causando quorũ quartus modus est alienus. ¶ Ad aliud potest dici, quòd totum integrale esse infert partem integralem esse, loquendo de illa parte sine qua totũ non potest esse, & ita forte totum infert partem respectu illorum prædicatorum, quæ nõ possunt inesse toti, nisi insint parti: vt domus est alba, igitur partes est albus, sed respectu prædicatorum quæ pertinent ad diuersitatem totius, & partis, non tenet talis consequentia, vt domus est composita ex talibus, non sequitur, igitur & paries. Cum arguitur de reductio

Cont. 16

versus.

ne

ne talis consequentiæ in syllogismum, potest sic reduci, omne illud sine quo domus non potest esse, vel omnis pars integralis domus est, si domus est, paries est huiusmodi, igitur paries est, si domus est, intelligendo maiorem esse de conditionato prædicato, & conclusionem similiter, vbi sumitur pro medio illud vnde tenuit consequentia enthymematica. Et cum arguitur, quòd talis consequentia non tenet vbique, patet, quia totum integrale infert partem vbique respectu esse, & respectu aliorum prædicatorum, quæ non pertinent ad diuersitatem totius & partis, sed non oportet ex hoc, quòd inferat ipsum respectu cuiuscunque prædicati, sicut si sortes inferat hominem nō oportet istam consequentiam tenere, si sor. est indiuiduum, homo est indiuiduum, quia respectu huius prædicati sunt extranea, & ita est de toto integralis, & parte respectu prædicati pertinentis ad diuersitatem eorum. Sed prima probatio non soluitur, non enim reducit prædictum enthymema in syllogismum, sed concludit propositionē differentem ab enthymemate tantum in ordine, quia quando reducitur in syllogismum, oportet antecedens, enthymematis esse aliam præmissam in syllogismo, & consequens enthymematis esse conclusionem in syllogismo. ¶ Potest igitur dici, quòd sic reducitur, domus est, paries est domus genitiuè, igitur paries est: quia quando prædicatum debet concludi de aliquo per hoc quod inest alij, debet in minori notari identitas illorum subiectorum ad inuicem ad minus tanta quanta sufficit ad illationem conclusionis, identitas autem partis integralis ad totum, quòd sit eius, sufficit ad inferendum esse, quod prædicatur de toto esse verum de parte: & ita de alijs prædicatis, quæ nō possunt inesse toti integrali, nisi parti, nec impedit variatio medij penes rectum & obliquum formam syllogismi, vt patet per Arist. primo priorum. ¶ Ad aliud dictum est prius capitulo de relatione quarta proprietate. ¶ Ad octauum dico similiter variatio est de istis intentionibus causa & effectus: signum & signatum: & de his quæ subsunt, intentiones enim referūtur per se, & simul sunt: sed ea quæ subsunt non referuntur nisi fortè per accidens, & ideo illa non sunt simul &c.

¶ *Motus autem species sunt sex &c. Cap. de motu.*

QVÆ-

QVÆSTIO. XLIIII.

QVæritur vtrum Arist. cõuenienter distinguat species motus, Quod non videtur, quia illa in quæ distinguit, sunt in diuersis generibus, vt alteratio in qualitate, & augmentatio in quantitate, igitur nihil est eis vniuocum, igitur non sunt species motus: quia omne habens species est vniuocum eis. ¶ Item Arist. probat in 5. phys. quòd generatio non est motus: pari ratione nec corruptio. ergo &c. ¶ Item Arist. ostendit hic istos motus esse distinctos: quia non fiunt simul circa idem: cuius oppositum videtur, quia semper cum augmentatione coniungitur alteratio, nec est vera instantia, quã ponit in littera de quadrato & gnomone, multæ. n. cõditiones alterationis nõ ptñt ibi saluari: quia non q̃libet pars aucti auget ex tali additione. Similiter talis additio est sola iuxta positio, quã dicit Ari. non esse augmẽtationem, in primo de gña, similiter cum omni generatione vel corruptione cõiungitur alteratio: quia forma substantialis non est immediatum principium agendi, sed tantum qualitates actiuæ & passiuæ, & sẽcundum illas est alteratio, ad quam cõsequitur transmutatio secundum formam substantialem, cuius formæ illæ qualitates sunt propriæ. Item omne auctum occupat maiorem locũ quam prius, quia ipsum est maius, & locus est æqualis locato ergo omne auctum mutat locum. ¶ Item in genere qualitatis est tantum vnus motus vt alteratio, & in genere vbi tantum vnus, igitur esset tantum vnus in genere quantitatis, & tantum vnus in genere substantiæ, igitur non erunt nisi quatuor species motus tantum. Contingit etiam arguere, quòd in alijs generibus, à quatuor fit motus per se secundum quòd videtur haberi per vnum dictum Arist. in 3. physic. quòd tot sunt species motus quot entis, igitur motus est in omni genere. ¶ Ad oppositum est Arist.

Ad quæstionem dici põt, ꝙ motus secundũ illam rationẽ, quæ assignatur in 3. physic. quòd est actus entis in potẽtia inquãtum in potentia conuenit omnibus istis sex æquiuocè, sicut & diffinitio & ipsa diffinientia, quæ sunt actus & potẽtia æquiuocè eis cõuenitũt. Sed magis propriè sumitur motus in 5. phy. ꝙ motus est a contrario in contrarium, & in tempore & isto modo distinguitur contra mutationem subitam quæ est in instanti, nec potest sic sumptum conuenienter diuidi in

2 *Cont. 8.*

3 *Contex. 34. & in de.*

4 *1. de gene.*

5 *Cont. 25 4. phy.*

Cont. 30

Con. 5.

Cont. 6.

Cont. 6. 7. 2. 9. & inde.

istos

istos sex modos, sed tm̃ quatuor eorum, igit̃ primo mō sumitur hic, & est sic diuisio conueniēs, vt vocis in significationes. ¶ Ad primum argumentum. dico, quòd species ibi sumitur non, vt sumit Porph. sed pro modo, vel significato speciali,
Cont. 5. sicut in illa auctoritate Ari. in 3. phy. vbi dicit, quod tot sunt spēs motus, quod & entis. ens enim non habet illas tanquam species propriè sed tāquam significata. ¶ Ad aliud concedo, q̃ generatio & corruptio non sunt motus vt Arist. loquitur ibi de motus, vt distinguitur contra mutationem sunt tamen motus prout loquitur de motu in 3. physicorum. ¶ Ad aliud dico, quod licet isti modus fiant circa idem, vel simul vel ordine quodam, nunquam tamen sunt simul. hoc est ad eũdem terminum per se, & hoc sufficit ad eorum distinctionem. Cũ arguitur de augmẽratione & alteratione, concedo, quòd omnis augmentatio naturalis propriè dicta præsupponit alterationem, cuiusmodi non est augmentatio in mathematicis, sed nulla augmentatio est ad terminum, ad quem est alteratio, & satis potest concedi, quod instantia Ari. non est ad propositũ de augmentatione propriè dicta, sed de iuxta positione, quæ aliquo modo augmentationi assimilatur, & pro tanto est illa instantia ad propositum. ¶ Cum arguitur de alteratione & generatione, concessio, quod omnem generationem, præcedit alteratio, non sequitur hoc esse per se ad eundem terminũ, quia alteratio est per se ad qualitatem, generatio ad formam substantialem. ¶ Cum arguitur de augmentatione & loci mutatione, concedo, quod auctum maiorem locum occupat, quam prius, sed tamen non mutat locum secundum totum, vnde quia totum non habet locum alium, ideo non dicitur moueri secundum locum, vel si concedatur, quod moueatur secundum locum loci mutatio & alteratio per se sunt ad diuersos terminos. ¶ Ad aliud dico, quod in genere quantitatis est vnus motus genere, sicut in genere qualitatis, & in genere vbi, sed non est nominatus in genere, sed tantùm in speciebus proximis, qui sunt augmentatio & diminutio. Et consimiliter dicendum de generatione & corruptione. ¶ Ad aliud dico, quod in solis tribus generibus. s. quantitate, qualitate, & vbi, est propriè motus, vt distinguitur contra mutationem subitam, sicut probatur 5. physicorum.
Cont. & inde. 9. ¶ Cum arguitur in contrarium, tot sunt species motus, quot & entis Commentator addit, acquisiti per motũ, & illa propo-

positio

positio sic particulariter sumpta satis est vniuersalis ad propositum Arist. ibi. & tantum res istorum trium generum per se acquiruntur per motum propriè dictum. ¶ Item iuxta hoc argui, quòd inconuenienter distinguit hic motum, cum motus sit passio naturalis, & ita impertinens logico. ¶ Ad quod potest responderi, quòd motus inquantum eius principium, est materia vel forma, siue inquantum egreditur a principijs corporis naturalis sicut, passio a principijs sui subiecti pertinet ad considerationem naturalis, sed inquatum est quod trãscendens repertum in diuersis generibus per reductionem secũdum quam est ad res diuersorum generum, sic pertinet ad considerationem Logici considerãtis generalissima.

¶ Est autem simpliciter quidem quies motui contrarium. Cap. 10.

NOtandum, quòd quot sunt species motus tot & quietis, & sumendo ambo vt differunt in eodem genere, opponuntur priuatiuè, speciali autem motui priuatiuè opponitur quies specialis, non illa quæ est in termino ad quem: quia illa est salus, & perfectio motus, sed quæ est in termino a quo, vt dealbationi priuatiuè opponitur quies in nigredine. Motuĩ autem ad vnum terminum contrariatur motus econtrario qui est ad terminum contrarium, & quieti in contrario vno contrariatur quies in alio contrario: ita quòd motus specialis habet pro contrario alium motum, & pro priuatiuè opposito quietem, similiter quies habet pro contrario aliam quietem, & pro priuatiuè opposito motum. ¶ Quod si quis ponat quietem contrariam motui, non esset possibile vitare inconueniens, s. plura contrariari eidem vniuoco, quod est contra Arist. 1. topic. & 10. meraph non est autem inconueniens eidem vnum contrariari, & aliud eidem priuatiue opponi. C. 12. & circiter. Cõt. 14. & inde.

¶ Habere autem multis modis dicitur &c. Cap. de habere.

NOtandum, quòd quotcunque modis aliquid dicitur esse in alio, tot modis potest dici illud aliud habere idem, quòd in eo est. Sed tamẽ octo modi habere hic positi & octo modi essendi in 4. physic. non sunt idem, nec forte omnes isti reducibiles ad illos, nec econuerso. ¶ Pro hac tñ distinctione intelligendum, quod sicut quæcunque genera accidentium Cõt. 23.

æquiuoce

æquiuoce sunt in substantia, ita substantia ea habet æquiuoce. ¶ Duos igitur modos primos ponit Aristo. quibus substantia dicitur habere qualitatem & quantitatem, alios duos iuxta prædicamentum, decimũ, quod est habitus, vt habere ea quæ circa corpus sunt secundum totum, vel secũdum partem: per hos quatuor modos primorum generum accidentium & vltimi generis dans intelligere modos alios habere secundum alia genera intermedia, & adiungit alios quatuor modos habere vt partem. contentũ, possessionem, & cohabitationem, per quos possunt alij modi priores innotescere, nec enumerat omnes modos habere, sed famosiores & præcipuè de numero illorum, qui sunt ad propositum. ¶ Pro his omnibus notandum de æquiuocatione habitus, quod habet quatuor primus sensus, qui dicti sunt prius, & in primo sensu sumptus habet hanc totam distinctionem. ¶ Notandum etiam pro tertio modo quod habitus, vt est generalissimum, non habetur, vt dicitur 5. meta. quia tunc esset processus in infinitum, sed est habitudo media inter habentem & adiacentia corpori, quæ habentur per illum habitum, si enim habitus vt est generalissimum haberetur, hoc esset per alium habitum, & pari ratione ille haberetur per alium, & sic infinita essent entia, qđ est inconueniens, quia tunc nullum esset primum ens, cuius oppositum probatur in 2. met. & aliqualiter persuadetur in fine duodecimi meta. sic. Entia non volunt malè disponi non est autem bonum pluralitas principatuum, vnus igitur princeps qui est Deus benedictus in sęcula sæculorum. Amen.

Super c. de qualitate.

Expliciunt quæstiones Ioannis Scoti super libro Prædicamentorum Aristotel.

INCIPIVNT QVAESTIONES eiusdem super lib. j. Perihermenias Arist.

Primum oportet constituere quid sit nomen, quid verbum, &c. Cap. Primum.

QVÆSTIO PRIMA.

Circa subiectum huius libri notandum, quod Boerius ponit illud esse interpretationem, quòd etiam indicat interpretatio huius nominis, Perihermenias, sed si ratio interpretatio-

pretationis sit hæc vox articulata prolata cum imaginatione significandi, tũc interpretatio dicitur de incomplexis, & cõplexis, & nõ est propriè subiectum huius libri cum liber iste medium teneat ordinem inter librũ prædicamẽtorũ, & librũ priorũ, quorũ alter est de his quæ pertinẽt ad primã operationem intellectus, alter de his, quę ad tertiam. Iste liber ergo est de his duæ ptinent ad mediam. Siue autem ratio, prędicta sit ratio interpretationis, siue secundũ alios alia specialior. s. vox articulata prolata cum imaginatione significandi esse aliquid vel non esse, non erit interpretatio propriũ subiectum hic cũ nulla pars logicæ sit de voce, vt de subiecto, sicut dictũ est in principio prædicamentorum, qa omnes passiones subiectorũ in logica eis æqualiter ineſſent, nulla etiam voce existente, ergo enunciatio hic conuenienter põt poni subiectum & hæc enũciatio in mente, quia illa cauiatur ex secunda operatione intellectus, quia omnia quæ hic determinãtur, propter ipsam determinãtur, puta primo de partibus eius integralibus nomine & uerbo, secũdo de eius genere, quod est oratio, deinde quid ipsum est, & de diuisione eius in suas primas species, & consequẽter de eius proprietatib. oppositione scilicet & habitudine & cęteris huiusmodi. Si autem istę proprietates insunt enunciationi in voce hoc non est primo, sed inquãtũ est signum eius enunciationis, quę est in mẽte. ¶ Contra hoc subiectum debet esse commune omnibus quæ determinantur in scientia, non sic est enunciatio, cum hic determinetur de nomine & verbo, de quibus enunciatio non prædicatur. ¶ Item auctoritas Boetij est in contrarium, qui dicit hunc librum esse de interpretatione. ¶ Item, qđ non est enũciatio in mente: probatio: quia illius non sunt partes, scilicet nomen, & verbum cum, vtrumque sit, vox, sed enunciatonis sunt illæ partes, de qua hic determinatur.

¶ Ad primum si intelligatur illa maior de vniuersalitate prædicationis, qualis est totius vniuersali in suas partes, falsa est: in omni namque scientia, cuius subiectum est compositũ, nece sse est determinare de partibus subiecti, de quibus tamẽ subiectum non prædicatur: sed si aliquo modo sit vera maior debet intelligi subiectum sic esse communiter: quia eius cognitio principaliter quæritur in scientia in cognitione omniũ aliorum, quantum illa alia determinantur propter cognitionem principalis subiecti. ¶ Ad secundum dico, quod de multis

tis dicitur scientia esse quorum non quodlibet est principale subiectum, vt dictum est in Porphyrio. ¶ Ad tertium dico, quod sicut nomen & verbum in voce sunt partes enunciationis in voce, sic ipsa in mente sunt partes enunciationis in mente. quæ enim percipiuntur ab intellectum in prima eius operatione, componuntur in secunda: licet nec hæc, nec illa exprimantur. ¶ Deinde, cum dicitur, quod tam nomen quam verbum est vox, vel est verum de his secundum quod nobis magis innotescunt, quia sic debuerunt eorum descriptiones assignari, & per illas patet descriptio eorum prout sunt in mente, vel aliud est dicere nomen esse vocem & esse in voce, quia vox forte potest esse essentialiter non in voce, hoc est nō expressum, sicut & ipsum expressum, & primo modo ponitur in diffinitione nominis.

¶ *Sunt ergo ea quæ sunt in voce, earum, quæ sunt in anima passionum nota &c. Cap. eod.*

QVÆSTIO II.

Hic præmittit Arist. breuem tractatum de vocibus significatiuis, ideo potest quæri, vtrum nomen significat rem vel speciem in anima, & intelligitur quæstio non de nominibus impositis ad significandum similitudines vel species, sed de quocunque alio nomine cuicunq; impositio, vt de illo nomine homo animal, & huiusmodi, vtrum homo significat naturam humanam, vel speciem. Dico autem speciem intelligibilium similitudinem intelligibilem, quæ est in intellectu vt in subiecto, sicut species sensibilis est similitudo rei sensibilis quæ est in sensu vt in subiecto. Quod speciem significet, videtur hic in litera: dicit. n. Arist. ea quæ sunt in voce sunt notæ. i. signa passionum in anima, illæ passiones nō sunt res: quia res non sunt in anima. ¶ Item parum post dicitur passiones animæ sunt omnibus eædem: quorum primorum hæ voces sunt notæ, & res ēt sunt eędem, quarum & hę passiones sunt similitudines, hęc litera manifestè exponit quid intelligat p passionē q a similitudinē, & eā dicit significari primo per vocē, quia est similitudo rei, & res nō est similitudo sui ipsius, ergo &c. ¶ Item tantum veritas & falsitas sunt in sermone, vt in signo, ergo enunciatio prolata illud significat, in quo est veritas, & falsitas, illud est compositio intellectus, vt dicit Arist. cito post

in

in litera, ergo enũciatio composita significat illud quod est in intellectu composito tantum ergo & partes enunciationis significant tantum ea quæ sunt in intellectu simplici, cuiusmodi est species. ¶ Item manifestè dicit Boetius frequenter in commento hoc, quod voces significant similitudines, & dicit hanc esse Arist. opinionem. ¶ Item Priscianus dicit, ꝙ omnis pars orationis significat mentis conceptum, sed ille conceptus non est res, sed similitudo, vt videtur, ergo &c. ¶ Item tãtum illud significatur, quod primo intelligitur, non est res ergo &c. probatio minoris, omne intelligibile est intellectu, res autem non est huiusmodi, quia lapis non est in anima, sed species lapidis, tertio de anima, ergo &c. probatio maioris, quia ex 3. de anima ex intellectu & intelligibili fit verius vnũ quam ex materia & forma, ergo &c. ¶ Item nihil intelligitur nisi per speciem, ergo nihil significatur per aliquam vocem, nisi per speciem, ergo species magis significatur, quia omne propter quod & illud magis. ¶ Ad oppositum inferius in fine capituli de verbo dicit Arist. ꝙ verbum significat aliquid, constituit n. intellectum, qui dicit, ex quo sequitur, ꝙ significare est alicuius intellectum constituere, illud ergo significatur, cuius intellectus per vocem constituitur, sed pro lata voce non constituitur intellectus speciei, sed rei, ut patet in quocunque audiente vocem significatiuam. Item in primo elenchorum dicit Arist. quod pro rebus vtimur nominibus quia non possumus ferre res ad disputãdum, sed species intelligibiles possumus nobiscum ferre, ergo illarum non sunt voces notæ, sed rerum. Item ibidem paulo post, quia res sunt infinitæ nomina autem finita, ideo necesse est vnum nomẽ, & vnam orationem plures res significare. Item Arist. 4. metaph. dicit quòd ratio, quam significat nomen est diffinitio, sed diffinitio indicat veram essentiam rei, ergo illa essentia per nomen significatur. Quod autem species non significetur, patet. Tum quia tunc omne nomen significaret accidẽs, quia illa species est in anima, vt in subiecto, sicut species visibilis in oculo. Tũ quia omnis propositio affirmatiua esse falsa in qua subiectum & prædicatum cognoscuntur ab intellectu per diuersas species, vt illa, homo est animal, cum alia sit specie hominis per quam intelligitur, & alia animalis, & manifestè omnes propositiones essent falsæ in quibus enunciatur actus realis de aliquo subiecto, cuiusmodi sunt, homo currit &c. cum hæc non insint

4
5
6
Cont. 38
Cont. 5.
7
1. post.
Cont. 6.
Cont. 28

Cont.38 ſpeciei. Hæc etiam propoſitio 3. de anima: lapis non eſt in anima, ſed ſpecies lapidis, includit cõtradictionem, primo remouet eſſe in anima à ſpecie lapidis, quæ ſignificatur per hoc nomen lapidis, per primam partem præpoſitionis lapis non eſt in anima, per ſecundam partem illud prædicatum eidem ſubiecto attribueretur. Tum quia omnis propoſitio eſſet vera, in qua prædicatur eſſe ſecundum adiacens, vt hæc Sor. eſt vel antichriſtus eſt, quia ſpecies cuiuſcunque ſubiecti, de qua enũciamus eſſe, eſt. Tum quia nullus ſyllogiſmus eſſet perfectus, quia ſi per terminum medium ſignificetur ſpecies in anima, ſiue ſumatur res, ſiue ſpecies, non erit illud ſumptum ſub ſuppoſitũ medij. Tum quia nihil ſignificatur, niſi quod intelligitur, ſpecies intelligibilis non intelligitur, quod oſtenditur. Primo per ſimile, quia ſpecies viſibilis non videtur. Secundo, quia eſt id, quo intelligibile intelligitur, ſed in omnibus circa primum differunt, quo eſt, & quod eſt per Boe. Tertio, quia ſi ſpecies intelligitur, intelligitur per aliam ſpeciem, intellectus enim cum ſit virtus paſſiua, nihil cognoſcit, niſi ſit in actu per ſpeciem ſui obiecti.

lib. de cri.

Ad quæſtionem dicitur, quod ſpecies intelligibilis immediate ſignificatur per vocem, ſed illa dupliciter conſideratur, aut inquantum eſt quid in ſe accidens, ſcilicet informans animam, aut inquantum repreſentat rem. primo modo non ſignificatur per vocem propter rationes ad oppoſitum, ſed ſecundo modo, cum enim omne ſignum inquantum ſignum ſit ſignum ſignati, ſequitur, quod vox ſignificans ſimilitudinem inquantum ſignum rei, ſignificat ipſam rem, ſed mediatè, quia ſcilicet immediatè ſignificat id quod eſt ſignum rei, inquantum eſt ſignum. ¶ Contra nulla ratio ſubſtantialis eſt eadem ſubſtantiæ & accidenti, cum nec etiam habeant idem * rei genus generaliſſimum, ſed * ſpeciei quæ eſt ſubſtantiæ ſimilitudo, eſt accidens, ergo ſi hæc ſignificentur per quodlibet nomen, iſtis duobus erit ſolum nomen commune, ergo & ratio ſubſtantiæ eſt diuerſa: ergo omne nomen eſt æquiuocum. ¶ Confirmatur ratio per Ariſto. in principio prædicamentorũ, vbi exemplificat de æquiuocis: vt animal homo, & quod pingitur: intelligens per hoc, quòd ſi aliquod nomen ſignificet rem & ſimilitudinem eius: eſſet æquiuocum. Ad iſtud dicitur, quod æquiuocum cum diuerſis actibus ſignificandi ſignificat multa: ſed vox ſignificat rem & ſimilitudinem eodẽ

actu

actu est aliquid signum signi & signati. Per hoc ad confirmationem Aristo. intelligitur, si diuersis actibus significandi significaretur vtrunque, & diuersa impositione, hæc etiam patent in simili: quia non omnis dictio scripta est æquiuoca, & tamen secundum Aristo. illa significat dictionem in voce, & cum hoc rem: ideo non est æquiuocatio, quia primum signatum inquantum est signarum est signum signati. ¶ Ad rationes principales contra hanc positionem concedũtur omnes, quæ probant rem significari. ¶ Ad probationes autem, quæ probant speciem non significari. Ad primam respondetur, quod non est inconueniens omne nomen significare accidẽs: sed immediate vel in mente non inquantum est quid in se: sed inquantum est signum rei: & ita voces aliquæ significant substantiam, vt vltimum significatum, & illæ dicuntur absolute significare substantiam, aliquid enim potest significare simpliciter: licet non immediate, vt patet de dictionibus scriptis, aliqua illarum dicitur significare simpliciter substantiã, licet omnia illa immediate significent vocem per Arist. in litera. ¶ Ad secundum probationem intelligendum, quòd veritas & falsitas non sunt in signo, nisi per signatũ, veritas enim signi est conformitas eius cum signato, & falsitas difformitas, compositio ergo specierum ad inuicem vt illæ sunt signa rerum, non est indicanda vera vel falsa, nisi a signatis, idest a rebus omnis, ergo veritas cuiuscunque propositionis referenda est ad res: quia illæ sunt vltimo significatæ, & non sunt signa aliquorum aliorum. Hoc patet in exemplo: hæc propositio, homo est animal, scripta: nõ dicitur falsa, licet hæc vox, homo, non sit hæc vox animal, & hoc, quia literæ non significant voces, vt sunt aliquid in se: sed vt sunt signa aliorum: & ita in omnibus his semper oportet recurrere ad vltimum significatum. ¶ Per hoc patet ad omnes probationes de veritate & falsitate compositionum, quia veritas non est indicanda nisi penes vltima significata, quæ. s. sunt res. ¶ Si arguatur contra hoc, hic homo est animal, prima significata notantur esse eadem, quia vox ponit in oratione suum primum significatum, ergo notatur hæc species esse eadem cum illa, & illæ nõ sunt eædem, ergo propositio pro primo eius significato est falsa. Concesso, quod species vniantur inquantũ sunt signa rerum & quod non sunt eædem, non sequitur propositionem esse falsam, quia circa signum inquantum signum non est na-

ti esse veritas vel falsitas, nisi referendo designatum, sed si aliqualis debeat dici illa compositio, magis debet dici vera, quia positio signatorum est vera. ¶ Contra, hæc species inquantum similitudo rei, non est illa species inquantum est similitudo rei, & tamen notantur esse eadem per hoc verbum est per text. igitur per omnem affirmatiuam notantur primo esse eadem, quæ non sunt eadem, & omnis propositio quoad primam compositionem dicitur vera vel falsa esse, cum illa sit simpliciter compositio, & non est vera, quia non est ita, sicut illa compositio significat, ergo est falsa. Quamuis hæc ratio sit difficilis ad soluendum, non tamē concludit necessarium, quia in alijs vbi est eadem forma arguendi non est difficile, quia in hac oratione scripta, homo est animal, primo vniuntur voces, quia illæ primo significantur, sed non propter hoc est illa oratio scripta falsa. Videtur ergo dicendum ad illud, quod quantumcunque per idem multa significētur, quorum vnum significatur inquantum est signum alterius, si illud cōponatur in oratione cum alio, non est compositio signorum, sed signatorum vltimorum, quæ non sunt signa, & per orationem prolatam non significatur compositio specierum, sed rerum, sicut nec per enunciationem scriptam significatur compositio vocum, sed rerum. ¶ Ad probationem de syllogismo dici potest, quod suppositа accipiēda sunt in syllogismo perfecto sub medio, quoad vltimum significatum eius, & ficres vt consideratur a ratione, est suppositum rei. ¶ Ad vltimam probationem dicitur, quod species intelligitur, licet non primo, sed per reflexionem, & quia impositio est ad placitum, potest vox imponi ad significandum illud immediatè intellectum per reflexionem, sicut & illud primo intellectum. ¶ Ad probationes probantes speciem intelligibilem nō intelligi. ¶ Ad primam negatur similitudo. Sensus enim cum sit virtus materialis non potest se reflectere supra suum actum, neque super id quod cognoscit suum obiectum, & ideo species sensibilis non sentitur, sed intellectus propter sui immaterialitatē potest se reflectere supra suum actum, & supra speciem qua cognoscit suum obiectum, & etiam supra seipsum, & ita omnia alia a suo primo obiecto potest cognoscere per reflexionem. ¶ Ad aliam probationem concedo speciem aliud esse ab illo, quod cognoscitur per illam, id est a primo obiecto, quia illius est species, sed cum hoc stat ipsam speciem esse aliquod

intel-

intelligibile aliud a primo obiecto. ¶Ad tertium dico, quod ſpecies non cognoſcitur per aliam ſpeciem, quia ſolum illud quod primo cognoſcitur ab intellectu ſcilicet primum obiectum intellectus, quod eſt, quod quid eſt rei materialis cognoſcitur per ſpeciem in intellectu, omnia alia cognita per reflexionē, & per diſcurſum cognoſcuntur ſiue propria ſpecie.

Ad partem oppoſitam quæſtionis aliter dicitur, quod res primo ſignificatur non tamen ſecundum quod exiſtit, quia nec ſic per ſe intelligitur, ſed ſecundum, quod per ſe percipitur ab intellectu, hoc eſt ipſa eſſentia rei quæ ſignificatur per diffinitionem, quæ eſt primum obiectum intellectus, vt vult auctoritas, 4. metaph. prius adducta, nec tamen hoc totum cō poſitum ſignificat, quod eſt res, vt intelligitur, quia illud eſt ens per accidens, omnia nomina quæ ſignificant res alicuius generis, ſignificant ens per ſe, ſolum enim ens per ſe eſt in genere. ¶Ad omnes auctoritates in cōtrarium dicitur, quod per ſpeciem, vel paſſionem, vel conceptum, vel quodcunque aliud in aliis auctoritatibus ſignificantur res, vt intelligitur, ad denotandum quod res, vt exiſtit non ſignificatur. ¶Si autem aliquis dicat aliquid manifeſtius pro hac litera Ariſt. negatur, quia in hoc non exponitur Ariſt. ¶Ad illud de compoſitione, & diuiſione intellectus, dicto, quod compoſitio eſt illarum rerum, non tamen vt exiſtentium, ſed vt intelligūtur, & ideo dicitur veritas, & falſitas, circa compoſitionem, & diuiſionem intellectus, quia illa compoſitio ab intellectu cauſatur, & eſt in intellectu, vt cognitum in cognoſcente, non autem vt accidens in ſubiecto, & ita concedo de partibus compoſitionis, quod ſunt in intellectu ſimplici, vt cognitum eſt in cognoſcente, & in illo modo ſunt res in intellectu, non ſpecies ſolæ. ¶Ad aliud, dico, quod res intelligitur primo, & non ſpecies, niſi per reflexionem. ¶Ad illam probationem de intellectu, & intelligibili, dictum eſt quomodo debet intelligi ſuper librum Porphyrij. ¶Ad aliud poteſt negari iſta conſequentia, nihil intelligitur, niſi per ſpeciem, ergo nihil ſignificatur, niſi per ſpeciem, ſi ly per, vtrobique ſumatur cauſaliter, quia intelligere, & ſignificare nō ordinantur adinuicem, ſicut cauſa neceſſaria, & effectus, ſed ſignificare præſupponit, intelligere, ſicut illud ſine quo non, quod autem eſt cauſa ſic præſuppoſiti, non oportet, quòd ſit cauſa ſic præſupponētis, ſed tantum præſupponitur ei, ſicut illud cuius eſt cauſa, ſic

Cont. 28

ſpecies præſupponitur ſignificationi. ¶ Conceſſa autem præſuppoſitione, quod nihil ſignificatur, niſi per ſpeciem, ſiue ly per, ſumatur causaliter, ſiue præſuppoſitiuè, non ſequitur vlterius ſpeciem ſignificari, quia illa propoſitio, propter quod &c. intelligitur de cauſa efficiente, & vniuoca per ſe, & eſſentiali, & totali, cuius modi non eſt ſpecies reſpectu ſignificationis. Iſtarum viarum eligatur, quæ videtur probabilior. ¶ Pro prima, & contra ſecundam eſt præcipuè ſecunda auctoritas hic in litera, & argumenta de veritate, & falſitate propoſitionis. ¶ Pro ſecunda, & contra primam præcipuè eſt iſta ratio, quia res primo intelligitur, & tempore, & natura, quàm intelligatur ſpecies per reflexionem, ergo in illo priori poteſt intellectus ei nomen imponere, quod nomen tantum rē ſignificat, ergo non eſt neceſſe omne nomen ſignificare ſpeciem. ¶ Contra vtrunque, magis tamen contra primam, eſt vis de nominibus impoſitis ad ſignificandum ſingularia, licèt enim poſſet ſaluari ſecundum viam ſecundam, quia. ſ. ſingularia aliquo modo intelliguntur, licet non primo, non tamen poſſet ſaluari ſecundum primam viam, quia illa nullo modo faciunt ſpeciem in intellectu, ergo nomina eis impoſita nullo modo ſignificant ſpecies intelligibiles in mente. ¶ Conſimiliter conuenit arguere de nominibus impoſitis ad ſignificandum figmenta, quia tam illa quam ſingularia, licet faciant ſpecies in virtute imaginatiua, non tamen in intellectu, quia tantum natus eſt recipere ſpeciem ſui obiecti, quod eſt quod quid eſt rei materialis, aliorum autem non, cum vna potentia non ſit receptiua niſi formarum eiuſdem generis. ¶ Contra ſecundam viam eſt, quod omnis propoſitio eſſet falſa, ubi ſubiecto aliquis actus realis denotatur in eſſe, quia ſi nomen ſignificet rem vt intelligitur: tunc tale prædicatum attribueretur ei, vt intelligitur, & ſic ei non ineſt, ergo &c. Quod nō inſit ei, ſic probo, quia ei vt intelligitur, inſunt prædicta intentionalia, & medium comparatum ad prædicata intentionalia & realia ſumitur ſub extraneis rationibus, quia ſic ſumendo medium in ſyllogiſmo, ſi concludatur aliqua cōcluſio, fiet fallacia accidentis. Prima via videtur probabilior, ſecundum auctoritates. Secunda ſecundum rationes.

QVÆ.

QVÆSTIO III.

QVæritur. Vtrum facta transmutatione circa rem quæ significatur, fiat transmutatio in significatione vocis. Q3 sic Boe in lib. diuisionum. cum res non sit subiecta vo ci, erit vox non significatiua, & illa prius fuit significatiua, quando fuit res, ergo &c. ¶ Itē in transmutatione substantiali res amittit nomen & diffinitionem, ergo res transmutata nō habet nomen quod prius habuit, ergo nomen quod significa uit prius ipsam, non significat ipsam nunc. ¶ Item destructo vno correlatiuorum destruitur aliud ex libro prædicamento rum, sed signum & signatum sunt correlatiua, ergo destructa re, quæ est signatum, destruitur vox inquantum est signum rei. ¶ Item quod non intelligitur, non significatur, non ens nō intelligitur, ergo non significatur probatio maioris, significare præsupponit intelligere, probo. mi. omne intelligibile facit speciem in intellectu, non ens non facit speciem in intellectu, ergo &c. Probatio mi. tum quia destructa causa destruitur effectus, species est effectus, res est causa speciei, ergo destructa re, destruitur species. Tum quia destructo signato, destruitur signum, res est signatum, ergo destructa ea, species destruitur. ¶ Ad oppositum est Arist. in li. prædicamentorum c. de substantia, dicens, quod eadem omnino oratio quandoq. est vera, quandoque est falsa, igitur dictiones orationis, quæ quandoque est vera, & quandoque est falsa, idem significant, & tamen in re quæ significatur per ipsas dictiones, est transmutatio, vt patet de hac oratione. Sor. sedet, quia quando est hæc est vera vel falsa, circa sedere est transmutatio, ergo in significando non mutatur facta mutatione in re. ¶ Item multi sunt actus vt dormire, currere &c. qui quandoque sunt, quandoque non sunt, si ergo vox illa significans mutaretur propter mutationem in istis, vox imposita est istis multotiens & set non significatiua, & iterum significatiua, & per consequēs oporteret ipsam multotiens imponi ad significandum. ¶ Itē nullo currente hæc non esset falsa, aliquid currit: quia currere non significaret idem quod significat, quando cursus est. ¶ Item manifestum est ex modo loquendi, quia eundem intellectum constituit vox prolata in nobis, quando res significata est, & quando non est, alioquin non diceremus hanc esse falsam, Sor. est sorte non existente, ergo cum significare sit in-

Cōmm. 1. physic. c. 63. & inde sub stantia orb. c. 1.

2

3

c. de rela tione.

4

tellectum constituere, ergo per vocem idem significatur. ¶Item primo poster. non entia contingit significare, & intelligere, ergo non entitas rerum, non infert non entitatem significati vocis.

Dicendum ad quæstionem, quod facta transmutatione in re secundum quod existit, non fit transmutatio in significatione vocis, cuius causa ponitur, quia res non significatur, vt existit, sed vt intelligitur per ipsam speciem intelligibilem, sed siue sit, siue non sit, cum tam res, vt intelligitur, quam species maneant in transmutatæ facta transmutatione in re, vt existit, quia per eandem speciem cognoscimus essentiam, & eandem scientiam habemus de ea, quando existit, & quando non existit, quia per Arist. primo poster. de his quæ frequenter sunt, possumus habere demonstrationem etiam quando non sunt, vel fiunt, & per consequens eandem scientiam habere, sicut & quando sunt, sequitur quod res vt significatur per vocem, non transmutantur qualicunque transmutatione facta in re, vt existit, & per consequens nec vox significans, transmutabitur in significando. ¶Ad primam auctoritatem in litera Boetij talis est, si nulla res sit subiecta, quam significat vox, significatiua esse non dicitur, vbi sit, non prædicat secundum, sed tertium adiacens, si nulla res sit subiecta, quam vox significat, ideſt significata per vocem &c. & sumitur ibi res non tantum pro existentibus, sed etiam pro re, quæ intelligitur, quasi diceret, si nihil significetur per vocem, vox non dicitur significatiua. ¶Ad secundam, intellectus illius auctoritatis potest esse talis, in transmutatione substantiali rei singularis, in qua scilicet abijcitur forma substantialis, res singularis transmutata amittit nomen, & diffinitionem speciei, quia non manet in specie, in qua fuit prius, ergo nomen speciei amittit suum significatum, non sequitur quia illud nomē nullum suppositum significauit, nec etiam nomen indiuidui, si quod esset ei proprium impositum, amittit proprium significatum, sed tantum transmutatur a forma speciei, in qua fuit prius. ¶Ad primam rationem est concedendum, quòd destructo signato destruitur signum, sed licet res destruatur vt existit, non tamē res vt intelligitur, nec vt est signata destruitur ¶Ad aliam, maior principalis potest negari. ¶Ad probationem, significare sic præsupponit intelligere, quod omne significatum prius intelligebatur, alioquin ei vox non fuisset imposita,

fol. 1.

fol. 20.

posita, sed postquam imposita est, potest illud significare, ad quod imposita est, licet a nullo intelligatur. ¶ Vlterius potest dici ad minorem, quod est falsa, quia per Arist. secundo poster. non entia contingit intelligere. ¶ Ad probationem illius minoris maior est falsa de omnibus aliis, præter quam de primo obiecto intellectus, vlterius etiam minor illius probationis si intelligitur sermo fieri de non existente, potest negari, quia non existens potest intelligi per speciem, non quam facit, sed quam fecit in intellectu, quia illa species potest manere eadem nunc quæ prius. ¶ Cum obiicitur, quòd non, quia causa destructa &c. Ista probatio tantum intelligenda est de causa rei inesse, & in fieri, res autem secundum quod existens tantum est causa speciei in fieri. ¶ Cum secundo, dicitur destructo signato destrui signum, dico, quod res secũdum quod existit, nõ est signatum per speciem intelligibilem in anima, sed res secundum quod intelligitur, & isto modo non destruitur. ¶ Contra solutionem quæstionis, si vox significet idem re existente, & non existente, ergo quod significatur est idem, consequentia patet, quia omnis actiua vera potest transmutari in passiuam verã, & vlterius prius significabatur res existens, nunc non existens, ergo existens, & non existens sunt idem, quod est falsum. ¶ Ad illud est facilis responsio, quòd nec prius significabatur per vocem res existens, nec nunc res non existens, sed res vt intelligitur cui extraneum est existere, vel non existere, secundum quod significatur.

¶ Et quemadmodum nec literæ omnibus eædem, sic nec eadem, voces. Quorum autem hæ primorum sunt notæ: eædem omnibus animæ passiones sunt: & quorum hæ similitudines: res etiam eadem. Cap. eod.

QVÆSTIO IIII.

QVeritur de differentia quam assignat Aristoteles inter literas & voces ex vna parte, & passiones & res ex alia parte, hoc est quod voces & literæ non sunt eædem apud omnes, res autem & passiones sunt eędem apud omnes Quod non sit conuenienter data, probatur quia si passiones sunt eædem apud omnes cum ducant in cognitionem rerum ergo apud omnes sunt eædem res cognitæ, ergo omnes sunt æquè scientes. ¶ Item aliquæ sunt res apud aliquos, quæ non

sunt

text. 7.

2

3

sunt eædem numero apud alios: nec eædem specie, ergo, &c.

5 ¶ Item comparatio apud diuersos vtentes nō diuersificat aliquid secundum se ergo literæ, & voces apud quoscunq; vtentes sunt eædem naturaliter. ¶ Item illud quod est à natura est

4 idem apud omnes, sed vox significatiua est signum naturale, ergo idem significat apud omnes, probatio minoris cuiuslibet virtutis naturalis est aliquod instrumentum naturale, sed virtus interpretatiua est virtus naturalis homini, cum homo sit animal sociale volens alij exprimere quod apud se est ergo vox significatiua quæ est instrumentum illius virtutis, est signum naturale, ergo naturaliter significat. ¶ Ad oppositum est Aristoteles.

Ad qōnem dicendū, qđ dria est cōueniēs: quia passiones inquantum sunt signa, & res inquātū sunt significata, sunt eędē apud oēs, nam eadem passio in anima apud quoscunq; concipientes repræsentat eandem rem, quia eadem similitudo in anima semper est eiusdem representatiua, sicut est similitudo sensibilis in sensu literæ, & voces in se eædem, non sunt eædem apud omnes inquantum sunt signa, quia nec eadem litera apud omnes repręsentat eandem vocem, sed vel aliam vel nullam, nec eadem vox apud omnes significat eandem passionem, sed vel aliam, vel nullam. ¶ Ex hoc patet res & passiones esse signa naturaliter, quia apud omnes vniformiter significant & significantur, & quod est ũ natura est idem apud omnes, litera autem & vox non sunt signa à natura, quia non sunt eędem apud omnes, inquantum significant aut significā tur, nec intendit Arist. hic assignare eorum differentiam, nisi inquantum sunt signa & signata.

¶ Ad primā rationem dicitur, quod licet omnes eodē modo simplicia concipiant, non tamen eodem modo componūt

Contex. & diuidūt, vnde tertio de anima dicitur, quod intellectus cir

36. & 21 ca quod quid est, non decipitur nisi secundum accidens, & hoc est secundum ipsos, non in absoluta apprehensione, sed in componendo quod quid est cum altero. ¶ Contra saltem sequitur, quod omnes erunt æquè scientes quantum ad apprehensionem simplicium, & ita erunt omnes æquè scientes diffinitiuè quia diffinitio est via cognoscendi simpliciter, sed hoc manifestè est falsum, multi n. sciunt aliqua simplicia, de quibus alij nihil apprehendunt. Quod autem additur de tertio de anima, nō est ad propositum. Est enim iste intellectus

Arist.

Arist. vt patet in 9. metaph. in fine, vbi loquitur de eadem ma Cōt. 22.
teria, q nod vel intellectus omnino cōcipit, quod quid est, vel nihil eius, & ita non decipitur circa ipsum, quia deceptio præ supponit aliquam cognitionem, & aliquam errorem, non autem intelligit, quod intellectus concipiat omne quod quid est, cum cōtingat alicuius, quod quid est nihil cōcipere. Ideo patet responsio secundum illud quod dictum est in responsione, quod passiones non sunt eædem apud omnes in se, sed inquantum sunt signa rerum, omnis enim passio eadem in se, apud cuiuscunque mentem fuerit, eandem rem se repræsentat. ¶ Ad aliud de rebus patet similiter, quia res inquantum significantur per passionem sunt eædem apud omnes. ¶ Ad tertium concedo, quod eædem literæ manent in se in comparatione ad quoscunque vtentes: sed non manent signa earundem vocum apud omnes, quia non significāt idem apud omnes, nec etiam est inconueniens, eas sic variari apud diuersos imponentes, cum fiant signa ex impositione, quæ diuersa est apud diuersos. ¶ Ad aliud dico, quod vox significatiua nō est instrumentum virtutis interpretatiuæ in homine, sed guttur & pulmo, quæ concurrunt ad formationem vocis, sicut si naturaliter homo velit fugere nociua, non sequitur omne illud esse naturale instrumentum, quo fugit nociua, puta vestimenta vel arma vel huiusmodi, sed tātum natura illa dedit, vt instrumenta naturalia, quibus homo hæc posset sibi præparare, vt manus, nam per manus homo potest illa per artem præparare, & sic per rationem, & instrumenta naturalia formādi vocē potest homo aliqua imponere, quæ sunt signa ad placitum, & non naturali a fine conceptus.

¶ Nomen ergo est vox significatiua secundum placitum sine tempore cuius nulla pars est significatiua separata. Cap. 2.

QVÆSTIO. V.

QVæritur circa illam particulam: sine tempore, vtrum terminus communis impositus ad significandum veram naturam, cuius aliqua suppositā essent, aliqua nō dicatur vniuocè de existentibus, & non existentibus? Quod non videtur: quia quæ æquiuocantur in superiori, non vniuocantur in inferiori: sed suppositā existentia & non existentia æquiuocantur in ente, quòd est superius; ergo in termino cō

muni

muni, qui significatur inferius ad ens, maior patet quia de quibuscunque dicitur inferius vniuoce & superius, minor patet quia existentia sunt entia, alia vero non entia: vel solummodo entia in potentia. ¶ Item prædicatio essentialis, aliter non distingueretur à denominatiua prædicatione, sed terminus communis non prædicatur essentialiter de his & de illis, ergo non vniuocè minor patet, quia prædicatio essentialis verissimè fit cum hoc verbo est, sed isto modo nō prædicatur de suppositis non existentibus, vt ostendetur post. ¶ Item enti, & non enti nihil est vniuocum: quod patet per locum à maiori, quia nec omnibus entibus est aliquid commune vniuocum, ergo &c. ¶ Ad oppositum, terminus communis dicitur
3 de his & de illis, secundum, eandem rationem & idem nomē ergo vniuocè, antecedens patet, quia talis terminus communis non habet nisi vnam diffinitionem, cum sit vniuocum in se ergo dicitur de omnibus, de quibus dicitur secundum illā. ¶ Item quod significat præter omnem differentiam temporis ad suppositā nullius temporis determinatur: huiusmodi est terminus communis nominalis, ergo &c. ¶ Item differentiæ accidentales significato termini non faciunt terminū communem æquiuocum, sed esse fuisse vel fore: existere: vel non existere: vt præsens vel præteritum, sunt differentiæ accidentales significato termini, ergo &c. minor patet, quia si teminus significaret aggregatum ex existentia & ex esse vel fuisse, significaret ens per accidens, & ita quod significaretur per ipsum, non esset in genere.

Ad illud dicendum, ℘ terminus communis qui non est æquiuocus ex impositione ad diuersas naturas: sed tantum imponitur ad significandum vnam naturam de quibuscunq; dicitur simpliciter: dicitur & vniuocè quod patet, tum quia si est in se vniuocus, ergo habet vnam diffinitionem exprimē tem illud significatum, cui imponitur, ergo de quibuscunq; dicitur simpliciter, dicitur secundum illa diffinitionem: quia ad oppositum consequentis, quod dicatur de aliquibus secūdum aliam diffinitionem, quam de alijs, cum omnis diffinitio exprimat significatum nominis, quia secundum Arist. in
Cont. 28 4. metaph. ratio quam significat nomē est diffinitio, sequitur illud nomen habere duo significata, quod est oppositum antecedentis, tum quia nullus terminus communis imponitur ad significandum aliquod suppositum vel aliqua æquiuoca-

tio

tio autem est diuersitas significatorum, ergo propter qualem cunque diuersitatem in suppositis, nunquam erit terminus communis æquiuocus, quia nunquam fit variatio in eius per se significato. Si autem de omnibus suppositis dicatur simpliciter, sequitur quod de omnibus suppositis dicatur vniuoce.

QVÆSTIO VI.

QVæritur ergo vlterius propter veritatem istius & propter solutionem rationum, vtrum sint aliqua simpliciter suppositata termini communis significantis veram naturam præter existentia? Quod si vñ, omne illud pro quo terminus potest simpliciter supponere & verificare propositionem, est simpliciter suppositum eius huiusmodi sunt alia ab antecedentibus, vt patet in his propositionibus non fuit homo erit, sumendo fuisse prout dicit actum inchoatum, & terminatum, sic. n. nõ verificatur illa pro aliquo existente, & specialiter in hac propositione, s. contingit omnem hominẽ currere, in qua dicit Arist. substantiam stare, pro eo q̃ contingit esse. ¶ Item participari secundum aptitudinem sufficit ad rõnem communis, ergo participare secundum aptitudinem sufficit ad rationem suppositi, antecedens patet, quia vniuersale est aptum natum prædicari de pluribus, consequentia patet, quia non maior actualitas requiritur ad suppositum vt videtur in participando actiue, quam ad commune passiue, sed alia ab existentibus sunt apta participare formam communis, ergo &c. ¶ Item inter suppositum & commune est ordo secundum superius & inferius, talis ordo non est in rebus secundum quod existunt: sed tantummodo inquantum comparantur ad intellectum, ergo ratio communis & suppositi nõ depẽdet ab esse rei: sed à consideratione intellectus, sed illa potest esse eadem circa res siue existentes siue non existentes: quia extraneum est ei quod concipitur ab intellectu, inquantum tale existere, siue non existere. ergo tam suppositum q̃ commune eodem modo se habet ad existentiã & non existẽtiam. ¶ Ad oppositum. commune est de per se intellectu cuiuscunque simpliciter suppositi. ergo de quocunque illorum prædicatur, per se primo modo prædicatur: sed non de non existentibus ut ostendetur post. ¶ Item non sufficit ad suppositum, quòd significet particulariter illud quod significat suũ commune vniuersaliter, quia tunc cum sola vox significet:

2. periher me. & 1. priorum & alibi quare.

vox esset suppositum uocis, quod est manifestè falsum: ergo oportet, quòd suppositū sit idem essentialiter cum suo communi: sed non ens non est idē essentialiter cum eo quod est uera natura. ergo &c. ¶ Itē tunc esset falsa omnis vniuersalis affirmatiua de ineſſe: in qua prædicarum non ineſt suppositis non existentib. quia eis denotaretur ineſſe per dici de omni: cum sint suppoſita simpliciter communis distributi. & p̄cipue nulla esset vera de ineſſe, vt nunc, nec etiam possibilis: quia prædicatum eius non posset ineſſe non existentibus, & ita nulla vniuersalis de contingenti esset possibilis: quia poneretur in aliam de ineſſe impossibilem.

QVÆSTIO VII.

QVæritur circa hoc de veritate talium propoſitionum. Vtrum hæc sit vera Cæsar est homo. Cæsar est animal. Cæsare non existēte. Vī quod sint falsæ: quia quod est vere ens, non potest verè prædicari de non ente, sed Cæsare non existente, adhuc homo est verum ens, saltem in alijs suppositis: quia alia suppoſita sunt simpliciter entia, in quibus simpliciter est ipsum ens: ergo non prædicatur &c. consimiliter arguitur de homine & animali. ¶ Item per Ari. 2. perihermē. quando non est oppoſitio in adiectio in prædicato, nec prædicatur esse secundum accidens: tunc tenet consequētia a coniunctis ad diuisa, sed hic, Cæsar est homo. Cæsar est animal, in hoc casu non est oppoſitio in adiecto, nec prædicatur esse secundum accidens, cum prædicetur esse substantiæ verè entis: quod est esse verissimum, ergo sequitur, Cæsar est, consequens falsum. ergo & antecedēs. ¶ Item in isto casu hæc est vera. Cæsar est homo mortuus. & sequitur. ergo non est homo. quia quod cum *determinatione repugnante prædicatur de aliquo: vere negatur ab eodem. Añs probatur. tū quia hæc est vera. Cæsar fuit homo. prout ly fuit dicit actum terminatū. ergo definit esse homo. ergo est homo mortuus. Tum quia Cæsar non est homo viuus: quia non viuit. est ergo homo mortuus: quia mortuum & viuum circa hominem sunt immediatè oppoſita. ¶ Item in transmutatione substantiali res amittit nomen & diffinitionem. quod. (nomē prius dictum est verum esse de suppoſito in comparatione ad ſpeciem: ergo suppositum in corruptione quæ est transmutatio substantialis amittit nomen ſpeciei. ¶ Item si illa esset vera,

Cap. 2.

*denominatione.

anti-

antichristus est homo. pari ratione esset necessaria. ergo de 5
supposito contingenti diceretur mediũ verè cum modo ne-
cessitatis. ergo idem de eodem non posset dici verè cum mo-
do contingentię. ergo omnis minor in vniformi de contin-
genti cum denotet medium dici de tali suppositio contingen
ter esset impossibilis. ¶ Item destructis primis substantijs, im- 6
possibile est aliquod aliorum remanere: quia omnia alia vel
sunt in eis, vel dicuntur de eis. ergo in isto casu secunda sub-
stantia quæ significatur per hominem, non dicitur de Cæsa-
re. ¶ Ad oppositum. hæc consequentia est necessaria. Cæsar
currit. ergo homo currit. ergo medium cuius virtute tenet
est necessarium. illud est. Cæsar est homo. necessitas conse-
sequentiæ ostenditur: quia aliqñ sequebatur, & nunc manet
idem intellectus añtis, & consequentis: qui & tunc, & ex eo
rum intellectu dependet consequentia. ergo & nũc sequitur.
¶ Item 4. meta. dicit Aristo. hoc est hoc: quia hoc significat *Contex.*
hoc: sed cęsare nõ existente, est homo de significato eius: cũ 10.
idem significat homo cæsare nõ existente, quod significat exi-
stente. ¶ Dicitur quod Arist. intelligit ibidem de primo signi
ficato termini, vt infert de homine & animali bipede, non de
parte diffinitionis vel * significati. ¶ Contra totum significa- **diffini-*
tum infert partem. ergo si sit verum totum enunciare de su- *ti.*
biecto: & partem: si autem hæc consequentia. animal bipes.
ergo animal. non tenet homine non existente. ergo non te-
net ipso existente: quia eadem diminutio fiet vtrobique: cũ
diminutio fit ratione significatorum, quæ semper manet ea-
dem. ¶ Item cęsare non existente est homo de per se intelle-
ctu eius. ergo prędicatur de eo per se. ergo necessario. igitur
&c. oēs consequētiæ istæ patent ex primo poste. ¶ Dicitur ad
hoc, quod prædicatũ esse de intellectu subiecti non concludit
propositionẽ esse necessariam. sed qñ diffinitio vel pars diffi
nitionis prædicatur de diffinito, singularis autem nõ est dif-
finitio, nec hominis, posito quod nullus sit, quia non entis nõ
est diffinitio. ¶ Contra. si non entis non est diffinitio. ergo de
non entibus non sunt demonstrationes, consequentia patet,
quia de subiecto demonstrationis oportet præcognosci quid
est consequens est contra Arist. 1. post. qui dicit, quod de fre- *Tex.* 10.
quenter existentibus, qñ non sunt potest haberi demonstra-
tio, quod est manifestum, quia nullo tonitruo existẽte potest
sciri, quod tonitruus est sonus terribilis. ¶ Itẽ nõ entium sunt

diffi-

diffinitiones saltem indicantes quid dicitur per nomen. nullo hoie existente, si detur talis diffinitio de hoie in illo ponerētur animal. cum sit pars significati hois, ergo adhuc prędicatur de ipso per se. ¶ Itē sequitur. cæsar est cæsar. ergo cæsar est homo. antecedens est verum. quia idem prædicatur de se. igitur & consequens. consequentia patet. quia consequens est de intellectu antecedentis.

QVÆSTIO VIII.

QVeritur ꝓpter hoc de veritate illius. homo est hō. cęsar est cæsar. & in isto casu, videtur quod sint falsę, qa ex eis sequitur. ergo cæsar est. ergo hō est quod ostenditur. quia nec est oppositum in adiecto, nec prædicatio secundum accidens, ut uidetur, quia prędicatur esse substantiæ, cōsequēs est falsum. ergo & añs. ¶ Item ex illis sequitur. ergo cæsar est homo. ergo cæsar est animal, quia consequentia sunt de intellectu illorum añtium. & hæc consequentia sunt falsa, ergo, & antecedētia. ¶ Item qñ affirmatiua est vera, oportet esse vnionem in re, qualis significatur per propositionem, sed hic cæsar est cæsar. nulla est vniō in re, cum subiectum & prædicatum non sint aliquæ res. ergo & cæt. ¶ Ad oppositū nulla propositio est verior illa, in qua idem prædicatur de se illæ sunt tales. ¶ Item 4. metaphy. hoc est est hoc. sicut argutum est supra. ¶ Item 3. metaphy ca. de secundū se. hominis multæ sunt causæ, quare homo est homo, nulla est causa. ¶ Item 7. metaphy. quærere, quare homo est homo, nihil est quærere, quia nihil est certius quod posset supponi in illa qōne, in qua illud est dubium. ¶ Item per Arist. in 2. periherme. omnis negatiua est per accidēs vera. & hoc quia huiusmodi reducitur ad aliā affirmatiuam priorem veram, & hoc maxime ad illam, in qua idem prædicatur de se. ergo veritas illius. bonum non est malū. redicitur ad veritatem illius. bonū est bonum. cū ergo hæc sit vera. Cæsar nō est asinus, & multa alia sic contingit remouere a Cæsare, sequitur, ꝙ contingat ipsum verè affirmari de se ipso. ¶ Item per rationem. si negatur illa. sor. est sor. conceditur illa. sor. non est sor. & vlterius sequitur ergo sor. est non sor. talis enim consequentia tenet in omnibus, vbi prædicata affirmatiua. sunt oppositā contradictoria. huiusmodi sunt prędicata simplicia, vt dicetur inferius & vlterius. sor. est nō sor. ergo non sor. est sor. per conuersionem. & vlterius ex conuer

tente

1 2 3

Contex. 10. Contex. 50. Cap. 1.

cente & conuersa, quæ conceduntur, arguatur syllogistice sic non sor. est sor. sor. est non sor. ergo sor. est sor præmissæ autē sunt veræ per illum qui negat. ergo hęc conclusio simpliciter est vera. nec obstat huic syllogismo, qđ non sunt nisi duo termini reales, quia hoc sufficit si sint tres termini secundum rationem, vt patet in syllogismo * ex oppositis. sor autem in proposito habet rationem duorum. s. maioris extremitatis & minoris. ¶ Item in omni syllogismo ex oppositis cōclusio est impossibilis ex secundo priorum, sed siue res sit, siue non sit, hic est syllogismus ex oppositis in tertio secundæ. nullus homo est albus, aliquis homo est albus, & sequitur. igitur aliquis homo non est homo. ergo conclusio est impossibilis, siue res sit, siue non sit, ergo eius opposita est necessaria, s. omnis homo est homo, siue res sit, siue non. ¶ Item siue res sit, siue non, hæc sunt contradictoria. sor. currit. sor. non currit. non omnis homo currit. ergo subiectum in vtraque est idem, sed idem verè potest prædicari de seipso cū hoc verbo est, ergo & cęt.

*expositorio.

¶ Respondetur ad istud, & ad quasdam rationes. s. Boetij & aliorum, quæ hic ponuntur, quòd cum dicitur sor. est sor. quia hic non prædicatur sor. tantum, sed illud totum ens sor. quia res huius verbi est, cum eo, quòd specificat ipsum prædicatur, quando prædicatur tertium adiacens, sed subiectum est sor. absolutè, non autem ens sor. & ideo in talibus propositionibus non prædicatur idem de se. Quamuis hæc responsio includat difficultatem de re verbi quando, prædicatur tertium, vtrum s. sit pars prædicati, de qua forte dicetur post. Tñ ad propositū potest argui specialiter sic: esse qñ p̄dicatur tertiū prædicatur, qđ in alio est, hoc est esse eius quod specificat ipsum. ergo hic sortes est sor. prædicatur esse sor. & illud est idem sorti. siue sor. sit siue, non sit, ergo affirmatiua vera. ¶ Cō firmatur ratio per hoc: quia tales propositiones conceduntur esse veræ, non ens est non ens, & chymera est chymera, propter hoc solum, quia esse prædicati est idem subiecto.

Ad primam istarum quæstionum dici potest, quòd ratio communis vel suppositi non attribuitur ei vt existit, sed vt concipitur apud intellectum, quia ponere aliquid existere secundum quod sibi attribuitur ratio communis, hoc est ponere ideas: sicut Plato posuit, igitur commune secundum quòd habet rationem communis est natura prout concipitur sub ratione dicibilis de pluribus, & ita suppositum est natura cō-

cepta apud intellectum sub ratione nõ dicibilis de pluribus: sed possibile est apud intellectum eodẽ mõ concipere naturã vt dicibilis est de pluribus, & eadẽ non dicibilis est de pluribus siue vtraq; existat, siue neutra, siue q̃ concipit̃, vt nõ dicibilis de plurib. nõ existat & illa q̃ concipit̃ vt dicibilis de plurib. existat in alijs suppositis: Sẽper .n. in natura concepta, vt hæc intelligitur per se natura concepta absolutè, ergo alia ab existentibus sunt simpliciter suppositæ termini communis, assũptum, s. quòd res existens eodẽm modo concipiatur. sicut
sex. 20. quando non existens patet: quia de his quæ frequenter fiunt, & quando non existunt, possunt fieri demonstrationes per Aristot. primo posterio. ergo & illa possunt sciri diffinitiuè: quia cognitio demonstratiua præsupponit cognitionem diffinitiuam, ergo possunt simul concipi apud intellectum per eandem speciem. Est ergo vis rationis in hoc natura humana concepta, vt hæc eodem modo se habet ad naturam humanã conceptam sub ratione dicibilis de pluribus siue natura concepta vt hæc, existat siue non, ergo æqualiter habet rationem suppositi quando existit, & quando non. Quod si ista nomina Cæsar, antichristus, & huiusmodi imposita sint ad significandum suppositã hominis, idest naturam conceptã vt hanc, cum semper idem significent facta qualicunque transmutatione in existentia rei (vt dictum est in solutione quæstionis tertiæ) sequitur quòd semper significet suppositum homi-
Est. 34. nis, si autem sint imposita ad significandum simul totum de
& inde. quo dicit Arist. in 8. met. cap. de partibus diffinitionis, quòd circa idem est generatio & corruptio, tunc nec significant suppositum hominis quando existunt, & quando non existunt: suppositum enim per se est eadem natura cum suo cõmuni sumpta a quodam modo determinatiori, non sic simul totum se habet ad naturam speciei sed iste homo ad minus significat verè suppositum hominis. ¶ Ad primum argumentum patebit responsio ex solutione quæstionis sequentis. ¶ Ad secundum patet, quòd non est ratio suppositi significare particulariter quod suum commune vniuersaliter, sed natura concepta apud intellectum, vt hæc, quæ quidem significatur per vocem, non est vox significans, cum sit suppositum naturæ conceptæ apud intellectum, vt dicibilis de pluribus, & hæc natura vt sic concepta, est idem essentialiter naturæ sic conceptæ, non tamen quòd ratio cõcipiendi cadat in vnio

ne quæ fit cum hoc verbo, est. ¶ Cum dicitur in argumento non ens, non est idem naturæ veræ. Dico, quòd non existens vt cõcipitur apud intellectum, potest esse idem alicui, quod in alijs suppositis est verum ens, sed inquantum est in eo, est non existens, sicut & ipsum, vt patebit postea. ¶ Ad aliud patebit, cum quæritur, vtrum terminus communis supponat & distribuatur vbicunque pro omnibus suppositis eius.

Ad secundam quæstionem possunt tales propositiones cõcedi esse veræ, quia ad verificationem propositionis affirmatiuę sufficit vnio extremorum, hoc enim solum significat propositio affirmatiua, sed talis est in proposito, in intellectu. n. subiecti includitur per se intellectus prædicati, hoc dico si Cesar, & huiusmodi nomina imponantur ad significandum supposita hominis, tunc enim patet veritas talium propositionũ ex solutione præcedentium quæstionum, & ex argumentis etiam factis pro hac parte q. & quibusdam tactis in solutione sequentis q. & specialiter ex quadam auctoritate Aristot. primo poster. de omni est &c. vt de omni homine animal, si enim verum est dicere hominem verum est dicere animal, & si nunc alterum & alterum, ex qua auctoritate patet, quòd ad necessitatem propositiones sufficit necessaria concomitantia extremorum, ita ꝙ posito vno ponatur alterum licet neutrum necessario existat. ¶ Item patet, quòd aliter nulla propositio esset de inesse simpliciter, in qua prædicatur commune de supposito suo, quia non esset semper vera, & nihil potest sumi sub medio in * minori de necessario, nisi suppositũ communis ergo nulla minor de inesse pot. st sumi sub maiori de necessario regulariter, hoc est contra Arist. primo priorum. ¶ Ad primam rationem dico, ꝙ hic Cæsar est homo, non prædicatur existens de non existente, sed humana natura concepta, vt decibilis de pluribus de eadem natura concepta, vt hæc. ¶ Contra hoc Cæsar est non existens, homo est existens, homo prædicatur de Cæsare, ergo prædicatur existens de nõ existente. Dicendum, ꝙ hic est fallacia accidentis, quia homo secundum, quòd comparatur ad prædicatum, hoc scilicet prę dicari de Cæsare est extraneum huic prædicato existens, & ita Cæsar inquantum compatatur ad hoc prædicatum, s. esse illud de quo homo prædicatur, est extraneum huic prædicato existens, medio autem comparato sub extraneis rationib. ad extrema, est fallacia accidentis. ¶ Contra, saltem inconue-

* maiori

niens est illud, quod est existens prædicari de eo, quod est nō existens, quia illorum non est vnio in re, ergo falsa est oratio
* verificari. significans ea * vniri. ¶Dico, quòd homo secundum, quòd vnitur Cæsari est per accidens, non existens, sicut Cæsar nō est existens, quia pro nullo supposito existente attribuitur Cæsari, natura enim communis, vt saluatur in aliquo supposito,
*minus. non est * verus ens illo supposito. ¶Contra aliqua supposita hominis sunt existentia, aliqua non, ergo homo est æquiuocū illis, quia enti & non enti cum sint contradictoria nihil est vniuocum commune. ¶Dico, quod existere & non existere cū sint extraneæ naturæ, vt significatur per terminum non faciunt æquiuocationem in termino. ¶Ad secundum principale dico, quod hic. Cæsar est homo, prædicatur esse per accidens, quod quidem intelligitur dupliciter, vel sic, idest secundum aliquid extraneum, vel sic idest secundum aliquid cuius esse de subiecto non ponit esse simpliciter de subiecto, & vtroque modo erit in propposito, nam esse hominis de Cæsare extraneum est ei quod est esse, quando prędicatur, secundum tamen illud esse quod dicit prædicationem hominis de supposito suo, eodem modo se habet qualicunque tranſmutatione facta circa esse, quando prædicatur secundum. ¶Similiter secundo modo est secundum accidens, nam esse hominis, vt dicitur de Cæsare non necessario, nec simpliciter ponit esse. ¶Contra hoc sequitur Cæsar est alb. ergo, Cæsar est, ergo per locum a maiori sequitur Cæsar est homo, ergo Cæsar est, si. n. esse accidentis, quod est minus verum ens, ponit esse simpliciter, multo magis esse substantiæ quod est verissimum esse po
*generis nit esse simpliciter verum. ¶Item esse vel est de essentia vel necessario consequens essentiam cuiuslibet * entis, ergo & hominis, cum homo significet veram essentiam, sed si vtroq; modo fuerit ad hominem, sequitur esse. ¶Item in principio secundi poster. dicitur quod si est, est vere scibile, quia est ve-
*8.5. re quæribile, ergo est necessarium prædicari esse de quocunque & per se, ergo sequitur ad quodlibet. ¶Item in eodem secundo, non contingit scire, quid est ignoranti, si est, sed sciens hominem diffinitiue, vel quòd genus prædicatur de ipso, scit quid est, ergo oportet præscire si est, ergo sequitur si est animal, quod est. ¶Ad primum dico, quod secundum neutrum intellectum prædicatum prædicatur hic esse secundum accidens. Cæsar est alb. quia accidens reale siue per accidens cuiusmodi

iusmodi est album, nulli subiecto inest, nisi existẽti, ergo eius esse de subiecto necessario ponit esse absolutè. ¶ Cum probatur consequentia, quia esse substantiæ est verius, verum est esse substantiæ existentis, sed esse specificatum per substantiam non est verius esse, hoc est esse existere, quàm esse specificatum per accidens, esse enim quando prædicatur tertium prædicat vnionem extremorum, quæ necessaria est substantiæ ad substantiam sine existentia extremorum, non autem accidentis ad substantiam non existentem. ¶ Ad aliud, maior est vera de esse, vt scilicet existit, & sic non ponitur prædicari de Cæsare, sed vt intelligitur, & sic ei existere extraneatur. ¶ Ad aliud dico, quòd si est vt sumitur secundo poste. non est pro existere, sed pro ens, & habens essentiã, vt ens est nomen, oportet scire aliquid essentiam habere priusquam scire essentiam, quia & primum pertinet ad quæstionem, si est, secundũ ad quid est. ¶ Si autem auctoritas intelligitur de existere, hoc non est nisi aptitudinaliter. nihil. n. habet essentiam nisi quod aptum natum est existere, manifestum est autem, quòd potest sciri quid est vox, licèt nesciatur aliquam vocem actu existere, puta cum aliquis nihil audit actu. ¶ Ad tertium principale dico, quòd mortuum & viuum possunt actualiter sumi, vel aptitudinaliter, primo modo sunt accidentia essentiæ hominis significatæ per hoc nomen homo, & sic potest concedi, q̃ Cæsar non est homo viuus, sed mortuus, quia mortuum illo modo non diminuit ab homine, nec infert nominem, nam diminuito alicuius per aliud, sicut oppositio inter illa debet esse ratione significatorum, homo autem non includit in suo significato oppositum mortui hoc modo sumpti, sed si sumantur hæc aptitudinaliter forte sic sunt differẽtiæ in genere substantiæ eædem istis animatum & inanimatum, & sic mortuũ diminuit ab homine, & hæc est falsa. Cæsar est homo mortuus, hęc autem vera, Cęsar est homo viuus, nec sequitur, ergo viuit, sicut nec sequitur est risibilis, ergo ridet. ¶ Cum probatur quòd Cęsar est homo mortuus, quia fuit homo, prout fuit, dicit actum cõpletum, & terminatum, nego hoc, si fuit prędicatur tertium adiacens, non enim terminatum est in co esse hominem, cum adhuc sit homo, si autem fuit, prædicet secundum adiacens, tunc potest concedi, quòd ipse fuit homo, quia in eo existere est terminatum, vsus tamen concedi hanc propositionem, Cęsar fuit homo, & nõ est, quia vsualiter ma

gis fertur intellectus ad existentiam, quam ad non existentiam & de Cęsare non est verum, quòd est homo existens, sed fuit, cum homo de sui significato non importet hominem existentem, vndein multis significatio sermonis repugnat vsui, & econuerso. ¶ Ad secundum patet, qualiter sequitur est viuus, ergo viuit, distinctio prædicta patet in simili de bipede quo
c.1.et 15 frequenter vtitur Arist. pro differentia essentiali hominis, cũ tamen dicat in 5. topic. non est omnis homo habens duos pedes, ergo secundum aptitudinem est differentia hominis, vel ad minus non dicitur de omni homine secundum actum. ¶ Contra hoc, si Cęsar non viuit, & viuere viuentibus est esse 2. de anima, ergo non est, & si non est, ergo non est ens, esse. n. quando prædicat secundum adiacens, prędicat quod in se est, & si non est ens, ergo non est homo, per locum a superiori ad
Cõ. 37. inferius negando. ¶ Ad istud, concedenda est hęc propositio. Cęsar non viuit, & hęc similiter. Cęsar non est, loquendo de esse existere, & vlterius, ergo non est existens, quia illud ens prędicatur per esse, quando prędicat secundum adiacens, sed ens sumptum pro existente non est superius ad hominem, vn de solet antiquius dici, ꝙ ens potest esse participium, vel nomen, entis participium significat idem, ꝙ existens, quia tenet significatum verbi, a quo descendit, ens nomen forte significat habens essentiam, illud diuiditur in decem genera, & sic concedendum est, quòd Cęsar est ens, loquendo de illo ente, quod est participium. ¶ Ad quartum transmutatio non cadit circa rem, nisi secundum quòd existit, sic autem non habet rationem suppositi, sed vt, concipitur apud intellectum per modum non dicibilem de pluribus, vult ergo auctoritas, ꝙ res secundum quod existit in transmutatione substantiali no habeat formam, quam prius habuit, sed ex hoc non sequitur, quòd prius fuerit suppositum alicuius communis, & nunc non esset eius suppositum, quia circa illud nulla facta est trãsmutatio substantialis. Intelligitur ergo auctoritas tantum de re quę per se transmutatur, quę est res, vt existens. ¶ Ad quintum si concedatur omnem minorem in vniformi de contingenti esse impossibilem, nihil contra Arist. quia non co minus esset forma syllogistica bona quã docet Aristoteles. Vel si sit aliquod suppositum in potentia ad formam termini, qđ non est per se suppositum termini, tale suppositum potest sumi sub, & esset minor vera. ¶ Ad sextum, qualiter illud dictũ

in

n libro prędicamentorũ sit intelligendum, dictũ ibi est.q.4.

Ad aliam quęstionem concedendę sunt omnes tales. Cęsar est Cęsar, homo est homo, propter rationes prius factas ad alteram partem quęstionis, quarum vna, scilicet illa quę est de syllogismo ex oppositis potest reduci ad solutionem præcedentis quęstionis sic .s. quia in secundo priorum dicit Aristotele, ꝙ non tantum est syllogismus ex oppositis, vbi aliquid affirmatur, & negatur de eodem simpliciter. sed & vbi aliquid affirmatur de superiori vniuersaliter, & negatur idem ab inferiori, vel econuerso, & exemplificat in quarto secundę sic, omnis disciplina est studiosa, non omnis medicina est studiosa, similiter in proposito esset hic syllogismus ex oppositis, omne animal est album, non omnis homo est albus, & sequitur, ergo non omnis homo est animal, ergo hęc conclusio impossibilis, etiam homine non existente, quia non eo minus est syllogismus ex oppositis, ergo eius oppositа est necessaria. Si dicitur existere tollere rationem inferioris ab homine respectu animalis, sequitur, quod illa ratio sibi infuit secundum ꝙ existebat, vel ad minus ꝙ dependebat ab existentia rei, & per consequens non erat illa ratio simpliciter ab operatione intellectus, intellectus enim in sua operatione non dependet ab existentia rei, cum & diffinitiones & demonstrationes fiant de non existentibus, multo magis non existentibus potest attribuere intentiones secundas, quæ omnino ab intellectu causantur. ¶ Confirmatur illa ratio, quæ fiebat ad præcedentem quæstionem de per se, per hoc, quòd non existentium sunt diffinitiones, ergo nullo homine existente potest habere hoc o diffinitionem, & in illa poneretur animal, ergo per se prædicatur de homine. Ad minus homo potest, habere per se diffinitionem exprimentem, quid dicitur per nomen, & in illa necessario poneretur animal, cũ sit de significato nominis, quia nomen semper significat idẽ. ¶ Ad primum argumentum dictum est in quæstione præcedenti, qualiter hic prædicatur esse secundum accidens. ¶ Ad secundum concedantur propositiones quæ sequuntur, scilicet Cęsar est homo, & consimiles, sicut prius concessæ sunt. ¶ Ad tertium dici potest, ꝙ sicut res se habet ad esse, sic oportet ad veritatem talis propositionis esse vnionem in re talem qualis significatur in sermone. Natura autem significata per hoc, ꝙ est Cęsar, est ens per intellectum, alioquin intellectus

de eo non facere compositionem, & sic est compositio eiusdem existentis apud intellectum cum seipso. & talis compositio sufficit ad veritatem, vbi res non est existens, vt patet in istis, s. chimera est chimera, non ens est non ens. ¶ Ad primum argumentum illius quæstionis, quæ est de vniuocatione termini communis, quod ostendit terminum non esse vniuocũ: patet quòd ens, vt ens est nomen, non est æquiuocum ad illud quo dexistit, & ad illud quod nõ existit, licet fortè ens secundum quòd est participium sit æquiuocum ad illa, sed ens vt est participium non est superius ad hominem. ¶ Ad aliud iam concessum est commune prædicari de supposito per hoc verbum est. ¶ Ad tertium enti, & non enti &c. si intelligatur de istis secundum quòd habent rationem contradictoriorũ, sic fortè nihil est eis vniuocum. Et si arguatur vltetius, sor. est existens. Cęsar non est existens: ergo eis non est aliquid vniuocum, est fallacia accidentis, quia medium est extraneum vni extremo, inquantum comparatur ad aliud, quia duobus suppositis, quorum alterum existens est: alterum nõ, aliqnid est eis vniuocum, inquantum includunt per se aliquid idem, sed accidit vni esse existens, & alteri esse non existens, quia secundum ista accidentia eis non conuenit aliquid commune tale. Quod autem forma arguendi nihil valeat, patet in simili, arguendo sic: albo, & non albo nihil est commune vniuocum, cum sint contradictoria, iste homo est albus, & ille non est albus: ergo isti homini, & illi nihil est vniuocum, non valet consequentia, quia ad prædicatum non habere aliquid vniuocum istis inest ratione affirmationis, & negationis, sicut & hoc quod est contradictoria esse, & non ratione eorũ, quæ subsunt formæ, & in minori sumuntur sub illa quæ subsunt istis formis. Cum ostenditur illa propositio enti, & non enti nihil est vniuocum, per hoc quòd non omnibus entibus est aliquid commune vniuocum, neganda est consequentia, quia nihil idem conceptum apud intellectum includitur in conceptu omnium entium, sed aliquid idem conceptũ apud intellectum potest esse de intellectu eius, cui accidit existere, & eius, cui accidit non existere.

Aliter potest dici ad tertiam quæstionem illarum trium sustinendo ea quæ dicuntur ad præcedentes quæstiones duas. s. quod suppositа tam existentia, quam non existẽtia sint similiter suppositа termini communis, & vniuoce. Et adhuc

secun-

secundum aliquos oportet concedere commune prædicari de his & de illis vere cum hoc verbo est, quia simpliciter supposita sunt vniuocè quæcunque includunt eandem rationē termini secundum quancunque differentiam temporis, quia significatum termini nullam differentiam temporis sibi determinat, potest ergo stare cum vniuocatione, quòd homo prædicetur de antichristo cum fore, & de Cæsare cum fuisse, quia illa non variant significatum termini. Et hoc fortè intelexerunt qui dixerunt illa esse suppositа diuersæ apellationis, quia non eodem modo appellantur a communi, licèt fortè participent idem significatum communis. ¶ Ad rationes quæ sunt contra vniuocationem. ¶ Ad primam potest dici, q̄ suppositum existens, & non existens vniuocantur in ente, quia ens secundum vnum significatum dicitur de eis, sed non cum hoc verbo est. ¶ Ad secundum conceditur, quòd prædicatio communis de quocunque supposito est essentialis, non tamen omnem prædicationem essentialem esse veram cū hoc verbo est, sed sufficit cum quocunque verbo cuiuscunque differentiæ temporis. ¶ Ad tertium dicatur sicut prius dictum est. ¶ Ad argumenta probantia hanc esse veram, Cæsar est homo. ¶ Ad primum dicitur, quod hæc consequentia non valet, Cęsar currit, ergo homo currit, quia nunc non appellatur Cęsar ab homine cum verbo de præsenti, sed sequitur. Cęsar currit pro tēpore pro quo appellabatur ab homine, ergo homo cucurrit, & pro tempore illo pro quo appellabatur ab homine cum verbo de præsenti sequebatur. Cæsar currit, ergo homo currit, nunc autem non. ¶ Ad aliud dictum Aris. est intelligendum de compositione significata per verbum cuiuscunque differentiæ temporis. ¶ Ad aliud negatur hæc consequentia, Cæsar, est Cæsar, ergo Cæsar est homo, sequebatur autem quando Cæsar appellabatur ab homine cum verbo de præsenti &c.

QVÆSTIO IX.

QVæritur iuxta prædicta vtrum terminus communis suppositus verbo de præsenti supponat tantum pro præsentibus? Quod sic videtur, quia aliter hæc esset vera, album est nigrum, & ista, sedens potest ambulare in sensu compositionis, quia posset habere hanc causam veritatis, quod fuit album est nigrum, si subiectum possit stare pro præteri-

to,

to, & similiter de alio exemplo hæc est possibilis sedens ambulat, quia sedens qui fuit, ambulat modo illa est falsa, album est nigrum. Tum quia ex ista, album est nigrũ, sequitur, quòd album non est album, & contradictoria illius. s. omne album est album, est vera, quia idem prædicatur de eodem, ergo duo contradictoria sunt simul vera. Tum quia propositiones de prædicatis contrarijs essent simul verę, hæc. s. album est albũ, & album est nigrum. De reliquo dicit Ari. quòd sensus compositionis est falsus. ¶ Item prædicatum in tali propositione restringitur ad standum tantum pro his quæ sunt, ergo & subiectum, probatio consequentiæ, quia aliter non posset esse conuersio siue figura dictionis, probatio antecedentis. Tum sic dicendo, b. est: tres verbi est prædicatum, appositio autem a. faciet vnum cum re verbi, quod idem esset ibi. b. est ens a. vbi prædicatum restringitur per ens specificans ipsum. Tum quia aliter nõ sequeretur, homo est albus, ergo homo est, probatio, quia si albũ a parte prædicati potest stare pro eo quòd existit, & pro eo quod non existit indifferenter secundum quòd prædicatur indifferenter se habet ad existere, & non existere, ergo secundum quòd prædicatur neutrum ponit, & pari ratione esset consequentia in omnibus neganda a conũctis ad diuisa, vt videtur, quia vtrobique prædicaretur, esse secundum accidens: ergo frustra doceretur in secundo periher
3 menias, in quibus tenet, & in quibus non. ¶ Item compositio non intelligitur sine extremis, per Aris. in fine capituli de verbo, ergo pro eodem tempore intelligitur compositio & ex-
4 trema, ergo vtrunque extremum restrin{gitur ad illud tempus, quod compositionem mensurat. ¶ Item compositio est forma extremorum, forma vero est principium intelligendi aliquid secundum eius rationem ergo extrema intelliguntur secundum rationem compositionis. ¶ Ad oppositum si in illa de præsenti tantum staret pro præsentibus duo contradictoria essẽt simul falsa: probatio consequentiæ, ponatur nullum hominem esse, hæc est falsa, omnis homo est, & illa, aliquis homo non est, si subiectum stẽt pro existente tantum: quia significatur aliquis homo, qui est, non esse. ¶ Item sequeretur, si subiectum tantum staret pro præsentibus, quòd omnes tales essent falsæ. domus fit: homo generatur: quia sequeretur illud fieri, quod est, quod falsum est, quia fieri est via a non esse ad esse, & per consequens quòd nunc est, nunc non fit. Si autem

tem omnes tales falsæ essent, sequeretur, quòd omnes illæ essent falsæ, domus est facta, homo est generatus: quia fieri & factum esse sunt eadem, & ita hæc propositio esset vera, quicquid est, est non factum. ¶ Item sequitur antichristus currit, ergo homo currit, quia minor sub intellecta, virtute cuius tenet consequentia, est necessaria, sicut dictum est, ergo homo in cõsequente potest stare pro antichristo, ergo pro eo quod non existit. Item terminus primo supponit suum significatum in omni propositione, & non pro supposito, nisi quia suppositũ est idem significato, alioquin nulla vniuersalis esset vera, ergo æqualiter supponit pro suppositis quæ æqualiter se habẽt ad significatum communis, sed huiusmodi sunt tam existentia, quam non existentia, sicut prius ostensum est, ergo pro omnibus fit æqualiter suppositio. ¶ Item, quòd non arctetur virtute verbi, probatio, tum quia illud, quod distat ab aliquo in oratione non innouat aliquid reale circa aliud distãs, quia omne contrahens reale cadet in idem extremum cum contracto certo aliter hęc posset esse vera, homo est mortuus, quia si illud quod est a parte prędicati posset contrahere subiectũ realiter, ergo illud quod est a parte prędicati posset diminuere subiectum quo ad propositum: non enim non est differentia de determinatione contrahente, & diminuente, staret ergo homo hic in subiecto pro homine diminuto per mortuum, & ita hæc etiam vera, homo est mortuus, ad quam sequitur, per Arist. ergo homo est non homo, quia mortuum per ipsum, secundo perih. includit oppositum hominis, ad quod sequitur contradictio, ergo duo contradictoria absolutè sine determinatione, vt significãtur per hæc nomina homo, & non homo, prædicarentur de se inuicem. Quod si hęc sunt inconuenientia, sequitur, quòd illud quod est a parte vnius extremi, non posset contrahere illud, quod est a parte alterius extremi, sed compositio se tenet ex parte prædicati, vt dicetur post. ergo tempus quod est circa compositionem, non potest restringere subiectum. Tum quia contingit intelligere actum mensuratum tempore presenti inesse subiecto pro supposito quod fuit, vel pro omnibus quę fuerunt sunt, & erunt secundum intellectum, licet sit falsum, ergo & cõtingit significare hoc, sed impossibile est significare hoc si tempus presens circa prędicatum faceret subiectum tantum stare pro suppositis, quę sunt: ergo illa hypothesis interimit finem sermonis, qui est

vt per eum possit omnis intellectus, vel conceptus mentis significari.

QVÆSTIO X.

IVxta hoc quæritur vtrū in propositione de præterito stet subiectum tantum prō illis quæ fuerunt, & de futuro tantum pro illis quæ erunt? ¶ Quod sic per illas duas rationes factas ad præcedentem quæstionem de compositione. ¶ Item sequitur, homo qui fuit fuit, ergo homo fuit, quia oppositum consequentis, quod est nullus homo fuit, non potest stare cū antecedente, cum repugnet implicationi. Eodem modo arguitur de futuro. ¶ Item nisi subiectum staret in illa de præterito pro illis quæ fuerunt, hæc propositio, homo fuit, esset falsa. posito, quod omnes nunc existentes essent in primo instanti sui esse, & multi alij præcessissent eos, & si illa esset falsa, tunc hæc esset vera nullus homo fuit. ergo sequitur, nullus homo qui fuit fuit, quia oppositum consequentis non potest stare cum antecedente, sed istud consequēs est falsum. nullus homo qui fuit fuit, quia eius contradictoria est vera, ergo, & antecedens, ex quo sequitur, ergo contradictoria vera.

¶ Duæ vltimæ rationes tantummodo probant, quod subiectum stet pro præteritis & futuris, non quod tantum pro illis. Et ad idem est secunda ratio facta ad primam partem præcedentis quæstionis.

¶ Ad oppositum, quod non tantum probant duæ vltimæ rationes ad oppositum præcedentis quæstionis.

¶ Item si posset stare illa de præterito pro præteritis, illa esset vera, album fuit nigrum: ergo & sua de præsenti aliquādo fuisset vera quod falsum est, cum prædicetur oppositum de oppositō.

QVÆSTIO XI.

IVxta hoc quærit vtrum in omni propositione, in qua non additur termino communi aliquod contrahens immediatum, distribuatur terminus communis pro quibuscunq; eius suppositis simpliciter. Quod non videtur, quia tunc maiore existente de inesse vt nunc, & minori de contingēti esset syllogismus vtilis immo vt videtur regulatus: quia pro quocunque, suppositō acciperetur medium in minori virtute contin

gentiæ

gentiæ pro eodem distribuetur in maiori. consequens est falsum, & contra Arist. 1. priorum. ¶ Item in hac acceptione, q̃d est, aut stat subiectum in illa pro omnibus per se suppositis, & tunc quælibet de contingenti, & quælibet de inesse, in qua imponitur, est impossibilis cum nullus actus possit idem contingenter inesse suppositis cuiuscunque differẽtiæ temporis. Aut tantum pro existentibus, & tunc cum in sua de inesse stet pro omnibus suis suppositis, per positum poterit vniuersalis de contingenti esse vera, & tamen sua de inesse impossibilis. ¶ Item maiore existente de necessario & minori de cõtingenti esset syllogismus regulatus, quia quæcunque sumuntur sub in minori, pro illis fieret distributio * in maiore.

a

3

* immediatè.

¶ Item ad hoc sunt omnes rationes, quæ probant, quod terminus communis stet in aliqua propositione tantum pro suppositis vnius differentiæ temporis: qui non distribuitur nisi pro illis, pro quibus supponit. Ad oppositum sequitur, omnis homo currit: ergo cæsar currit: similiter sic, omnis homo curret, ergo cæsar curret, & ita quocunq; suppositio cuiuslibet differentiæ temporis: ergo cõmune respectu cuiuscũque prædicati distribuitur pro quibuscunque suppositis: omnes hæ consequentiæ patent: quia minores de præsenti, per quas illæ consequentiæ reducuntur in syllogismos, sunt necessariæ: vt patet ex prædictis. ¶ Item vniuocum, multis, signo sibi addito supponit pro multis, sed terminus communis vniuocus, est ad quæcunque suppositа, vt patet ex dictis. ¶ Item pro omni eo fit distributio in vniuersali, quod potest sumi sub. per dici de omni, huiusmodi sunt quæcunque suppositа, vt prædictum est: quia omnia sunt similiter suppositа termini.

Ad Duas primas quæstiones dicendum, quod terminus cõmunis in quacunque propositione siue de præsenti siue de præterito siue de futuro supponit pro quibuscunque suppositis siue existentibus siue non existentibus, siue quando nõ additur sibi immediate determinatio aliqua contrahens ad suppositа vnius differentiæ tẽporis. ¶ Et iuxta hoc consequenter est dicendum ad 3. q. quod pro omnibus distribuitur in quacunque propositione, in qua absolute sumitur, quod patet: quia quodcunque suppositum infert suum commune, respectu cuiuscunque prædicati, & infertur ex suo cõi distributo: quia vtrobiq; minor intellecta in qua. s. cõe prędicatur de suo

sup-

ſuppoſito cū hoc verbo eſt, eſt neceſſaria, ergo cōe pro quocūq; ſuppoſito ſupponit & diſtribuit. Cauſa aūt prēcipuè eſt quia commune quando non ſpecificatur per aliquid immediatè additum ſupponit abſolutè ſuum ſignificatum, ergo æqualiter pro omnibus, quæ æqualiter ſe habent ad ſuum ſignificatum, huiuſmodi ſunt tam exiſtentia quam non exiſtentia: ergo pro omnibus ſupponit æqualiter, & per conſequens diſtribuitur, nec aliquod prædicatum ipſum cōtrahit, vt oſtēſum eſt in opponendo, quia contrahens & contractum tendunt in idem extremum, & quia conuenit intelligere prędicatum ſumptum ſub quacunque ratione ineſſe ſubiecto pro ſuppoſitis cuiuſcunque differentię temporis, vel pro omnibus ſimul, ergo ſignificare, ergo prędicatum nullam rationē ſupponendi tribuit ſubiecto. ¶ Ad primam rationem primæ queſtionis notandum, quod formę accidentalis ſignificatę in concreto aliud eſt ſuppoſitum, aliud eſt ſubiectum, quia commune eſt idem eſſentialiter ſuo ſuppoſito, ſed non ſuo ſubiecto, licet ergo concedatur terminum communem poſſe ſtare pro ſuppoſito exiſtentibus, non tamen hoc conceditur de ſubiecto, quod aliquando habuit formam. & per conſequēs hęc non eſt vera. album eſt nigrum, licet enim ſubiectum qđ aliquando fuit album, nunc ſit nigrum non tamen ſuppoſitū albi quod fuit aliquando album, eſt nigrum, quia de iſto ſuppoſito etiam quando non exiſtit, prędicatur ſuum commune, cum hoc verbo eſt, & per conſequens oppoſitum ſui communis pro nullo tēpore verè prędicaē de ipſo. Per hoc patet ad aliud exēplū qui. n. dñt tales ꝓpoſitiones, in qbus ſubijciūtur cōcreta, eſſe diſtinguendas ſm cōpoſitionē, & diuiſionē non intelligunt, quod ſignificatum communis, vel eius per ſe ſuppoſitum poſſit accipi pro eodem tempore, vel pro diuerſo cum prędicato, ſed hoc intelligunt de ſubiecto formę accidentalis, & ita hęc eſt falſa in ſenſu compoſito, ſedens poteſt ambulare, pro quocunque ſuppoſito per ſe ſupponat ſedēs, & ſimiliter pro ſubiecto, cum intelligitur informari forma ſeſſionis pro illo tempore, per quo prędicatum ſibi vnitur. ¶ Contra hoc, nigrum & album quod fuit loquendo de ſuppoſito prēterito albi poſſunt dici de eodem ſubiecto ergo, vnum de altero poteſt prędicari, antecedens patet, quia verū eſt dicere de illo quod eſt album. quod fuit, & ꝙ eſt nigrum, primum patet, quia ſequitur ſi fuit album, ergo eſt album qđ fuit.

fuit. Ad illud dici potest, q̃ album quod fuit, loquẽdo de per se suppositio albi, non dicitur nunc de illo quod heri fuit album, sed dicitur de eo pro præterito & ex altera de præterito, & ex altera de præsenti non sequitur conclusio de præsenti, ergo non sequitur hęc quod album pręteritum sit nigrum. ¶ Ad probationem negatur hęc consequentia, hoc fuit albũ, ergo hoc est album quod fuit. Non enim sequitur, si suppositum albi dicatur de subiecto cum fuit, quod dicatur de eo cũ est, illud enim pręteritum suppositum non est existens, subiectum est existens, non existens autem non potest prædicari de existente. Si etiam arguitur, quod fuit album est nigrum, ergo album est nigrum, antecedens est distinguendum quia aut ly, quod refert subiectum albi, & tunc consequentia non valet, quia album non stat pro subiecto prętcrito, sed magis est figura dictionis commutãdo quid in quale, aut si ly quod referat suppositum albi, tunc consequentia bona est, antecedens autem falsum. Contra, saltem videtur quod hic non prędicetur contrarium de contrario, quod fuit album est nigrũ, quia album quod fuit, & nigrum quod est, non contrariatur, nec pari ratione vnquam possibile erit prędicari contrariũ de contrario. ¶ Ad hoc dicitur, quod album quod fuit loquẽdo de per se suppositio albi inquantum includit de per se formam sui communis contrariatur nigro, & sub illa ratione supponitur per suum commune, & tanta est ibi contrarietas, quanta inter album quod est & nigrum. Similiter ad illam, sedens ambulat, patet quod non est vera, quia suppositum prętcritum vel futurum sessionis nunquam est ambulans, qui autem ponit talem propositionem, sedens potest ambulare, esse distinguendam secundum compositionem, & diuisionem, non ponit hoc a parte suppositi, sed subiecti, pro quo cunque enim supppositio sumantur extrema est sensu compositus & falsus, quia suppositum cuiuscunque temporis ex vna parte non potest vniri cuicunque suppositio ex alia parte. ¶ Ad secundam potest dici, quod æqualiter in differenter stat prędicatum in propositione sicut & subiectum, quia consimilis ratio probat vtrunque, conuenit enim intelligere prędicatum pro quibuscunque suppositis, siue omnibus, siue alt quibus. & attribuitur subiecto pro quibuscunque suppositis subiecti, siue omnibus, siue pluribus, & hoc mediante quacũque compositione, ergo conuenit significare: ergo quæcunq;

compositio nullam determinationem ponit pro suppositis circa extrema, nec circa prædicatum, nec circa subiectum, cū prędicatur oppositum de opposito. Dicendum ad primam probationem, quod res verbi positio quod esset pars prędicati quando est prędicat tertium adiacens: adhuc illa non specificat illud quod subsequitur ipsum, sed conuerto, vt hic, omnis homo est animal si ens sit pars prædicati, illud non specificat animal ad standum pro existentibus tantum: sed animal specificat illud: quia quando est prædicat tertium adiacens: adhuc prædicat quod in alio est, nunc autem ens specificatum per animal: ita est indifferens ad suppositā, sicut animal: vel forte (vt videbitur post) res verbi non est pars prædicati. ¶ Ad secundam probationem, concesso quod nunquam ab esse prędicato tertio sequatur esse prędicatum secundo saltē quando in antecedente specificatur esse per terminum nominalem: non sequitur ex hoc, quod frustra determinet Arist. in secundo periherme. a quibus coniunctis tenet consequentia ad diuisa, & à quibus non, quia in alijs coniunctis abesse quā doque sequitur diuisim: vt iste est homo currens: ergo iste est homo, in alijs verò non, vt iste est bonus citharedus, ergo est bonus, & illud est magis ibi ad propositum Aristot. quam de esse dicitur enim ibi in litera. Quare in quantiscunq; prędicatis neque contrarietas aliqua aut nulla oppositio inest, si diffinitiones pro nominibus reddantur, & secundum se prędicantur, & non secundum accidens, 1. non secundum aliqd extraneum suæ rationi propriæ. In his etiam simpliciter verum est dicere, vbi nulla fit mentio specialis de esse, & specificatur magis de alijs prædicatis compositis. ¶ Ad tertium cō cedendum est, quod extrema intelliguntur pro eodem tempore, pro quo compositio, sed ex hoc non sequitur, quod tantum pro suppositis vnius temporis.

¶ Ad quartum similiter potest concedi, quod est principium intelligendi extrema quo ad aliquem modum circa extrema sed non de reali acceptione pro suppositis, quia impossibile est intelligere terminum pro quibuscunque suppositis sub ratione præsentialitatis uel præteritionis, & hoc est quod solet dici, quod concedenda est restrictio modalis, & non realis. ¶ Ad primum argumentum in oppositum dicitur, quod positum est impossibile scilicet nullum hominem esse. Vel aliter quod si sublimum habeat aliqua suppositā existentia, tā

tum

rum stat pro illis, si nullum, tunc stat pro non existentibus, & tunc hæc est uera. aliquis homo non est, nec est sensus. aliquis homo qui est, non est. ¶ Contra primam rñsionem illud positum si sit impossibile non est impossibile includens impossibilia, quia potest concipi sine repugnãtia intellectuum, ergo propter illud positum non sequitur contradictoria esse simul * falsa, quia impossibilius non sequitur ex minus impossibili, nec minus impossibile ex falso contingente, ex eo.n. quod potest concipi, non sequitur illud quod non potest concipi sine repugnantia intellectuum, ergo contradictoria esse simul falsa, sequitur ex alio. s. quod subiectum ponitur stare tantũ pro existentibus. ¶ Item arguatur idem de singulari, quod possibile est non esse. ¶ Contra secundam rñsionem. si homine non existente sit hæc vera: homo non est, & stet homo pro non existente, tunc hæc consequentia est bona. homo qui non est non est, ergo homo non est, quia commune infertur respectu, prædicati ex illo supposito pro quo supponit respectu prædicati, ergo eadem consequentia tenebit homine existente, quia idem erit intellectus antecedentis & consequentis, nec intellectus propositionis mutabitur propter mutationẽ rei in existentia, & tunc non muratur eadem oño a veritate in falsitatem, & econuerso, quod est contra Ari. in prædicamentis ca. de substantia. ¶ Ad quintam rationem in contrarium rñdetur, quod prima probatio tantum probat subiectum non restringi per aliquid circa compõsitionem, quia distant, sed non probat, quin prædicatum restringatur, quia compositio cadit in idem extremum cum ipso. ¶ Ad secundam propositionem dicitur, quod contingit significare prædicatum ineſſe subiecto pro omnibus suppositis cuiuscunque tẽporis per compositionem de præsenti præterito & futuro sic. omnis homo qui est, vel fuit, uel erit, est albus, & sic intelligendo in subto totum disiunctum distribui, & ita per circumlocutionem dicitur in alijs conceptum esse exprimendum, quãdo non potest per terminum absolutè. ¶ Contra contingit intelligere prædicatum istud ineſſe eius subiecto, p eius per se suppositis quibuscunque. inquantum participat formam communis. extra quorum rationem, vt sic intelliguntur, est tempus, & disiunctio & quodlibet præter intellectum sui communis, ergo & significare sed hæc non significatur per talem circunlocutionem, plus enim significatur in tali disiunctione & a parte tem

* vera.

porum, quam intelligebatur. ¶ Item in tali propositione manet compositio de præsenti, sicut in alia, si ergo compositio de præsenti semper restringat extrema ad suppositionem pro præsentibus, adhuc hoc totum homo qui est &c. sumetur tãtum pro præsentibus, & erit sensus, omnis homo qui est, fuit, vel erit, est albus, nugatio est, & erit processus in infinitum. Prima consequentia patet, quia æqualiter subiectum est indifferens ad est vel fuit vel erit & æqualiter compositio de præsenti.

AD ALIAM quæstionem dicendum consequẽter, quod terminus communis in omni propositione quando non additur aliquod contrahens immediatum distribuitur pro quibuscunq. per se suppositis, quare quodlibet potest sumi sub, per dici de omni, & quodlibet sequitur ad distributum propter rationes prætatas, & sequitur ex solutione quæstionis p̃cedentis, signum enim additum termino denotat ipsum sumi vniuersaliter pro omnibus, quibus est commune, vt supponit in indefinita illa sunt quæcunque.

¶ Ad primum argumentum in contrarium dico, quod syllogismus est inutilis, quando maior est de inesse, vt nunc, quia tunc pro aliquo tempore vnitur medium minori extremitati in minori, quam pro quo, maior est vera, minor. n. de contingenti potest accipi vera pro futuro pro quo non oportet maiorem esse veram, cum sufficiat eam esse veram pro vno tempore. Sed quando maior est de inesse simpliciter pro quocunque tempore sit minor vera, pro eodem est maior vera, quia est semper vera, ideo necesse est extrema vniri in medio pro eodem tempore, non autem quando maior est vera de inesse, vt nunc, & non est defectus propter variationem suppositorum, pro quib. sumitur medium in maiori, & minori.

¶ Ad secundum potest dici, quod nullum per se suppositum contingenter comparatur ad illud, cuius est per se suppositũ, sed necessarium, ergo in hac acceptione quod est b. sumitur subiectum pro omnibus, per se suppositis inquantum per se supposita. ¶ Cum dicitur, ergo omnis vniuersalis de contingenti in illa acceptione est falsa, & omnis de inesse ei correspondens est impossibilis. Vel hoc potest concedi, nec ꝓpter hæc deficit aliquid de arte syllogizandi, quia syllogismus non dependet ex veritate vel possibilitate propositionum, sed ex necessaria habitudine præmissarum ad conclusionem. Vel ali

ter

ter potest dici, quod licet præteritis, in quantum præterita sũt impossibile sit aliquid contingenter inesse, quia respectu præteriti non est potentia, tamen quibuscunque suppositis communis inquantum participant formam communis, non est impossibile aliquid contingenter inesse, quia extranea est eis præteritio, & ceteræ differẽtiæ temporis inquantum sunt per se suppositæ communis, in alia autem acceptione. s. quod contingit esse b. non sumitur pro alijs realiter, cum in illa quod est b. sumatur pro omnibus, sed in illa quod contingit esse b. sumitur pro aliquibus sub alia ratione, quæ enim per se sumpta necessario comparantur ad commune, secundum existentiam sumptam contingenter comparantur ad idem, quia existentia accidit per se supposito, & secundam illam rationem forte sumitur pro aliquib. suppositis in hac acceptione, quod contingit esse b. non mirum est autem illud, quòd absolutè sumptum est per se suppositum communis. si sumatur sub ratione alicuius quod est ei extraneum, inquantum est suppositum esse per accidens & contingenter sub communi, vt iste homo est per se suppositum hominis necessarium, iste homo albus contingens suppositum, ita autem accidit existere per se supposito hominis, sicut album. Hanc autem acceptionẽ, quod est, ponenda est habere propositio ex ratione termini in se, qui de se accipitur pro omnibus per se suppositis, sicut sumitur in illa acceptione, aliam autem acceptionem quod contingit esse, in qua sumitur pro eisdem, tamen sub alia ratione, habet propositio ex modo contingentiæ, qui modus, licet non possit conferre termino acceptionem pro suppositis aliquibus determinatis, tamen potest conferre ei acceptionẽ pro illis, pro quibus staret secundum se sumptum, tamen sub alia ratione, quia omnis compositio potest derelinquere modum intelligendi circa extrema, licet non realem arctationẽ ad suppositа. Sic ponendo potest concedi, quod istę acceptiones sunt antecedentes ad propositionem de contingenti, * & de inesse, & disiunctiuè se habent ad vniuersalem, sicut ad indefinitam, licet enim vnico actu distribuatur terminus pro omnibus per se suppositis, tamen non distribuitur vnico actu pro omnibus inquãtum sumuntur sub extranea ratione. * *Alib. vacat.*

¶ Contra hoc in ista acceptione quod est b. est cõtingentia circa compositionem, quę derelinquit modum intelligendi consimilem, circa extrema, ergo si in illa acceptione. s. quod con-

tingit, non sit nisi modus intelligendi talis circa extrema, sequitur, quod nō est differētia inter acceptiones, quia in vtrūque sumitur terminus pro omnibus per se suppositis, tamen sub ratione intelligendæ contingentiæ. ¶ Item modus contingentiæ non potest derelinquere circa subiectum acceptionē pro subiecti suppositis sumptis sub extranea ratione. Tū quia tunc pro eisdem sub eadem ratione sumeretur in illa acceptione, quod est b. cum in illa sit contingentia circa compositionem. Tum quia modus compositionis poneret determinationem realem circa extrema, nam suppositа per se non sunt per accidens suppositа, nisi intelligātur sub aliqua ratione reali super addita, compositio autem nihil reale innouat circa extrema, vt prædictum est. Ideo potest dici, quod hæc acceptio omne quod est, in qua stat terminus pro quibuscunque suppositis per se, quamuis talis ratio sit circa ipsa, quod etiam intelligantur esse præsentia compositioni. Sed ex virtute sermonis, in propositione de contingenti aliter non esse, quod contingit esse, nec ex significatione, nec vt accidens, sed tantum ex præfixione nostra, ideo dicitur acceptio, hoc est contingit accipere intellectum propositionis sub tali determinatione. Sic autem potest dici æqualiter acceptio cuiuscunque propositionis, nisi quod hic conformior est modo compositionis, quàm in alijs propositionibus, tamen sumpta propositione in isto intellectu tenet formaliter syllogismus. ¶ Ad tertium principale potest dici, quod ad perfectionem syllogismi non sufficit illud, sumi sub, in minori, p quo sit distributio in maiori, sed oportet sub illa ratione illud sumi sub, sub qua fit pro eo distributio, sic iste syllogismus nō est perfectus, omnis homo necessario est animal, iste homo albus est homo, ergo &c. quamuis pro illo homine fiat distributio in maiore, sed hoc est, quia pro ipso fit distributio inquātum participat formam hominis, & sumitur sub ratione albi, ita in proposito si suppositum, quod est per se sit idem cum eo quod est contingens, pro eo inquantum est per se suppositū sit distributio in maiore de necessario, & non sumitur sub, sic in minori de contingenti, sed sub extranea ratione. ¶ Vel potest dici, quod suppositum contingens non est per se suppositum, quia quodlibet per se suppositum necessario comparatur ad commune. ¶ De omnibus quæstionibus sequentibus super lib. 1. perihermenias dictum est alibi.

QVÆ,

QVÆSTIO XII.

VLtimo circa istam materiam quæritur. Vtrum hæc sit vera. Cæsar est homo. Cæsare non existente, supposito quod idem terminus significet re existente, & non existente vniuoce, vt supra dictum est. ¶ Et videtur, quod sic, quia dicit Philosophus, in meta. quod terminus significat hic est, sed Cæsar significat hominem, ergo &c. ¶ Item quicquid includitur in prædicato, est verum de eodem de quo ipsum prædicatum, sed homo includitur in Cæsare, & est de intellectu ei⁹, ergo si hæc est vera, Cæsar est Cæsar, hæc erit vera, Cæsar est homo. ¶ Sed quod hæc sit vera, Cæsar est Cæsar, probo, quia hæc est vera, chimera est chimera, similiter non ens est nō ens. Cæsar autem est non est ens, ergo &c. ¶ Præterea, nulla prædicatio est verior illa, in qua idem prædicatur de se, sed hic prædicatur idem de se, ergo. ¶ Item de syllogismo ex oppositis sequitur, impossibile, sed ex his. Cæsar est homo: Cæsar nō est homo, sequitur Cæsar non est Cæsar, sed hoc est impossibile: ergo oppositum, est verum. *lib. 4. Comex. 10.*

¶ Ad aliam partem, principaliter, ubi, est: ponitur per copula, significat vt nūc, secundum Phylosophum, ergo si Cæsar est homo, est nunc homo.

¶ Item cum hominem necessario concomitetur viuere intelligere sentire. si Cęsar est homo, viuit intelligit & sentit, sed hęc oīa sunt falsa & impossibilia, cū Cęsar est corruptus.

Respōdeo dicitur, quod prima propositio est falsa propter rationes positas. nullus enim est homo, nisi nunc sit homo, hoc non competit Cęsari.

¶ Ad argumentum primum dicitur, quod quando dicit philosophus, quod terminus significat hoc est, non est intentio sua dicere, quod quicquid significatur per aliquid, hoc prędicatur de eo in pręsenti cum esse, sed volens probare principiū, loquit ibi de cōtradictorij dicens qđ illud, quod significatur per vnum contradictorium est, reliquum non est, cum diuidant omne quod est. Vel si forte hoc non dicat, licet verum sit, potest dici, quod tantum velit per illud verbum, illud quod significatur per dictionem, hoc est eius significatum. Vel si forte intēdat de hac prędicatione scilicet quod significat quod hoc prędicatur de illo, verum est, si est in pręsenti, sed si fuerit, non prędicatur nisi per verbum de prę-

terito, & in præteri to bene prędicantur homo de Cęsare.

¶ Ad secundum, quidam negant consequentiam, quia cum Cęsar significet vnum suppositũ, & ita est quod cum suppositum non est, requiritur quod prędicatum sit non existens, ergo Cęsar in vtraque stat pro non existente homo autem cum de se habeat supposita existentia, ideo quãdo simpliciter profertur in presenti, stat pro existentibus, homo autem existens non est de intellectu Cęsaris: & ideo non sequitur, sed bene sequitur, sub tempore competenti.

¶ Alij dicunt, quod hęc est falsa. Cęsar est Cęsar, sicut ista. Cęsar est homo, quod ostendi potest sic: cum enim Cæsar significat veram rem quia vniuocè significat modo & prius, dicere ergo quod Cęsar est Cæsar, est dicere quod prius fuit vera res, est modo vera res: quod falsum est ¶ Potest etiam simili modo ostendi sic. sit hic bos viuus statim mactandus: nõ est verum dicere. iste bos cras erit bos, quia cras erit mortuus per positum. ergo cum venerit illud futurum & sit præsens, non possum verè dicere iste bos est bos. ¶ Idem iudicium est ib, Cæsar est Cesar, quia singularis est illa, sicut ista.

¶ Item alio modo sic, duplex est mutatio scilicet substãtialis & accidẽtalis, accidentalis est in qualitate vel in quantitate vel loco, talis mutatio non interimit subiectum, sed transmutatio substantialis interimit subiectum, nec fit nisi per destructionem subiecti, vnde in transmutatione substantiali, subiectum desinit esse seipsum, si detur oppositum, non corrumpetur, quia si non desinit esse seipsum, non desinit esse. ¶ Ad rationes & primo ad primam, quæ adducitur pro consimili, dicendũ, quod non est simile, quia illud quod significat chimera vel non ens vniformiter se habet ad omne tempus, ideo in omni tempore possunt esse veræ sed ita non est de Cæsare, illa enim res quam Cæsar significat, nunc non est, nec habet suum esse in omni tempore. ¶ Ad aliud, quod nihil nõ dicitur esse idem sibi. Vnde cum philosophus dicat, quod verior prędicatio est, quando idem de se prædicatur, verum est, quando idem quod est aliquid prædicatur de se, quia nihil non dicitur idem esse sibi. vnde quia Cæsar est nihil, ideo non dicitur idem sibi. ¶ Ad aliud, quod regula philosophi de conclusione syllogismi ex oppositis est intelligenda, vbi aliquod est actu subiectum termino, quia tunc sequit, quod idem de se negaretur, qđ est impossibile. ¶ Nota quod

signum

signum a parte prædicati, cedit in identitatem prædicati quia ens in omni propositione est simpliciter prædicatū, & q̄ additur est rei ipsius specificatio; & quicquid ipsum specificat prædicatur cum ipso verbo. A parte autem subiecti non est aliquid sic specificandum, ideo non cadit in identitatem cum subiecto. ¶ Et si obijciatur, quod omnis propositio vna cōuertitur, & tunc quod est prædicatum fit subiectum, si ergo est pars prædicati, erit pars subiecti. ¶ Respōdetur, quod verum est non in ratione signi, sed vt materialiter teneatur, vt omnis homo est omnis homo conuertitur aliquod ens omnis homo est homo. ¶ Item nota, quod vniuersalis negatiua non cōuertitur per accidens, quia ad verā conuersionem requiritur, quod conuertens tm̄ capiat de veritate cōuersę, quantum est possibile transpositis terminis, sed non est ita, si conuertatur vniuersalis negatiua in particularem negatiuam, quia in trāspositis terminis potest plus capere, tenet tamen consequentia per mediam conuersionem simplicem.

QVÆSTIO. XIII.

QVæritur vtrum terminus communis possit restringi. ¶ Dicendum, quod sic. Et ratio quorundam est, quia compositio qua componitur res verbaliter signata cum subiecto, tempore præsenti, mensuratur eadem mensura qua mensuratur compositio, necessarium est extrema mēsurari, & ideo subiectum, quod est alterum extremum, non excedet in supponēdo supposita temporis, quo mensuretur: Contra quæ, non se consequuntur ad intelligere, non consequuntur se ad * significare, nunc autem qui intelligit compositionem aliquorum extremorum prę̄sentem, nō est necesse, quod cointelligat extranea illius compositionis esse præsentia, possumus enim præsentialiter componere quæ sunt futura dicendo, antichristus futurus est alias futurum & non tantum dicendo, antichristus erit, ergo præsentia alicuius compositionis ad extrema necessario non refertur. ¶ Item illud non est principium restrictionis termini, quod non est principium intelligendi ipsius, tunc autem terminus consignificatus non est principium intelligendi subiectum, quia illud quod est principium intelligendi alterius in idem extremum cadit cum ipso, quod enim a parte prædicati cadit non restringit subiectum, vt cum dicitur homo est albus, si enim sic. ita

* se agere.

esset vera, omnis homo est albus, pro eisdem, enim supponit terminus in indefinita & vniuersali. ¶ Item tempus est accidens absolutum verbi, ideo non requirit subiectantiam a parte subiecti sub conformitate temporis. Item si sic, tunc dicendo b. potest esse a. restringeretur b. ad supponendum pro præsentibus tantum, quod est falsum non. n. sic dicendo restringitur.

Alij aliter dicunt, quod causa restrictionis accipitur a parte finis, sermones. n. inuenti sunt ad hoc, quod nostros conceptus alijs exprimere possimus. Sed si intelligam hoc præsentialiter huic inesse, hoc alij significare possum, sed non aliter nisi per verbum presentis temporis, ergo est necesse terminum sic restringi. ¶ Contra, cum finis sermonis nihil sit aliud, quam eius significatio, dicere ergo, quod terminus restringitur quia hoc exigit finis, est dicere quod terminus restringitur, quia hoc significat, sed hoc non significat nisi quia terminus restringitur, ergo terminus restringitur, quia restringitur, & ita petitur, quod manifestari debet.

¶ Itē licet sermones inuenti sint vt alijs conceptus nostros exprimamus, non tamen quemcunque conceptum, indifferēter per quemcunque sermonem exprimere possumus, sed determinatum conceptum per determinatum sermonem, sicut licet securis sit inuenta ad scindendum, tamen non dicitur frustrari, licet hoc scindere non possit vel illud, sed si simpliciter scindere non posset tunc frustraretur, similiter licet terminus suppositus verbo de præsenti non significet præteritum inesse subiecto pro his quæ præsentialiter sunt, a fine suo non frustratur, quia hoc per alium sermonem significari potest. ¶ Item si propter hanc causam dicitur restringi, vt alijs significemus cōceptus nostros, frustratur finis, quia possum intelligere subiectum, vt abstractum ab omni tempore, & vt sic intellectum volo significare aliquid sibi præsentialiter inesse, sed si restringitur ad suppositā presentia, quod intelligo alijs significare non possum, quia in significando alius cōstituitur intellectus. ¶ Item finis sermonis est rei significatæ intellectum constituere, sed res significata per terminum nominalem nullam differentiam temporis concernit, ergo talem intellectum constituit.

Ideo dicitur aliter, quod ideo terminus restringitur: quia alia suppositā quam presentia non sunt sub termino, quia terminus in supponendo non supponit, nisi pro suis suppositis.

¶ Con-

¶ Contra, non plus exigitur ad suppositum quam ad illud, cuius est suppositum. Sed illud cuius est suppositum non includit esse, cum abstrahatur ab esse, ergo de ratione suppositi nõ erit esse: quia tunc plus includere suppositum, quam illud cuius est suppositum. Item illud q̃ est, & illud quod non est sub eadem ratione ad intellectum veniunt: quia intellectus ab eo quod nomine fortis significatus, potest abstrahere rationẽ hominis, sicut ab eo quod significatur nomine cælaris, ratio ergo sic abstracta ab vtroque cum abstrahatur apud intellectum, est indiuisa, ergo terminus significans hanc rationem significat commune vniuocè illis duobus: ergo per eandem rationem, qua vnum erit suppositum & reliquum, secus autem est de non ente, repugnate ad esse: sicut chimera: ab illo enim non ente aliqua ratio communis intelligi, & eadem abstrahi non potest, quis enim abstraheret rationem animalis ab asino & chimera, non apparet.

Ideo ad q. videtur aliter adhuc dicendum, quod terminus supponens verbo de præsenti restringitur, & causa restrictionis est actualis inhærẽtia, prædicati ad subiectum, nam actualitas inhærentiæ exigit terminum supponere pro his, pro quibus hanc actualitatem potest terminare, tunc autem terminus supponens pro suppositis actualem inhærentiã pro alijs terminare non potest, nisi pro his quæ sunt, verbi gratia: calefactibile vt ad calefacientem refertur terminus calefactionis est solum pro his in quibus derelinquitur dispositio quę per calefacientem generatur, ideo calefactibile vt ad calefacientem refertur, solum pro calefactis supponit.

Ideo calefactibile secundum se ad calefacientem non dicitur. Sicut vult Commentator in quinto metaph. sed actualiter ad calefaciẽtem in actu dicitur pro calefactis, & pro alijs solum potentialiter eodem modo ex parte ista si consideremus subiectum, vt est terminus huius actualis inhærentię: & vt hic actualis inhærentia sibi adiacet, ita quod sub ratione eius consideretur non supponit pro alijs, nisi pro quibus hãc actualem inhęrentiam terminare potest, hoc est satis possibile sic considerare, quia actualis inhærentia à prædicato incipit, & ad subiectum terminatur, & quia possibile est considerare terminum sub ratione illius quod terminatur ad ipsum qui si sic consideretur, sub ratione illius acciperetur, & ideo sub termino sic supponente non conuenit accipere aliquid,

nisi

nisi illud,de quo potest terminis actualiter prędicari,& talis suppositio subiecti cognoscitur per sumptionem sub.ex quo sumi nō potest sub.respectu talis inhęrentię,nisi illud de quo terminus prędicatur actualiter euidēs signum est', quod terminus respectu talis inhęrentię pro alijs non supponit, ideo ad hoc respiciens Arist. in libro priorum dicit quod maiore existente de inesse non potest sumi sub minor de contingenti,& hic regulariter, nam cum sumo minorem de contingēti sumo aliquid pro quo non supponit terminus in actuali inhęrentia illius de inesse. Et illud potest aliter patere, nam sicut significatur potentialiter aliquid inhęrere subiecto, non exigitur subiectum supponere respectu talis inhęrentiæ pro his quę actu sunt, & hoc qa istam inhærentiā terminare pōt indifferenter,vel pro his quæ actu sunt,vel ꝓ his q̄ cōtingūr, & ideo sic dictio b. potest esse,a.quia hic est potentialis inhærētia alicuius ad aliquid non actualis, & ideo subiectum hāc inhęrentiam terminās pōt æqualiter supponere pro his quæ sunt & quæ erunt,ideo b. potest esse a,dicitur dupliciter.

Sed contra hoc,actualis inhærentia dependet ex eo,quod actus inhæret, sed actus inhærens non potest terminum restringere. ¶ Igitur nec eius actualis inhærentia.

¶ Item si dicatur,animal loquitur: inhærentia huius actus ad animal restringeret animal pro animali loquente, & sic hęc esset vera,omne animal loquitur. ¶ Item actualis compositio extremorum non restringet extrema: ergo per eandem rationem nec actualis inhærentia.

¶ Ad primum istorum dicendum, quod actus actualis, siue prędicatus, sine actuali inhærentia restringere non potest subiectum, nec actualis inhærentia sine illo actu, immediatius tamen restringitur subiectum per actualem inhærentiam, q̄ per actum cuius est: quia actus cuius est,non est ita immediatè subiecto adhærens, sicut actualis inhærentia, quia actualis inhærentia est in subiecto, sicut paternitas in filio, & etiam sicut ignis sine calore calefacere non potest: sic actus actualis alicuius sine actuali inhærentia restringere non potest, & sicut calor sine igne non calefacit: sic actualis inhærentia in termino supponente sine actu non restringit. ¶ Ad aliud dicendum, ꝙ actualis inhærentia alcuius actus inherentis non requirit in termino supponente alia necessario, nisi suppositā actu existentia,& quia sub actuali sunt multa suppositā,quā

tum

tum est ex parte actualis inhærentiæ non restringitur animal, nisi ad animalia in actu, & quia animal in actu potest esse indifferenter loquens & non loquens, ideo non magis restringetur ad loquens, quam ad non loquens, ideo sic dicendo, omne animal loquitur, est oratio falsa. ¶ Ad tertium dicendum, ꝙ actualitas compositionis pōt esse sine actualitate extremorum: & hoc quia præsentialitas compositionis ad compositionem refertur, non ad extrema. potest enim compositio esse præsens, cuius extrema sunt futura, sed actualis inhærentia non potest esse sine actualitate inhærentis: quia ab eius esse denominatur inhærentia actualis, vel potentialis, ideo nō est simile hinc inde. Adhuc, si obijciatur ad principale, ꝙ terminus supponat pro non existentibus, quia terminus pro illo supponit ad quod sequitur: sed ad non existēs, sequitur, quia sequitur, antichristus currit, ergo homo currit, antichristus non est existens, Dicendum, quod non sequitur: nisi positio, ꝙ antichristus sit homo: quod patet reducendo illam consequentiam ad formam syllogismi, & tunc per oppositum antichristus est ens, & ideo homo supponit pro eo, quia non sequitur nisi sit ens. Vel potest dici, quod si aliquid sequitur ad aliud ratione illius in se, vt homo ad hominem hunc qui est, sic est maior vera. si autem ratione adiuncti, quod tamen adiunctum exigat, ꝙ sit, cum tamen in veritate nō sit non sequitur, ꝙ terminus cōis sub eodem prædicato supponat pro illo. ¶ Item cum dicitur, si terminus restringeretur a parte subiecti, hæc esset bona consequentia. Homerus est aliquid vt poeta, ergo Homerus est hanc consequētiam negat philosophus. Dico, quod ad actualem inhærentiam esse alicuius ad aliquid, quod in se esse habet, sequitur actualis existentia eius, cui inhæret tale esse, vt cum dicitur sor. est, hīc copulatur esse sortis, quod quidem esse sor. in se habet, & non in alio, ideo requiritur sor. esse, vt propositio sit vera, sed quando copulatur esse alicui inesse quod quidem esse nō habet in se, sed in alio actualis inhærentia talis esse non exigit, quòd illud cui copulatur præsentialiter sit, sed quod illud sit principaliter in quo habet tale esse, vnde cum dicitur, pater viuit in filio, non est necesse, quòd pater sit siue viuat, sed filius ad hoc quod oratio sit vera, sic cum dicitur Homerus est poeta, non intelligitur significari, nisi quòd Homerus sit in sua poesi, & ideo sufficit ad veritatem propositionis, quòd poesis eius sit, & hoc,

quia

quia esse non copulatur Homero pro se, sed pro alio, quod tamen derelinquitur ab ipso, & ideo illud aliud per actualem inhærentiam huius verbi est exigitur esse. ¶Item cum dicitur, quod significare aliquid alicui inesse præsentialiter non est significare illud cui hoc inesse significatur esse præsens, quia si dicatur, homo est cursurus, hic vnitur prædicatum cum subiecto præsentialiter & tamen non est necesse, quod illud cui vnitur præsens sit, quia potest esse vera pro antichristo, qui nunc non est. ¶Dico, q̃ est differentia inter actualẽ inhærentiam alicuius actus, & actualem compositionem extremorũ, quia aliquid potest actualiter componi cum aliquo, quod tamen actualiter non inhærent sibi. ¶Sed cum per propositionem de præsenti non plus significatur, nisi extremum inesse extremo, potest dubitari per quid significatur actualis inhærentia, quæ est causa restrictionis.

¶*Quæstionum Scoti super primo libro Perihermenias, finis.*

QVAESTIONES EIVSDEM SVper secundo libro Perihermenias.

¶*Erit autem omnis affirmatio, vel ex nomine, & verbo, vel ex infinito nomine & verbo. Præter verbum autem nulla affirmatio, vel negatio est. Est enim vel fuit, vel erit, vel quecunque alia huiusmodi verba ex his sunt, quæ posita sunt, consignificant enim tempus &c. Cap. 1.*

QVÆSTIO I.

QVeritur circa secundum librum, primo an verbum infinitum maneat in oratione? Quod sic videtur, quia Arist. dicit, quòd verbum infinitum similiter dicitur de eo quod est, & de eo quod non est, & non dicitur de aliquo nisi in oratione. ¶Item dicit, quòd est nota dicendi de altero, & hoc non est nisi in oratione. ¶Item verbum infinitum est vna dictio, cuius sunt modi significandi, qui sunt principia construendi ipsum cum alia dictione, cum ergo habeat per se modo significandi, per quos cum alio in oratione potest cõstrui, potest in oratione manere infinitum. ¶Item inconueniens videtur

detur esse, quòd dictio propter solam coordinationem eius in oratione amittat rationem suam, quòd eius significatum non maneat, sed fiant duæ dictiones, quæ dictiones propter ingressum, vel egressum orationis non mutãt suum significatũ proprium. ¶Item Boetius sic arguit nisi sic esset, sequeretur, quòd vnus syllogismus positus a Platone esset ex omnibus negatiuis, arguit.n. Plato syllogisticè, & in minor, in prima figura, ponitur verbum infinitum, quòd si teneatur purè negatiue esset suus syllogismus habens minorem negatiuã in prima figura. ¶Ad oppositum est Boetius, dicens, quòd verbum infinitum in oratione positum non remanet infinitum, sed est purè negatiuum, ratio est hæc, qui dicit, homo non currit, nihil affirmat de homine sed magis ab homine aliquid tollit. ¶Item si sic idem esset dicere homo non currit, & homo est non currens, sed ex secunda sequitur, quòd non currens est homo, ergo illud sequitur ex prima, quod falsum est, quia antecedens potest distans, quia omne contrahens reale cadit in idem extremum cum contracto certo, aliter hæc posset esse vera, homo est mortuus, quia si illud quod est a parte prædicati posset cõtrahere subiectum realiter, ergo illud quod est a parte prædicati posset diminuere subiectum, quo ad propositum enim non est differentia de determinatione contrahente & diminuente, staret ergo homo hic in subiecto pro homine diminuto per mortuũ, & ita hæc esset vera, homo est mortuus, ad quam sequitur per Arist. ergo homo est non homo, quia mortuum per ipsum, secũdo perih. includit oppositum hominis, ad quod sequitur contradictio, ergo duo contradictoria absolutè sine determinatione, vt significantur per hæc nomina homo, & non homo, prædicarentur de se inuicem. Quod si hæc sunt inconuenientia, sequitur, quòd illud quod est a parte vnius extremi, non posset contrahere illud, quod est a parte alterius extremi, sed compositio se tenet ex parte prædicati, vt dicetur post, ergo tempus quod est circa compositionem, non potest restringere subiectum. Tum quia contingit intelligere actum mensuratur tempore præsenti inesse subiecto pro suppositis quod fuit vel pro omnibus quæ fuerũt, sunt, & erunt secundum intellectum, licèt sit falsum, ergo & contingit significare hoc, sed impossibile est significare hoc si ips. præsens circa prædicatum faceret subiectum tantum stare pro suppositis, quæ sunt, ergo illa hypotesis interimit finẽ

sermo-

sermonis, qui est vt per eum possit omnis intellectus, vel conceptus mentis significari.

QVÆSTIO X.

IVxta hoc quæritur vtrum in propositione de præterito stet subiectum tantum pro illis quæ fuerunt, & de futuro tantum pro illis quæ erunt? ¶ Quòd sic, per illas duas rationes factas ad præcedentem quæstionem de compositione. ¶ Item sequitur, homo qui fuit fuit, ergo homo fuit, quia oppositum consequentis, quod est nullus homo fuit, non potest stare cũ antecedente, cum repugnet implicationi. Eodem modo arguitur de futuro. ¶ Item nisi subiectum staret in illa de præterito pro illis quæ fuerunt, hæc propo. verbi infiniti non esse per se distinctum, nec determinatum. ¶ Ad aliud dictum Aristo. dico, quod verbum infinitum est nota dicendi de altero, cum per se accipitur. sed quando cum alio ponitur denotatur aliquid remoueri ab aliquo, quia dicendo non ambulare de homine dico amblationem non esse veram de homine, quia compositio qua significatur aliquid esse vel non esse, est de ratione verbi & non tantum est modus significandi, ideo negatio non tãtum refertur ad rem verbi, sed ad compositionem, ideo vbi ponitur verbum infinitum in oratione, illa propositio negatiua simpliciter, vnde licet in se habeat notam dicendi de altero, non tamen remanet nota dicendi secũdum se in oratione. ¶ Ad aliud, verbi infiniti non sunt modi significandi quibus ordinari potest cum aliqua dictione in oratione, ita quod ratio verbi infiniti maneat, quia sic est, iam non significatur esse alicuius remoueri ab alio, sed tantum significatur negationem alterius esse de aliquo. ¶ Ad aliud dico, quòd de verbo infinito extra orationem necesse est fieri duas dictiones in oratione, quia cum verbum significat aliquid esse de aliquo, negatiua particula aduenies verbo inquantum verbum est, remouebit esse alicuius ab aliquo, & hoc est facere compositionem negatiuam simpliciter, ita quod in nulla reali, nec ratione differt propositio negatiua a propositione, vbi ponitur verbum infinitum. ¶ Ad aliud dicit Boetius, quòd in minori talis syllogismus, si veraum infinitum intelligatur vt vna dictio, negatio tantum intelligitur referri ad actum, vt ille sit sensus. sor. si currit i. est non currens, quod ostendit Boetius, quia idem est dicere, sortes currit, & sor. est currens sed nega-

negatiua particula addita huic verbo, est, sic dicendo for. non est currēs statim facit propositionē negatiuam. Cum ergo in hoc verbo, currit, est verbum contineatur, sicut dicendo for. non currit, remouetur ens currens, quia totum verbum, ita q̄ non intelligitur tantum negatio cursus, hoc etiam dicit Boetius pauloante, quòd cum dico. for. non ambulat, nihil de for. affirmo, sed potius aliquid tollo, quia esset affirmatio, idest si esset verbum aliquod infinitum aliquid de aliquo esse affirmaret, vult ergo, quòd si maneat infinitum, compositio esset affirmatiua, & ita non esset infinitum verbum, sed res verbi tantum &c.

¶ *Quando autem est tertium adiacens prædicatur dupliciter dicuntur oppositiones, dico autem vt est iustus homo est: tertium adiacere nomen vel verbum in affirmatione. Quare quatuor erunt illa, quarum duæ quidem ad affirmationem. & negationem sese habent secundum consequentiam vt priuationes, duæ verò minimè &c. Cap. eod.*

QVÆSTIO II.

QVæritur an sequitur hoc, hoc non est iustum: ergo hoc est non iustum. Quod non videtur, quia dicit Aristot. q̄ quatuor propositionum duarum de prædicato finito, & duarum de prædicato infinito: duæ affirmatiuæ se habēt ad negatiuas, q̄ ex vnius affirmatiuę sequitur alterius negatio, sed secundę negatiuæ econuerso, non sic se habent ad affirmatiuas. ¶ Dicitur q̄ Arist. intelligit consequentiam non valere in terminis compositis. ¶ Contra, si dicit in litera. Distinctio autem hoc loco est adiacere iusto, & non iusto, iustum & non iustum sunt termini simplices. ¶ Item in libro priorum 2
dicit, quòd differt cōstruendo & destruendo esse non hoc, & non esse hoc, ibi etiam dicit, quòd ex negatiua de prædicato infinito, quia esse non album, & non esse album sic se habent, sicut posse non ambulare, sicut ergo ex secunda illarum non sequitur prior, sic non sequitur non est album: ergo est non album. ¶ Item hoc verbum est affirmatur hęc, hoc est non al- 3
bum: vnde significatur, quòd hoc est ens, quod non est albū: sicut hæc, hoc potest non ambulare, significatur, q̄ hoc est potens, vt non ambulet: sed hæc, hoc non est album, negatur omnino esse album: ergo ex secunda non sequitur prima, quia in

pri-

primam aliquid ponitur, quod non ponitur per secundam.
4 ¶ Item negatiua potest habere duas causas veritatis, affirmatiua non: ergo ex negatiua ad affirmatiuam est fallacia consequentis, sicut disiunctiua ad alteram eius partem. ¶ Item Arist. dicit ei, quod est non æquale aliquid subiacet, sicut inæquale. sed non sequitur non est æquale: ergo inæquale: ergo non sequitur hoc est non æquale. ¶ Ad oppositum iustum, & non iustum dicuntur de quolibet: si ergo de isto non dicitur iustum & non iustum verè dicitur de eo, vel erunt contradictoria simul vera. ¶ Item Arist si verum est interrogatum negare, verum est affirmare prædicatum infinitum, vt quæsito. sor. est non sapiens, si dicatur non, sequitur, ergo est non sapiens. ¶ Item dicitur in litera, ꝙ sequitur non omnis homo est non iustus, ergo aliquis homo est iustus, similiter nullus homo est iustus, ergo omnis homo est nõ iustus, quare similiter sequitur, hoc non est iustum, ergo est non iustum, nam similiter se habet vtraque negatiua ad vtranque affirmatiuam.

QVÆSTIO III.

QVæritur, an talis consequentia tenet in terminis respectiuis. Quod nõ videtur, quia in elenchis dicitur, quòd non est inconueniẽs idem esse duplum, & non duplum. ¶ Itẽ non sequitur, non est æquale, ergo est non æquale, nec vlterius in secunda, ergo non est æquale.

QVÆSTIO IIII.

QVæritur, an teneat cum verbo de præterito: primo an sequitur fuit non album: ergo non fuit album. Quod sic videtur quia propositio de præsenti, & de præterito non differunt, nisi quoad tempora. sed tempus non variat habitudinem, quia consequentia est simplex, & non accidentalis, vt videtur, ergo sequitur cum verbo de præterito, sicut de præsenti. ¶ Ad oppositum hæc est vera, hoc fuit non album, si semel fuit nigrum, & hæc est falsa, non fuisti albus, si semel fuisti albus, & ex vero non sequitur falsum.

QVÆSTIO V.

QVeritur, an sequitur econtra posita constantia subiecti. Quod sic videtur: nam sequitur, non fuisti albus, & fuisti: ergo fuisti non albus, quia per quomodolibet tẽpore pro

quo

quò fuisti, fuisti vel albus, vel non albus. ¶ Ad oppositum, idē est dicere tu fuisti albus, & tu es præteritus albus, sed non sequitur, tu non es præteritus albus & es: ergo es præteritus nō albus, sicut non valet, tu non es album lignum & es: ergo es non album lignum.

Dicendum, quòd quatuor existentibus propositionibus de eodem subiecto prædicatis variatis secundum finitum, & infinitum affirmatiuè, & negatiuè terminis sumptis simplicibus, & non compositis compositione existente de præsenti, siue de præterito vel futuro, si duo prædicata propositionum affirmatiuarum dicantur de quolibet ex negatiuis, sequitur affirmatiuè, si non, non. ¶ Cuius ratio est quam ponit Arist. primo priorum accipiantur termini simplices, puta sor. est bonus, sor. est non bonus, sor. non est bonus, sor. non est non bonus, si esse bonum, & esse non bonum dicantur de quolibet, & de nullo eorum ambo ex affirmatiuis sequuntur negatiuè, & econuerso conuertitur, quia si non, contradictoria simul stabunt, quia si sor. non sit bonus, si non sequitur, ergo est non bonus, & non bonum, & bonum dicuntur de quolibet, per positum, sor. sic simul erit bonus, & non bonus, & econuerso tenet per idem. Item in terminis compositis tenet eadē ratio, quia si esse album lignum, & esse non album lignum dicantur de quolibet, sequeretur, non est album lignum, ergo est non album lignum, vel contradictoria simul starent. Sed in quibusdam de eodem negatur vtrunque prædicatorum compositorum, & non dicuntur de quolibet vt hic, hoc est album lignum, & vtrunque est falsum de Socrate, ideo non tenet consequentia. ¶ Sed vlterius est dubitatio an hic, hoc est non bonum, prædicatur ens, & non bonū, ratione cuius prohibetur illatio huius ex hac negatione, hoc non est bonum, sicut in aliis compositis prædicatis. ¶ Ad quod dicendum, ꝙ sicut quando prædicatur tertium adiacens si, est, sit tantum copula, certum est, ꝙ non impedit consequentiam, tunc enim tantum prædicatur non bonum, & bonum, & non bonum dicuntur de quolibet, sed si est, sit pars prædicati secundi secundum intellectum per quam impediatur ne non esse album, & esse non album dicuntur de quolibet, tunc non tenet consequentia, quia diuersimodè ponendo antecedens, & diuersimodè ponendo consequens est non inferre consequens. ¶ Ad primum argumentum patet, ꝙ homo, & ens non homo, non

dicuntur de quolibet. ¶ Ad aliud, quod sunt ordinatæ, vt cõposita præsupponũt simplices, vnde qui quærit aliquod adiacens huic verbo, est, præsupponit ipsum esse, vnde quærendo an Sor. est sapiens, præsupponitur ipsum esse, & si Sor. est & non est sapiens, tunc est ens non sapiens. ¶ Ad tertium communiter supponit Arist. in ista illatione hominem esse sicut patet. ¶ Ad rationes ostendentes consequentiam non tenere, si autem dicatur, quod consequentia tenet, dicendum quod est, non est nisi tantum copula, & non homo tantum prædicatum vel homo, & tantum alterum prædicatum dicitur de quolibet & de nullo eorum ambo, & sic non prædicatur ens non homo. ¶ Ad primum argumentum cum dicitur duę vero minime &c. dico quod Arist. dicit ex negatiuis non licet inferre affirmatiuas, quia nõ vniuersaliter inferunt sicut ecõuerso, nec quando prędicata affirmatiuarum non dicũtur de quolibet, quod non contingit in prędicatis compositis. Et cũ arguitur contra hoc quod est adiacebit, iusto & non iusto, hoc dicit Arist. ad distinguendum prędicata secundum finitũ & infinitum, quod autem prędicatum simplex, sit aut compositum, hoc accidit. ¶ Et quod dicitur in libro priorum, dico quod differunt quantum ad modum enunciandi in quibusdam, non tamen differunt realiter, sed quantum ad modũ enunciandi differunt. s. Sortem non currere est verum, & tũc sortem currere non est verum, quia secunda contradicit alicui, non tamen primę, & tamen quantum ad veritatem non differunt. ¶ Ad aliud dico, q̃ affirmatiua de prędicato infinito tot modis potest verificari, quot modis negatiua de prędicato finito esse enim non hominis non plus ponit, quam non esse hominis, licet esse simpliciter plus ponit.

¶ At verò vna de pluribus, vel plura de vno affirmare vel negare si non est vna de pluribus non est affirmatio vel negatio vna &c. Cap. 2.

QVÆSTIO. VI.

QVeritur circa capitulum de veritate propositionis an hæc sit vna sor. est homo albus. Quod non videtur, qa dicit Boetius, si ex his quę subijcis aut prędicas non fiat vnum, non est propositio vna, sed ex homine & albo nõ
2 constituitur vnum. ¶ Item dicit si ex his, quę subijcis aut prę-

dicas

dicas, non fiat vnum, sicut ex substantia animata sensibili fit vnum, non est propositio vna, sed ex homine & albo non fit vnum ita. Dr quod Boetius intelligit, si id sub quo accipitur terminus non fit vnũ, vt species vna, non erit propositio vna, sed id sub quo accipitur terminus vt album, sic est vnum. ¶ Et similiter dicendo, homo albus currit, currere attribuitur alicui homini per accidens, ergo sub ratione albi accipitur homo respectu cursus. ¶ Contra eadem ratione hæc tota propositio esset vna, homo albus ambulans currit, quia quod præcedit posset accipi sub ratione ambulantis, quod negant Aristotel. & Boetius. ¶ Item dicit in litera, quòd duorum quæ prædicantur de tertio per accidens, non est ex illis vnum de quo vt de vno possum affirmare, vel negare album autem prædicatur de homine per accidens, non ergo erit propositio una. Item cuiuslibet affirmationis est una negatio, sed huius, omnis homo albus currit, nõ est vna negatio, quia si sic esset, illa, aliquis homo albus non currit, quod non conuenit, quia ambę sunt falsæ, posito ꝙ nullus homo sit albus, quia in vtra que implicatur qui est medium inter hominem, & album, sicut inter exigens & exactum, vtraque ergo implicat hominẽ esse album, ergo vtraque falsa est propter implicationem falsi. ¶ Contra hoc, quãdo de aliquo subiecto vniuersaliter sumpto affirmatur aliquid in propositione contradicente eidem, sufficit negare totum, quod prius affirmabatur, ab eodem particulariter sumpto, sed hæc, omnis homo albus currit, affirmatur de aliquo. s. de hoc subiecto homo vniuersaliter, ergo illud prædicatum negare ab eodem particulariter est contradicere. ¶ Item hęc est vna, omne animal rationale currit, cui cõtradicit hæc, aliquod animal rationale non currit, non obstante implicatione iacente inter animal & rationale, ergo non obstante implicatione inter hominem & album illæ contradicunt, omnis homo albus currit, & aliquis homo albus non currit. ¶ Dicitur, quòd propter accidens non eodem modo respiciens subiectum, & differentiam respicientem genus, non est eadem implicatio, propter quod licet una impediat contradictionem, alia non impedit. ¶ Contra non habetur vnde dicatur, ꝙ implicatio cadat media, nisi quia hoc est exigens, hoc exactum, cum ergo similiter animal exigat rationale vel econuerso, sicut homo album vel è conuerso, mutata non est ratio de implicatione. ¶ Item in illa propositione est vna ve-

hic in litera & cõmen.

ritas,ergo est vna,non enim est idem dicere,omnis homo albus currit,& ois hō currit si.n.sic esset ,ppositio plures,hō in vtraq; esset subiectū absolutè,& sequeret ois homo currit, quia album est prędicatum in vna,& currere in alia. ¶ Item Arist.inquirens quæ prædicata diuisim,vt duo:possint prædicari vt vnum,dicit,quòd sic est homo & albus & hoc vt vnū. ¶ Item dicit Arist.hanc esse vnam,sor.est homo albus.

QVÆSTIO VII.

QVæritur iuxta hoc, an hæc sit vna:album est musicum? quod non videtur,quia musicum prædicatur de albo ratione tertij vt Sortis vel Platonis idem est ergo, ac si diceretur sor.qui est albus,est musicus,sed Arist.vult,quòd hæc sit plures,sor.qui est albus,est musicus,qui dicit in litera quando duo accipiuntur,quorum vnum prædicatur de altero per accidens, vel ambo de tertio per accidens, ex his non fit vnū. ¶ Item tot compositiones implicitę, sunt hęc,album est musicum, sicut hæc, Socrates est albus musicus, sed propter compositiones implicitas hic est propositio plures, sor. est albus musicus, ergo & hæc erit plures,album est musicū, nam cum dicitur album est musicum,duæ sunt implicitæ cōpositiones,sortes est albus,qui est musicus,& eædem compositiones sunt implicitæ:hæc,sortes est albus musicus, assumptū patet:nam cum dico: album est musicum , dico illud cui inest musicum esse album de virtute sermonis.¶ Ad oppositum propositio est vna,in qua prædicatur vnum de vno, eadem autem vnitas extranei sufficit ad subiectum quę ad prædicatum,sed hęc est vna sor.est musicus,& hæc similiter, sor. est albus,ergo hoc album est musicum.

QVÆSTIO VIII.

QVæritur iuxta hoc,an hæc sit vna,homo albus est homo musicus. Quod sic videtur,quia hæc est vna, homo albus currit, vt ostensum est,vnitas ergo hominis albi sufficit ad vnitatem extremi,& eadem ratione illud est vnū, homo musicus,ergo & hęc propositio,homo est albus homo musicus,est vna,cum vtrunque extremum sit vnum. ¶ Item ex homine & albo fit vnum,sicut ex actu & potentia ¶ Simiiter ex homine & musico eadem ratione,ergo vtrunque extremum est vnum.¶ Ad oppositum dicit Arist.q eorum quę subij-

Hic in litera.

subijciuntur & prædicantur quæcunque secundo vel plura dicuntur de tertio per accidens & alterum de altero per accidens dicitur, ex his non fit vnum, nec fit affirmatio vel negatio vna, sic est in proposito, quia homo & musicus dicuntur de homine albo per accidens, & alterum de altero per accidēs, ergo hic nō erit vna, sicut nec hæc, sor. est homo albus.

QVÆSTIO IX.

QVæritur vtrum hæc sit vna, homo qui est albus currit, ꝙ sic videtur, quia hoc quod est, qui, habet naturam articuli subintellectā propter quod facit subsequens arctare precedens, vnde precedens accipitur subratione subsequentis, vt ad album comparatur, ergo &c. ¶ Item vnitas subiecti distributionis sufficit ad vnitatem actus subiecti, sed hoc totum, homo qui est albus, est subiectum distributionis, quia ex ista omnis homo qui est albus currit, contingit sic syllogizare, iste homo qui est albus, ergo iste currit, in syllogismo autem medium est totum illud quod in vtraque propositione accipitur, & in maiori ponitur totum vt vnum distribuibile, super, quod cadit signum. ¶ Item vnitas huius quod est homo qui est albus sufficit ad vnitatem medij syllogistici, ergo & extremi in propositione, quia ex propositione plures non fit syllogismus. ¶ Item eadem vnitas nō impedit vnitatem propositionis, hæc enim est vna, iste homo albus currit velociter. ¶ Item quādo est propositio plures necesse est plura esse extrema, quia ad minus quatuor, cum cuiuslibet vnius sunt duo extrema. Item accipio aliud quam prædicatum, ꝙa prædicatum non arctat subiectum si ergo in hac, homo qui est albus currit, prędicatur currere de homine sicut de suo subiecto, & album de homine de subiecto suo non coarctatur homo per ly album, ergo sequeretur, omnis homo qui est albus currit, ergo omnis homo currit. ¶ Ad oppositum relatiuū substantiæ refert idem cum suo antecedente, qui est relatiuū substantiæ, ergo sic dicendo, homo qui est albus currit, denotatur homo replicari, ita ꝙ homo semel acceptus vt subijci actui currendi, & tunc attribuitur ei quod est album, ex homine autem iterato respectu diuersorum prædicatorum, nō potest fieri vnum subiectum propositionis. ¶ Item hic sunt plures compositiones, ergo non est vna propositio. Dicetur, ꝙ vna propositio est materialis respectu alterius, & ideo non

impedit vtilitem propositionis. ¶ Contra hoc, licet homo referatur per ly qui, tamen ly qui semel dictum vnit ita formaliter album cum homine, sicut si diceretur, homo est albus, ergo compositio qua vnitur album cum homine relato, formalis est, & nō materialis respectu alicuius. ¶ Item compositio dicitur materialis, quia ipsa secundum se est vt materia respectu alterius, sed compositio quæ importatur per hoc verbū, est: est ita simpliciter formalis, sicut compositio importata per hoc verbum, currit. ¶ Item ad principale, propositio vna habet vnam contradictionem, sed hec, omnis homo qui est albus currit, non habet vnam contradictionem, quia si sic, esset ista, homo qui est albus non currit. Dr̄ q̄ est ista, homo non q̄ est albus currit. ¶ Contra, per ipsos, propositio est vna, cuius subiectum est, homo qui est albus, sed particularis negatiua de eodem subiecto & de eodem prædicato contradicit vniuersali affirmatiuę, ideo prior si sit vna contradicit huic, homo qui est albus non currit. ¶ Item intellectus cuiuscunque propositionis tacitè resoluitur in duos intellectus simplices siue veros siue falsos, sed hæc propositio sic resoluitur, nam sic dicendo, homo qui est albus, sine additione alicuius alterius, sequitur verum vel falsum, quare denotatur q̄ homo est albus, sed quia homo refertur, & relatio est ad aliud actum, ideo animus suspensus est, donec aliquid aliud addatur de homine, sicut si dicatur, homo qui currit, & verum significatur per ipsam propositionem, sed adhuc dependet animus audiētis quid debeat vlterius dici. ¶ Item negatio, adueniens propositioni vni tantum negat compositionem à qua accipiebatur vnitas & veritas propositionis, si ergo hæc sit vna, omnis homo qui &c. in hac, non omnis homo, qui &c. refertur negatio ad vnam compositionem tantum, quod non est possibile, quia ad quancunque compositionem refertur negato, erit hæc falsa, omnis homo qui &c quia posito q̄ multi homines sint albi & aliqui currant, & aliqui nō, hęc est falsa, omnis homo qui est albus currit, & hęc similiter, nō omnis homo &c. intelligendo tamen quòd negatio refertur ad compositionē materialem, similiter posito quòd nullus homo sit albus, hęc est falsa, omnis homo qui est albus currit, & hęc similiter, nō omnis homo &c. intelligendo compositionem referri ad cōpositionem principalem, eo quod implicatur aliquem hominem esse album, ad nullam ergo compositionem vnam pp-

test

est negatio referri, si autem esset vna, bene posset negatio referri ad vnam compositionem.

Ad primum quęsitum dicitur, quòd hic est plures, homo albus currit, propter auctoritate Boetij adductas, quia duæ compositiones sunt vna implicita, alia explicita, quia homo, & album se habet sicut exigens & exactum, inter quę cadit, qui est medium. ¶ Contra, tunc hic esset plures, animal rationale currit, quia inter animal quod est exigens, & rationale quod est exactum, cadit, qui est, medium.

Potest dici, quòd propositio est vna, vnde ex homine & albo fit vnum extremum respectu compositionis, non tamen sunt simpliciter vnum. Ad quod sciendum, quòd in propositionibus vnitas est proportionalis vnitati in rebus, in rebus autem quędam habent vnitatem simpliciter, sicut quæ sunt entia simpliciter, quædam dicuntur vnum secundum quid, vt quæ ex talibus componuntur, sicut domus, similiter est in propositionibus, vnde hæc simpliciter vna, homo est animal, vbi simplex prædicatum enunciatur de simplici subiecto, hęc autem, homo albus currit, nō est simpliciter vna, sicut prior, quia propositio dicitur vna ex vnitate extremorum, sed currere non ita affirmatur de vno secundum conceptum: cum dicitur homo alb. currit, simul cum dicitur, homo est animal est tamen propositio vna: quia sibi competunt conditiones propositionis vnæ, quæ sunt oppositio contradictoria & contraria, & diuidi per affirmationem & negationem & syllogizatio, & secundum sensum istorum patet quòd Arist. primo huius non diuidit aliquam in affirmationem, & negationem, nisi vnam. ¶ Ad primum argumentum dico, quòd Boetius intelligit, quòd non est propositio simpliciter vna, nisi ex prædicato & subiecto fiat vnum, quemadmodum species vna & vnum ens. ¶ Alio modo tamen potest propositio esse vna, licèt extremum non sit vnum, nam vnum fit ex actu & potentia, & albus quodammodo est actus hominis, licet non simpliciter: est tamen dicitur vt actus accidentalis, propter quod ex homine & albo fit quodammodo vnū. ¶ Ad aliud patet idē. ¶ Ad tertium dico quòd hæc est sua contradictoria, aliquis homo albus non currit. Et cum dicitur: vtraque est falsa, posito quòd nullus homo sit albus. Dico quòd non: quia hic, homo albus non currit, non ponit hominem esse album. Cum dicitur quòd qui est medium, dico quòd adiectiuum conforma-

tur subſtantiuo ſuo,& ſibi vnitur,vt actus potentiæ, potentia autem reſpectu ſui actus rationem habet actus,actualitas autem ſecundum quòd actualitas rationem habet cuiuſcũque, ſimiliter, cum dicimus vt eſt actualis in potentia. Similiter cum dicitur,homo albus, capiendo hominem ſecundũ quòd habet rationem potentiæ reſpectu albi.quæ eidem potentia nata eſt actuari per album, vnde vt notetur actualitas potentiæ ad ſuam qualitatem & ad ſuum actum intercipio ens vel qui eſt,quod quidem ens vel qui eſt,non ſignificat aliquid eſſe vel non eſſe Sed deſignat rationem conformitatis adiectiui ad ſubſtantiuum tanquam modus intelligendi vel predicãdi,propter quod dico,quod ens vel qui eſt ſubintellectum in hoc,homo albus currit,non aſſerit album de homine eſſe,ſed manet adhuc ſimplex intellectus ſine vero vel falſo,& ibi manet,& ſic patet,quod hic homo albus non ponit hominem eſſe album,ſicut & hic,animal rationale, non ponit animal eſſe rationale. ¶ Ad aliud quod non eſt eadem ratio quare ambulans & album ſunt ſecundo, quia vtrunque accidit alteri, & neutrum eſt actus reſpectu alterius, nec potentia propter quod homo albus eſt vnum ſubiectum reſpectu prędicati,vnde ex homine & albo & ambulante non fit vnum,licet ex homine & vtroque diuiſim fiat vnum, ſed hæc forte eſt vna ſubſtantia ſuperficiata alba currit:quia ſubſtantia ſuperficiata eſt potentia reſpectu albi;& ideo ex illis fit vnum,ſicut ex homine & albo, nam ſubſtantiæ aduenium accidentia ſecundum ordinem:ita quod vnum accidens eſt ſicut diſpoſitio ¶ Ad aliud quod quando duo accidentia: quorum vtrunque accidit tertio,ſubijciuntur illi,vel prædicantur de illo, tunc non dicitur ex illis vnum: ſic non eſt in propoſito, homo & album nõ accidunt tertio,vt ſupra,licet accidat album homini.

Ad ſecundum quæſitum dicendum, quod hæc album eſt muſicum eſt vna, tum quia album ſubijcitur, quod per accidens eſt vnum ſicut eſt hæc,homo albus eſt muſicus,vnum enim ſubijcitur & vnum prædicatur,niſi enim vnitas termini ſufficeret ad vnitatem extremi: propoſitio vna cõuerteretur in propoſitiones plures,quia hæc eſt vna.ſor.eſt albus,quæ cõuertitur in hanc album eſt ſor. ¶ Ad primum argumentum dico, quod oſtendit extremum propoſitionis non eſſe ſimpliciter vnum,tamen eſt vnum per accidens,quod ſufficit ad vnitatem affirmationis & negationis, & vt ſufficit ad rationem

ſyllo-

syllogisticam. ¶ Ad secundum cum dicitur, album est musicū compositio implicata in subiecto est compositio actus & potentiæ, propter quod ex sumptis in subiecto fit vnum: similiter ex sumptis in prædicato fit vnum, sed cum dicitur: homo est albus musicus, album & musicum sunt duo, quorum neutrum est in potentia respectu alterius, sed vtrumque est actus ideo per modum vnius non possunt prædicari de eodem, sed cum vtrumque sumatur vt prædicatum, necesse est vtrumq; prædicari, ideo est propositio plures, & cōmuniter illa in qua duo talia accidentia subijciuntur vel prædicantur.

Ad tertium dico, quod hæc est vna, homo albus est homo musicus: propter rationem dictam, quia album se habet ad hominem, sicut ad potentiam, & musicum similiter, ideo ex homine, & albo fit aliud vnum extremum, & ex homine, & musico fit aliud extremum, ideo prædicatur vnū de alio, ens autem intellectum inter adiectiuum, & substantiuum non designat aliquid esse, vel non esse, sicut compositio affirmatiuæ vel negatiuæ, sed designat conformitatem quandam inter adiectiuum, & substantiuum, secundum quod hæc habet rationem disponibilis, & illud rationem disponentis: vnde magis est modus intelligendi, quam verbalis copula significans aliquid esse. ¶ Ad illud in contrarium dico, quod quamuis plura prædicantur, quorum vtrumque accidit tertio, & alterum alteri accidat, non est propositio plures, sed si duo prædicantur, quorum vnum accidit alteri, per quoddam tertium, cui insunt, & cuius sunt actus, tunc est propositio plures, quia si duo accidentia sibi inuicem prædicantur, quia sunt actus eiusdem tertij, ex his non fiet vnum, sicut ex actu & potentia, ex aliis autē fieri potest, per hoc patet, quod ratio procedit ab insufficienti, quia amittit aliquam particulam positā.

Ad quartum quæritur dicitur, quod hæc est vna: homo qui est albus currit, quia est syllogizabilis, & cōtradictoriam habet, & consimilia, sed secundum idem non potest contradictio saluari competenter in talibus, quia particularis negatiua de eodem prædicato deberet contradicere vniuersali affirmatiuæ: vnde si hęc sit vna, omnis homo qui est albus currit, sequitur hanc suam contradictoriam, aliquis homo qui est albus non currit, esse vnam, vnde erit, homo qui est albus subiectum idem particulariter sumptum, quod sumebatur vniuersaliter in vniuersali. ¶ Ideo dici potest, quod hæc, homo qui

est

est albus currit, est plures simpliciter, quia duo actus per duas compositiones formales attribuuntur homini, nam album attribuitur homini per hoc verbum est importans formalem compositionem, ita enim formaliter attribuitur album homini, licet per. qui. referatur: sicut si diceretur, homo est albus, quia formalis attributio speciem accipit a propositione verbali: sed hoc, qui est, homini relatum denotat album attribui, cui & currere attribuitur, nec attribuitur currere homini, qui est albus, ita vt hoc totum accipiatur, vt vnum subiectum, nũquam enim respectu tertij accipitur, vt vnum subiectum qđ de alio significat esse vel non esse formaliter, hoc autem quod est. qui est albus licet ratione relationis importatæ per ly, qui suspenderetur animus audientis, vt homo interim ad album referatur, tamẽ aliquid de aliquo significatur esse, alioquin nullo homine existente albo non esset hæc falsa, aliquis homo, qui est albus non currit, sicut si dicam, quod tu curris, verum vel falsum significatur, si tamen intelligatur quod qui est, intelligatur vt modus quidam intelligendi inter adiectiuum, & substantiuum, tunc est propositio vna, sicut hic, homo albus currit, & est eius contradictoria homo qui est albus non currit. ¶ Ad primum cum dicitur, quod qui habet naturam articuli subintellecti, dicendo quod hic homo, qui est albus currit, coarctatur homo persequens, quia denotatur quod idem homo subiiciatur cursui, & albedini, ideo sic coarctatur homo, quòd non stat vniuersaliter, pro quolibet eius, tamen ex hoc non sequitur, quod totum sit vnum subiectum, homo qui est albus currit, quia tria denotantur inesse eidem homini, & hic tria concomitantur se in homine, ideo coartatur homo non ita, vt fiat subiectum respectu prædicati ex ipsis. ¶ Ad secundum dico, quod absolute & primo non attribuitur totũ prædicatum huic, homo qui est albus, sed homini per se, tamẽ in habitudine ad hoc qui est albus, quia homo quodam modo accipitur coarctatus, vt ei ineſt albus, & cursus. ¶ Ad tertium dico, quod hoc est, qui est albus, per se non est pars medij syllogistici, nec debent tres determinationes addi ad subiecta, sicut nec aliæ determinationes, sicut si syllogizatur, omnis homo, & duo homines sunt tres, iste est homo, ergo iste & duo homines sunt tres, sic debet syllogizari in proposito, omnis homo qui est albus currit, iste est hoc ergo iste, qui est albus currit. ¶ Vel potest dici, quod hic, omnis homo qui est albus

bus

bus currit, simpliciter non est syllogizabilis, quia simpliciter est plures, & cum dicitur, quod homo qui est albus est, vnum distribuibile, negandum est. ¶ Quarta ratio ostendit hanc esse vnam, homo albus currit, sed de homine qui est albus currit, non est simile, quia quod additur non est vnum extremum, quia significat verum vel falsum in propositione vna. ¶ Ad quintum dico, quod sunt quatuor extrema homo, & currere homo relatus & album sibi denotatum inesse, ideo est propositio plures.

¶ *Quæstionum doctoris Subtilis fratris Ioannis Duns Scoti super 2. lib. Perihermenias Aristotelis, Finis.*

PRAECLARISSIMAE, AC PERutiles Quæstiones doctoris subtilis, super lib. elenchorum Aristot.

¶ *De sophisticis autem elenchis, & de his quæ videntur quidem elenchi sed non sunt, sum autem paralogysmi, dicemus, incipiēzes secundū naturam a primis &c. Cap. 1. primi huius in princ.*

QVÆSTIO I.

QVæritur vtrum logica procedat ex communibus? Quod non probatio. Nam scientiæ comparantur ad subiectum, sicut potentia ad obiectum, sed vnius potentię vnum est obiectum per se, ergo vnius scientiæ vnum erit subiectum per se, sed ens in communi ratione, cuius dicitur scientia cōmunis, est subiectum per se in metaphysica, ergo non in logica, quare &c. Item logica est de syllogismo, tanquam de subiecto, & etiam considerat de his quæ habent attributionem ad syllogismum, sicut de termino & oratione, sed illa nō sunt communia. Nam non quodlibet est syllogismus, sed a communitate subiecti dicitur scientia communis, ergo &c. ¶ Oppositum dicit Arist. primo posteriorum. Si logica esset alicuius generis determinati, non interrogaret.

Ad quæstionem dicendum, quod logica est de communibus, & philosophia prima, sed diuersimode. Nā philosophia prima considerat ens inquantum ens est, vnde cōsiderat rem se-

dicuntur de quolibet. ¶ Ad aliud, quod sunt ordinatæ, vt cõposita præsupponũt simplices, vnde qui quærit aliquod adiacens huic verbo, est, præsupponit ipsum esse, vnde quærendo an Sor. est sapiens, præsupponitur ipsum esse, & si Sor. est & non est sapiens, tunc est ens non sapiens. ¶ Ad tertium communiter supponit Arist. in ista illatione hominem esse sicut patet. ¶ Ad rationes ostendentes consequentiam non tenere, si autem dicatur, quod consequentia tenet, dicendum quod est, non est nisi tantum copula, & non homo tantum prædicatum vel homo, & tantum alterum prædicatum dicitur de quolibet & de nullo eorum ambo, & sic non prædicatur ens non homo. ¶ Ad primum argumentum cum dicitur duę verò minimè &c. dico quod Arist. dicit ex negatiuis non licet inferre affirmatiuas, quia nõ vniuersaliter inferunt ficut ecõuerso, nec quando prędicata affirmatiuarum non dicũtur de quolibet, quod non contingit in prędicatis compositis. Et cũ arguitur contra hoc quod est adiacebit, iusto & non iusto, hoc dicit Arist. ad distinguendum prędicata secundum finitũ & infinitum, quod autem prędicatum simplex, fit aut compositum, hoc accidit. ¶ Et quod dicitur in libro priorum, dico quod differunt quantum ad modum enunciandi in quibusdam, non tamen differunt realiter, sed quantum ad modũ enunciandi differunt. s. Sortem non currere est verum, & tũc sortem currere non est verum, quia secunda contradicit alicui, non tamen primę, & tamen quantum ad veritatem non differunt. ¶ Ad aliud dico, ꝙ affirmatiua de prędicato infinito tot modis potest verificari, quot modis negatiua de prędicato finito esse enim non hominis non plus ponit, quam non esse hominis, licet esse simpliciter plus ponit.

¶ *At verò vna de pluribus, vel plura de vno affirmare vel negare si non est vna de pluribus non est affirmatio vel negatio vna &c.* Cap. 2.

QVÆSTIO. VI.

QVeritur circa capitulum de veritate propositionis an hæc sit vna sor. est homo albus. Quod non videtur, qa dicit Boetius, si ex his quę subijcis aut prędicas non fiat vnum, non est propositio vna, sed ex homine & albo nõ
2 constituitur vnum. ¶ Item dicit si ex his, quę subijcis aut prę-

dicas

dicas, non fiat vnum, ſicut ex ſubſtantia animata ſenſibili fit vnum, non eſt propoſitio vna, ſed ex homine & albo non fit vnum ita. Dr̃ quod Boetius intelligit, ſi id ſub quo accipitur terminus non fit vnũ, vt ſpecies vna, non erit propoſitio vna, ſed id ſub quo accipitur terminus vt album, ſic eſt vnum. ¶ Et ſimiliter dicendo, homo albus currit, currere attribuitur albo homini per accidens, ergo ſub ratione albi accipitur homo reſpectu curſus. ¶ Contra eadem ratione hæc tota propoſitio eſſet vna, homo albus ambulans currit, quia quod præcedit poſſet accipi ſub ratione ambulantis, quod negant Ariſtotel. & Boetius. ¶ Item dicit in litera, quod duorum quæ prædicantur de tertio per accidens, non eſt ex illis vnum de quo vt de vno poſſum affirmare, vel negare album autem prædicatur de homine per accidens, non ergo erit propoſitio una. Item cuiuſlibet affirmationis eſt una negatio, ſed huius, omnis homo albus currit, nõ eſt vna negatio, quia ſi ſic eſſet, illa, aliquis homo albus non currit, quod non conuenit, quia ambę ſunt falſæ, poſito ꝙ nullus homo ſit albus, quia in vtra que implicatur qui eſt medium inter hominem, & album, ſicut inter exigens & exactum, vtraque ergo implicat hominẽ eſſe album, ergo vtraque falſa eſt propter implicationem falſi. ¶ Contra hoc, quãdo de aliquo ſubiecto vniuerſaliter ſumpto affirmatur aliquid in propoſitione contradicente eidem, ſufficit negare totum, quod prius affirmabatur, ab eodem particulariter ſumpto, ſed hæc, omnis homo albus currit, affirmatur de aliquo. i. de hoc ſubiecto homo vniuerſaliter, ergo illud prædicatum negare ab eodem particulariter eſt contradicere. ¶ Item hęc eſt vna, omne animal rationale currit, cui cõtradicit hæc, aliquod animal rationale non currit, non obſtante implicatione iacente inter animal & rationale, ergo non obſtante implicatione inter hominem & album illæ contradicunt, omnis homo albus currit, & aliquis homo albus non currit. ¶ Dicitur, quòd propter accidens non eodem modo reſpiciens ſubiectum, & differentiam reſpicientem genus, non eſt eadem implicatio, propter quod licet una impediat contradictionem, alia non impedit. ¶ Contra non habetur vnde dicatur, ꝙ implicatio cadat media, niſi quia hoc eſt exigens, hoc exactum, cum ergo ſimiliter animal exigat rationale vel econuerſo, ſicut homo album vel è conuerſo, mutata non eſt ratio de implicatione. ¶ Item in illa propoſitione eſt vna ve-

hic in litera & cõmen.

ritas,ergo est vna,non enim est idem dicere,omnis homo albus currit,& oīs hō currit si.n.sic esset ,ppositio plures,hō in vtraq; esset subiectū absolutè,& sequeret oīs homo currit, quia album est prędicatum in vna,& currere in alia. ¶ Item Arist.inquirens quæ prædicata diuisim,vt duo:possint prædicari vt vnum,dicit,quòd sic est homo & albus & hoc vt vnū. ¶ Item dicit Arist.hanc esse vnam,sor.est homo albus.

QVÆSTIO VII.

QVæritur iuxta hoc, an hæc sit vna:album est musicum? quod non videtur,quia musicum prædicatur de albo ratione tertij vt Sortis vel Platonis idem est ergo, ac si diceretur sor.qui est albus,est musicus,sed Arist.vult,quòd hæc sit plures,sor.qui est albus,est musicus,qui dicit in litera quando duo accipiuntur,quorum vnum prædicatur de altero per accidens, vel ambo de tertio per accidens, ex his non fit vnū. ¶ Item tot compositiones implicitę, sunt hęc,album est musicum, sicut hæc, Socrates est albus musicus, sed propter compositiones implicitas hic est propositio plures, sor. est albus musicus, ergo & hæc erit plures,album est musicū, nam cum dicitur album est musicum,duæ sunt implicitæ cōpositiones,sortes est albus,qui est musicus,& eædem compositiones sunt implicitæ:hæc,sortes est albus musicus, assumptū patet:nam cum dico: album est musicum, dico illud cui ineſt musicum esse album de virtute sermonis.¶ Ad oppositum propositio est vna,in qua prædicatur vnum de vno, eadem autem vnitas extranei sufficit ad subiectum quę ad prædicatum,sed hęc est vna sor.est musicus,& hæc similiter, sor. est albus,ergo hoc album est musicum.

QVÆSTIO VIII.

QVæritur iuxta hoc,an hæc sit vna,homo albus est homo musicus. Quod sic videtur,quia hæc est vna, homo albus currit, vt ostensum est,vnitas ergo hominis albi sufficit ad vnitatem extremi,& eadem ratione illud est vnū, homo musicus,ergo & hęc propositio,homo est albus homo musicus,est vna,cum vtrunque extremum sit vnum. ¶ Item ex homine & albo fit vnum,sicut ex actu & potentia ¶ Similiter ex homine & musico eadem ratione,ergo vtrunque extremum est vnum.¶ Ad oppositum dicit Arist.q̄ eorum quę

Hic in litera.

subij-

subijciuntur & prædicantur quæcunque secundo vel plura dicuntur de tertio per accidens & alterum de altero per accidens dicitur, ex his non fit vnum, nec fit affirmatio vel negatio vna, sic est in proposito, quia homo & musicus dicuntur de homine albo per accidens, & alterum de altero per accidēs, ergo hic nō erit vna, sicut nec hæc, sor. est homo albus.

QVÆSTIO IX.

QVæritur vtrum hæc sit vna, homo qui est albus currit, ꝙ sic videtur, quia hoc quod est, qui, habet naturam articuli subintellectā propter quod facit subsequens arctare precedens, vnde precedens accipitur sub ratione subsequentis, vt ad album comparatur, ergo &c. ¶ Item vnitas subiecti distributionis sufficit ad vnitatem actus subiecti, sed hoc totum, homo qui est albus, est subiectum distributionis, quia ex ista omnis homo qui est albus currit, contingit sic syllogizare, iste homo qui est albus, ergo iste currit, in syllogismo autem medium est totum illud quod in vtraque propositione accipitur, & in maiori ponitur totum vt vnum distribuibile, super, quod cadit signum. ¶ Item vnitas huius quod est homo qui est albus sufficit ad vnitatem medij syllogistici, ergo & extremi in propositione, quia ex propositione plures non fit syllogismus. ¶ Item eadem vnitas nō impedit vnitatem propositionis, hæc enim est vna, iste homo albus currit velociter. ¶ Item quādo est propositio plures necesse est plura esse extrema, quia ad minus quatuor, cum cuiuslibet vnius sunt duo extrema. Item accipio aliud quam prædicatum, ꝙ prædicatum non arctat subiectum si ergo in hac, homo qui est albus currit, prędicatur currere de homine sicut de suo subiecto, & album de homine de subiecto suo non coarctatur homo per ly album, ergo sequeretur, omnis homo qui est albus currit, ergo omnis homo currit. ¶ Ad oppositum relatiuū substantiæ refert idem cum suo antecedente, qui est relatiuū substantiæ, ergo sic dicendo, homo qui est albus currit, denotatur homo replicari, ita ꝙ homo semel acceptus vī sub ijci actui currendi, & tunc attribuitur ei quod est album, ex homine autem iterato respectu diuersorum prædicatorum, nō potest fieri vnum subiectum propositionis. ¶ Item hic sunt plures compositiones, ergo non est vna propositio. Dicetur, ꝙ vna propositio est materialis respectu alterius, & ideo non

impedit vilitem propositionis. ¶ Contra hoc, licet homo referatur per ly qui, tamen ly qui semel dictum vnit ita formaliter album cum homine, sicut si diceretur, homo est albus, ergo compositio qua vnitur album cum homine relato, formalis est, & nō materialis respectu alicuius. ¶ Item compositio dicitur materialis, quia ipsa secundum se est vt materia respectu alterius, sed compositio quæ importatur per hoc verbū, est: est ita simpliciter formalis, sicut compositio importata per hoc verbum, currit. ¶ Item ad principale, propositio vna habet vnam contradictionem, sed hec, omnis homo qui est albus currit, non habet vnam contradictionem, quia si sic, esset ista, homo qui est albus non currit. Dr q̄ est ista, homo non q̄ est albus currit. ¶ Contra, per ipsos, propositio est vna, cuius subiectum est, homo qui est albus, sed particularis negatiua de eodem subiecto & de eodem prædicato contradicit vniuersali affirmatiuę, ideo prior si sit vna contradicit huic, homo qui est albus non currit. ¶ Item intellectus cuiuscunque propositionis tacitè resoluitur in duos intellectus simplices siue veros siue falsos, sed hæc propositio sic resoluitur, nam sic dicendo, homo qui est albus, sine additione alicuius alterius, sequitur verum vel falsum, quare denotatur q̄ homo est albus, sed quia homo refertur, & relatio est ad aliud actum, ideo animus suspensus est, donec aliquid aliud addatur de homine, sicut si dicatur, homo qui currit, & verum significatur per ipsam propositionem, sed adhuc dependet animus audiētis quid debeat vlterius dici. ¶ Item negatio, adueniens propositioni vni tantum negat compositionem à qua accipiebatur vnitas & veritas propositionis, si ergo hæc sit vna, omnis homo qui &c. in hac, non omnis homo, qui &c. refertur negatio ad vnam compositionem tantum, quod non est possibile, quia ad quancunque compositionem refertur negato, erit hæc falsa, omnis homo qui &c quia posito q̄ multi homines sint albi & aliqui currant, & aliqui nō, hęc est falsa, omnis homo qui est albus currit, & hęc similiter, nō omnis homo &c. intelligendo tamen quòd negatio refertur ad compositionē materialem, similiter posito quòd nullus homo fit albus, hęc est falsa, omnis homo qui est albus currit, & hęc similiter, nō omnis homo &c. intelligendo compositionem referri ad cōpositionem principalem, eo quod implicatur aliquem hominem esse album, ad nullam ergo compositionem vnam pp-

test negatio referri, si autem esset vna, bene posset negatio referri ad vnam compositionem.

Ad primum quęsitum dicitur, quòd hic est plures, homo albus currit, propter auctoritate Boetij adductas, quia duæ compositiones sunt vna implicita, alia explicita, quia homo, & album se habẽt sicut exigens & exactum, inter quę cadit, qui est medium. ¶ Contra, tunc hic esset plures animal rationale currit, quia inter animal quod est exigens, & rationale quod est exactum, cadit, qui est, medium.

Potest dici, quòd propositio est vna, vnde ex homine & albo fit vnum extremum respectu compositionis, non tamen sunt simpliciter vnum. Ad quod sciendum, quòd in propositionibus vnitas est proportionalis vnitati in rebus, in rebus autem quędam habent vnitatem simpliciter, sicut quæ sunt entia simpliciter, quædam dicuntur vnum secundum quid, vt quæ ex talibus componuntur, sicut domus, similiter est in propositionibus, vnde hæc simpliciter vna, homo est animal, vbi simplex prædicatum enunciatur de simplici subiecto, hęc autem, homo albus currit, nõ est simpliciter vna, sicut prior, quia propositio dicitur vna ex vnitate extremorum, sed currere non ita affirmatur de vno secundum conceptum: cum dicitur homo alb. currit, simul cum dicitur, homo est animal est tamen propositio vna: quia sibi competunt conditiones propositionis vnæ, quæ sunt oppositio contradictoria & contraria, & diuidi per affirmationem & negationem & syllogizatio, & secundum sensum illorum patet quòd Arist. primo huius non diuidit aliquam in affirmationem, & negationem, nisi vnam. ¶ Ad primum argumentum dico, quòd Boetius intelligit, quòd non est propositio simpliciter vna, nisi ex prædicato & subiecto fiat vnum, quemadmodum species vna & vnum ens. ¶ Alio modo tamen potest propositio esse vna, licèt extremum non sit vnum, nam vnum fit ex actu & potentia, & albus quodammodo est actus hominis, licet non simpliciter: est tamen dicitur vt actus accidentalis, propter quod ex homine & albo fit quodammodo vnũ. ¶ Ad aliud patet idẽ. ¶ Ad tertium dico quòd hæc est sua contradictoria, aliquis homo albus non currit. Et cum dicitur: vtraque est falsa, posito quòd nullus homo sit albus. Dico quòd non: quia hic, homo albus non currit, non ponit hominem esse album. Cum dicitur quòd qui est medium, dico quòd adiectiuum conforma-

tur subſtantiuo ſuo, & ſibi vnitur, vt actus potentiæ, potentia autem reſpectu ſui actus rationem habet actus, actualitas autem ſecundum quòd actualitas rationem habet cuiuſcũque, ſimiliter, cum dicimus vt eſt actualis in potentia. Similiter cum dicitur, homo albus, capiendo hominem ſecundũ quòd habet rationem potentiæ reſpectu albi. quæ eidem potentia nata eſt actuari per album, vnde vt notetur actualitas potentiæ ad ſuam qualitatem & ad ſuum actum intercipio ens vel qui eſt, quod quidem ens vel qui eſt, non ſignificat aliquid eſſe, vel non eſſe Sed deſignat rationem conformitatis adiectiui ad ſubſtantiuum tanquam modus intelligendi vel predicãdi, propter quod dico, quod ens vel qui eſt ſubintellectum in hoc, homo albus currit, non aſſerit album de homine eſſe, ſed manet adhuc ſimplex intellectus ſine vero vel falſo, & ibi manet, & ſic patet, quod hic homo albus non ponit hominem eſſe album, ſicut & hic, animal rationale. non ponit animal eſſe rationale. ¶ Ad aliud quod non eſt eadem ratio quare ambulans & album ſunt ſecundo, quia vtrunque accidit alteri, & neutrum eſt actus reſpectu alterius, nec potentia propter quod homo albus eſt vnum ſubiectum reſpectu predicati, vnde ex homine & albo & ambulante non fit vnum, licet ex homine & vtroque diuiſim fiat vnum, ſed hæc forte eſt vna ſubſtantia ſuperficiata alba currit: quia ſubſtantia ſuperficiata eſt potentia reſpectu albi; & ideo ex illis fit vnum, ſicut ex homine & albo, nam ſubſtantiæ aduenient accidentia ſecundum ordinem: ita quod vnum accidens eſt ſicut diſpoſitio ¶ Ad aliud quod quando duo accidentia: quorum vtrunque accidit tertio, ſubijciuntur illi, vel prædicantur de illo, tunc non dicitur ex illis vnum: ſic non eſt in propoſito, homo & album nõ accidunt tertio, vt ſupra, licet accidat album homini.

Ad ſecundum quæſitum dicendum, quod hæc album eſt muſicum eſt vna, tum quia album ſubijcitur, quod per accidens eſt vnum ſicut eſt hæc, homo albus eſt muſicus, vnum enim ſubijcitur & vnum prædicatur, niſi enim vnitas termini ſufficeret ad vnitatem extremi: propoſitio vna cõuerteretur in propoſitiones plures, quia hæc eſt vna ſor. eſt albus, quæ cõuertitur in hanc album eſt ſor. ¶ Ad primum argumentum dico, quod obiendit extremum propoſitionis non eſſe ſimpliciter vnum, tamen eſt vnum per accidens, quod ſufficit ad vnitatem affirmationis & negationis, & vt ſufficit ad rationem

syllogisticam. ¶ Ad secundum cum dicitur, album est musicū compositio implicata in subiecto est compositio actus & potentiæ, propter quod ex sumptis in subiecto sit vnum: similiter ex sumptis in prædicato fit vnum, sed cum dicitur: homo est albus musicus, album & musicum sunt duo, quorum neutrum est in potentia respectu alterius, sed vtrunque est actus ideo per modum vnius non possunt prædicari de eodem, sed cum vtrumque sumatur vt prædicatum, necesse est vtrumq; prædicari, ideo est propositio plures, & cōmuniter illa in qua duo talia accidentia subijciuntur vel prædicantur.

Ad tertium dico, quod hæc est vna, homo albus est homo musicus: propter rationem dictam, quia album se habet ad hominem, sicut ad potentiam, & musicum similiter, ideo ex homine, & albo fit aliud vnum extremum, & ex homine, & musico fit aliud extremum, ideo prædicatur vnū de alio, ens autem intellectum inter adiectiuum, & substantiuum non designat aliquid esse, vel non esse, sicut compositio affirmatiuæ vel negatiuæ, sed designat conformitatem quandam inter adiectiuum, & substantiuum, secundum quod hæc habet rationem disponibilis, & illud rationem disponentis: vnde magis est modus intelligendi, quam verbalis copula significans aliquid esse. ¶ Ad illud in contrarium dico, quod quamvis plura prædicantur, quorum vtrumque accidit tertio, & terum alteri accidat, non est propositio plures, sed si duo prædicantur, quorum vnum accidit alteri, per quoddam terium, cui insunt, & cuius sunt actus, tunc est propositio plus, quia si duo accidentia sibi inuicem prædicantur, quia sunt tus eiusdem tertij, ex his non fiet vnum, sicut ex actu & potia, ex aliis autē fieri potest, per hoc patet, quod ratio proditab insufficienti, quia amittit aliquam particulam positā. Ad quartum quæsitum dicitur, quod hæc est vna: homo i est albus currit, quia est syllogizabilis, & cōtradictoriam bet, & consimilia, sed secundum idem non potest contradicto saluari competenter in talibus, quia particularis negatide eodem prædicato deberet contradicere vniuersali affir e: vnde si hęc sit vna, omnis homo qui est albus currit, setur hanc suam contradictoriam, aliquis homo qui est al- non currit, esse vnam, vnde erit, homo qui est albus subie m idem particulariter sumptum, quod sumebatur vniuer er in vniuersali. ¶ Ideo dici potest, quod hæc, homo qui

est

est albus currit, est plures simpliciter, quia duo actus per duas compositiones formales attribuuntur homini, nam album attribuitur homini per hoc verbum est importans formalem compositionem, ita enim formaliter attribuitur album homini, licet per. qui. referatur: sicut si diceretur, homo est albus, quia formalis attributio speciem accipit a propositione verbali: sed hoc, qui est, homini relatum denotat album attribui, cui & currere attribuitur, nec attribuitur currere homini, qui est albus, ita vt hoc totum accipiatur, vt vnum subiectum, nũquam enim respectu tertij accipitur, vt vnum subiectum qđ de alio significat esse vel non esse formaliter, hoc autem quod est. qui est albus licet ratione relationis importatæ per ly, qui suspendetur animus audientis, vt homo interim ad album referatur, tamẽ aliquid de aliquo significatur esse, alioquin nullo homine existente albo non esset hæc falsa, aliquis homo, qui est albus non currit, sicut si dicam, quod tu curris, verum vel falsum significatur, si tamen intelligatur quod qui est, intelligatur vt modus quidam intelligendi inter adiectiuum, & substantiuum, tunc est propositio vna, sicut hic, homo albus currit, & est eius contradictoria homo qui est albus non currit. ¶ Ad primum cum dicitur, quod qui habet naturam articuli subintellecti, dicendo quod hic homo, qui est albus currit, coarctatur homo persequens, quia denotatur quod idem homo subiiciatur cursui, & albedini, ideo sic coarctatur homo, quòd non stat vniuersaliter, pro quolibet eius, tamen ex hoc non sequitur, quod totum sit vnum subiectum, homo qui est albus currit, quia tria denotantur inesse eidem homini, & hic tria concomitantur se in homine, ideo coartatur homo non ita, vt fiat subiectum respectu prædicati ex ipsis. ¶ Ad secundum dico, quod absolute & primo non attribuitur totũ prædicatum huic, homo qui est albus, sed homini per se, tamẽ in habitudine ad hoc qui est albus, quia homo quodam modo accipitur coarctatus, vt ei ineat album, & cursus. ¶ Ad tertium dico, quod hoc est, qui est albus, per se non est pars medij syllogistici, nec debent tres determinationes addi ad subiecta, sicut nec aliæ determinationes, sicut si syllogizatur, omnis homo, & duo homines sunt tres, iste est homo, ergo iste & duo homines sunt tres, sic debet syllogizari in proposito, omnis homo qui est albus currit, iste est hoc ergo iste, qui est albus currit. ¶ Vel potest dici, quod hic, omnis homo qui est albus

bus

bus currit, simpliciter non est syllogizabilis, quia simpliciter est plures, & cum dicitur, quod homo qui est albus est, vnum distribuibile, negandum est. ¶ Quarta ratio ostendit hanc esse vnam, homo albus currit, sed de homine qui est albus currit, non est simile, quia quod additur non est vnum extremum, quia significat verum vel falsum in propositione vna. ¶ Ad quintum dico, quod sunt quatuor extrema homo, & currere homo relatus & album sibi denotatum inesse, ideo est propositio plures.

¶ Quæstionum doctoris Subtilis fratris Ioannis Duns Scoti super 2. lib. Perihermenias Aristotelis, Finis.

PRAECLARISSIMAE, AC PERutiles Quæstiones doctoris subtilis, super lib. elenchorum Aristot.

¶ De sophisticis autem elenchis, & de his quæ videntur quidem elenchi sed non sunt, sum autem paralogysmi, dicemus, incipiēres secundū naturam a primis &c. Cap. 1. primi huius in princ.

QVÆSTIO I.

QVæritur vtrum logica procedat ex communibus? Quod non probatio. Nam scientiæ comparantur ad subiectum, sicut potentia ad obiectum, sed vnius potentiæ vnum est obiectum per se, ergo vnius scientiæ vnum erit subiectum per se, sed ens in communi ratione, cuius dicitur scientia cōmunis, est subiectum per se in metaphysica, ergo non in logica, quare &c. Item logica est de syllogismo, tanquam de subiecto, & etiam considerat de his quæ habent attributionem ad syllogismum, sicut de termino & oratione, sed illa nō sunt communia. Nam non quodlibet est syllogismus, sed a communitate subiecti dicitur scientia communis, ergo &c. ¶ Oppositum dicit Arist. primo posteriorum. Si logica esset alicuius generis determinati, non interrogaret.

Ad quæstionem dicendum, quod logica est de communibus, & philosophia prima, sed diuersimode. Nā philosophia prima considerat ens inquantum ens est, vnde cōsiderat rem se-

secundum suam quidditatem. Et quia quidditas rei est entitas per se rei, ideo philosophia prima considerat rem secundum suam entitatem. Et quia considerat rem secũdum suam quidditatem, & entitatem tenet absolutè, & multa consequũtur rem, vt sic, ideo primus philosoph. potest ostendere passiones de subiecto suo, & de quolibet alio, licet enim sumendo ens pro vt intelligitur in communi, & secũdum quod apprehendit sub se esse cuiuslibet rei, non possit de eo aliquid ostendi, tamen de ente secũdum suam quidditatem multa possunt ostẽdi, nam multa consequuntur ipsum secundum suã quidditatem, vt esse perfectum, & imperfectum, & multa alia. Similiter logica est de ente communi, siue considerat. Sed ens est duplex scilicet naturæ & rationis: Ens autem naturę inquantum tale est cuius esse non dependet ab anima. Sed ens rationis dicitur de quibusdam intentionibus, quas ad inuenit ratio in ipsis rebus, cuiusmodi sunt genus, & species, diffinitio & huiusmodi. Ens autem dictum isto secundo modo æquiparatur secundum communitatem enti priori modo dicto. Non enim est aliquod ens naturæ quin possit cadere sub ente rationis, & quin super ipsum fundari possit aliqua intẽtio, vt puta generis vel speciei vel differentiæ, vel proprij vel individui, vel saltem causæ, vel causati, quia ergo logica est de huiusmodi intentionibus quæ applicabiles sunt omnibus rebus, ideo logica dicitur ex cõmunibus procedere. ¶ Vlterius sciendum, quod licet logica quãtum ad doctrinam sit ex cõmunibus. Diuersus est tamen vsus doctrinæ, quia traditur in dialectica, & in demonstratiua. Nam dialectica est ex communibus, & in singulis scientiis ad proprias conclusiones ex cõmunibus arguit. Nam ostendit, quod amor & odium sunt in eodem susceptibili, non per proprietatem amoris vel odij, sed per hoc medium, quod contraria nata sunt fieri circa idẽ: vnde ex communibus non arguit ad communia, sed ex communibus arguit ad proprias conclusiones. Illa autem pars logicæ, quæ est demonstratiua, & si in doctrina tradatur de communibus, puta de syllogismo demonstratiuo, & de attributis ad ipsum, quæ sunt communia cuiuslibet scientiæ, tamen in singulis scientijs arguitur per proprium medium. Nam geometra vtitur ratione demonstratiua, vnde accipit primas, & veras causas conclusionis, & per proprium medium arguit ad propriam conclusionem. Sed arguens dialecticè aliam, &

aliam

aliam conclusionem in alia,& alia scientia per idem medium potest ostendere,vnde in naturali philosoph. & medicina potest diuersa, & diuersa conclusio ostendi per idem medium. ¶Ad primum argumentum in oppositum dicendum, quod vnius scientiæ vnum est subiectum per se. Vlterius,cum dicitur ens in communi consideratur a primo philosopho, dico quod ens naturæ in communi consideratur a primo philosopho. Ens autem rationis a logico. ¶Ad aliam rationem dicendum,quod impossibile est aliquid esse in rerum natura, quin sicut habet esse,sic habeat,quod q̃d est,modo vt habeat quod quid est,sic a primo philosopho consideratur. Vnde per hoc quod dico, quod ens naturæ a primo philosopho consideratur, & ens rationis a logico, non intendo aliquid excludere a consideratione primi philosophi. Si enim considerem hãc intentionem,quę est species,& hanc quæ est genus,inquantum quædam specialia entia sunt, sic collocantur in genere determinato & cadunt sub cõsideratione eius cuius est quod quid est determinare, inquantum tamen intentiones sunt: sic cadunt sub consideratione logici, licet enim quidditas generis secundum id quod est,non conueniat substantiæ & qualitati, intentio tamen generis conuenit substantiæ & qualitati,vnde ad rationem dicendum,quod istæ intentiones si consideratur vt quædam specialia entia sunt, sic non sunt communia. Si tamen cõsideratur, vt sunt rebus applicabilia communia sunt, sic de eis est logica, vnde consideratio logici est de huiusmodi intentionibus, prout rebus sunt applicabiles. Et ideo logica dicitur esse de communibus.

QVÆSTIO. II.

QVæritur vtrum ars sophistica sit scientia? Quod nõ,probatio. Nam scientia est effectus demonstrationis,primo poste. sed ars sophistica non est effectus demonstratio- *Cont. 5.*
nis cum sit effectus syllogismi sophistici: sicut scientia est effectus syllogismi demonstratiui. Item ars sophistica est apparens sapientia & non existens, primo elenchorum; sed quod a
est aliquid secundum apparentiam tantum, nõ est illud quod *Cap. 1.*
apparet, cum ergo sophistica sit apparens sapientia & non existens, non erit scientia.

¶Item si sophystica esset scientia: sophista esset sciens, con- 3
sequens falsum: ergo antecedens. Falsitas consequentis pa-

tet

ter ex hoc, quod sophista est ab apparente scientia, & non existente captiosus, primo elenchorum. ¶ Item sophistica operatur ad deceptionem, sed nulla scientia intendit deceptionem nam omnis ars & omnis doctrina bonum quoddam appetere videtur. ¶ Oppositum patet per philos. in litera.

4

1. ethi.

QVÆSTIO III.

IVxta hoc quæritur: dato quod sophistica sit scientia, vtrum sit de syllogismo sophistico tanquam de per se subiecto, Quod non videtur, nam de subiecto oportet præsupponere quid est & quia est, sed syllogismum sophisticum esse probatur in illa scientia, ergo &c. ¶ Item illud quod est per se obliquitas alicuius recti: non cognoscitur nisi per cognitionem sui recti. Et huius ratio est, quia obliquus non caulat aliâ speciem in sciẽtia, quam speciem recti, cum rectum sit iudex sui & obliqui: cum ergo syllogismus sophisticus sit per se obliquitas syllogismi dialectici: non erit aliqua scientia per se de syllogismo sophystico, sed per se de dialectico, per accidens de sophistico. ¶ Item de non ente non est scientia, nam scientia est ueri, & ens & verum conuertuntur, cum ergo syllogismus sophisticus sit non ens de eo non erit scientia. Maior patet de se. Vt minor patet per Arist. 6. metaphy. qui dicit, ꝙ non male fecit Plato, qui collocauit sophisticam sub non ente. ¶ Item illud, quod tantum apparet, non cognoscitur nisi per attributionem ad illud quod apparet, cum ergo syllogismus sophisticus sit tantum secundum apparentiam verus elẽchus, de eo non erit scientia per se, nisi per attributionem ad verum elenchum. ¶ Ad oppositionem Aristotel. in dando suam intentionem, dicens. De sophisticis autem elenchis &c. Similiter in separando sui disputationem ab alijs dicens. De demonstratiuis & dialecticis dictum est, de agonisticis verò & litigiosis nunc dicemus.

1 elen cap. 1.

2

3

Primo. de animæ 1. ont. 85.

4

1. poster. 1. cõt. 5. Cõt. 4. 1. elen. primo. 1. elen. cap. 2.

Ad primam quæstionem dicendum, quod sophistica, & dialectica vno modo consideratæ habent rationem scientiæ. Alio modo consideratæ a ratione scientiæ recedunt. Si enim dialectica consideretur vt habet considerationem de quibusdam intentionibus quas ratio adinuenit in re, institues in illis quẽ dam modum quo procedere potest a principijs ad conclusiones, sic dialectica debet dici scientia. Si autem isto modo adinuento vtatur in alijs scientijs, sic a scientia ratione recedit. Nã si so-

si solum procedit ex probabilibus, vnde scientia dialectica traditur per demonstrationem, vsus tamen eius in probabilibus consistit. Similiter etiam de sophistica est dicendum. Si enim sophistica consideretur prout habet considerationem de principijs sophisticis, instituens in illis quendam modum, quo potest procedi ad conclusiones quas concludit sophista sic sophistica est scientia, nam sic sophistica traditur per determinata principia. Ita enim ostenditur apparentia de syllogismo sophistico per vnitatem vocis, tanquam per proprium medium, sicut habere tres de triangulo per eius diffinitionem. Si autem isto modo adinuento vtatur ad cõcludendum aliquid falsum per syllogismum sophisticum, sic a scientiæ ratione recedit. ¶ Ad primam rationem in oppositum dicendum, quod maior est vera. ¶ Vlterius cum dicitur, sophistica non est &c. Dico, quod si sophistica consideretur prout est quædam scientia tradita per demonstrationem, sic est effectus demonstrationis. Sed si accipiatur pro falsa credulitate aggenerata per syllogismum sophisticum, sic non est scientia, nec effectus demõstrationis. ¶ Ad aliam rationem dicendum quòd si sophistica consideretur prout est quædam scientia tradita per principia determinata, sic non solum est apparens scientia, sed existens. Sed si accipiatur pro falsa credulitate aggenerata per syllogismum sophisticum sic est solum apparens scientia & non existens, nam sic arguens sophisticè videtur arguere, cum tamen non arguat. ¶ Ad aliam rationem dicendum, quod sophistica accepta prout est tradita per principia determinata, est scientia, & habens eam dicitur sciens. Sed si accipiatur pro falsa credulitate non est scientia, vt prius dictum est, nec habens eam dicitur sciens. ¶ Ad vltimam rationem dicendum, quod non determinatur de aliquibus obliquitatibus, vt eis vtamur, sed vt ab eis caueamus. Si enim nulla esset obliquitas, quæ posset decipere, superuacuum esset de ea determinare, vnde de sophistica non determinatur per se, vt faciamus deceptionem, sed vt deceptionem vitemus. Et quia deceptio vitari nõ potest nisi cognita, ideo primo determinatur de modo accipiendi.

Ad aliam quæstionem dicendum, quod de syllogismo sophistico est ista scientia tanquam de per se subiecto. Nam illud est subiectum in scientia, quod habet passiones de eo demonstrabiles in scientia per causam, sed syllogismus sophisticus

cus est huiusmodi, ergo &c. probatio assumpti scilicet minoris. Nam apparentia potest ostendi de syllogismo sophistico per vnitatem vocis tanquam per proprium medium, potest ergo esse scientiæ sophisticæ subiectum. Et ad hoc signū euidens. Nam Arist. separando disputationem de qua intendit in
7. elen. cap. 1. hoc libro ab alijs, dicit de demōstratiuis, & dialecticis in alijs dictum est, sed de litigiosis nunc dicemus. Cum ergo ista de quibus determinat Arist. in hoc libro sint principia syllogismi apparentis inquantum apparens est, cuiusmodi est syllogismus sophisticus, syllogismus sophisticus erit subiectum in ista scientia. ¶ Ad primam rationem dicendum, quod quando non est manifestum, quod aliquid sit subiectum in scientia, nihil prohibet persuadere esse illius subiecti, veruntamen subiectū esse in scientia non potest probari per aliqua principia priora in illa scientia, nam subiectum debet esse primum in scientia. Nunc autem Arist. ostendit syllogismum sophisticum esse per similitudines, & nō per priora simpliciter. Quia enim syllogismus sophisticus apparens est & nō existēs ideo vtile fuit ostendere syllogismum sophisticum esse in hoc libro. ¶ Aliter dicitur, quod philosophus non ostendit syllogismum sophisticum esse in hoc libro, sed ostendit ipsum esse deceptorium, & hoc, vt dicit expositor, apparet si media philosophi inspiciantur, nam philosophus accipit hoc mediū primo quod in rebus, ita est quod quædam res apparent esse tales quales sunt, & quædam quales non sunt. Et ideo circa tales decipimur, vnde syllogismum sophisticum esse deceptorum ostenditur in ista scientia, & non ipsum esse. ¶ Ad secundum rationem conceditur maior, ad minorem tamen cum dicitur, quod syllogismus sophisticus est per se obliquitas syllogismus dialectici, interimentum est, cuius ratio est, nā obliquitas alicuius naturæ constituitur in esse solum per negationem sui recti. Sed syllogismus sophisticus non constituitur in esse solum per negationem syllogismi dialectici, nam in esse constituitur per apparentiam, & apparentia etiam pertinet ad suum rectum, s. ad syllogismum dialecticum. ¶ Ad tertium dicendum, quod si syllogismus sophisticus consideratur prout cadit in vsu arguendi sophisticè sic procedit ex falsis, & sic syllogismus sophisticus non est subiectum, nec de ipso est scientia, immo vt sic, rationem scientiæ a se excludit. Si tamen consideretur prout est quid traditum per determinata

nata principia, quæ sunt media ad determinatas cõclusiones, quorum vnum potissimum & primum est vnitas vocis, sic est ens suo modo, & potest esse subiectum scientiæ. ¶ Ad quam rationem dicendum, quod licet illud quod tantum appareret non cognoscatur nisi per attributionem ad illud quod apparet, nihil tamen prohibet aliquas passiones esse de eo demonstrabiles. Et per consequens de tali potest esse scientia.

QVÆSTIO IIII.

QVeritur. Vtrum syllogismus habẽs præmissas falsas, vel præmissam quæ dicitur peccans in materia sit syllogismus? Et videtur quod non. Nam præmissæ sunt causæ conclusionis, quia in ratione syllogismi accipitur, quod conclusio sequatur ex præmissis ex eo, quod hæc sunt, sed non ens nullius est causa. Et falsum & non ens conuertunt̃, sicut verũ & ens. Cũ ergo prẽmissæ sint falsæ per positum non possunt esse causa, conclusionis. ¶ Ad istud dicitur, quod licet p̃missæ falsę non sint causæ conclusionis in essendo, sunt tamẽ causæ inferendo. ¶ Contra, si ad rationem syllogismi sufficeret q̃ præmissiæ essent causæ conclusionis in inferendo, sequeret̃, q̃ petitio principij sit bonum argumentum, cõsequens falsum. ergo antecedens. Falsitas consequẽtis patet ex hoc quod Ari. reducit tredecim locos sophisticos, de quorum numero est petitio principij in ignorantiam elenchi, eo quod omnes sunt immodificati. probatio cõsequentiæ nam in petitione principij potest esse bona illatio. Si enim arguitur sic, omniũ oppositorũ est eadẽ disciplina, cõtraria sunt opposita. ergo &c. Hic est necessaria illatio conclusionis ex præmissis, & tamen est petitio secundum principium, quare &c ¶ Item oꝝ est delatione argumenti, est de rõne syllogismi, sed de rõne argumẽti est quod faciat fidẽ de cõclusione, nam argumentũ est rõ rei dubiæ faciens fidẽ. secundum Boe. sed falsum non facit fidẽ. ergo &c. ¶ Item quando ad esse alicuius speciei uel cõpositis requiruntur duo. s. materia & forma, illa species vel compositũ non solum potest deficere propter defectum formæ, sed etiam propter defectum materiæ, si enim ad speciem denarij requiratur materia argentea, & talis forma nõ solum deficit a specie denarij propter defectum formæ, sed etiam propter defectum materiæ argenteæ. Cum ergo ad syllogismum requiratur materia & forma, sicut deficit propter defe-

1. elen. cap. 4.

ctum formæ, sic deficiet propter defectum materiæ, sed talis syllogismus deficit in materia, cum dicitur peccans in mate-
cap. 1. ria, ergo &c. ¶Oppositum patet per Arist. primo to. Syllogismus sophisticus qui dicitur procedere ex falsis, syllogismus est, & syllogismus dicatur. Item duæ præmissæ se habent ad conclusionem, sicut antecedens ad consequens, quod ergo nō impedit consequentiam, non impedit syllogismum. Sed falsitas antecedentis non impedit consequentiam. Nam hæc est vera, si sortes volat, sortes mouetur. Et similiter hæc sic, si homo est asinus, homo est animal.

Ad quæstionem dicendum, quod non est de ratione simili, quod procedat ex veris, neque ex necessarijs, neque ex probabilibus, quia veritas necessitas & probabilitas sunt proprietates ipsius rei. Cum ergo syllogismus secundum suum formale sit ens rationis, istæ proprietates non erunt syllogismi, inquantum syllogismus est Vnde syllogismus sic se habet ad syllogismum, qui procedit ex falsis, & ad syllogismum dialecticum & demonstratiuam, sicut circulus se habet ad circulū ligneum & æneum. Circulus verò nullam materiam sibi determinat: vnde in quacunque materia reperiatur, siue forti, siue debili, dummodo forma circuli ibi saluetur, circulus dicitur. Similiter syllogismus pro materia duas propositiones sibi determinat, & tres terminos, vnde Arist. primo priorum dicit, quod in syllogismo vna propositio se habet vt totum, alia vt pars. Quod syllogismus ergo reperiatur in materia necessaria vel probabili, hoc sibi accidit inquantum syllogismus est. Et huius signum est, nam Aristot. de syllogismo in communi non ostendit quod procedat ex veris: neque ex necessarijs, sed istas conditiones ostendit de syllogismo demonstratiuo. Hoc etiam patet per suam probationem communem in lib. priorum, vbi ad probandam veritatem syllogismi docet ipse sumere oppositum conclusionis cum altera præmissarū inferēdo oppositum alterius præmisse, vt sic syllogismus probans sit bonus & probatus, si ergo syllogismus primus processit ex veris: syllogismus ex oppositio habebit vnam præmissam falsam.

¶Ad primum argumētum dico, quod ad syllogismum tria requiruntur, scilicet figura quantum ad dispositionem terminorum. Et modus quantum ad dispositionem propositionum. Et tertio requiritur necessaria illatio conclusionis ex

præmissis. Et ideo in diffinitione syllogismi accipitur, quod per ea quæ posita sunt aliquid aliud à positis necesse est euenire. Vnde licet præmissæ fallæ non sint causæ in essendo, sunt tamen causæ in inferendo. ¶ Ad rationem contra hoc dico, q̃ petitio principij in demonstratiuis scientijs, potest esse bonũ argumentum, vnde petitio principij non peccat contra syllogismum simpliciter: sed contra syllogismum probãtem. Est ergo deceptio in probatione & non in syllogizatione: & ideo dicitur, quod sumitur, quod probari debet: & consequẽtia non negatur. ¶ Ad aliud argumentũ potest dici, quòd Boetius non diffinit argumentum in sui communitate: sed solum argumentum probans: & hoc quia illa, quæ non probant, vñr esse inania. Vnde, quod syllogismus ex falsis procedens non sit argumentum probans, hoc concedo. Vel potest dici, quod argumentum est ratio quæ apta nata est de se facere fidem: q̃ tamen non semper faciat fidem, hoc est propter applicationẽ ad materiam. Sicut loquendo de natura motus in communi dicitur: quia omne quòd mouetur velocius & tardius contingit moueri: si tamen applicetur ad materiam spiritualem aliquis est motus, qui nec intendi potest, nec remitti. Vnde q̃ non semper argumentum faciat fidem: hoc est propter applicationem eius ad materiam. ¶ Ad aliud dico, quod si syllogismis deficiat a ratione materiæ quæ ad syllogismum simpliciter requiritur: quæ sunt tres termini & duæ propositiones, & talis syllogismus a ratione syllogismi deficit, sicut si deficeret in forma: tamen syllogismus non dicitur peccans, in materia: quia peccet in materia quæ requiritur ad syllogismum simpliciter: sed quia peccat contra specialem conditionem syllogismi.

¶ Videtur autem ob multas causas, quorum vnus aptissimus est & publicissimus per nomina &c. sequitur infra. Hoc autem non est simile: nam nomina quidem finita sunt &c. Cap. 1. primi huius.

QVÆSTIO V.

QVæritur vtrum similis sophisticus peccans in forma: sit defectus syllogismi simpliciter, vel syllogismi dialectici. Quod syllogismi simpliciter videtur, quia omne non syllogizans, quod tamen videtur syllogizare, deficit a ratione syllogismi simpliciter, sed syllogismus sophisticus pec-

cans in forma est homini, ergo &c. Maior patet: nam non syllogizare est a ratione simili deficere. ¶ Item modus est de ratione syllogismi inquantum syllogismus est: sed omnes syllogismi sophistici deficiunt a modo: dicitur enim in primo huius, ca. illo. Aut ergo sic dividentes &c. quod omnes loci sophistici deficiunt, eo quod sunt immodificati. Si dicatur, qđ sunt immodificati, quia deficiunt a ratione syllogismi dialectici, & non quia deficiunt a ratione syllogismi simpliciter. ¶ Contra a ratione syllogismi simpliciter dicitur aliquis simpliciter inferens & syllogizans. Si ergo syllogismus sophisticus non deficiat a ratione syllogismi simpliciter nec deficiet a rône inferendi simpliciter, quare &c. ¶ Ad oppositum. obliquitates syllogismi simpr determinant in lib. priorũ, qa ibi determinat de syllogismo simpr, ideo de eius obliquitatib. sed ibi non determinatur de syllogismis sophisticis, ergo &c.

QVÆSTIO VI.

IVxta hoc quæritur. Supposito quod sit defectus syllogismi dialectici, & syllogismi simpr. Cuius horum primus sit defectus? Quod syllogismi dialectici, videtur, quia syllogismus litigiosus per Arist. 1. topic. est syllogismus ex apparenter probabilibus. Et primo huius dicit quod litigiosæ disputationes procedunt ex his quæ videntur probabilia, & nõ sunt. Ex his arguit sic. Illius est syllogismus sophisticus obliquitas primò cuius apparentiam primò prætendit, sed primò prętendit apparentiam syllogismi dialectici. Nam procedere ex apparenter probabilibus, & probabile est prium dialectici, ergo &c. Aliquis diceret ad hanc rationem, quod dictũ Arist. in topic. & in primo huius habet intelligi de syllogismo peccante in materia, qui videtur procedere ex probabilibus, cum tamen non procedat. Nam syllogismus peccans in forma põt procedere ex veris simpr vt si arguat, hõ est Ipês, sort. est hõ, ergo &c. ¶ Sed cõtra, licet pmisse in syllogismo peccãte in forma possunt esse veræ, vt tamen ad medium comparantur, necesse est vt altera sit falsa, ergo videtur, quod de vtroque sic habeant auctoritates intelligi. Item formale in syllogismo sophistico est quædam falsa habitudo supra quam decurrit. Verbi gratia, si dicatur Canis currit; sydus cęleste est canis, ergo &c. Hic est syllogismus sophisticus, decurrens super hanc habitudinem vel maximã

cap. 1.
cap. 2.

falsam,

falsã, vni soli nomini correspondet vna res sola, & secundũ istam falsam habitudinem localem contradicit dialectico, ergo primo contra dialecticum peccat.

QVÆSTIO VII.

IVxta hoc queritur vtrum peccet cõtra syllogismũ demonstratiuum. Vr, quod sic, quia illius est defectus, cuius prætendit apparentiam: sed sophisticus prætendit apparentiam scientiæ, cum ars sophistica sit apparens sapientia, ergo &c. Oppositum patet per Aristot. primo posteriorum. In demonstratiuis non cadit paralogismus in dictione, neque extra. Item demonstatiua est alicuius generis determinati, sed sophistica nõ est alicuius generis determinati, ergo &c.

Ad quæstionem primam dicendum, quod syllogismus sophisticus, qui dicitur peccans in forma, vbi incidit aliquis locus de numero tredecim peccat contra syllogismum dialecticum. ¶ Circa quod intelligendũ est, quod sicut syllogismus dialecticus addit supra syllogismum simpliciter quandam habitudinem localem, vel maximam, veram super quam decurrit, sic syllogismus sophisticus qui dr peccãs in forma, decurrit super quandã habitudinẽ localem falsam. V.g. Si dicat, oĩa quæ põt miles facere, põt & rex, sed miles põt debellare castrum, ergo & rex. hic est syllogismus dialecticus decurrẽs super hãc maximam, quod minus potest & maius. Exemplum secundi. Si dicatur, canis currit cæleste sydus est canis, ergo &c. Hic est syllogismus sophisticus decurrens sup hanc maximã falsam, vni nomini soli corrñdet vna res sola. Propter qđ dico, q syllogismus sophisticus peccat cõtra vtrũq. nã nec est syllogismus simpr, nec syllogismus dialecticus, in quãtũ. n. innitur isti indebitæ habitudini locali peccat cõtra dialecticum, inquantum autem in isto loco vel in ista habitudine falsa locali, non possunt saluari principia syllogismi simpliciter inquantum syllogismus est, quæ sunt dici de omni & dici de nullo, peccat cõtra syllogismum simpliciter, propter quod omnis fallacia fere variat medium, & in variando medium arguit in quatuor terminis, propter quod omnis fallacia contra vtrunque peccat. ¶ Sed dubium est contra quem istorum primò peccat syllogismus sophisticus. Et hoc pro quæstione secunda.

Ad hoc autem dicunt quidam, quod syllogismus sophisti-

mis primò peccat cõtra syllogismum simpliciter, quia ad destructionem inferioris non sequitur destructio superioris. Si ergo syllogismus sophisticus primo peccaret contra syllogismum dialecticum, ex hoc non sequitur, quod peccaret contra syllogismum simpliciter. Propter hoc ponunt, quòd primo peccet contra syllogismum simpliciter, & deinde contra syllogismum dialecticum. Sed qualitercunque sit hæc ratio, non concludit, nam aliqua possunt inesse primo inferiori, & mediante inferiori possunt inesse superiori, sicut habere tres primo conuenit ipsi triangulo, & mediante triangulo conuenit ipsi figuræ. Ergo similiter potest esse in oppositione, & repugnantia, quia aliquid potest repugnare inferiori, & ex consequenti suo superiori. Et tunc ad rationem eorum, quando dicunt, quod ad destructionem &c. Dico, quod superius & inferius possunt dupliciter considerari, vel absolutè. Et tunc ad destructionem inferioris non sequitur &cæt. Vel possunt considerari prout superius habet esse in suo inferiori. Et tunc ad destructionem inferioris sequitur destructio superioris, Licet enim non sequitur hoc non viuit, ergo hoc non est. Tamen sequitur. Sortes non viuit, ergo sortes non est, est tamen viuere inferius quam esse. Similiter cum forma in syllogismo sophistico sit quædam falsa habitudo localis, in qua non potest forma syllogismi saluari, talis syllogismus sophisticus ratione illius falsæ habitudinis primo opponitur syllogismo dialectico. Et quia in ista habitudine falsa non possunt saluari principia syllogismi, scilicet dici de omni, & dici de nullo, ideo ex consequenti peccat contra syllogismum simpliciter.

¶ Vnde quod primo peccet contra syllogismum dialecticum est opinio multorum, & etiam expositoris. Dicit enim expositor, quod quia habitudo localis vera primo competit syllogismo dialectico, ideo syllogismus sophisticus, in quo est habitudo localis falsa, primo repugnat syllogismo dialectico, quia si propositum in proposito, & oppositum in oppositio.

¶ Rationes quæ ostendunt quod peccet contra syllogismum simpliciter, debent concedi. Et similiter rationes quæ ostendunt, quod primo peccet contra syllogismum dialecticum,

¶ Et tunc ad rationem in oppositum potest dici, quod cum ad syllogismum requiratur quantitas debita, qualitas, & ordo trium terminorum, & etiam ipsa habitudo, & forma syllogistica, quòd de illis obliquitatibus quæ deficiunt a syllogismo

ratione

ratione qualitatis, & quantitatis, & ordinis terminorum libro priorum determinauit Aristoteles. Sed de illis, quæ deficiunt a syllogismo ratione syllogistica hic determinatur.

Veruntamen alia pars bene potest sustineri, secundum q̃ syllogismus sophisticus primo peccet contra syllogismum simpliciter. Et hoc propter istam rationem, nam omnis non existentia in quocunque loco sophistico est defectus alicuius particulæ requisitæ ad syllogismum, vnde syllogismus est. Hoc patet discurrendo per non existentias locorum sophisticorum, nam diuersitas rei latens sub vnitate vocis, est causa non existentiæ in æquiuocatione, diuersitas autem rei variat medium. Et ideo arguit in quatuor terminis. Sed vnitas medij per se requiritur ad syllogismum: vnde similis est. Amphibologia ratione diuersitatis, sententiæ consimilem causat defectum. Similiter in fallacia figuræ dictionis, & in aliis, hoc etiam patet in fallacia accidentis, vbi variatio medij causat extraneitatem. Vnde Arist. dicit in illo c. Aut vero sic diuidentes &c. peralogismi accidentis fiunt manifesti diffinito syllogismo. Similiter fallacia quæ dicitur plures interrogationes, vt vnam facere. peccat contra vnitatem propositionis. Et non causa vt causa defectus est in syllogismo ad impossibile. Veruntamen aliqui loci in dictione, & aliqui extra, vt secũdum quid, & simpliciter, & ignorantia elenchi specialiter peccant contra contradictionem, & contradictio est formale in syllogismo dialectico, quia Arist. dicit, quòd dialecticæ disputationes sunt collectiuæ contradictionum, ideo dicitur, quòd primò peccant contra syllogismum dialecticũ, & ex consequente contra syllogismum simpliciter. ¶ Ad rationes illius partis. ¶ Ad primum dicendum sicut dictum est. Et ad illud in contrarium dicẽdum, quod in syllogismo peccante in forma, præmissæ possunt esse in se vere, & in respectu ad medium falsæ. Nam si sic dicatur, homo est species, sortes est homo, ergo &c. si homo referatur ad idem, vna propositio erit falsa, sed tunc erit syllogismus bonus peccans in materia. ¶ Ad secundum dicendum, quod licet iste syllogismus omnis canis currit &c. decurrat super hanc maximam falsam, vni voci correspondet vna res sola, veruntamen non existentia quæ latet sub hac maxima non repugnat dialectico inquantum syllogismus dialecticus est, hoc est manifestum. Nam diuersitas rei & medij est causa non existentiæ, sed vnitas rei, & medij non requiritur

1. huius cap. 4.

1. huius.

ad syllogismum dialecticum, vt syllogismus dialecticus est, sed ad syllogismum, vt syllogismus est, ad syllogismum simpliciter. ¶ Sed contra hoc potest argui specialiter ostendendo, q̄ syllogismus sophisticus non peccet primo contra syllogismum simpliciter. Nam petitio principij non peccat contra syllogismum simpliciter, quia infert ex necessitate, ergo videtur quod iste locus sophisticus specialiter non peccet primo contra syllogismum per se. ¶ Expositor dicit, quod petitio principij peccat contra syllogismum simpliciter. Nam de ratione syllogismi simpliciter est, vt ex præmissis positis &c. sequatur ex necessitate aliud ab his quæ posita sunt. Sed in petitione principij non sequitur aliud quia idem accipitur ad probandum idem, sed idem non est aliud a se. Et vlterius dicit, quod in petitione principij est necessaria illatio, non tamen necessaria illatio syllogistica. ¶ Si tamen dicatur, quod non peccat cōtra syllogismum simpliciter, & tamen cum hoc dicatur, quod syllogismus sophisticus primo peccat contra syllogismum simpliciter, potest dici, quod hoc est verum pro maiori parte locorum sophisticorum. Et ideo nihil prohibet aliquem eorum peccare contra aliquam specialem conditionem syllogismi. Aristot. enim dicit, quòd loci sophistici extra dictionem, primo peccant contra syllogismum, & loci in dictione contra contradictionem. Et hoc dictum veritatem habet pro maiori parte locorum. Nam aliqui loci extra dictionem specialiter peccant contra contradictionem, vt puta secundum quid & simpliciter, & ignorātia elenchi. Dicit enim philosophus, q̄ secundum quid & simpliciter est ex eo quod de eodem non est affirmatio & negatio. Similiter potest dici, quòd locus sophisticus in communi peccat contra syllogismum simpliciter, nihil tamen prohibet aliquem illorum specialiter peccare contra aliquam rationem, vel conditionem specialem syllogismi.

Ad vltimam quæstionem dicendum, q̄ syllogismus sophisticus non est defectus syllogismi demonstratiui, inquantum syllogismus demonstratiuus est. Nam priuatio nullius particulæ requisitæ ad syllogismum demonstratiuum, vt talis est, est causa non existentiæ in syllogismo apparēte, hoc patet discurrendo per non existentias locorum. Nam diuersitas rei latens sub vnitate vocis est causa non existentiæ in æquiuocatione. Sed vnitas rei non est aliquid appropriatum ipsi syllogismo

gismo demonstratiuo inquantum syllogismus demonstratiuus est, & ideo non est ibi defectus &c. & sic in aliis. ¶ Ad rationem dicendum, q̃ sophistica dicitur apparens sapientia, quia procedit ex apparenter probabilius, quæ tamen probabilia non sunt. Et non dicitur apparens sapientia, quia procedat ex appareuter veris, quare &c.

QVÆSTIO. VIII.

QVæritur vtrum nomen æquiuocum sit nomen vnum vel plura nomina? Et quòd plura, videtur, nam multiplicato eo quòd est formale in aliquo multiplicatur & ipsum, sed ratio significandi est formale in termino æquiuoco, & in eo sunt plures rationes significandi, ergo ipsum nomen æquiuocum multiplicatur quare &c. ¶ Item impossibile est duo accidentia eiusdem speciei esse simul in eodem subiecto, & huius ratio est, nam impossibile est idem subiectum moueri ad eandem speciem duobus motibus, vt quòd aliquod subiectum simul & semel moueatur duabus de albationibus ad eandem albedinem secundum speciem est impossibile, sed omnes rationes significandi sunt eiusdem speciei, ergo impossibile est quòd sint in vno nomine plures rationes significandi, cum ergo in termino æquiuoco sint plures rationes significandi, ipse erit plura nomina. ¶ Item sicut modus significandi se habet ad partẽ orationis, sic ratio significandi se habent ad nomen, sed si plures modi significandi adueniant alicui voci, illa vox dicetur plures partes, vt amor est nomen & verbum, ergo eadem ratione vox habens plures rationes significandi dicetur plura nomina, ergo &c. ¶ Oppositum patet per philosophum. Dicit enim in principio huius, quòd res sũt infinitæ, nomina verò finita, & orationum multitudo, ideo necesse est vnum nomen plura significare. ¶ Item si est nomen habens plures rationes significandi dicetur plura nomina, eadem ratione habens plures artes & plures scientias, dicetur plures artifices & plures scientes, hoc autem non dicimus consequentia patet, nam sciens a scientia denominatur, sicut nomen a ratione significandi.

2 *9. meta. tex. non habente. ca. 3. & 5. phys.*

3

Ad quæstionem dicendum, quod nomen æquiuocum, nec debet dicit simpliciter vnum nomen, nec plura nomina, sed nomen multiplex quasi ab vno multiplicans, hoc est manifestum, nam nomẽ dicitur tale, eo quod sic per intellectum imponitur,

ponitur, vnde intellectus est principium nominum, cum sit imponens ad placitum Nomen ergo est quoddam artificiale, sed in artificialibus tota substantia est ipsa materia. Vnde artifex operatur ex materia, quam sibi ministrat natura, sed ipsa vox est materia, & substantia nominis, manent ergo vnitates vocis non dicetur illud nomen plura nomina sed in termino equiuoco vox est vna, ergo &c. Nec simpliciter debet dici vnum nomen, nam ibi sunt plures rationes significandi. ¶ Relinquitur ergo dicendum, quod sit nomen multiplex. Et hoc vult Boetius in diuisionibus. Dicit enim, quòd si res non sit subiecta voci, vox non dicitur significatiua. Si autem plures voces imponantur pluribus rebus, illæ voces dicentur plura nomina. Si autem vna vox imponatur vni rei, illa vox dicetur vnum nomen, vel nomen simplex. Si autem pluribus rebus imponatur vna vox, illa dicetur nomen multiplex. ¶ Ad primum argumentum dicendum, quòd in rebus naturalibus multiplicato eo quod est formale & multiplicatur ens ipsum, non autem in artificialibus, sicut est in proposito, quia ipsorum substantiæ sunt suæ materiæ, & non suæ formæ sicut est in naturalibus. ¶ Ad aliud dicendum, quòd illa propositio potest intelligi de accidentibus quæ inducuntur per motum, rationes autem significandi non inducuntur per motum, sed sunt intentiones inductæ per animam. Vel potest dici per interemptionem, quòd non omnes rationes significadi sunt eiusdem speciei, qui rationes significandi diuersificantur secundum diuersitatem conceptum. Vel potest dici, quòd rationes significando sunt in signo, vt in termino, & in anima, vt in subiecto. Nunc autem plures rationes possunt esse in eodem sicut in termino. In eodem enim patre possūt esse plures filiationes, tanquam in termino. ¶ Ad vltimum, cū dicitur, si plures modi aduenient &c. falsum est, non enim dicetur plures partes, sed pars multiplex.

¶ Sunt autem tres modi secundum quos equiuocationem & amphibologiam, vnus quidem quando, vel oratio vel nomen principaliter significat plura, vt pisces, vel canis &c. Cap. 2 primi huius.

QVÆSTIO IX.

QVæritur vtrum terminus equiuocus contineat sua significata per modum disiunctionis? Quod sic videtur, nam ter-

terminus æquiuocus proportionatur toti vniuersali, ad totum vniuersale quodlibet suum suppositum indeterminatè ponit, & nullum actu quantum est de se, ergo similiter se habebit vox equiuoca ad sua significata. Cum ergo totum vniuersale disiunctiuè se habeat ad sua supposita, & vox equiuoca similiter se habebit ad sua significata. Si dicatur, quòd vox inquantum vox se habet ad sua significata, sicut totum vniuersale ad sua supposita. Sed vox vt habet diuersam rationem significandi, non respicit sua significata, sicut totum vniuersale sua supposita. ¶ Sed contra, sicut totum vniuersale secundum aliud sui & aliud correspondet vni supposito & alteri, sic terminus æquiuocus per aliam & aliam rationem significandi respicit vnum significatum & aliud, ergo vox æquiuoca vt habens diuersas rationes significandi proportionatur toti vniuersali, & per consequens reddit argumentum. ¶ Itẽ ad principale, ois vox significatiua ordinat ad exprimendum mentis conceptum, ergo necesse est vocem significare: sicut possibile est eam cadere sub vsu significantis. Sed vox equiuoca sub vsu significantis solum cadit pro hoc: vel pro illo: nam simul non potest nisi vnũ dare intelligere, ergo &c. 2

¶ Item per Arist. Illa disiunctiua per terminum importantur, de quibus contingit quærere vtrum sermone prolato. Sed sic dicto, Canis currit: contingit quærere vtrum animal latrabile sit vel sidus cæleste, & sic de alijs: ergo &c. 3 4. *meta. Cont.* 1. *& circiter.*

¶ Item per Arist. topic. ad construendum multiplex sufficit construere in alterutro sensu hoc vel illo. 4

¶ Item termino æquiuoco semel posito non contingit vti æquiuocè, per Boetium, ergo terminus æquiuocus determinatè accipietur per hoc, vel per illo. 5 *lib. 2. ca. 7. & in de hic in comm.*

¶ Ad propositum, si sic esset, non esset respondendum ad terminum æquiuocum per distinctionem, si prædicatum vni significato non conueniret, immo respondendũ esset simpliciter, quòd propositio esset simpliciter vera. Nam disiunctiua est vera, cuius altera pars est vera, ergo &c. 6

QVÆSTIO X.

Sexta hoc quæritur, vtrum terminus æquiuocus contineat significata per modum copulationis? quòd sic videtur. Nã significat actu plura significat hoc & hoc, sed terminus æquiuocus, eo quòd æquiuocus est significat plura actu, ergo

¶ Item illa significantur copulatiuè per terminum quæ 2

actu

a[illegible] concipiuntur sermone prolato. Sed sic dicto, canis currit: multa significata possunt apprehendi, ergo &c. ¶ Item per Arist. in lib. perihermenias, si tunica imponatur homini & equo, & dicatur, tunica est alba, idē est ac si diceret, homo est
3 albus, & equus est albus. Sed hic multa importantur copula-
Caput. tiuè, ergo &c. ¶ Item per philosophum non refert quærere,
& Com vtrum Callias & The. sint domi, quam si eis esset vnum no-
mētator men ipsis tamen existentibus diuersis, sed hic cadit copulatio,
in eodem ergo &c. ¶ Ad oppositum, si fic esset, tunc ad orationem mul-
loco. 2. tiplicem non esset respondendum per distinctionem. Sed re-
huius. c. spondendum, quòd esset simpliciter vera, vel simpliciter
2. falsa. Vera enim si prædicatum omnibus significatis attribue-
4 retur, falsa si alteri significato non conueniret: nam copulatiua est falsa, cuius altera pars est falsa.

Ad primam quæstionem dicendum, quòd hæc quæstio. vtrum terminus æquiuocus contineat &c. dupliciter potest quærere. Vno modo vtrum terminus æquiuocus significet vnum. s. hoc totum disiunctum animal latrabile vel cœleste sidus. Et alio modo vtrum significet hoc vel illud indeterminatè. Et dicendum, quod neutro modo, non primo modo, quia æquiuocum vnum solum significaret, hoc enim totū, animal latrabile vel cœleste sidus sub ratione determinata decurreret intellectui, & per consequens terminus equiuocus vnum solum significaret. Sed de ratione æquiuoci est plura significare. Nec secūdo, modo, nam quælibet vox significatiua aliquid determinatè repræsentat intellectui. Quod. n. vnum significat nihil significat: sed si significaret hoc vel illud disiunctiuè nihil determinatè significaret, hoc idem patet per rationem sumptam in oppositum. ¶ Ad primum dicendum est, sicut dicebatur. ¶ Ad illud in cōtrarium dicendum, ꝙ licet vox æquiuoca in eo, ꝙ secundum aliud, & aliud respicit, aliud & aliud significatum conueniat cum vniuersali, quod secūdum aliud & aliud respicit sua suppositа, in alio tamen est differētia, nā in termino æquiuoco non contingit considerare aliquam rationem communem, in qua significata conueniant præter solam vocem, sed in toto vniuersali contingit considerare aliquam rationem, in qua suppositа vniuocantur, & ideo non est simile. ¶ In alio etiam est differentia, nam omnis ratio significandi actu importatur per terminum æquiuocum, sed nullum suppositum importatur actu per terminum commu-

nem

nem, ideo non est simile. ¶ Ad aliam rationem, cum accipit, q necesse est vocem significare, solum sicut possibile est eam cadere sub vsu significatis, dico, quòd illud falsum est, nam voces sunt finitæ, res autem infinitæ. Et ideo necesse est vnum nomen plures res significare, & tamen vtens non potest vti illa voce simul & semel, nisi pro vno significato. Vel potest dici, quòd quia multa per terminum actu importantur, ideo vtens potest vti hoc termino per hoc significato vel illo. ¶ Ad aliud respondendum est per interemptionem minoris, quando accipit, sic dicto. Canis currit, contingit quærere de quo cane fit sermo, hoc nõ est verum. Nam si dicatur, quòd Callias & Themi sunt domi, non contingit quærere vtrum Calias sit domi. Similiter est in proposito, nam hæc actu significantur prolato sermone. ¶ Ad aliud dicendum, quòd constructio habet intelligi, quando multiplicitas est latens, nam ipse subdit quòd vtendum est huismodi loco in his, quæ latent. ¶ Ad vltimum dicendum, quòd licet vtens termino æquiuoco simul & semel non possit vti eo pro pluribus significatis, illa tamẽ dictio est plurimum significatiua.

Ad aliam quæstionem dicendum, quòd illa quæstio triplicem potest habere intellectum, & duo intellectus sunt falsi, & tertius potest habere veritatem. Primo potest sic intelligi, quòd terminus æquiuocus significet vnum conceptum copulatum, sicut faciunt isti duo termini duo & tria in ista oratione, duo & tria sunt quinque. Alio modo potest intelligi sic, quòd significet duos conceptus ad inuicem copulatos mediante copulatione, sicut est in propositione copulatiua. Tertio modo potest intelligi. s. quòd inter actus significãdi cadat copulatio, & iste intellectus potest esse verus. Primus intellectus est falsus, nam de ratione æquiuoci est significare plura, sicut de ratione vniuoci significare vnum, & quod habet vnã rationem intelligendi, si significetur, potest habere vnam rationem significandi. Sed totum copulatum pôt habere vnam rationem intelligendi, cum sit extremum orationis, ergo habebit vnam rationem significandi. Sed ad terminum æquiuocum requiruntur plures rationes significandi, ergo iste intellectus quæstionis est falsus. Similiter secundus intellectus est falsus, scilicet, quòd significet duos conceptus ad inuicem copulatos. Nam de ratione prioris non est aliquid posterius, intentio significata per nomen, est naturaliter prior intentione

tione significata per coniunctionem, ergo de intellectu nominis non erit copulatiua coniunctio. Item fallacia æquiuocationis peccat secundum multiplex, sed si terminus æquiuocus significaret duos conceptus ad inuicem copulatos, non peccaret secundum multiplex, nam in omni oratione accipe retur nomen æquiuocum pro omni significato, & non quandoque pro vno, quandoque pro altero, & per consequens secundum multiplex non peccaret fallacia æquiuocationis. Si tertio modo intelligatur, scilicet q̃ inter actus significandi cadat copulatio, non autem inter res significatas, & tunc intellectus potest esse verus, nam canis significat latrabile animal, & significat marinam beluam &c. vnde inter actus significandi cadit copulatio, non autem inter res significatas. Nam inter significata termini æquiuoci nulla est habitudo. ¶ Ad primum argumentum dicendũ, quòd si intelligitur quod inter actus significandi cadit copulatio, tunc concedo maiorem. Si inter significata, nego. ¶ Ad secundum nego maiorem. ¶ Ad tertiũ dicẽdum, quòd idem est dicere equus est albus, & homo est albus, & dicere tunica est alba, & quantum ad pluralitatem propositionum non, sed quantum ad modum significandi: nã sicut hæc, homo est albus, & equus est albus, significat plura, sic hęc, tunica est alba. ¶ Ad vltimum dicendum, quòd quantum ad pluralitatem interrogationum, vnum est quod dicit Arist. Et ideo subdit Arist. quòd ideo si non est rectum ad plures interrogationes respondere vna responsione, non erit rectum ad nomen æquiuocum vna responsione respondere.

QVÆSTIO XI.

QVæritur vtrum terminus æquiuocus habeat omnia sua significata actu respectu prædicati? Et intelligo quęstionem sic. Terminus vniuocus determinatè vnum significat, & illud actu ponit respectu prædicati, terminus vero æquiuocus significat actu plura, ideo erit quæstio. vtrum illa plura ponat actu respectu prædicati, sicut terminus vniuocus vnum. Quod nõ videtur, quia si sic, hæc esset incõgrua. Canis currit, quia hic geminatur subsẽtia, & non geminatur actus. ¶ Item si sic esset, tunc hæc consequentia esset bona. Canis currit, ergo animal latrabile currit, consequens est falsum, ergo & antecedens. Falsitas consequentis patet, nam determinata falsitas in consequente arguit determinatam falsitatem

in

in antecedente, si ergo hęc esset falsa, latrabile animal currit, hæc esset falsa, canis currit, quod non est verum, consequētia patet: quia illud quod actu significatur per terminum, sequitur ad ipsum. ¶ Item Commen. Alex. dicit, ꝙ terminus æquiuocus significat vnum significatum, ac si illud significaret, sed hoc non esset, nisi vnum poneret tantum significatum ponere actu respectu prędicati. Item de eo quod actu significatur per terminum, fatuum est quærere prolato sermone, an de ipso fiat sermo, sed sic dicto. Canis currit, verè potest quæri de quo cane fiat sermo vtrum de latrabili animali vel cœlesti sydere, ergo &c. ¶ Item si sic esset, non posset contrahi ad aliqđ istorum per aliquod immediate adiunctum, consequens falsum, nam aliter non contingeret conceptum mentis significare, consequentia patet, nā nihil contrhitur ad illud quod actu significat, homo enim ad naturam humanam contrahi nō potest, cum illam actu significet. ¶ Itē si sic esset, propositio multiplex non esset distinguenda, consequens est falsum, vt patet per philosophum, consequentia ēt patet, nam distinctio est determinata acceptio terminī pro vno significato, sed si omnia significata actu ponerentur respectu prædicati, tunc omnibus attribueretur prædicatum, quare &c. ¶ Ad oppositum. Si vox æquiuoca non haberet omnia sua significata actu respectu prędicati, oporteret, quòd positiuum aliquid ab ipsa voce tolleretur posita respectu prædicati, quod ab ea per se sumpta non aufertur, sed nihil aufertur a voce posita respectu prędicati, nisi sola negatio, ergo &c. ¶ Item illud determinate ponitur in quæstione, ad cuius responsionem exigitur diceret ad illud sic, aut non sic. Sed si quęratur, currit ne canis hæc quæstio quęrit responsionem ad omnia significata istius termini canis, ad omne. n. multiplex est respondendū sic, aut non sic, sed non vna responsione, ergo &c. ¶ Item illa significantur per terminū quę concipiuntur sermone prolato. Sed sic dicto. Canis currit, pñt plura actu concipi, quia vnus potest accipere ly canis, pro animali latrabili, & alius pro cœlesti sydere, ergo &c. ¶ Item recta solutio est, cuius oppositum dātem impossibile est soluere, vt si aliquis ad multiplex rñdet vna rñsione, nō contingit ipsum vitare redargutionē, sed si terminus æquocus vnū tñ significatū poneret respectu p̄dicatim, possem simpr concedere oronē pro illo significato, nec fieret mihi redargutio in amittēdo multiplex, quare &c.

Circa

Circa istam quæstionem est duplex modus ponendi. Quidam ponũt, quòd licet de ratione termini æquiuoci sit, quod significet plura, tamen de ratione eius non est, quòd semper actu repræsentet plura, nã si ponatur in oratione ponet vnũ significatum tãtum respectu prædicati, indeterminatè tñ, nã aliter terminus æquiuocus esset signũ vniuersale. Et hoc cõfirmant per tres rationes prius positas per ordinem. Quarum prima est de consequẽtia ista Canis currit, ergo animal latrabile currit. ¶ Ista autem positio non potest stare propter duo, nam terminus æquiuocus significat in sua significata sub proprijs rationibus. Sed ponere, quod terminus æquiuocus repræsentet indeterminatè aliquod suorum significatorum est ponere ipsum significare sua significata sub ratione communi. Ponere, ergo terminum æquiuocũ significare aliquod suorum significatorum indeterminatè, est ponere ipsum non significare sua significata sub proprijs rationibus. Et per consequens est ponere ipsum non esse æquiuocum. Item si terminus æquiuocus vnum suorum significatorũ respectu prædicati poneret, posset talis oratio concedi, vel negari simpliciter pro illo significato, nec oporteret ad terminum æquiuocum respondere per distinctionem, sicut ad multiplex.

Et ideo dicẽdum est, quòd terminus æquiuocus actu quãtum est de se, omnia sua significata ponit respũ prædicati. Et huius rõ est, quia vox non proportionatur ipsi rei, nisi per rõnẽ significandi. Sed in termino æquiuoco sunt actu plures rõnes significãdi, ergo in termino æquoco erũt actu plura significata. Maior & minor patet. ¶ Ad primũ argumẽtũ dicẽdũ, q terminus æquiuocus repræsentat & significat vnum significatum, ad si aliud non significaret, quia inter significata termini æquiuoci nulla cadit habitudo media. Vnde canis non significat ea per modum simulatis, neq; per modum geminati, neq; numerati. Sed tria repræsentat sine habitudine, quorum quodlibet potest esse sufficiens subiectum respectu prædicati, & ideo non est incongrua hæc. Canis currit. Ad hoc autem, quòd esset incongrua, oporteret, quod actus sub ratione vnius attribueretur subiecto sub ratione geminati. ¶ Contra istam responsionem arguitur, quia tunc non esset hæc incongrua. Sortes Plato currit, quia illud non significatur sub ratione simultatis. Dicendum quòd hæc non est incongrua. Nam Arist. vtitur talibus interrogationibus. Est ne cœlum, terra,

mare

mare vel non. ¶ Ad secundum dicendum, quòd ista consequentia non valet. Canis currit, ergo animal latrabile currit. Nam ad hoc quòd consequentia sit bona, oportet quòd consequens virtualiter includatur in antecedente, & non sub propria ratione, nunc autem consequens sub propria ratione includitur in antecedente, & ideo consequentia non valet. Sed forte aliquis diceret ad hoc, quòd ex copulatiua sequitur quælibet pars, & tamen quælibet pars includitur in copulatiua sub propria rõne, ergo similiter consequentia ista erit bona. Dicendum, quòd ex copulatiua inquantum hẽt partes distinctas ad inuicem non copulatas non seqnitur altera pars: sed inquantum hẽt intellectum copulatum distinctum ab intellectu vtriusque partis. Sed in termino æquiuocò non est aliquis conceptus cõis omnibus significatis: quia nihil est eis cõmune, nisi sola vox, & ideo nõ est simile vtrobique. ¶ Ad tertium principale dicendum, quòd Commen. Alexan. non intelligit, nisi quòd terminus æquiuocus significat sua significata, siue aliqua habitudine media. ¶ Ad aliud dicendum, quòd sic dicto, canis currit: non debet quæri de quo fit sermo: nam hic actu plura ponuntur. Sed potest quæri pro quo significato vtens debet vti termino æquiuoco. ¶ Ad aliud vtrum terminus æquiuocus possit contrahi vel nõ, videbitur inferius, veruntamen ratio æqualiter concludit contra illam positionem, sicut contra illam. Nam si de ratione termini æquiuoci sit repręsentare vnum indeterminatè respectu prædicati, salua ratione termini æquiuoci non posset contrahi per aliquid ad determinatum significatum. ¶ Ad vltimum, cum dr: distinctio est determinata acceptio &c. falsum est: quia distinctio istam determinatã acceptionem præsupponit & est vlterius manifestatio sensus veri, & sensus falsi, quare.

QVÆSTIO XII.

QVeritur vtrum terminus æquiuocus possit contrahi per immediate adiunctum: ita quod de virtute sermonis solum possit accipi pro altero eius significato? Quod sic vr. Nam multum est æquiuocum ad multum in aere, & in aqua, per philosophum. 7. phy. sed cum dr multum in aere, iã cõtrahitur ergo &c. ¶ Item per Philosophum ibidem, & primo topic. Album esse æquiuocum ad album in voce, & ad album in colore: sed cum dr, album in voce, iam contrahitur: *Cont.* 25 *& 26.* *Cont.* 24 *Cap.* 12.

ergo &c. ¶ Item si dicatur, Aiax venit ad Troiam: & Aiax fortiter pugnauit: dubium est vtrum de eodē Aiace fiat sermo. Sed si dicatur Aiax venit ad Troiam, & idem fortiter pugnauit: certum est, quòd de eodem fit sermo: Aiax ergo contrahitur, per hoc relatiuum idem. Item nisi terminus æquiuocus posset contrahi per immediatè adiunctum, in omnibus proprijs frustra adderentur cognomina: nam cum sic dr: Petrus Heliæ, nisi ly Heliæ quod est cognomen, contraheret ly Petrum, frustra adderetur. ¶ Ad oppositum nihil cōtrahitur ad illud quod actū significat, quia enim homo significat naturā humanam, ideo ad naturam humanam contrahi non potest, sed terminus æquiuocus actu significat plura sub proprijs rationibus, ergo ad nullum eorum contrahi potest. ¶ Item adiunctum nō permutat naturam illius cui adiungitur, si sic, sibi non adiungeretur, sed de ratione termini æquiuoci est, qđ significet plura, ergo manente eius natura ad nullum eorum contrahi potest. ¶ Item si posset contrahi per immediatè adiunctum, tunc quæro vtrum illud immediatè adiunctum significet idem quod terminus æquiuocus in altero eius significato: vel significet aliquam eius proprietatem vel significet aliquod, quod pertinet ad alterum significatum, quod contrahi nō debet. Si primo modo, erit ibi nugatio. Si secundo modo. s. quod sit ibi contractio ratione alicuius significantis proprietatem alterius significati. Et ita ratione conuenientiæ rei sit contractio, rūc posset esse contractio hic, omne animal est homo. Si tertio modo, erit repugnantia intellectū, quare, &c.

QVÆSTIO. XIII.

IVxta hoc quæritur vtrum terminus æquiuocus possit contrahi per mediatè adiunctum? Et vī quòd sic. Nam per Boetium, si dicatur. Canna Romanorum sanguinem sorbuit. Hic ly canna est æquiuocum, & indifferens, vt accipiatur pro fluuio, & pro calamo. Si tñ dicatur Canna Romanorum sanguinem sorbuit plenus, iam contrahitur, vt accipiatur pro fluuio, & additum est mediatè adiunctō, ergo &c. ¶ Item amor est æquiuocum ad nomē, & ad verum. Si tñ dicatur amor est bonus, iam contrahitur ad nomen. ¶ Ad oppositum, si terminus æquiuocus per mediatè adiunctum posset contrahi ad alterum significatorum, hæc non esset distinguenda. Canis currit, sed hoc est falsum, consequentia patet, nam ly currit contrahit

trahit ly canis ad illud significatum, cui cõpetere pot̃ cursus.

Ad primam quæstionem quidam dicunt, quod necesse est terminum æquiuocum contrahi per immediate adiunctum. Et ratio eorum est ista, quia finis imponit necessitatem his quæ sunt ad finem, vnde a fine accipitur necessitas in rebus. Quia enim finis serræ est diuidere, in hunc autem finem non potest nisi sit dentata, nec dentata potest in illum finem, nisi sit ferrea. Et ideo à fine accipitur ratio, quare necesse est serrã esse ferream & dentatam. Similiter dicunt in proposito. Finis. n. sermonis est, vt exprimamus quæ apud nos sunt. i. quæ in mente concipimus, vñ ad hunc finem ordinatur quælibet vox significatiua. Sed oratio in qua ponitur terminus æquiuocus, in hunc finem non posset, nisi per immediatè adiunctum contraheretur, nam cum actu plura per terminũ æquiuocum significentur, nisi posset contrahi, non possemus vti eo pro altero significato, & per consequens vel oporteret eo vti pro omnibus significatis, vel pro nullo, sed eo vti pro pluribus simul non possumus vt ergo sit instrumentum conueniens ad illum finem necesse est, ꝙ per immediate adiunctũ contrahatur. Et vlterius dicũt quidam, quòd sicut in impositionibus vocum non est ratio quærenda, cum imponãtur ad placitum, sic in tali contractione æquiuoci non est ratio quærenda, quia ex voluntate imponitur terminum æquiuocum sic contrahi ¶ Contra istos arguitur. Et prima vr̃, quod sic dicentes fingant aliquid à parte impositionis, vt euitet difficultatem quæstionis. Nam si contrahitur per immediate adiunctum, & habeat hoc ex ipso imponente, vt sit instrumentum congruens in suum finem. Eadem ratione potuit impositor posuisse termini æquiuocum per mediate adiunctum contrahi posse. Nam sic esse instrumentum magis congruum in suũ finẽ. Et tolleret ambiguitas in sermone. Et per consequẽs huiusmodi ꝓpositiones. Canis latrat: Canis lucet: Canis natat: non poneremus esse distinguẽdas, cadẽ coacti necessitate vt propter finem sermonis. Vlterius, qñ accipiũr, quod in impositionibus vocum non est ratio quærenda, illud non vr̃ verum. Nam licet significata complexorum probare non possumus, significata tñ complexorum probare possumus, quia horum habemus media determinata, vt significata incomplexorum, ꝙ ergo hoc complexum, Canis currit, & alia huiusmodi determinatè significent aliquid hoc non debemus accipe-

re à voluntate imponentis, sed recurrere debemus ad significata incomplexorum.

Propter ista duo quæsita intelligêdum est, quòd terminus æquiuocus proprie loquendo non potest contrahi per immediate sibi adiunctum : nec per mediate. Nam contractio est determinatio alicuius communis: ita quod aggregatum ex contrahente & contracto necesse est repræsentare intellectũ determinatiorem quam sit intellectus ipsius contracti de se. Sed in termino æquiuoco non est intellectus communis omnibus significatis, quia cum æquiuocata per terminum æquiuocum significentur sub proprijs rationibus, nihil est eis commune præter solam vocem, quæ contrahi non potest, cum sit singularis. Propter quod vox æquiuoca plura significans sub proprijs rationibus de vi sermonis non potest contrahi ad alterum suorum significatorum, nam ibi sunt plures rationes significandi actu correspondentes diuersis significatis: quibus nihil est commune, nisi vox. Per accidens tamen, & per quẽdam discursum possumus accipere terminum æquiuocũ pro altero significato. Nam audiens aliquem loquentem per terminum æquiuocũ, bene percipit quod non intendit significare nisi vnum : nam non potest nisi vnum simul intelligere : illud autem vnum subito percipit audiens ex determinatione addita ipsi termino æquiuoco. Nam si dicatur Pet. currit. audiens bene percipit, quòd proferens intendit loqui de aliquo vno, quod autem sit illud vnum percipit ex determinatione sequente, cum dicitur Petrus Heliæ currit : sed non est ita intelligendum, quod hæc determinatio. Heliæ faciat vocẽ primo plura significantem, tunc determinatè significare vnũ: ita quod non aliud. Sed quod per. quẽdam discursum in eius cognitionem facit deuenire.

Ad primam ergo quæstionem dicendum, quod terminus æquiuocus per immediate adiunctum contrahi non potest: licet per tale immediatum adiunctum possit audiens manuduci, vt accipiat terminum æquiuocum pro altero suorum significatorum determinatè. ¶ Ad primum argumentum in oppositum dicendum, quod quædam sunt nomina penitus vniuoca: & illa sunt, quorum ratio substãtiæ eadem est, & nomen idem. Quædam sunt nomina quæ propriè dicuntur æquiuoca : vt illa quæ actu plura significant sub proprijs rationibus: & illa sunt quorum nomen est idem: & ratio substan-

stantiæ diuersa : Et aliqua sunt nomina analoga, quæ significant primo aliquod commune : sed tamen illud commune diuersimodè reperitur in diuersis. Sicut infinitum significat illud, cuius non est terminus : sed hoc diuersimodè reperitur in magnitudine & numeris : & in cõtinuis & discretis : quia ergo huiusmodi nomina significant aliquid commune : ideo proprie non dicuntur æquiuoca. Et quia illud commune diuersimodè reperitur in diuersis : ideo talia nomina non dicũtur propriè vniuoca : sed dicuntur propriè analoga : quia ergo huiusmodi nomina significant aliquid commune primo : ideo per immediate adiunctum contrahi possunt. Huiusmodi autem nomina sunt multum & album, nam multum primo significat excessum in quantitate : & ideo cõtrahi potest; Similiter album primo significat aliquid faciliter mouẽs sensum; sed hoc diuersimodè reperitur in diuersis. s. in colore & in voce, quia in colore est albedo : & id etiam in voce reperitur sumendo albedinem pro alta & clata voce, & huiusmodi ; & ideo potest contrahi. Quia ergo multum & album significant aliquid commune, ideo per immediatè adiunctum contrahi possunt. Aequiuocum autem inquantum æquiuocum nihil commune significat ; & ideo contrahi non potest. ¶ Ad secundum responsum est. ¶ Ad tertium dicendum, quod ly idem, potest manuducere, vt aliquid determinate appræhendat audiens, hoc autem est per accidens & per discursum, vt dictum est. ¶ Ad quartum de cognomine patet quid dicendum per se.

Ad secundam quæstionem dicendum, ꝙ terminus æquiuocus per mediatè adiunctum contrahi non potest ; nec per tale mediate adiunctum potest audiens manuduci, vt concipiat aliquem determinatum cõceptum de virtute sermonis; quia nihil tale mediatè adiunctum cadit in identitate extremi, cui additur mediate. Et ideo non potest esse modus intelligendi alterum extremum. Verum tamen intelligendum est, quod ipsi termino æquiuoco annectitur quædam vniuocatio in modis significandi respectiuis sibi correspondentibus penes res significatas diuersas, verbi gratia amor ; significat conceptum nominalem & verbalem ; qui duo conceptus sufficiunt ad æquiuocationem, in ipso tamen potest esse vniuocatio in modis significandi respectiuis, qui ad contractionem requiruntur ; cuiusmodi sunt persona ; numerus &c. sufficiens ad con-

tractionem per accidens termini æquiuoci. Et quia isti modi significandi sunt respectiui; ideo possunt se inuicem determinari. Vnde si terminus æquiuocus sub vno modo significandi cõueniat alteri significatorum: si ille modus significandi respectiuus contrahat modum significandi ipsius modi significandi per se, erit contractio: æquiuoci autem per accidens. Verbigratia. Canna est æquiuocum ad fluuium & ad calamum si tamen dicatur Canna Romanorum sanguine fluit plenus: iã ipsius generis est contractio per se: æquiuoci autem per accidens. Et per hoc patet ad argumenta.

QVÆSTIO XIIII.

QVæritur vtrum signum vniuersale ad veniens termino æquiuoco possit ipsum distribuere pro omnib. suppositis cuiuslibet sui significati. Quod sic videtur. Nam signum vniuersale circa subiectum & eius significatum si sibi conformetur ponit suum significatum & modum significandi: ergo sic dicendo: omnis canis currit. ly omnis circa ly canis & quodlibet eius significatum sum sibi cõformetur in accidentibus, ponet suum modum significandi, qui est dibributio. ¶ Item signum vniuersale aduenies termino æquiuoco 2
distribuit ipsum pro suppositis alicuius significati, nam aliter sibi frustra adderetur. Sed qua ratione distribuit pro suppositis vnius & cuiuslibet, probatio huius; nam æque primo sub 3
termino continentur. ¶ Item agens rationis proportionatur agenti naturæ; cum ars imitetur naturam inquantum potest sed agens naturæ simul potest agere in multa possibilia; sicut ignis in multa combustibilia; cum ergo significata termini æquiuoci sint distribuibilia eiusdem rationis; ipsum pro omnibus distribuet. ¶ Ad oppositum. In quibuscunque reperitur aliqua proprietas communis; reperitur in illis per aliquam rationem communem; sed in termino æquiuoco nihil est cõmune, nisi sola vox; quæ distribui non potest; cum sit singularis; ergo in termino æquiuoco ista proprietas quæ est distributio, non reperietur pro omnibus suis significatis; etiã quia tunc iste syllogismus esset rectus per dici de omni. Omnis canis currit, celeste sydus est canis; ergo celeste sydus currit. Nã pro omnibus potest fieri sumptio sub; pro quibus fit distributio, vnico actu distributionis.

Ad quæstionem dicẽdum, quod signum vniuersale aduenies

niens termino æquiuoco potest distribuere ipsum pro omnibus suppositis cuiuslibet significati. Sed intelligendum est, quod sicut terminus æquiuocus significat vnum significatum: ac si aliud non significaret: & vnū repræsentat respectu prædicati: ac si aliud non repræsentaret: hæc est sub nulla habitudine: sic etiam signum vniuersale distrbuit vnum significatū: ac si aliud non distribueret, hoc est vnum distribuit sub vno actu distribuendi & aliud sub alio. Et huius ratio est. Nam distributio est acceptio alicuius communis pro quolibet eius supposito, quorum quodlibet est ipsum. Nunc autem in termino æquiuoco non est aliud commune, super quod possit capere distributio: quia nihil est ibi cōmune nisi sola vox. Et iō distrbutio cadit super vno significato, ac si super aliud nō caderet: & super quodlibet: sed hoc est alio actu distribuendi, & alio. ¶ Rationes ad primam partem ostendunt, quod signum vniuersale possit distribuere terminū æquiuocum pro omnibus suis significatis: & hoc est verum: sed non vniuoco actu. ¶ Contra hoc potest argui sic. Signi semel positi est vnū significatū, & vnus modus significādi ergo & vnus actus distribuendi. Dicendū, quod sincathegoremata finitatem suæ significationis trahunt ex adiunctis: cum ergo hic sint actu plura significatæ, quorum nullum ad aliud habet habitudinem, vt dictum est: diuersi hic erunt actus distribuendi, quorum nullus ad alium habet habitudinem. ¶ Rationes ad aliam partem ostendunt, quod signum vniuersale non possit distribuere terminum æquiuocum pro omnibus suppositis cuiuslibet sui significati vnico actu distributionis, & hoc est verum. ¶ Ex his patet, quod causa apparentiæ in æquiuocatione est vnitas actualis vocis incomplexę secundum materiam & formā, per hoc quod eius apparentia est in dictione separatur a locis extra dictionem, & per hanc particulam vocis incomplexę separatur ad amphibologia, & per hoc, quod additur secūdū materiam & formam. separatur a compositione & diuisione & accentu, nam ibi est vnitas secundum materiam, non tamen secundum formam. Per hoc autem quod dicitur vnitas actualis vocis, separatur a figura dictionis, nam ad figuram dictionis non requiritur nisi vnias phantastica. Si autem ibi maior vnitas reperiatur, hoc accidit figurę dictionis. Et sic patet, quod fallacia æquiuocationis distinguitur abomnib. alijs in dictione & extra dictionem.

¶ *Alius autem quando sic soliti fumus dicere &c. Capitulo secundo primi huius.*

QVÆSTIO XV.

QVærit circa 5m modũ æquiuocationis, vtrũ possibile sit aliquod nomen significare vnum per prius, & reliquũ per posterius, quod nõ vr. Nã si hoc esset possibile, aut hoc erit ex parte vocis, aut ex parte ipsius imponentis, aut ex parte ipsius rei. Non ex parte vocis, quia vox inquantum vox est, nullã rẽ sibi determinat. Nec ex parte imponentis, quia ex quo imponens imponit ad placitum potest prius imponere nomẽ, quod est posterius in re. Nec ex parte ipsius rei nam licet res inter se ordinẽ habeant, non tamen propter hoc sequitur, quod habeant ordinem adinuicem, vt sunt significabiles, qa illud quod est posterius, vt dictum est, potest prius significari. ¶ Ad istam rationem dicitur. quod quædam sunt res quæ inter se ordinem non habent, & quædam quæ ordinem habent. Istę autem res quæ nullam adinuicem habent habitudinẽ si significentur per vocem, puta æquiuoce significantur. Istæ verò res quę habitudinem adiuicem habent, si gnificantur sub modo prioris & posterioris. Nam intelligere sequitur esse, & significare intelligere. Ex quo ergo est in re ordo prioris & posterioris, in significando erit ordo prioris & posterioris. Sed contra istam solutionẽ arguo dupliciter Primo sic. Significare est quidam actus intellectus prout est attributus ipsis rebus, sed illud quod posterius est in re potest esse magis & prius notum apud intellectum, quã illud quod simpliciter prius est in re. Et sicut intelligit intellectus, sic imponit nomen ad significandum, ergo ei quod posterioris est in re, prius posterius est in re, prius potest nomen imponere. prioritas ergo & posterioritas in intellectu nõ cõcludit prioritatem & posterioritatem in rebus, prout sunt significabiles, ergo &c. ¶ Item si aliquod nomen imponitur diuersis, aut ergo illis imponitur vna impositione, aut pluribus impositionibus. Si vnam impositione. Cum vna impositio accipiatur sub vna ratione significandi, illa duo in vna ratione vniuocabuntur. Si cis imponitur diuersis impositionibus, cum prima impositio non magis imprimat voci repręsentationem, quam secunda, illa duo æqualiter repræsentabuntur.

Pro-

Propter hæc dicitur aliter, quod nomen analogum significat primo vnam rationem communem, illa tamen ratio per prius & posterius in diuersis reperitur. Et sicut illa ratio in diuersis reperitur, sic nomen illud per prius & posterius de eis dicetur. Verbi gratia. Ens primo significat entitatem, & vnum primo significat indiuisionem. Sed ratio essendi primo competit substantiæ, deinde quantitati, & sit cæteris prædicamentis. Et sic hoc nomen ens per prius dicitur de substantia, & per posterius de quantitate & alijs. Similiter est de vno. ¶ Sed contra hoc. Inter idem & diuersum nõ cadit medium, ergo omne quod concipitur, concipitur sub eadem ratione vel diuersa. Sed illa quæ concipiunt ur sub ea dem ratione, sub illa ratione vniuocantur. Quæ autem sub diuersa ratione concipiuntur, sub illis rationibus diuersis æquiuocantur. Cum igitur inter idem & diuersum non cadit medium, omne nomen vel erit simpliciter æquiuocum, vel vniuocum. ¶ Item terminus, quod primo significat, supponit respectu prædicati, si ergo nomen analogum significaret vnum commune, illud supponeret respectu prædicati, & per consequens ad tale nomen non esset respondendum per distinctionem, quia ibi esset vnitas & non duplicitas, & per consequens talis analogia æquiuocationem non causaret. Item qđ additur de ente, veritatem non habet, nam primo non significat aliquam rationem communem illis, de quibus dicitur. Et hoc propter tria. Nam per philosophum. 8. meta. duplex est materia. Sensibilis & intelligibilis. Quæ autem habent materiam sensibilem vel intelligibilem non statim sunt id quod sunt, nam in illis materia expectat aduentum formæ: In illis autem in quibus non est materia nec sensibilis nec intelligibilis, statim sunt id quod sunt, quia ibi non est aliquid expectans aduentum ipsius formæ. Et exemplificat de ente & vno, nam ens & vnum statim sunt quale & quantum &c. Sed si ens significaret aliquam rationem communem, illa ratio expectaret aliquod additum per quod determinaretur ad substantiam, vel ad accidens. Cum ergo statim sit decem genera, non significabit aliquam rationem communem. ¶ Item si ens significaret aliquam rationem communem: diuersa prædicamenta minus differrent, quam duæ species eiusdem generis, nam duæ species eiusdem generis conueniunt in ratione communi generis. Et differunt per differentias essen-

Cõp. vl. Idem. 2. met. Contex. 53.

sentiales. Sed si ens significaret vnam rationem communem ad diuersa prædicamenta, in ista ratione communi conuenirent, & non different per differentias essentiales, quia ens nō est genus, quia extra intellectum generis est differentia, & è conuerso. Et de differentia per se non prædicatur genus, sed ens de differentia per se prædicatur. Vnde ens non diuiditur in decem genera per differentias essentiales, sed per diuersos modos essendi, quibus correspondent diuersi modi prædicādi, & ideo dicuntur prædicamenta, ergo &c. ¶Item quilibet conceptus aut est comparati aut absoluti, ergo conceptus entis vel erit absolutus vel comparatus. Sed conceptus absolutus est conceptus substantiæ, & conceptus comparatus est conceptus accidentis, ergo conceptus entis vel erit conceptus substantiæ vel accidentis. ¶Forte diceret aliquis, quod in isto argumento est fallacia figuræ dictionis, ac si sic arguere tur. Omne animal vel rationale vel irrationale, ergo animal significat rationale vel irrationale. Hic est fallacia figuræ dictionis a suppositione personali ad simplicem. Licet enim in re animal non fuerit aliud quam rationale vel irrationale, animal tamen potest significare indifferens ad rationale. Similiter licet quilibet cōceptus sic absolutus vel comparatus, ens tamen potest significare indifferens ad hunc & ad illum. ¶Sed ista responsio non impedit argumentum, nam absolutū & comparatum sunt differentia ipsius conceptus. Sicut ratio nale & irrationale sunt differentiæ animalis, vt in rerum na tura existit. Sed impossibile est in rerum natura reperire aliquod animal quod indifferēter se habeat ad rationale & irra tionale, ergo impossibile est esse aliquem conceptum, qui indifferenter se habeat ad absolutum & comparatum. Quare re linquitur, quòd ens non significat primo, nam rationem com munem illis de quibus dicitur. Et simpliciter, quod nomen analogum non significat primo vnam rationem communem, quæ per prius & posterius in diuersis reperiatur. Et per consequens responsio illa data non fuit sufficiens nec bene funda ta, quare &c. ¶Ad oppositum arguitur. Et primo sic, differen tia est inter vniuocum & æquiuocum & analogum. Vniuocū enim significat vnum. Æquiuocum verò plura, sed equaliter. Ergo analogum significat vnum per prius, & reliquum per posterius.

¶Item per philosophum in 4. metaphy. Ens dicitur mul-

tis

tis modis, & per hoc innuit, quòd non penitus vniuoce, sed nec æquiuoce, sed ad vnum & vnam naturam vt sanum. ¶ Itē intelligere sequitur esse, & significare, ergo modus intelligendi sequitur modum essendi, & modus significandi sequitur modum intelligendi, sed in re est habitudo, ergo & in significando est habitudo. ¶ Itē in hoc libro distinguit philosophus nomina, quæ dicuntur per prius & posterius, ergo &c.

Ad quæstionem dicendum, quòd quantum est ex parte vocis significantis non est possibile vocem significare vnum per prius, & reliquum per posterius. Nam significare est aliquid intellectui repræsentare, quod ergo significatur ab intellectu concipitur. Sed omne quòd ab intellectu cõcipitur, sub distincta & determinata ratione concipitur, quia intellectus est quidam actus, & ideo quod intelligit ab alio distinguit. Omne ergo quod significatur sub distincta ratione & determinata significatur, hoc patet, nã materia prima quæ de se est ens in potentia, si intelligitur oportet quod intelligatur sub rationem distincta. Et si ita sit de materia prima, multo fortius hoc erit verum de omni alio. ¶ Si ergo dictio analoga vel vox imponitur diuersis, necesse est, vt sub ratione distincta & determinata eis imponatur. Si ergo dictio analoga sub diuersis rationibus diuersis imponatur, necesse est quantum est ex parte vocis significantis, quod ea æqualiter repræsentet, vnde in re potest esse analogia sed in voce significante nulla cadit prioritas, vel posterioritas. Aliqua enim est proprietas, quæ magis conuenit vni rei, quàm alteri, sed nõ est aliqua proprietas, quæ magis conueniat substantiæ vocis, quam alia, hoc etiã patet per signum, quia Aristotel in libro prædicamentorum, vbi determinat de vocibus significatiuis, nullam mentionem facit de his quæ in re sunt analoga, sed solum ibi de vniuocis, & æquiuocis. Vnde Boetius dicit ibidem, quod Aristoteles dicat, quod æquiuoca sunt quorum nomen est commune, & ratio substantiæ diuersa, quod sub ista diffinitione comprehendit quę in re sunt analoga, & omne genus equiuocationis. Vnde ratio substantiæ per ipsum accipitur ibi pro ratione determinata, quam intellectus attribuit ipsis rebus, & non pro ratione pro vt constat ex genere & differentia. Propter quod dico, quod quantum est ex parte vocis significantis, nulla cadit prioritas vel posterioritas, licet res significatæ ad inuicem habeant habitudinem.

¶ Ad

¶Ad primã rationem dicendum, quod quantum est ex parte vocis significantis medium, non cadit inter vniuocum, & æquiuocum. ¶Ad aliam rationem dicendum est, quod naturalis & etiam metaphysicus ipsas res considerant. Logicus autem considerat res rationis. Et ideo multa sunt vniuoca apud logicum, quæ dicuntur æquiuoca apud naturalem. Naturalis enim diceret, quod corpus æquiuocè dicitur de corpore superiori, & inferiori. Sed logicus diceret, quod de vtroque diceretur vniuocè. Vnde a quibuscunque potest logicus abstrahere vnam rationem communem, dicuntur illa in illa ratione communi vniri vel vniuocari. Vnde quia in corpore superiori, & inferiori contingit reperire vnam rationem communẽ, quia hæc & illa corpore conueniunt in habendo tres dimensiones, ideo logicus dicit tam hæc quam illa in illa ratione cõmuni vniri. Sed quia naturalis applicat suam considerationẽ ipsis rebus: Et alia est natura corporis corruptibilis, & corporis incorruptibilis: Ideo naturalis dicit, quòd corpus dicitur de hoc æquiuocè. Et de illo logicus etiam dicit, quod omnes eiusdem generis species in suo genere vniuocantur. Sed naturalis dicit, quod in genere latent æquiuocationes multæ: vnde logicus considerat res ipsas, vt sub ratione cadunt. Et quia inter idem & diuersum non cadit medium, ideo logicus medium non ponit inter æquiuocum & vniuocum. Vnde per hoc ad formam arguuenti dicendum, quod quia primus philosophus considerat res secundum suas quidditates. Et in re est, ita quod quædam res ad inuicem habent habitudinẽ, ideo dicit primus philosophus, quòd ens dicitur de substantia, & accidente analogicè. Sed quia logicus considerat res, vt sub ratione cadunt, ideo dicit, quod ens æquiuocè dicitur de substãtia, & accidente. Vnde Porphyrius dicit, quod si quis omnia entia vocet æquiuocè, non vniuocè nuncupabit. ¶Sed contra hoc arguitur. Si enim vox, quæ dicitur analoga quantum est ex parte vocis significantis, non significaret vnum per prius, & reliquum per posterius, sequeretur, quod primus modus æquiuocationis, & secundus non different, nam primus modus est quando aliqua dictio significat æqualiter plura. Ideo dicendum est, quod analogia modum non causatur, secundũ modum æquiuocationis, quia proprie analogia reducitur ad primum modum æquiuocationis. Vnde ad prẽlens dicatur, quod translatio, & transumptio a propria significatione ad

im-

impropriam per aliquam similitudinem causat secundū modum æquiuocationis, hoc patet per Arist. in litera. Dicit enim quod secundus modus æquiuocationis, & amphibologiæ resultat ex hoc, quod soliti sumus sic dicere. Sicut ridere, pprie significat actum hominis, & per quandam translationem florirationem, vel florigerationē pratorum, vnde dicerem, quod hic est secundus modus æquiuocationis. Quicquid ridet habet os, pratum ridet, ergo &c. Vbi in secundo modo nulla cadit habitudo, vnde si illa quæ in re habent habitudinem adinuicem sub diuersis orationibus significentur æquiuocè, quātum est ex parte vocis importantur. Vnde talis analogia est reducenda ad primum modum æquiuocationis. ¶ Ad aliud dicendum, quod si accidens intelligitur, vt habet habitudinem ad substantiam, & nomen, si sic sibi imponitur, sub ratione dīstincta, & determinata sibi imponetur, & per consequens sī idem nomen imponatur vtrique, illa æquiuocè repræsentabit, vnde licet prius sit causa esse posterius, non tamen oportet, quod prius sit causa quare posterius significetur, nam posterius in re potest esse magis, & prius notum intellectui, & per consequens sibi prius potest nomen imponi, vnde habitudo in re non concludit necessario prioritatem, & posterioritatem in sermone. ¶ Ad aliud patet.

QVÆSTIO XVI.

QVæritur vtrum terminus analogus per se positus stet solum pro modo famosiori. Quod sic videtur, nam hic est fallacia secūdum quid ad simpliciter secundum philosophū, hoc est opinabile, ergo hoc est. Quod non esset nisi ly esse in consequente, solum staret pro esse in actu. ¶ Item Arist. concedit istam consequentiam, hoc est in potentia, ergo hoc nō est, sed hoc non esset, nisi in consequenti negatio solum negaret esse in actu. ¶ Item Aristot. 7. ethicorum dicit, quod si dicatur incontinens, iam stat ly incontinens hic pro eo, quod excedit rectam rationem in gustu vel in tactu. Sed si dicatur incontinens iræ vel lucri, iam stat pro eo, quod excedit rectam rationem in ira vel lucro, sed excedere certam rationem in gustu, vel tactu, est modus famosior incontinentiæ, ergo &c. ¶ Ad oppositum est Boetius quod si dicatur. Homo viuit hic stat ly homo pro homine picto & viuo, sed homo viuus est modus famosior, ergo &c ¶ Item si sic dicatur. Quæcunque expediūt

bona

bona sunt mala expediunt, ergo &c. paralogismus est æquiuocationis, sed si terminus analogus per se positus staret pro modo famosiori, non esset hic aliqua duplicitas, nam maior non esset duplex, quia ponitur ly expedire per se, nec minor, quia contrahitur ibi per ly mala. Si concedatur quod neutra illarum propositionum est per se multiplex, hoc non potest stare, quia paralogismi in dictione non solum peccant contra syllogismum, sed contra contradictionem, sed id non multiplicibus saluatur vera contradictio, sequitur ergo, quod hic non esset fallacia æquiuocationis, si neutra præmissarum esset multiplex. ¶ Item Arist. in primo physicorum arguit sic. Si tantum vnum ens est, aut ergo ens illud est substantia, aut accidens, sed talis forma arguendi non valeret nisi ens quãtum est de se posset accipi pro substantia & accidente. ¶ Item dictum est, quod terminus analogus quantum est ex parte vocis significantis vtrunque significatum repræsentat æqualiter, cum ergo accidẽtale sit sibi, quod in oratione ponatur, sequitur quantum est de se pro utroque significato possit accipi cum nullum accidentale permutet essentiale. ¶ Item si ponatur, quod aliqua vox pluribus imponatur. s. rei & eius similitudini vt si homo imponatur naturę humanę & eius similitudini, volo significare viuere inesse similitudini hominis, licet falso, sed hoc non possum facere, nisi sic dicendo, homo viuit, ergo &c.

Ad quæstionem dicitur, quod analogum per se positũ stat solum pro modo famosiori, nam sic vtuntur auctores, vt patet per exempla adducta, sed omnis significatio nominis debet esse nota in scientia, quia per rationem scientificam significata terminorum probare non possumus. Ergo quia auctores sic vtuntur, ideo concedere debemus terminum analogũ sic debere accipi. ¶ Sed contra hoc arguo sic. Si terminus analogus, qui dicitur importare multitudinem imponatur diuersis, quæro vtrum eis vna impositione imponatur, vel diuersis impositionibus. Si vna, cum vna impositio accipiatur ex vna rõne significandi ista diuersa in illa rõne vniuocabũtur. Si diuersis impositionib. cũ prima ipositio nõ magis iprimat voci repsentationẽ q̃ secunda sequitur, qđ quantũ est ex parte vocis significantis, eque pro vtroque accipietur. ¶ Item ista rõsio non facit ad quæstionem, quia hic non quæritur de significato termini analogi, quia eius significata debemus sub ponere.

re. Sed hic quæritur de modo significandi analogi, licet enim non possumus probare, quod homo significet naturam, quæ ratiocinari potest, supposita tamen eius significatione modũ eius accipiendi pro suis suppositis probare possumus.

Propter hoc dicendũ quod cum terminus analogus vtrumque significatum repræsentet tanquam signum vtriusque; sit tamen signum vtriusque per hoc, quod sub determinata ratione & distincte vtriusque imponitur. Et ideo concludere possumus, quod quantum est ex parte vocis significantis vtrumque significatum æqualiter repræsentat, & per consequens, quod pro vtroque accipi possit. Vnde intelligendum, quod terminus analogus quandoque plura repræsentat, quandoq; tantum vnum, sed illud vnum secũdum diuersa esse in diuersis reperitur. Exemplum primi. Expedire significat expeditionem, quæ est in bonis, & vtilitatẽ, quæ est in malis, & illa duo in voce significante non se habent secundum prius, & posterius. Similiter ens significat ens, quod est substantia, & ens, qđ est accidens. Et licet ens quod est accidens in re habeat attributionem ad substantiam, in voce tamen significante nullam habet habitudinem ad substantiam. Et ideo omnia talia analoga habent reduci ad primum modum æquiuocationis. Exẽplum secundi, nam sanum significat proportionem calidorũ, & frigidorum humidorum, & siccorum, illa proportio in animali reperitur, vt in subiecto, & in vrina, vt signo, & in dieta, vt in conseruante, & similiter est de elemento respectu ignis, & materiæ primæ. Et talia analoga reducenda sunt ad vniuocationem, cum solum vnum primo significent. ¶ Ad primum argumentum dicendum, quod hic est fallacia secundum quid ad simpliciter, est opinabile, ergo est. Et cum dicitur esse opinabile, est secundum significatum huius quod dico esse, nego, vnde dico, quod esse in opinione esse nõ significat, sed hoc totum esse in opinione illud intellectui repræsentat ¶ Ad secundum dico, quod esse non significat esse in potẽtia, & ideo Aristo. 9. concedit illam consequentiam, est in potentia, ergo non est. ¶ Ad tertium dico, quod incontinens significat excessum rationis in gustu & tactu, & significat excessum rationis simpliciter, & hoc æquiuoce. Sed termino æquiuoco vti possumus pro altero significato, ideo hoc nomine incontinens vti possumus, & pro excessu rationis in tactu & gustu, & pro excessu rationis in communi. Et quia commune de se non accipitur

cipitur pro aliquo determinato, nisi per additum determinetur, ideo incontinens quod significat excessum rationis in cõmuni, potest determinari ad alterum eorum, ita quod possit accipi pro excessu rationis in ira, vel in lucro, sic dicendo, incontinens iræ vel lucri &c.

¶ *Tertius verò quando compositum plura significat, separatum verò simpliciter, vt scit seculum. Cap. 2. primi huius.*

QVÆSTIO XVII.

QVæritur vtrum tertius modus æquiuocationis resultet ex hoc solum, quod aliqua dictio significata vnum de se, & aliud ex adiuncto? Et hoc est quærere vtrum hæc, sit distinguenda: laborans sanus est? Videtur quod nõ, nam per Aristo. tres sunt modi communes æquiuocationis & amphibologiæ. Et tertius modus est, quando dictio significat vnum de se, & reliquum ex adiuncto Cum ergo in ista oratione: laborans sanus est, non sit aliquid quod possit conferre huic, quod dico laborans, multitudinem aliquam sequitur, quod hæc nõ
2 sit distinguenda, laborans sanus est. ¶Item Priscianus in magno volumine dicit in primo capitulo. Tempora quoque participijs accidunt, quod nobis deficiunt duo participia, præsens passiui, & præteritum actiui, concludens ex hoc, quod participium desinens in ens vel in ans non significat tempus præteritum. Et nihil ponitur in hac oratione, laborans sanus est, qđ possit conferre huic quod dico laborans, aliquam multiplici-
3 tatem, ergo &c. ¶Item multiplicitas consignificatorum determinari potest per adiunctum, licet ergo laborans de se significet duo tempora, tamen in ista oratione, laborans sanus est, ad vnum tempus determinatur. Assumptum patet per Boetiũ, qui dicit, quod si dicatur. Canna Romanorum sanguinem sorbuit plenus, iam cõtrahitur Canna per mediatè adiunctum.
4 ¶Item in multiplicibus vtraque pars contradictionis potest esse vera secundum vocem, sed hæc secundum Arist. in litera est determinatè vera, sanus est non laborans, & hæc apparet determinatè falsa. Laborãs sanus est, ergo &c. ¶Ad oppositũ. Illa propositio est distinguenda vt multiplex quæ potest habere secundum vocem vtramque partem contradictionis veram, sed istæ duę possunt esse verę. Non laborans sanus est, & laborans sanus est, vt patet in litera. Dicit enim Ari. verũ qui-

dem

dem sanabatur laborans & non laborans, sanus est autem nō laborans. Sed laborans non nuuc, sed prius. ¶ Item in æquiuocatione multiplicitas latet sub vnitate vocis incomplexę, sed si huic quod dico laborans, confertur tempus exadiuncto, sequitur, quòd tota multiplicitas æquiuocationis esset in complexo, & non in incomplexo.

Circa istam quæstionē duplex est opinio. Quidam dicunt, quod hæc non est distinguenda. Laborans sanus est. Et quidā, quod sic. Et ratio primorum est illa, quæ tacta est. s. quòd tres sunt modi cōes &c. Hæc autem est distinguenda s. ipsos, laborans sanabitur. Et huius rationem ponunt ipsi, quia præteritum imperfectum sicut est imperfecte factum, sic est imperfecte præsens, vnde verbum talis temporis consignificat actū inchoatum sed tn̄ non totaliter determinatum, vnde de eo q̄ compleuit totaliter actum scribendi versum, non possum dicere, quod scribebat versum, propter igitur conuenientiam præteriti imperfecti ad præsens volunt ipsi, q̄ sanabatur, conferat tempus imperfectum huic quod dico, laborans, & cum laborans de se non consignificēt nisi tempus præsens, hæc nō erit distinguanda, laborans sanus est. Et sic dicentes de leui respondent ad argumenta in contrarium. ¶ Ad primum dicūt, q̄n dicitur, istę sunt verę, laborans sanus est, & non laborans sanus est, ipsi negant. ¶ Ad aliud dicunt, quòd nihil prohibet, quod aliquid alteri conferat multiplicitatem, & tn̄ quod ista multiplicitas solū sit in dictione vna. Verbi gratia hæc propositio b. conuenit esse a. habet duas acceptiones ab hoc verbo conuenit, & tn̄ tota multiplicitas est in hoc quod dico b. Similiter dicerent in propositio, quod nihil prohibet, quod tēpus conferatur ab hoc verbo sanabatur huic quod dico laborans, & tn̄, quod tota multiplicitas sit in hoc, quod dico, laborans. ¶ Sed contra. Et primo contra hoc quod dr̄, quod hoc quod dico laborans, nō significat duplex tempus. Priscianus in magno volumine dicit, quod participium desinens in ens, vel in ens cōsignificat duplex tempus. s. præsens & præteritū imperfectum, & idem dicit in minori, ergo &c. ¶ Item modi significandi absoluti, & respectiui præcedunt ordinationem dictionis in oratione, cum sint principia ordinandi dictionē cum dictione in oratione. Et huius signum est, nam Priscianus in magno volumine primo determinat de modo significandi antequam determinet in minori de oratione, non vide

tur ergo rationabile, quod aliquis modus significandi conferatur dictioni ex ordinatione eius in oratione. ¶ Item licet aliqua dictio alteri posset conferre aliquem modum significandi respectiuum, cum secundum modos significandi respectiuos adinuicem dependeant, non tñ videtur, quod aliqua dictio posset alteri conferre aliquem modum significandi absolutum cum ergo tempus sit modus significandi absolutus, non videtur, quod aliqua dictio possit tempus conferre alteri. ¶ Ad illud quod dicitur de illa conuenientia inter præsens & præteritum imperfectum, veritatem habere posset, si caderent ex vna parte orationis. ¶ Quid autem sit, tenendum non potest bene probari per rationes demonstratiuas. Nam ista materia propinqua est impositionibus nominum, in quibus non est ratio quærenda.

Veruntamen potest dici ad præsens, quod hęc est distinguenda. Laborans sanus est, ex eo quod laborans potest accipi pro laborante nunc & prius. Et ad hoc multum facit quod dicit Priscianus. s. quod participium configuificat duo tempora. Propter hoc dico, quod tertius modus æquiuocationis est ex hoc, quod dictio de se cõsignificat plura, & non ex adiuncto. ¶ Ad primum argumentum dicendum, quod tantum duo sunt, modi cões, & tertius, modus, nõ est communis, sed amphibologiæ, appropriatur. Et isto modo loquendi vtitur Arist. in libro 2. de anima, vbi distinguit sensibilia propria, & communia. Et dicit, quinque sunt sensibilia communia. s. motus, quies, numerus, magnitudo, & figura. Et tñ ista non sunt communia cuilibet sensui, sed quædam sic, & quædam non. Numerus, enim odoratui non conuenit. ¶ Ad aliud dicendum, quod duo participia nobis deficiunt scilicet præsens, passiui, & præteritum actiui, quod circunloquimur sic dicendo, Sum qui legi, sed hoc nõ intelligit de præterito imperfecto. ¶ Ad tertium dicendum, quod illud argumentum est commune vtrique parti. Nam quidam sunt modi significandi respectiui: & quidam absoluti, modo multiplex in modis significãdi respectiuis potest determinari per mediatè adiunctum. Et hoc intelligit Boetius. Sed tempus est modus significandi absolutus, & ideo non oportet, quod per mediatum determinatur. ¶ Ad quartum dicendum, quod istæ duæ propositiones veræ sunt, non laborans sanus est. Et adiungo sicut philosophus, laborans non nunc, sed prius. Item ad principa-

cipale; quod non sit distinguenda, probatio: quia quandocunque est multiplicitas in termino absolutè Arist. in manifestãdo exempla semper manifestat vbi est multiplicitas, absolutè esse distinguẽdum. Dicit enim, quod expedire est duplex. Sed in manifestando exẽpla iuxta tertiũ modũ æquiuocationis nõ manifestat multiplicitatẽ in aliquo termino absolutè.

Dicit enim laborantem quemlibet facere vel pati: non tãtum vnum significat, videtur, ergo, quod multiplicitas fuerit in toto, & non in ista particula laborans.

Dico, quod Arist. hanc multiplicitatem manifestans tertij modi æquiuocationis dicit hoc totum, laborantem quemlibet facere vel pati multa significare, vt designet hunc modũ accipi penes consignificata dictionum: quæ quidem sunt modi significandi, qui modi significãdi dictioni insunt, vt in oratione ordinatur. Quilibet enim modus significandi inest dictioni, vt ordinationem habet, cum licet modi respectiui sint principia ordinandi dictionem cum alia. Et licet tempus non sit principium ordinandi dictionem, cum dictione scilicet appositum cum suppositio, est tamen mensura actus qui ab eo egreditur.

¶ *Secundum amphibologiam tales velle me accipere pugnantes. Et putas, quod quis scit hoc scit &c. Cap. secundo primi huius.*

QVÆSTIO XVIII.

CIrca amphibologiam, primo quæritur vtrum vnitas vocis complexæ sit sufficiens principium distinguẽdi amphibologiam ab æquiuocatione. Quod non videtur, quia cõplexum, & incomplexum solum differunt materialiter, sed diuersitas in materia non concludit diuersitatem in forma. Sed loci sophistici distinguuntur secũdum speciem, ergo per complexum, & incomplexum solum non distinguuntur.

¶ Item complexum & incomplexum differuut sicut pars & totum, sed pars & totum non distinguuntur specie: quia quæ distinguũtur specie totaliter sunt diuersa: sed pars & totum totaliter non sunt diuersa: ergo &c. ¶ Ad oppositum. Æquiuocatio & amphibologia differunt, sicut dictio, & oratio: sed dictio & oratio differunt per complexum & incomplexum: ergo &c.

QVÆSTIO XIX.

IVxta hoc quæritur vtrum diuersa ratio constituendi requiratur ad amphibologiam. Quod sic vr: quia omnes paralogismi eiusdem fallaciæ dicuntur habere vnum principium non existentiæ, sicut vnum principium apparentiæ: sed aliqui paralogismi, huius fallaciæ non habent aliud principium non existentiæ, quam diuersam rationem constituendi: ergo diuersa ratio constituendi ad amphibologiam requiritur. ¶ Si dicatur quod omnes loci huius fallaciæ habēt vnam causam communem nō existentiæ scilicet diuersitatem sententiæ: & per consequens, quod illud assumptum est falsum, qñ accipitur quod aliqui paralogismi habent diuersam rationem constituendi pro non existentia. Contra. In aliquibus paralogismis huius fallaciæ diuersitas sententiæ resultat ex diuersitate constructionis, sicut ex causa: modo vnius effectus ſm rationem, vna est causa ſm rationem. Cum ergo diuersitas sententiæ in omnibus paralogismis huius loci reperiatur: & in aliquibus vt planum est resultet ex diuersitate constructionis, videtur quod diuersa ratio constituendi requiratur ad amphi
2. bologiam. ¶ Item in oratione amphibologica tria requiruntur. s. vox, significatum, & modi significandi dictionum. Sed diuersitas sententiæ non resultat ex voce, nam vox manet eadem. Nec ex diuersitate significati. Nam hæc per se requiritur ad æquiuocationem. Oportet ergo, quod diuersitas sententiæ in amphibologia resultet ex diuersitate modorum significandi dictionum, quæ causat diuersitatem constructio-
3 nis. Item hoc patet per signum, nam Arist. instruens nos circa istam fallaciam, non ponit aliquem paralogismum, quin in eo contingat reperire diuersitatem constructionis. ¶ Ad oppositum. Quādocunq; duo sic se habent adinuicem, quod contingit reperire vnum sine altero: vnum non est de ratione alterius, licet econuerso. Quia enim cōtingit reperire animal sine homine, ideo homo non est de ratione animalis, licet econuerso. Sed contingit reperire amphibologiam sine diuersa ratione cōstruēdi, vt patet hic. Litus aratur, ergo &c.

Ad primam quæstionem dicendum, q̄ vnitas vocis complexæ ſm materiam & formam est sufficiens principium distinguendi amphibologiam à quolibet alio loco sophistico in dictione & extra. Per hoc enim, q̄ eius apparentia accipi-

tur

tur ex parte vocis, distinguitur à locis extra dictionẽ. Et per hoc, quòd dr̃ secundum materiam, & formam distinguitur à compositione & diuisione & accẽtu. Et per hoc, quòd est ibi vera multiplicitas, distinguitur à figura dictionis, ad quã non exigitur nisi vnitas phantastica. Per hoc q̃ dicitur vocis complexæ, ab æquiuocatione distinguitur. Est n. complexum sufficiens principium distinguendi ipsam amphibologiam ab æquiuocatione. Nam diuersitas aliquorum ſm speciem prouenit ex diuersitate materiæ & formæ, Sed complexum & incomplexum differunt ex parte materiæ & formę, ergo loci qui accipiuntur ſm complexum, differunt specie. Quod autem complexum & incomplexum differant ex parte materiæ hoc patet per simile. Nam alia est materia propria ipsius lapidis & ipsius domus. Similiter alia est materia complexi, & incomplexi. Propria materia autem complexi sunt dictiones per se significatiuæ. Sed materia incomplexi sunt syllabę & literæ non per se significatiuæ. Differunt ẽt ex parte formæ. Nam forma complexi consistit in vnione dictionum, q̃ per se significant. Sed forma incomplexi consistit in vnione literarum & syllabarum, quæ per se non sunt significatiuæ. Differunt ex parte materiæ & formę, ergo &c. ¶ Ad primum argumentum dicendum, quod complexum & incomplexum magis differunt, quam ſm materiam, quia secundũ formam, vt dictum est. ¶ Ad ſm dicendum, quod duplex est totum, scilicet homogenum & etherogenum. In toto autem primo modo dicto est idem nomen totius & partis. Quælibet enim pars ignis est ignis, & quęlibet pars carnis est caro. Et ideo in toto homogeneo pars non differt a toto specie. In toto autem secundo modo dicto nomen totius non conuenit cuilibet parti, quęlibet enim pars hominis non est homo. Et sicut duplex est totum, sic duplex est pars, s. homogenea, & etherogea. Pars autem primo modo dicta nõ differt a suo toto specie. Sed secundo modo dicta potest dupliciter considerari. Aut vt est p̃ formã totius. Et adhuc talis pars a suo toto non differt specie. Aut est quoddam compositum in se habens esse distinctum ab esse totius. Et talis pars potest differre à suo toto specie. Et sic intelligimus amphibologiam accipi ex parte vocis complexę, & æquiuocationem ex parte vocis incomplexę, prout scilicet incomplexum, habet esse distinctum a complexo.

Ad aliam quęstionem dicendum, quod ad amphibologiã, sicut ad quemlibet alium locum sophisticum duo requiruntur, scilicet apparentia & non existentia. Si enim aliquid appareat, & simul cum hoc existat, deceptionem non causat. Similiter si aliquid non existat, nec apparentiam habeat, nullã causabit fallaciam. ¶ Sed sciendum, quod duplex est multiplicitas, in dictione & extra dictionem. In dictione est triplex multiplicitas, scilicet actualis, potẽrialis, & phãtastica. Actualis multiplicitas est, quando est ibi identitas vocis ſm materiam & formam, quę est prolatio. Potentialis est qñ est ibi identitas vocis ſm materiam, & non ſm formam. Phantastica est quando aliqua dictio vnum significat, sed propter similem figurationem videtur aliquid aliud significare. Nam omnis multiplicitas aut est vera, aut non vera. Si non vera, tunc ibi est figura dictionis. Si est vera multiplicitas, aut ibi est idẽtitas vocis secundum materiam & formam, aut secundũ materiam tantum. Si ſm materiam tm̃, aut hoc erit in voce complexa, & tunc habemus compositionem & diuisionem. Si in voce incomplexa, tunc habemus accentum. Si sit identitas secundum materiam, & formam, & ista identitas sit in voce cõplexa, sic est amphibologia. Si in voce incomplexa, sic est ęquiuocatio. Nunc videndum est, vtrum ad amphibologiam requiratur diuersitas constructionis. Et dicendum, q̃ cum amphibologia operetur actualem multiplicitatem, quę prouenit ex diuersitate sententię, diuersitas autem sententiæ haberi potest sine diuersa ratione construendi, Concludẽdum est ergo, quod ad amphibologiam non requiritur diuersitas constructionis. Quod autem diuersitas sentẽtię non semper proueniat ex diuersitate constructionis, hoc patet. Nam inter cõstructibilia quę tm̃ vno modo construuntur adinuicem, põt esse diuersitas sententię, quia inter illa potest esse diuersitas habitudinis, & ex diuersitate habitudinis sequitur diuersitas snię. Verbi gratia, si dicatur liber Arist. Hic potest esse habitudo efficientis ad effectum, vt sit sensus liber est Arist. vt efficientis. Vel potest esse habitudo possessi ad possidentem, vt sit sensus, liber est Arist. vt possidentis. Similiter aliqua oratio, potest significare aliquem conceptum, ita quod partes illius orationis significent partes conceptus vt si dicatur. Litus aratur. Hęc enim oratio significat scissionem litoris, & partes orationis significãt partes illius cõceptus. Et ista oratio absq;

diuer-

diuersa ratione construendi potest transferri ad significandū annihilationem temporis. Et hoc propter aliquam similitudinem, nam omnes transferentes secundum aliquam similitudinem trāsferunt. ¶Ad primum argumentum dicendum, quòd omnes paralogismi istius loci habent vnum principiū commune non existentiæ, scilicet diuersitatem sententiæ, cui etiam multotiens annectitur diuersa ratio construendi. ¶Ad rationem in cōtrarium, cum dicitur. Vnius effectus &c. Dicendum, quòd ista propositio non est generaliter vera. Nam sanitas potest induci a natura & per artem. Et quædam animalia eiusdem speciei possunt generari per putrefactionē & per propagationem. Vnde licet diuersitas constructionis quandoque fuerit causa diuersitatis sniæ, hoc tamen non concludit, quòd vbicunque fuerit diuersitas sententiæ, quòd ibi fuerit diuersitas constructionis. ¶Ad aliud principale dicendum, quòd si penes nullum istorum accidat diuersitas adhuc potest tota oratio complexa diuersa significare. Sicut patet in ista oratione multiplici secundum compositionem, & diuisionem. Possibile est sedentem ambulare. Eadem enim significata & eundem modum significandi habet ista oratio in sensu composito & diuiso. Et similiter vt videtur potest esse in amphibologia. Sed illud non soluit, nam modus proferendi coniunctim vel diuisim, est modus proferendi siue significandi ipsius complexi inquantum tale est. Et ideo in compositionem & diuisione accidit diuersitas sententiæ propter tales modos significandi, sed in amphibologia nō sunt tales modi significandi, propter quod videtur, quòd in amphibologia resultet diuersitas sententiæ ex diuersitate modi significandi dictionum. Et dicendum est nunc ad rationem, quòd in amphibologia quandoque ex diuersa ratione construendi resultat diuersitas sententiæ. Vel saltem diuersitati sententiæ annectitur diuersa ratio construendi. Quandoque autem in amphibologia diuersitas sententiæ resultat, eo quòd tota oratio transfertur a propria significatione ad impropriam, vt si dicatur. Litus aratur. ¶Ad vltimum dicendum, quòd Ari. sufficienter instruxit nos quantum ad hoc, quòd per se requiritur ad amphibologiam, quia ad illā requiritur vnitas vocis sm materiam, & formam, & diuersitas sniæ. Et quārum ad hæc duo sufficienter instruxit nos, sed quia diuersitati sententiæ accidit diuersa ratio construendi, ideo Ari. ponit tales paralogismos.

¶Putas est tacentem dicere, duplex enim est tacentem dicere, & hunc dicere, & quæ dicuntur. Cap. secundo primi huius.

QVÆSTIO XX.

QVeritur suppositō, quòd in aliquo paralogismo reperiatur diuersitas cōstructionis, vtrum talis oratio sub vno actu proferendi possit multa significare? Et videtur, quòd non. Nam ad hoc quòd ista oratio, Pugnantes vellem me accipere, reprasēret diuersos sensus, necesse est, quòd ibi sit diuersitas constructionis. Sed ad diuersitatem constructionis sequitur diuersitas prolationis. Nam secundum quòd ly me ad diuersitatem constructionis sequitur constructur a parte ante, est vna prolatio. Et secundum, quòd construitur a parte post est alia, sub vno ergo actu prolationis non potest multa significare. ¶Item secundum, quòd ly me constituitur a parte ante necesse est intelligere modum significandi a parte ante, & per consequens necesse est intelligere vocem ipsā a parte ante, quia modi significandi non sunt sine voce. Similiter secundum, quòd ly me constituitur a parte post, necesse est intelligere modum significandi a parte post, & ipsam vocem, sed vnico actu proferendi nō potest intelligi ly me a parte ante, & a parte post, ergo &c. ¶Item constructio est congrua dictionum ordinatio Sed in hoc dicto. Vellem me accipere pugnantes, est tantum vnica dictionum ordinatio, ergo tantum vna constructio. ¶Ad oppositum. Arist. dicit istam orationem esse distinguendam. Contingit tacētem dicere, sed hoc non esset nisi ista oratio vnico actu proferendi diuersa significaret. ¶Item nisi ita esset, actualis multiplicitas non differet a potentiali, quia pro tāto dicimus aliquam propositionem esse multiplicem secundum compositionem & diuisionem, quia talis oratio diuersis prolationibus ad diuersos sensus determinatur.

1. elēch. cap. 2.

Ad quæstionem dicendum, ꝙ cum amphibologia operetur actualem multiplicitatem secundum Alexandrum, necesse est amphibologicam orationem sub vno actu proferendi diuersos sensus repræsentare. Et ratio huius est. Quia nomina & verba transposita habent eadem significata, & eundem modum significandi, cum significata & modi significandi sint essentialia victioni. Sed transpositio est sibi accidentalis, inter nomina.n. quæ tantum vno modo construuntur manifestum

est,

est, quòd transpositio non diuersificat modos significandi dictionum, qui sunt principia construendi. Idem enim est dicere. Pelei filius, & filius Pelei. ¶ Vlterius ista oratio, Pugnantes vellem me accipere, sub isto actu proferendi, actu repræsentat hūc sensū. Vellē accipere pugnātes. Et ista oro, pugnantes vellē accipere me, actu repræsentat hūc sensū. Vellē ꝙ pugnātes acciperet me Cum ergo nomina, & verba transpositā idē significent, oratio primo modo prolata repræsentabit actu secundum sensum, & secundo modo prolata primum sensum. Ista ergo oratio pugnantes vellem accipere me, sub vno actu proferēdi repræsentat actu diuersos sensus. Et hoc satis sequitur ex hoc, quòd actualem multiplicitatem operatur.

¶ Ad primum argumentum concedo maiorem, sed cum dicitur in minori, quòd ad diuersitatem constructionis sequitur diuersitas prolationis. Nego, quia modi significandi sunt causæ constructionum qui manent in terminis transpositis. ¶ Ad aliud dicendum, cum dicitur pugnantes vellem me accipere, ꝙ ad hoc ꝙ habeatur iste sensus. s. ꝙ vellem accipere pugnantes, necesse est intelligi ly me construi a parte ante de ly accipere, ita ꝙ eius dependētiam a parte ante terminet, quia construi a parte ante nihil aliud est, quàm ꝙ modi significandi dictionis correspondeant modis significandi ipsius verbi, qui debentur ei per comparationem, quam habet ad substantiam, a qua actus egreditur a parte ante. Et similiter constitui a parte post nihil aliud est, quam ꝙ modi significandi dictionis correspondeant modis significandi ipsius verbi, qui ei debentur per comparationem ad substantiam a qua actus egreditur a parte post. Vnde modi significandi dictionis possunt habere correspondentiam cum modis significandi verbi, qui ei debentur per comparationem ad substantiam, a qua actus egreditur. Vnde congruitas orationis resultat ex correspondentia modorum significandi, & non ex ordinatione eorum, nisi per accidens. Vnde potest intelligi aliqua dictio construi a parte ante, licet vox a parte ante non ordinetur. Et cum dicitur vltetius, ꝙ si modi significandi eius, quod est ly me, intelliguntur a parte ante, necesse est vocem intelligi a parte ante. Verum est secundum correspondentiam. Vnde ad hoc, ꝙ ly me construatur a parte ante, vel a parte post, sufficit correspō dentia in modis significandi, nec oportet, ꝙ aliud vocaliter intelligatur, quòd ibi est proferre a parte ante, vel post, vnde

ista

ista oratio, pugnantes vellem me accipere, sub vno actu proferendi diuersos sensus repræsentat siue ly me vocaliter proferatur a parte ante vel post. ¶ Ad vltimum dicendum, quòd hæc consequentia non valet. Tantum est vna ordinatio dictionum, ergo tantum vna constructio.

QVÆSTIO XXI.

QVæritur vtrum oratio multiplex secundum amphibologiam vno modo prolata, sit multiplex quocũque modo proferatur? Et ꝙ sic, videtur. Quia causa in actu, & effectus in actu simul sunt, & non sunt ex quinto metaphysicæ. Sed modi significandi sunt causæ diuersitatis constructionis. Et modi significãdi manent idem quocunque modo pro
2 feratur, ergo &c. ¶ Item nomina & verba transposita idem significant, quocunque ergo modo trasponantur termini, nõ
3 auferunt multiplicitatem a propositione, ergo &c. ¶ Item si determinata prolatio determinaret orationem multiplicem ad alterum eius sensum, actualis multiplicitas a potentiali nõ differret, consequentia patet, quia oratio multiplex secundũ potentialem multiplicitatem ad alterum sensum determinari potest per determinatam prolationem. ¶ Ad oppositum. Nisi determinata prolatio determinaret orationem amphibologicam ad alterum sensum, nulla habitudo syllogistica esset sine multiplicitate. Et vniuersaliter, vbicunque hoc verbum, est, prædicaretur tertium adiacens, talis oratio esset distinguẽda, & sic tunc hæc esset distinguenda, homo est animal. ¶ Item orationes imperfectæ essent simpliciter perfectæ. Hæc enim esset perfecta, albus est homo. Et similiter oratio incongrua esset congrua simpliciter, vt hæc mulier est vir alba. Item Aristo. dicit in primo huius, quod in elencho concludente hãc conclusionem contingit tacentem dicere est multiplicitas in contradictione, & non in syllogismo, sed conclusio sequitur ex istis præmissis, quicquid contingit esse album, contingit dicere. Tacentem contingit esse album, ergo tacentem cõtingit dicere, maior non est multiplex, quia tunc esset peccatum in syllogismo, & non in contradictione solum, nec per eandẽ rationem minor, hoc non esset nisi determinata prolatio determinaret orationem amphibologicam ad alterum sensum.

Circa istam quęstionem est duplex opinio. Quidam dicũt, ꝙ oratio multiplex secundum amphibologiam vno modo prolata

prolata est multiplex etiam quocunque alio modo proferatur. Vnde illi dicunt, ista orationem esse distinguendam, homo est animal. ¶Alia opinio est, quòd oratio amphibologica non est alia, quam illa, quæ sub eodem actu proferendi multa significat, vt in hac. Isti asini sunt episcopi. Neutra istarũ opinionum est vera simpliciter: Prima enim ponit tantam indeterminationem in sermone, quod vix homo posset, vbi hoc verbum est, prædicatur tertium adiacens, conceptum determinatum audienti exprimere, ergo propter finem sermonis non debemus ponere indeterminationem tantam in sermone. Secunda opinio ponit multas orationes multiplices secundum amphibologiam non esse distinguendas, quia si dicatur pugnantes vellem me accipere, planum est, quod ly me, & ly pugnantes, secundum hunc situm non possent pluribus modis constitui, ita quòd ordo conceptuum correspondeat ordinationi dictionum.

Propter hæc dicendum, ꝙ oratio multiplex secundum amphibologiam cum operetur actualem multiplicitatem vno actu proferendi, multos sensus repræsentat. Tamẽ oratio multiplex secundum amphibologiam vno modo prolata non est multiplex quocunque alio modo proferatur. Et huius ratio est. Nam penes primum modum ampgibologiæ prouenit multiplicitas ex diuersitate constructionis actualis, & non potentialis. Sed causa diuersitatis, actualis constructionis non est, quòd dictiones habeant modos significandi, secundum quos sunt adinuicem constructibiles. Nec causa precisa est, ꝙ dictiones in ordinatione sint sibi proximę. Sed causa diuersitatis actualis constructionis est, quod modus significandi dictionis fuerit mutuo dependens: Ita quòd dependentia ex vtraque parte dictionum, fuerit mutua. Vnde si dicatur, homo animal est. Hęc oratio distinguenda, eo ꝙ modus significandi huius verbi, est, dependens est. Et hoc quod dico homo ratione qualitatis potest istam dependentiam terminare, & hõc quod dico animal. Sed si dicatur, homo est, animal, hæc oratio non est distinguenda. Nam modi significandi non sunt hic mutuo dependentes, quia dependẽtia de ly est, a parte ante & a parte post sufficienter terminatur. ¶Est tamen intelligendũ, ꝙ licet terminata prolatio determinet orationem multiplicẽ secundum actualem multiplicitatem, & potentialem, sicut accidit in compositione, & diuisione, vna tamen multiplici-

tas

ab alia differt. Nam determinata prolatio orationis multiplicis secundum multiplicitatem punctuãdo ad alterum sensum potest ipsam determinare, manentem semper eodem ordine vocum. Sed determinata prolatio manente eodem ordine vocum punctuando non determinat orationem multiplicem secũdum actualem multiplicitatem ad alterum sensum, sed ipsa transpositio terminorum. Si enim dicatur. Pugnantes vellem me accipere, ly pugnantes &c. non per punctuationem ad alterum sensum potest determinari. ¶ Ad primũ dicendum, ꝙ causa diuersitatis actualis constructionis non est, quòd dictiones habeant modos significandi, secundum quos sunt adinuicem constructibiles, sed ad diuersitatem actualis constructionis requiritur, quòd illi modi sint dependentes, vt dictum est. ¶ Ad aliud, cum dicitur nomina & verba &c. dicendum, ꝙ verum est, non tamen in oratione multiplici. Et huius signum est, quòd Ari. probat istam propositionem per contradictionem, & in multiplicibus non est contradictio. Quid autem si dicendum ad tertium, patet in positione. ¶ Ad argumenta in oppositum ad primum patet ex dictis. ¶ Ad ſm dicendum, ꝙ hæc est imperfecta, albus est homo. Et si dicatur, quòd ly albus potest construi a parte post dicendum est, quod dependentia verbi a parte post sufficienter determinatur, & ideo non oportet, ꝙ a parte post construatur. ¶ Ad aliud dicendum, quòd hæc est incongrua, Mulier est vir alba, quia verbi dependentia per hoc ꝙ dico, vir determinatur, nec mulier ad ly alba in tali ſtru refertur, nec verbum dependet. ¶ Ad vltimum diceudum, quòd hæc conclusio, contingit tacentem dicere, ex non multiplicibus potest sequi sic, contingit quòd sortes dicat sortes est tacens &c.

¶ Tertius verò quando compositum plura significat &c. Cap. 2. *primi huius.*

QVÆSTIO XXII.

QVæritur circa tertium modum amphibologiæ: vtrum hæc sit distinguenda secũdum tertium modum amphibologiæ, scit seculum? Et videtur ꝙ non, quia hæc oratio est imperfecta in altero sensu. Vt constructio ly seculum, a parte post, quia tunc deficit suppositum. ¶ Ad oppositũ est

Aristo.

Aristo. qui dicit, quod hic est tertius modus amphibologiæ, scit seculum.

Ad istam quæstionem dicunt quidam, quod hæc est distinguenda secundum tertium modum: scit seculum. Et dicunt, quod tertius modus amphibologiæ est, quando oratio per se solum significat vnum: iuncta autem alteri plura. Sed si hoc pronomen hoc iungatur isti orationi: hæc oratio primo significabit plura, vt si dicatur: Hoc scit seculum, habeat scientiam alterius, vel q̃ alterum habeat scientiam seculi. Et quòd sic debeat intelligi, & assignari tertius modus, hoc dicuit ipse: patet per literam Aristo. quia tertius modus est secundum ipsum, quãdo oratio per se significat vnum: iuncta autem alteri plura. ¶ Vlterius assignant differentiam inter primum modũ & tertium: quia primus modus est, quando oratio significat plura primo: si ab illa oratione auferatur aliqua eius pars, adhuc significabit plura, vt patet in ista. Pugnantes vellem me accipere. Sed tertius modus est, quando ablato aliquo residuũ nõ significat plura, vt patet in ista oratione, hoc scit seculum. Auferatur ly hoc, & residuum non significat plura. ¶ Sed contra arguo tripliciter. Primo, quod ista oratio, qua ipsi ponunt multiplicem, nõ sit multiplex, quia in primo & tertio modo amphibologiæ resultat diuersitas sententiæ ex diuersitate cõstructionis actualis. Sed diuersitas constructionis actualis resultat ex hoc, quòd modi significandi fiunt ad inuicem dependentes, sed dependentia huius verbi, sufficienter terminatur a parte ante & a parte post. Videtur ergo, quòd hæc non sit multiplex, hoc scit seculum. ¶ Item dato, quòd hæc sit distinguenda, ostendo q̃ non sunt distinguenda secundum tertium modum. Primo per literam Aristo. quia ipse dicit, q̃ tertius modus amphibologiæ est, quando oratio per se significat vnum, iuncta tamen alteri significat plura, vt scit seculum; Nã vtrunque, & scire, & seculum si contingat per se dicere, vnũ quidem significat, ambo autem plura. Si ergo hoc quod dico ambo, includit coniunctim, & hoc quod dico vtrunque significat diuisim. videtur q̃ ista oratio, scit seculum, non coniuncta alteri debeat plura significare. ¶ Item multiplicitas amphibologiæ secundum tertium modum prouenit ex hoc, q̃ eadẽ oratio secundum materiam & modum pronunciandi significat plura alteri adiuncta; illa ergo oratio, quæ primo significat plura principaliter non est amphibologica secundum

tertium

tertium modum: Sed hæc, hoc scit seculum, est huiusmodi, ergo. &c. Probatio minoris, quia ista oratio non indiget aliquo, vt sit plurium significatiua: ergo ista oratio primo plura significat. ¶ Item, q̃ differentia assignata inter primum modum & tertium non valeat, probatio per simile in æquiuocatione, qa ad hoc quod oratio sit multiplex secundum æquiuocationẽ, & hoc primo modo non requiritur, q̃ ibi ponatur plures termini æquiuoci, hæc. n. est distinguenda secundum primũ modum. Canis currit, sicut & hæc canis expedit: ergo ad hoc, q̃ oratio sit multiplex fm modũ amphibologiæ: nõ oportet, qđ ablato aliquo remaneat multiplicitas in ꝓpositione residua.

Ad quæstionem ergo dicendum, quòd hæc est multiplex secundum tertium modum: scit seculum Sed intelligendũ, quòd tertius modus amphibologiæ est: quando oratio de se solum significat vnum: ipsa tamen iuncta alteri significat plura, per Aristot. in litera: non tamen sic intelligendo, quod multiplicitas sit in toto aggregato primo, sicut ponit alia positio, sed tota multiplicitas est in ista particula, scit seculum, vt tamen ad aliud refertur, sicut est in ista propositione b. contingit esse a. Huic n. quod est. b. attribuuntur duæ acceptiones, et non ipsi propositioni. Nec etiam ipsi b. absolutè considerato, sed ipsi b. vt stat sub tali prædicato similiter in proposito. Nã hæc oratio, scit seculum, de se seculum: de se solum significat vnum: iuncta tamen alteri plura significat, vt si dicatur. Sortes si est sapiens, scit seculum, hoc consequens scit seculum, est distinguendum. Ex eo quòd ly seculum, potest construi a parte post de ly scit. Et tunc est sensus. Si sortes est sapiens, iple habet scientiam de seculo, & sic est propositio vera. Si ly seculum construatur a parte ante de ly scit, tunc est propositio falsa, sub hoc sensu. Si sortes est sapiens seculum habet scientiam &c. ¶ Vlterius est intelligendum, quod dria est inter tertium modum amphibologiæ & primum, quia primus est quando oratio primo, & principaliter plura significat. Tertius autem modus est, quando oratio significat plura, vt ad aliud habeat relationem. Vnde dicerem, quòd hic est primus modus amphibologiæ, hoc scit seculum, quia hæc oratio primo & principaliter plura significat, sed hic est tertius modus, scit seculum, quia ista oratio de se non significat, nisi vnum, & ista adiuncta alteri plura significat. Ita quòd tota multiplicitas sit in ista particula, scit seculum, prout alteri adiungitur.

¶ Per

¶ Per hæc ad rationem principalem, cum dicitur, quod huic orationi, Scit seculum, deficiet suppositum, si ly seculum construatur a parte post. Dicendum, quòd hæc oratio suppositū potest habere ex illo cui adiungitur. ¶ Sed contra hæc arguo tripliciter. Primo sic. Multiplicitas actualis in oratione non resultat nisi ex coniunctione partium ipsius orationis. Sed ex nulla coniunctione partium istius orationis, Scit seculum, resultat diuersa sententia, quia vtrunque de se vnum solum significat, ergo hæc oratio, Scit seculum, non est multiplex secundum amphibologiam. Et confirmatur ratio, iste intellectus. Sortes scit seculum, qui debet esse alter sensus ex cōiunctione istarum partium haberi non potest. ¶ Sed forte dicetur, quod hæc ratio solum concludit, quod hic non sit primus modus amphibologiæ, Scit seculum, quia primus modus amphibologiæ est, quando diuersitas sententiæ resultat ex coniunctione partium orationis. Sed tertius modus est, quando oratio de se significat vnum, & ipsa iuncta alteri significat plura. Vnde quod hic non sit primus modus amphibologiæ concludit ratio. ¶ Contra. Hæc oratio non habet significatum, nec modum significandi, nisi ex partibus, quod ergo partibus non confert significatum, nec modum significandi, non faciet orationem plura significare. Sed tale adiunctum nō confert partibus significatum, nec modum significandi, ergo hæc oratio, Scit seculum, non significat plura ex adiunctione aliqua. Sed dicendum est ad rationem, quod in partibus orationis per se acceptæ, sunt modi significandi, secundum quos ipse adinuicem diuersimodè possunt construi. In hoc enim quod dico, seculum, est casus rectus ratione cuius potest supponi verbo a parte ante, & cum eo intransitiuè construi in ratione suppositi. Et in hoc quod dico. Seculum est casus accusatiui, ratione cuius potest construi cum verbo a parte post transitiuè. Cum igitur dicitur, quod adiunctum non confert: significatum partibus, nec modum significādi, dico, quod adiunctum confert actum huic quod dico Seculum, per quem in altero sensu potest construi um ly scit a parte ante, per hoc quod suppositum præcedentis orationis potest supponere verbo. Secundo dat actum huic quod dico Seculum, vt possit construi cum hoc, quod dico, scit, a parte post. Hæc enim oratio non posset esse perfecta, si hoc quod dico. Seculum, a parte post construeretur, nisi aliquid redderet suppositum huic

quod

quod dico scit, a parte ante. Vnde quod reddit suppositum, dat actum huic quod dico Seculum, vt cõstruatur a parte post de lyscit &c. ¶ Item adhuc potest obijci secundo sic, quod si hæc oratio. Scit seculum, non significaret plura, nisi vt alteri adiungitur, sequitur, quod totum aggregatum primo significet plura, quia quando aliqua operatio non potest inesse alicui, nisi vt illud iunctum est cum alio, dicimus illam operationem esse vtriusque, vt si traheret nauem non insit forti, nisi per adiutorium Platonis, vtrique attribuimus hunc actum, qui est trahere nauim, & non alteri per se. Si ergo hæc oratio, Scit seculum, non significat plura, nisi vt iuncta alteri: videtur quod totum aggregatum primo significet plura. ¶ Item tertio hoc videtur esse de intentione Aristoteles. Dicit enim, quod tertius modus amphibologiæ est quando compositum significat plura: separatum vero vnum solum. Vt Scit seculum: nam ly scire, & ly, seculum, vnum significat: ambo autem plura. Si ergo Arist. vniformiter accipiat vtrunque diuisim, & ambo coniunctim, videtur quod hæc oratio: scit seculum, de se debeat significare plura; & non ex adiunctione cum alio. ¶ Ad primum istorum duorum dicendum, quòd ratio non concludit, quin tertius modus amphibologię fit ex coniunctione alicuius cum alio. Et ad maiorem rationis, cum dicitur: quando aliqua oratio non ineſt vni, nisi vt iunctum est alteri &c. Dico, quod maior habet sic intelligi, quòd ista oratio est vtriusque vel vnius partis, vt attributionem habet ad aliam. ¶ Ad aliud dicendum, quòd Aristote. in illa litera intelligit, quod multiplicitas tertij modi non resultet ex hoc, quod aliqua dictio ibi habeat plures significationes. Vnde idem est, ac si diceret, quod hæc oratio & eius partes solum vnum significant; adiuncta autem plura. ¶ Vltimo sciendum est circa hunc locum, quod tres sunt modi amphibologiæ, & tres æquiuocationis; tertius tamen modus assignatus a philosopho non est communis vtrique fallaciæ. Duo tamen modi communes sunt vtrique. Nam primus modus est, vt dicit Aristote. quando dictio vel oratio significat plura. Secũdus, quando est translatio a propria significatione ad impropriã. Vnde Aristote. sic dicit, quod secũdus modus resultat ex hoc quod soliti sumus sic dicere. Et iuxta secundum modum æquiuocationis sic fiunt paralogismi; quicquid ridet habet os; pratum ridet, ergo &c. Ridere enim proprie significat actum homi-

hominis: & propter aliquam similitudinem transfertur ad floritione n in pratis. Iuxta secundum modum amphibologiæ sic fiunt paralogismi. Quandocunque litus aratur, terra scinditur: sed quandocunque indocilis docetur; litus aratur, ergo quandocunque indocilis docetur, terra scinditur. Arare enim significat propriè sciſſionem terræ, sed ille qui arat litus amittit tẽpus suum; ideo propter istã similitudinem trãsfertur ad amissionem temporis. Tertius modus æquiuocationis est ex eo, quod aliqua dictio plura consignificat, vt laborans. Similiter tertius modus amphibologiæ est quando oratio de se significat vnum, & ipsa eadem iuncta alteri significat plura, vt scit sæculum.

¶ *Secundum compositionem autem, & diuisionem, &c. Capit secundo primi huius.*

QVÆSTIO XXIII.

QVæritur de compositione & diuisione. Et primo, vtrum compositio, & diuisio sint due fallatię distinctæ specie. Et videtur quod non, nam sicut se habet multiplicitas actualis orationis ad orationem, sic se habet multiplicitas potentialis orationis ad orationem, sed multiplicitas actualis non constituit nisi vnum locum sophisticum, vel vnam fallaciam, vt amphibologia, ergo nec potentialis. ¶ Item sicut se habet multiplicitas potentialis dictionis ad dictionem, sic se habet multiplicitas potentialis orationis ad orationem, sed multiplicitas potentialis dictionis non constituit nisi vnum locum sophisticum, vt accentum, ergo &c. ¶ Item loci sophistici distinguuntur specie per causas apparentiæ, illi ergo loci qui habent eandem causam apparentiæ specie non distinguuntur, sed compositio, & diuisio habent eandem causam apparentiæ vt vnitatem materiæ; ergo &c. ¶ Ad oppositum. Nisi compositio, & diuisio specie distinguerentur, non essent sex loci sophistici indictione, quod est contra Aristot. Nam hunc numerum probat inductiuè ex syllogismo.

QVÆSTIO XXIIII.

IVxta hoc quæritur, vtrum vnitas materialis vocis complexæ sit sufficiens causa distinguendi compositionem, & diuisionem. Quod sic videtur: quia cum vnitas materialis vo-

cis complexæ sit causa generalis apparentię in compositione & diuisione, nisi fuerit principium sufficiens distinguendi vnum locum ab alio oportet super istam causam generalem aliquid addere, quod ipsam determinet ad cōpositionem & diuisionem, & illud additum oportet esse aliquid pertinens ad modum pronunciandi, & sic compositio & diuisio actualem multiplicitatem operarentur, quod falsum est, consequētia patet; quia ibi esset vnitas materiæ & vnitas modi pronūciandi; & hæc duo integrant locum operantem actualē multiplicitatem. ergo &c. ¶ Item illud est causa apparentię in cōpositione & diuisione, sub quo multa latent; sed sub vnitate materialium multa latent in compositione & diuisione ergo est sufficiens principium distinguendi compositionem & diuisionem. Minor patet per Arist. in illo cap. Fallacia autem fit in his, nam ibi vult Aristote. quod propter vnitatem materialium credimus compositionem & diuisionem esse idē. ¶ Item illud est causa apparentiæ in compositione & diuisione quod est principium regendi defectum: quia defectus latet sub apparētia: sed vnitas materialem est sufficiens principium tegendi defectum: ergo &c. Minor ꝓpter per Aristot. Dicit enim, quod compositio & diuisio deficiunt ab elencho: eo quod non est eadem oratio composita & diuisa: diuersitas ergo orationum est causa defectus in compositione & diuisione: sed iste defect⁹ latet sub vnitate materialiū, ergo &c. ¶ Ad oppositum. Quod est commune duobus non distinguit illa specie; sed vnitas materialis est communis compositioni & diuisioni: ergo &c.

Vt sciatur veritas primæ quæstionis, primo oportet dissoluere secundam circa quam sunt diuersæ opiniones. Quidam dicunt, quod vnitas materialis est causa apparentiæ generalis in compositione & diuisione: ipsa tñ diuersificata per diuersas habitudines diuersos locos constituit. Et hoc ponitur sic, proponens orationem secundum compositionem non debet eam proferre, vt indifferenter se habet ad vtrumque sensum, quia sic ita de facili perciperet respondens sensum compositum falsum, sicut sensum diuisum verum. Nec debet eā proferre sub sensu diuiso vero determinate, nam manifestatio sensus diuisi fueri est manifestatio sensus compositi falsi. Sed debet eam proferre sub sensu composito falso cum habitudine ad sensum diuisum verum. Vnde vnitas materialis cū habi-

habitudine ad sensum diuisum verum est causa apparentiæ in compositione: & vnitas materialis cum habitudine ad sensum compositum verum, est causa apparentiæ in diuisione. Ista autem habitudo est ex parte orationis: propter quod vnitas materialis cum habitudine ad sensum diuisum verum est causa apparentiæ in compositione. ¶ Sed contra hoc. In causa apparentiæ cum sit principium tegendi defectum: non debet esse aliqua occasio manifestandi defectū, sed in ista causa apparentiæ est sufficiens occasio participiendi vtrunque sensum: quia per hoc, quod profertur sub sensu composito falso possumus percipere sensum compositum falsum. Et per hoc quod profertur sub habitudine ad sensum diuisum verū: est ibi occasio percipiendi sensum diuisum verum, in causa ergo apparentiæ esset sufficiens occasio ad defectum manifestandum. ¶ Item inferius probatur, quod inter prolationem compositam & diuisam non cadit aliqua prolatio media: quod tamen ponit istę positio, quelibet ergo prolatio, vel est determinate prolatio sensus compositi, vel sensus diuisi, & non vnius sub assimilatione ad aliud. ¶ Propter hæc dicitur aliter, quod causa apparentiæ in compositione, est vnitas materialis sub actuali prolatione sensus diuisi veri Quia opponens sophistice tria debet celare. s. pluralitatem significatorum: falsitatē propositionis: & indeterminationem ad vtrūque sensum. Quæ tria per causam apparentiæ teguntur: quia per vnitatem materialem tegitur pluralitas significatorum. Per hoc, quod profertur sub determinato sensu: tegitur indeterminatio ad vtrumque sensum. Per hoc quod iste sensus diuisus verus est, tegitur falsitas propositionis. ¶ Sed contra istam viam arguo dupliciter. Primo sic, omne quod apparet habet aliquam similitudinem illius quod apparet: sicut auri calcum quod apparet aurum, habet aliquam similitudinem auri: si ergo oratio cōposita apparet esse vera, oportet quod in se habeat aliquam similitudinem ad diuisam veram. Sed ista positio non ponit aliquam similitudinem in oratione cōposita ad diuisam: ergo &c. Confirmatur ratio. Nam vera natura auri non est causa quare auricalcum appareat aurum Ergo veritas sensus diuisi non est causa quare oratio composita falsa appareat esse vera. Sed sic dicentes forte dicerent, qđ veritas sensus diuisi non est causa præcisa apparentię in compositione, sed similitudo orationis compositæ ad diuisam. Et

ista similitudo prouenit ex vnitate materialium. ¶ Sed videtur, quod ista responsio concedat propositum: nam formale in compositione est ista similitudo, & ista similitudo prouenit ex vnitate materiali, ergo vnitas materialis est sufficiens principium apparentię in compositione & diuisione. ¶ Item in omni loco in dictione, idem est quod tegit falsitatem propositiones, vel pluralitatem, & quod facit apparentem contradictionem, sed vnitas materialis est causa apparentis contradictionis, ergo &c. Minor probatur, nam si quæratur, vidisti ne oculo hunc percussum? hæc propositio conceditur. Si iterum quæratur, vidisti ne hunc percussum oculo, hęc negabitur. Et causa istius apparentis cōtradictionis est vnitas materialis, ergo &c.

¶ Propter hoc dicitur aliter, quod causa apparentiæ in cōpositione est vnitas materialium prolata in sensu composito falsa. Et hoc videtur haberi ab Arist. quia Arist. in primo huius, vbi determinat de locis sophisticis, quārum ad eorum apparentiam, non ponit aliquam orationem in fallacia compositionis, quin in sensu composito sit falla, nec aliquam iuxta diuisionem, quin in sensu diuiso sit falla. ¶ Sed contra hāc viam arguitur dupliciter. Primo sic. Illud non potest esse causa apparentiæ in loco sophistico, sine quo conuenit reperire locum illum, quia locus sophisticus non est sine apparentia. Sed conuenit reperire compositionem & diuisionem sine falsitate alterius sensus, vt patet per exemplum. Video hominē magnum baculum tenentem, his est compositio, & diuisio, eo quod hęc determinatio nominalis magnum potest determinare hominem vel baculum, & in vtroque sensu potest esse propositio vera, posito casu possibili. ¶ Item sophista debet arguere ex apparenter veris, sed si causa apparentię in cōpositione esset vnitas materialis prolata in sensu composito falso, ex manifestò falsis argueret sophista quod ei non esset conueniens. Et præterea vt arguitur est, in causa apparentię non debet esse aliqua occasio manifestandi defectum ex qua defectus latere debet sub apparentia. Sed prolatio compositis falsi est occasio manifestandi defectum, ergo &c.

Propterea potest dici ad quæstionem, quod vnitas materialis est causa apparentiæ generalis in compositione & diuisione, sed quia commune inquantum huiusmodi non distinguit, ideo ipsa diuisa vel partita per diuersas differentias, diuersos

uersos locos constituit. Nam similitudo orationis compositę ad diuisam est causa apparentiæ in compositione. Et similitudo orationis diuisæ ad compositam est causa apparentiæ in diuisione. Nunc autem istæ similitudines differunt secundū speciem, & ideo possunt distinguere locos secundum speciē. Quod autem istę duæ similitudines differant secundum speciem, probatio, nam relationes diuersificantur secundum speciem, secundum diuersitatem fundamēt orum secundum speciem. Nunc autem fundamenta istarum similitudinum sunt modi proferendi compositum vel diuisim. Et isti modi differunt secundum speciem, ideo istę similitudines differunt secundum speciem. Maior patet. uam similitudo quæ fundatur super albedinem, differt specie à similitudine quæ fundatur super nigredinem, quia albedo & nigredo specie distinguuntur. Secunda pars minoris patet scilicet quod modi proferendi compositim vel diuisim differunt secūdum speciem, quia maior est diuersitas inter modos proferendi cōpositim vel diuisim, quām inter materialia nunc & iterum prolata, sed materialia nunc & iterum prolata differunt secundum numerum, ergo modi proferendi compositim, vel diuisim differunt secundū speciem. Et pręterea modi proferendi sunt formę locorum differentium secundum speciem, ergo &c. Prima pars minoris patet, quæ fuit, quod istę similitudines fundantur super istos modos proferendi specie diuersos. Nam similitudo orationis compositæ ad diuisam, vel attenditur solum penes vnitatem materialium, vel penes modos proferēdi compositim vel diuisim. Non penes vnitatem materialiū, nam talis similitudo nō causat deceptionem quæ appropriatur compositioni & diuisioni, nam in materialibus compositio & diuisio non distinguuntur. Si enim aliquis credat materialia esse eadem, propter hoc non decipitur. Ista ergo similitudo attenditur secundo modo, hoc patet: si nos inspiciamus ad modum quo decipimur secundum compositionem & diuisionem. Si enim quęritur, putas ne verum dicere nunc, quoniam tum factus es. Cito respondens hanc concedet. Si ergo vlterius inferatur, factus es, ergo nunc, deceptio non accidit, quia respondens credat materialia esse eadem, sed propter similem modum proferrendi compositim & diuisim. Et hoc vult Arist. tam in primo huius, quam in secundo. Dicit enim, quod nos decipimur secundum compositionem, & diuisiō-

nem, eo quod nihil putatur differre composita & diuisa oratio. Vnde dicendum, ꝙ vnitas materialium cum similitudine orationis compositæ ad diuisam est causa apparentiæ in compositione, & econuerso, in diuisione. Et licet istæ similitudines radicaliter perueniant ex vnitate materialium: istæ tamen similitudines super modos proferendi compositim, vel diuisim fundantur, qui sunt specie differentes. ¶ Vlterius intelligendum est, quod arguens sophistice secundum compositionem habet proferre talem orationem in sensu diuiso vero. Nam si proferret eam in sensu composito fallo, ibi esset occasio manifestandi defectum & falsitatem. Sed tamen veritas sensus diuisi non erit causa apparentiæ in compositione, sed similitudo orationis compositæ ad diuisam, vt dictum est. ¶ Sed contra hoc arguo & ostendo, quòd ista similitudo non sit causa apparentiæ in compositione, quia causa apparentiæ in omni loco ictione debet esse obiectum sensus. Cum ergo similitudo ista sensui non obijciatur, non erit causa apparentiæ in compositione. Dicendum est, quòd ista resolutio obijcitur sensui per hoc quòd vnitas materialium sensui obijcitur, sicut similitudo sortis ad Platonẽ in albedine sensui obijcitur. ¶ Ad primam rationem istius secundæ quæstionis, cum dicitur. Si vnitas materialis non sit sufficiens causa apparentiæ, cum sit generalis oportet super istam aliquid addere. Dicendum, quod illud additum est similitudo orationis compositæ ad diuisam, & nõ modus proferendi. ¶ Ad secundam patet per dicta in quæstione. ¶ Ad tertiam quãdo dicitur, quod vnitas materialis tegit defectum &c. Dicendum, quod vnitas materialis non facit apparentiam sine similitudine: nec tegit defectum. ¶ Ad rationes primę quæstionis. Dicẽdum pro prima ratione, quòd simile est quo ad hoc, quod vtraq; multiplicitas est in oratione: sed tamen ex hoc non sequitus vlterius, quod si in actuali multiplicitate orationis nõ est nisi vn⁹ locus: quod ideo secundum potentialem multiplicitatem nõ sit nisi vnus locus. Nam in potentiali multiplicitate orationis est distinguere duas causas apparentię specie differentis: sicut dictum est, & etiam duas causas non existentiæ latentis sub illis causis. Sed in actuali multiplicitate orationis non est distinguere nisi vnam causam apparentię, & vnam causam non existentię, ideo non est simile. ¶ Aliud dicendum, quod circa hoc sunt diuersę opiniones, de quibus videte inferius.

Sed

Sed tamen dicendum est pro nunc: quod quantum est ex potentiali multiplicitate : Aristot. potuit distinguisse duos locos penes accentum: sicut penes compositionem & diuisionē Sed forte considerauit hunc locum prout magis conueniens est vsui sophistico. Et hoc est in scriptura & poematibus, vt ipse testatur: Et considerando accentum prout est in scriptura & poematibus, est ibi solum vna causa apparentiæ. s. eadē literæ & syllabæ. ¶ Ad tertium patet per dicta in positione.

QVÆSTIO XXV.

QVeritur vtrum ad fallaciam cōpositionis requiratur: ꝙ sensus compositus sit falsus? Et videtur quod sic. Nam locus sophisticus non est sine sua causa apparentiæ & non existētię. nam ex his duob. integrat locus sophisticus. Sed causa non existentiæ in compositione est falsitas sensus compositi. ergo &c. Forte aliquis interimeret minorem dicendo, quod causa non existentię est diuersitas orationis compositæ ad diuisam. Et hoc patet per Arist. in 1. cap. Aut ergo sic diuidentes, qui dicit, quod compositio, & diuisio in ignorantiam elenchi reducuntur, quia non est eadem oratio composita, & diuisa. ¶ Contra. Illud non est sufficiens causa non existentiæ huius fallaciæ quod adiunctum suæ causę apparentiæ nō potest in proprium effectū istius fallaciæ, sed diuersitas oratonis compositæ ad diuisā, annexa causæ apparētiæ huius fallaciæ, non potest in propriū effectū, ergo &c. Probatio assumpti, quia proprius effectus fallacię est fallere nullus autē fallitur nisi credendo falsum esse verum. Sed si quandoque rīdens credat sensum diuisum esse idem cum sensu composito, non credit falsum esse verum, vt patet in exemplo isto. Video hominem magnum baculum tenentem. ¶ Ite ratio eorum quæ sunt ad finem a fine sumitur, sed locus sophisticus ordinatur ad metā, sed ad metam non dicitur nisi per propositionē falsam, ergo &c. ¶ Item recta solutio est manifestatio falsi, & propter quid accidit falsū. Si ergo diuisio fit solutio compositionis, ꝙa ubi fallit compositio soluit diuisio necesse est ergo quod sensu compositus in cōpositione sit falsus. ¶ Ad oppositum. Ex falso contingente concesso a rīdente cum aliqua propositione vera de sensu cōposito, sequitur incōueniēs, ꝙ non sequitur cum eadem propositione vera in sensu diuiso, sed hoc erit per aliquem locum sophisticum & non nisi per

1. elen. cap. 4.

2

3

compositionem ergo &c.¶ Item si dicatur. Video hominem magnum baculum tenentem, hæc potest esse vera in vtroq; sensu,& est distinguenda secundum compositionem & diuisionem. Item hæc cęcus videt hominem pulchrum librum tenentem,in vtroque sensu est falsa.

Ad quæstionem dicendum,quod compositio pōt dupliciter considerari, aut in se & absolutè,aut prout pertinet ad finem sophisticæ. Si primo modo considerat non est necesse in compositione sensum compositum esse falsum,quia ad potẽtialem multiplicitatem non requiritur nisi quod materialia sub diuerso modo proferendi diuersa significent. Quod autẽ illa materialia sint vera vel falsa,vel in alio sensu vera,& alio falsa,hoc accidit potentiali multiplicati. Si consideratur secundo modo,sic necesse est sensum compositum in compositum in compositione,esse falsum.Nam opponẽs sophisticè, intendit respondentem ducere ad metam, sed hoc non facit nisi faciat ipsum opinari falsum ẽsse verum,propter similitudinem falsi ad verum. Et propter hoc Arist.determinãs de locis sophisticis,prout ducũt ad metam,omnes orationes quas ponit in compositione fallunt in isto sensu.Et omnes orationes quas ponit in diuisione,sunt falsæ in isto sensu.Primæ rationes ostendunt, quod prout compositio ducit ad metam, necesse est sensum compositum esse falsum. ¶ Ad illud primum in oppositum dicendum quod quandoque oratio vera in sensu composito est incompossibilis alicui contingenti falso.Et eadem oratio in sensu diuiso vera, eidem falso contingenti non est incompossibilis.Et tũc ex propositione vera in sensu compositionis,cum isto contingenti falso, sequitur incõueniens propter incompossibilitatem inter ea,quod tñ falsum non sequitur cum oratione vera in sensu diuisio : Vnde forte fallacia compositionis non accidit propter illationem illius falsi. Sed tantum ista incompossibilitas est causa illius falsi. Intelligendum,est quod eadem compositio,prout est fallens,dicitur fallacia compositionis,vt est soluens, dicitur sensus compositionis. Et similiter est de diuisione.

QVÆSTIO XXVI.

QVęritur circa modos compositionis & diuisionis. Et primo circa primum modum,vtrum hæc oratio. Sedẽtem ambulare, est possibile, sub diuersis prolationibus, possit

possit diuersa signare. Videtur quòd non, nam omnis diuersitas in orationibus vel prouenit ex diuersitate significati, vel ex diuersitate modorum significandi. Sed materialia diuersimodè prolata habent eosdem modos significandi, & eadem significata, ergo &c. Maior patet: Nam diuersitas in significãdo, resultat ex diuersitate in intelligendo. Sed diuersitas in intelligendo, vel prouenit ex diuersitate significari, vel modorum significandi, ergo &c.

¶ Itẽ quod sensus cõpositionis non sit ibi possibilis, probatio, nam sedens cũ sit præsentis tẽporis significat illum qui sedens est. Sed ly ambulare: potest ampliari per modum possibilitatis, significatur igitur, quod iste, qui nunc est sedens posset in futuro ambulare, & iste est sensus diuisionis, ergo &c.

¶ Item quod sensus diuisionis non sit ibi possibilis, probatio. Nam terminus concretus aut supponit formam tantum, & tunc est oratio falsa qualitercunque constructibilia diuidantur. Si supponat tantum subiectum, tunc hæc est fallacia figuræ dictionis. Quicquid heri vidisti, hodie vides album heri vidisti, ergo &c. Oportet igitur dicere, quod supponit formã, vt subiectum concernit. Sed tunc adhuc sequitur idem, quia tunc denotatur, potentia esse in sedente, vt concernit subiectum. Sed sicut vna forma non potest esse alia, sic nec subiectum sub tali forma est in potentia ad formam oppositam. Ad opp. est Arist. in primo huius.

Ad quæstionem dicendum, quòd materialia illius orationis. Possibile est sedẽtem ambulare, sunt in potentia, vt significent diuersa sub diuersis prolationibus vt ostendit Aristot. in secundo huius, per simile in dictione prolata sub graui accentu, & acuto. Nam sicut ipsa dictio est in potentia, vt cõstituat intellectum simplicem sub accentu graui, & alium conceptũ sub accentu acuto. Sic materialia istius, sedentem &c. sunt in potentia vt diuersas sententias sub diuersis modis proferendi significent vel repræsentent. Et ista similitudo patet, nã sicut accentus est quidam modus significandi attributus dictioni, per quem vnũ intellectum simplicem ab alio distinguit. Sic modus proferendi est, quidam modus significandi per quem nos distinguimus vnum intellectum ab alio. Vnde sicut accẽtus variat potestatem dictionis, sic modus proferendi variat potestatẽ oronis. Vnde q̃ dr̃, quod oroni non attribuitur modus signãndi, nisi q̃ attribuit partib. eius. Hoc hẽt intelligi de

modis

modis significādi grāmaticalibus, q̄ sunt principia cōstruendī vnā dictionem cum alia, sed tñ modi significandi logicales ip si orationi attribuuntur. ¶Sed contra, modus proferendi qui est modus significandi orationis, ex parte nostra est, nam q̄d constructibilia sic vel sic proferantur, hoc est ex parte nostra. Si ergo contractibilia sub diuersis modis proferendi diuersa significarent, sequeretur, quòd multiplicitas eorum ex parte nostra acciperetur. Et talem diuersitatem orationis increpat Arist. &c. Dicendum, quod diuersitas modi proferendi est ex parte nostra. Sed quod oratio sic prolata hoc significet, & sub alio modo proferendi significet aliud, hoc nō est ex parte nostra. Vnde Arist. non increpat multiplicitatem ex parte nostra, dummodo oratio habeat in se multiplicitatē, quod enim pendere proferatur sub accentu graui vel acuto ex parte nostra est. Sed quod dictio prolata sub graui accentu significet vnum, & sub alio significet aliud, hoc ex parte nostra non est, sed ex parte dictionis. Sed vlterius oportet videre, quia modus proferendi facit sensum compositum, & diuisum. Et dicendum est, quod continua prolatio eius, quod est sedentem, cum hoc quod est ambulare causat sensum compositum. Iste autem modus proferendi possibilis est in oratione, nam sic modis significandi grammaticales ad inuicem dependentes terminantur, & quæ nata sunt cō iungi coniunguntur. Iste autem sensus accidit orationi prętet aliquam violentiam, ideo iste sensus magis appropriatur orationi. Sensus autem diuisionis accidit ex discōtinua prolatione earūdem partium. Et quia quę nata suut coniungi adinuicem separantur, ideo iste sensus minus appropriatur orationi, vnde accidit ei cum quadam violentia. In primo sensu ex continua prolatione eius quod est sedentem cum ambulare, intelligimus extrema referri ad idem, vnde secundum quoldam de hoc toto sedentē ambulare, ponitur possibilitatis modus, ſm alios modus possibilitatis dicit dispōnē circa ista extrema. Sed siue sic, siue sic, semper ista extrema in sensu compositionis ad idē habent referri. Sed in sensu diuisionis ex discontinua prolatione illarum dictionum, potest ly sedens accipi pro vno tempore, & ly ambulare pro alio vnde in sensu diuisionis modus non dicit dispositionē circa ista extrema pro eodem tempore, sed permittitur quod pro diuersis temporibus accipiatur. ¶Ad rationes. Ad primam dicendum, quod si

maior

maior intelligitur solum de modis significandi grammaticalibus, qui sunt principia construendi vnam dictionē cum alia, tunc falsa, est maior. Sed si intelligatur, quòd omnis diuersitas in oratione, vel prouenit ex diuersitate significati vel modorum significandi logicalium, tunc vera est, & minor falsa. Nam modus proferendi est quidam modus significandi logicalis, per quem vnus intellectus ab alio distinguitur. ¶ Ad secundam, cum dicitur, quod sedens significat illum, qui nunc est sedens, & ly ambulare, ampliatur per modum possibilitatis. Dico, quod in sensu composito ad idem tempus ad quod ampliatur ly ambulare, ad illud ampliatur sedentem. Vnde a parte ly sedentem est possibilitas vt amplietur. Nam Priscianus dicit, quod participijs præsentis temporis insunt tempora, quemadmodum infinitiuis. Vnde cum dicitur. Fuit legēs, est legens, erit legens: ly legens accipitur pro tempore præsenti, sed non pro tēpore quod est præsens, sed pro eo quod erit vel fuit præsens. ¶ Ad vltimum dicendum, quod terminus cōcretus supponit formam, vt concernit subiectum. Sed hoc dupliciter contingit. Aut prout cum forma coniungitur, vt prout in se & ablolute consideratur. Primo modo supponit in sensu composito. Secundo modo in sensu diuiso. Et cum dicit vlterius, quod in sedente denotantur potentia ad ambulādum, supposito quod hoc sit verum. Dicendum, quod in sensu diuiso supponit subiectum ratione formæ, cui inest sessio. Et ideo sufficit solum subiectū esse præsens ambulationi quæ terminat potentiam. Exemplum huius est materia prima, vt est in potentia ad formam sed non est in potentia ad formam nisi vt est sub priuatione. Et ideo materia prima est in potentia per accidens. Et quod est sic in potentia vt solum concomitans, non oportet esse præsens actui terminanti potētiam, sic est in proposito, quia forma sessionis solum est in potentia ad ambulandum per accidens ideo non oportet quòd sit præsens, cum subiectum coniunctum est cum ambulatione.

QVÆSTIO XXVII.

QVæritur vtrum hæc propositio. Sedentem ambulare est possibile, sit vera in sensu diuisionis? Videtur, quod nō. Nam possibile, sub quocunque modo proferatur dicit possibilem vnionem eius, quod est sedentem cum ambulare. Sed tunc arguitur sic illa propositio est falsa, quæ significant

cant possibilem vnionem eorum quæ adinuicem componi
2 non possunt, sed hæc est talis, ergo &c. ¶Item in sedente denotatur esse potentia ad ambulandum, sed cuius est potentia, eius & actus. Nam actus est terminus per se potentiæ, significatur, ergo per propositionem in sensu diuiso, quod sedes sub forma sessionis possit esse coniunctum cum ambulatione, qđ
3 est impossibile. ¶Item propositio vera de possibili habet aliquam veram de ineſſe, nã possibile est, quo posito ineſſe non accidit impossibile, sed propositio de ineſſe respõdens isti de possibili est hæc, sedens ambulat, quæ simpliciter falsa est, ergo &c. A quibusdam dicitur ꝙ hæc, sedentem ambulare est possibile, debet sic poni ineſſe. Sedens prius ambulat. Secundum tamen alios sic debet poni ineſſe, homo vel animal ambulat. Ratio primi est hæc, nam ex discõtinua prolatione istarum partium, sedentem ambulare, permittitur, ꝙ ly sedens, possit accipi pro vno tẽpore, & ly ambulare pro alio, & hoc virtute modi potentiæ propterea sic debet poni ineſſe. Sedẽs prius ambulat. Ratio secundi est potentiæ respectu illius, respectu cuius est solum per accidens non correspondet actus. Vnde propositio debet poni ineſſe ratione subiecti sessionis, vt homo ambulat, vel animal. Sed cõtra hoc arguo sic. Diuersis propositionibus de possibili correspondent diuersæ propositiones de ineſſe, sed istæ duæ sunt diuersæ propositiones propositiones de possibili sedentem prius possibile est ambulare, & sedẽtem possibile est ambulare. Sed primæ de possibili correspõdet hæc de ineſſe. Sedens prius ambulat, ergo se-
4 cundæ de possibili correspondet hæc sedens ambulat. ¶Item istæ sunt diuersæ de possibili. Animal ambulare est possibile, & sedentem ambulare est possibile. Sed possibile de possibili correspondet hæc de ineſſe, animal ambulat, ergo isti, sedentem ambulare est possibile, correspondet alia de ineſſe. ¶Ad oppositum, hęc propositio. Possibile est sedentem ambulare, sequitur ex veris, ergo est vera. Sequitur enim ex istis, possibile est sortem ire, sortes est sedens, ergo, &c.

QVÆSTIO XXVIII.

IVxta hoc quæritur, vtrum sit vera in sensu compositionis? Et ꝙ sic videtur. Nam ly sedentem potest comparari ad diuersa tempora per notam potentiæ, & per consequens potest esse sensus in propositione, sedentem prius possibile est ambulare

bulare. ¶Item continua prolatio eius, quod est sedentē cum ly ambulare non facit, q̄ sedentem, & ambulare accipiantur pro eodem tempore, nam sic dicto. Homo qui fuit est, potest ly homo accipi pro præsenti, & ly fuit pro præterito, non obstante, quòd sub continua prolatione profertur, ergo eadem ratione in proposito. Oppositum vult Aristot.

Propter primam quæstionem intelligendum est, q̄ potentia dicitur multis modis. Et in quibusdam est multiplicitas æquiuocationis, & in quibusdam est multiplicitas analogiæ, per Arist. in prin. 9. metaph. Aliqua enim dicuntur potentia- lia, non quia habeant aliquod principium transmutationis. Et sic reperitur potentia in geometria, & in logica. Linea. n. quæ est radix alicuius quadrati dicitur potentia ipsius, sicut in numeris dicimus, quod ternarius est potentia nouenarij, ista autem potentia non dicitur propter aliquod principium transmutationis, sed propter aliquam similitudinem. Sicut materia potentia, actus, quia transmutatur ad actum, sic numerus dicitur potentia alterius, quia ex ductu eius in seipsū resultat alterum. Similiter est in logica possibile enim & impossibile non dicimus in logica lib. propter aliquod principium transmutationis, sed solum propter ordinem ad verum & ad falsum. Sicut. n. ens non solum significat ens extra animam, sed verum circa compositionem intellectus. Sic potentia cum dicat ordinem, trāsfertur ad compositionem & diuisionem in propositionibus. Vnde illa propositio dicitur possibilis, quæ potest esse vera, & illa impossibilis quæ non potest esse vera. Sed hoc non est propter aliquam potentiam actiuam vel passiuam, sed solum propter conuenientiam, & repugnantiam terminarum. Potentia autem in naturalibus accipitur, prout est principium transmutationis, quæ secundum analogiam diuiditur. Hoc supposito dicendum, quod propositio potest esse vera in sensu diuiso, sedentem ambulare est possibile. Nam propositio significat, quod vnio prædicati ad subiectum est possibilis. Sed hoc potest esse dupliciter. Vel pro eodem tempore, & sic est composita & falsa, vel pro diuersis temporibus, & sic est diuisa, & vera. Vnde illud, quod est subiectum sessionis in vno tempore, potest esse subiectum ambulationis in alio tempore. Et quia potētia æquiuocè accipitur in logicalibus & naturalibus, ideo logicus dicit multas propositiones esse veras, quas tamen diceret naturalis

1. Iauius c. 2.

Cont. 1.

ralis esse impossibiles. Vnde concedit istam propositionem, falsum potest esse verum, in altero sensu. Et etiam istam. Cæcus potest esse videns. ¶Ad primum argumentum, cum dicitur, quòd possibile, sub quocunque modo proferatur &c. dico quod verũ est. Sed hoc potest esse dupliciter. Vel pro eodem tempore, & sic propositio falsa est. Vel pro temporibus diuersis, & sic vera est & ratione subiecti. ¶Ad aliud, cum dicitur, ꝙ in sedẽte denotatur esse potentia &c. Dico, quod propositio non significat quod compositio extremorum est possibilis, Vnde propositio non significat quod in sedente, vt in subiecto sit potentia, vt subiecti ad prædicatum. Veruntamẽ hoc posito dicendum est ad rationem vlterius, cum dicitur, eius est actus, cuius est potentia. Dico, quod cuius est potentia vt subiecti per se eius erit actus. Cuius tamen est potentia vt subiecti per accidens, non oportet, quod eius sit actus, nec per se, nec per accidẽs. Nam priuatio & forma, opposita sunt in potentia per accidẽs ad formam, quæ est terminus motus, & tamen nec priuatio nec forma opposita manet sub actu. Et hoc, quia non est alia potentia earum, quam potentia ipsius materiæ. Veruntamen propter intellectum illius propositionis est sciendum, quod sicut aliquid se habet ad potentiam, sic se habet ad actum. Et intelligendum quod aliquid potest per accidens accidere illi quod per se est in potentia ad actũ, vel illi ad quod est in potentia. Exemplum primi, nam materiæ accidit priuatio, & forma opposita. Exemplum secundi, nam formæ humanæ ad quam materia hominis est in potentia accidit esse album, vel musicum, quod est in potentia, primo modo non oportet, quod sit sub actu, nec per accidens, nec per se. Sed quod est in potentia secundo modo potest esse in actu licet per accidens. ¶Ad vltimum dicendum, quod hęc propositio. Sedẽtem ambulare est possibile, debet sic poni in esse, sedens in a, ambulat in b. Et sic homo ambulat, posito quod homo sit proprium subiectum sessionis. Si enim propositioni de possibili correspondeat aliqua de inesse ratione subiecti per accidens, tunc sic debet poni inesse. Sedens in a, &c. Si autem propositioni de possibili solum correspondeat propositio de inesse ratione subiecti per se, sic debet poni inesse, homo ambulat. ¶Ad rationes in oppositum, cum dicitur, quod sunt diuersæ de possibili &c. Dicẽdum quod istæ duæ propositiones. Sedẽtem prius possibile &c. prout accipiun

tur

tur in sensu diuisionis non differunt. ¶ Ad aliam eodem modo dicendum est.

Ad secundam quæstionem dicendum, quod hęc est falsa in sensu compositionis, sedentem ambulare, &c. Nam ex continua prolatione eius quod est sedentem ambulare, significatur, ꝙ vnio istorum extremorum est possibilis pro eodem tẽpore. ¶ Ad primum argumentum cum dicitur, quod ly sedentem ampliatur per notam potentiæ, dicendum, quod hoc posito propositio falsa est, nam ad quodcunque tempus ampliatur ly sedentem, ad idem tempus in sensu compositionis ampliatur ly ambulare. Vnde in sensu composito propositio significat, quod compositio istorum extremorum pro eodem tempore possibilis est. Ad aliud dico, quod sic dicto. Homo qui fuit est, & hoc sub continua prolatione. Vel homo accipitur pro præterito, vel pro præsenti sub ratione præteriti vnde ratio accipit falsum.

QVÆSTIO. XXIX.

QVęritur circa istum paralogismum. Quinq; sunt duo & tria, & quæritur vtrum hæc dictio, & possit çopulare inter terminos, vel propositiones? Et quod inter terminos videtur. Nam per Priscianum coniunctio copulat inter partes orationis, sed orationes non sunt partes orationis: ergo &c. ¶ Item coniunctio construitur cum illis inter quæ copulat: sed constructio fit ratione modorum significandi, hæc ergo orationes non habeant modos significandi, cum cõiunctio, & inter orationes non copulat. ¶ Ad oppositum secundum Priscianum. Heu idem homo, ab hodie, cõcidit, lapsus, hic sunt omnes partes orationis præter coniunctionem: quæ si apponeretur exigeret aliam orationem, hoc non esset nisi inter orationes copularet. ¶ Item copulatio videtur esse inter similia, sed sic dicto. Quinq; sunt duo & tria, oratio prę cedit coniunctionem, ergo aliã orationẽ exigit sibi cõiungi.

QVÆSTIO XXX.

QVæritur vtrum hæc dictio, operetur potentialem, multiplicitatem? Videtur puod non. Nam multiplicitas dictionis eiusdem secundum materiam & formam nõ causat multiplicitatem potentialem nam ad potẽtialem multiplicitatem requiritur diuersitas formæ: sed hæc dictio, &,

manet

manet eadem secũdum materiam & formam, ergo &c. ¶ Ad oppositum dissoluit compositionẽ & diuisionem, ergo &c.

Ad primam quæstionem dicendum, quod coniunctio vel copulatio per se copulat inter terminos: per accidens autem inter propositiones. Et huius ratio est: nam cum coniunctio sit pars orationis, habet modos significandi secundum quod cum alijs partibus orationis construi potest: sed non construitur nisi cum illis, inter quæ copulat, oportet igitur ista habere modos significandi sibi proportionabiles qui sint principium constructionis, ergo non copulat inter orationes. Sed tamen, quia terminos inter quos copulat accidit partes vnius orationis esse vel diuersarum, ideo dicitur copulare inter terminos vel inter orationes. Magis tamen propriè potest dici, quod coniunctio posset copulare inter terminos vnius orationis, vel inter terminos diuersarum orationum. ¶ Ad primum argumẽtum in propositum, cũ dr: Heu: idẽ homo, &c. sunt omnes partes orationis præter cõiunctionem: quæ si ponatur, exigit aliam orationem sibi adiungi. Dicendum, q̃d coniunctio appositа per accidens fit copulatio inter orationes, quia per se fit copulatio inter partes diuersarum orationum. ¶ Ad secundum cum dicitur, quod copulatio vult esse inter similia. Verum est de copulatis per se: cuiusmodi sunt dictiones. Vel potest dici, quod in hac oratione. Quinq; sunt duo & tria: copulatio solum copulat vnam partem præcedẽtem alteri. Et tunc est sensus compositus, & copulat simile simili. Vel potest sic proferri. Quinque duo sunt & tria. Et tũc copulat orationem præcedentem orationi subsequenti, & sic est sensus diuisionis, & significat quod quinque sunt duo: & quinque sunt tria diuisim. Et tunc copulat simile simili, quia orationem orationi.

Ad quæstionem aliam dicendum, quod distinctio soluens hunc paralogismum. Quinque sunt duo & tria, operatur potentialem multiplicitatem: nam prouenit ex hoc, quod eadẽ materialia diuersimode prolata diuersa significãt, huic distinctioni accidit quod hæc dictio, & copulat inter terminos, vel inter propositionis. Vnde & ex distinctione, in se considerata, operatur potẽtialem multiplicitatẽ, licet in principio operetur potentialem multiplicitatem. Et hoc probant rationes.

QVÆSTIO XXXI.

QVæritur Vtrum iste paralogismus: quinque sunt duo & tria, sit verus in sensu compositionis? Et quod sic videtur. Nam duo & tria: sunt aliquis numerus. Aut ergo quinarius aut maior, aut minor numerus, sed non maior nec minor, ergo &c.

¶ Item quilibet numerus additus alteri constituit numerum, ternarius ergo additus binario constituit aliquem numerum, & non alium, quam quinarium. 2

¶ Item iste paralogismus est paralogismus diuisionis, ergo est verus in sensu compositionis. Nam vbi fallit diuisio, soluit compositio. 3

¶ Item duplex est, totum vniuersale & integrale. Totum vniuersale de suis partib. diuisim prædicatur: sed totum integrale non nisi coniunctim, hæc ergo est vera. Duo & tria sunt quinque, & per consequens hic per conuersionē. Quinque sunt duo & tria. 4

¶ Ad oppositum est Aristo. ca. de qualitate, quælibet res habet esse semel: & non bis, vnde cō cludit, quod sex est semel sex: & non bis tria, ergo eadem ratione, quinque est semel quinque, & non duo & tria. 5. *meta. cont.* 19.

¶ Item sic dicto, quinque sunt duo & tria, hæc pars prædicati, & tertia nihil aufert a prima parte prædicati, quin de subiecto prædicetur similiter prima pars prædicati nihil aufert a secunda: quin de subiecto prædicetur, & si hoc sit verum, ergo significatur quod 5. sunt. 2. & 5. sunt. 3. ¶ Item per Aristo. in 7. metaphy. pars non prædicatur de toto, nisi concretiue, sed duo & tria sunt partes quinari. ergo &c. *Cont.* 14 & 15.

Ad quæstionem dicendum quòd est falsa, formaliter loquendo, nam quinarius secundum se est vnum, quia secundū se est ens. Et vnum quodque, sicut est ens, sic est vnū, & præter hoc quinarius est secundum se intellectus, ergo secundū se vnum: quia omne quod intelligitur sub vna ratione intelligitur, qui. n. vnum non intelligit, nihil intelligit, sed quando aliquid est secundum se vnum & ex pluribus partibus compositum requiritur aliquid vniens istas partes, sed quinarius componitur ex multis vnitatibus: quæ secundum se sunt discretæ, ergo requiritur aliquid vniens istas vnitas: illud autem vniens non potest esse aliqua vnitas: quia ex ista vnitate & alijs construitur quinarius, & tunc remanet quæstio, quòd aliud vnit istas vnitates ergo oportet, quod illud vniens sit

aliud ab vnitatibus, & hoc est forma ipsius quinarij. Sicut enim ex elementis componitur mixtum: & in mixto est aliquid, quod non est elementum, nec ex elementis, vt forma mixti, sic in quinario est aliquid quod non est vnitas numeralis, nec ex vnitatibus compositum, & hæc est forma eius. Cũ ergo materia non prædicetur de composito ex materia & forma, & quinarius est quoddam compositum ex vnitatibus, & sua forma, & duo & tria sunt materialia ipsius quinarij: hæc erit falsa formaliter loquendo, quinq. sunt duo & tria. Vnde sicut hæc est falsa, homo est carnes & ossa, sic hæc est falsa, quinq. sunt duo & tria. ¶ Item Philosophus in 7. metaphy. dicit, quòd qui dicit, domum esse lapides, & ligna, dicit domũ esse in potentia domum, nã lapides & ligna sunt materia domus. Qui ergo dicit, quinq; esse duo & tria, solum dicit quinarium esse quinarium in potentia. Nã duo & tria sunt materia quinarij, vnde si hæc. sit vere aliquo, modo Quinque sunt duo, & tria, hoc erit solum materialiter loquendo, formaliter. n. propositio falsa est. ¶ Ad primum argumentum, cũ dicitur, quod duo & tria sunt aliquis numerus. Dico, quòd duo & tria possunt dupliciter considerari. Aut prout sunt in potentia ad vlteriorem formam. Aut prout distinguuntur p suas formas. Primo modo sunt aliquis numerus in potentia. Secundo modo sunt duo numeri specie distincti. ¶ Ad aliud dicendum, quod quilibet numerus additus alteri constituit numerum materialiter sed ad formam numeri requiritur forma vniens, quæ non habetur sic dicendo, quinque sunt duo & tria. ¶ Ad tertium dico, quod hæc est falsa de virtute sermonis in sensu cõpositionis, quinque sunt duo & tria. Aristt. tamen concedit eam propter apparentiam veritatis. Nam apparentia sufficit ad sophistam. Et quia numerus est quantitas discreta ideo multotiẽs admittimus tales propositiones. ¶ Ad vltimum dicendum, quòd totum integrale non significat suas partes, sed significat compositum ex partibus sub sua forma, sed partes non significantur vniri sub forma totius, nisi nomine totius. Vnde sic dicto. Duo & tria istæ partes non significantur vt vnitæ sunt in forma totius, sed solum significantur vniri per copulationem. Vnde ad argumentum dico, quòd totum integrale prædicari potest de omnibus suis partib. vt vnitę sunt in forma totius, non tamen potest prædicari de partib. suis vnitis per copulationem. Vnde hæc non est

Contex. 23.

vera,

vera, domus est lapides & ligna. Sed hæc, domus est composita ex lapidibus & lignis in forma tamen totius vnitis.

QVÆSTIO XXXII.

QVæritur, vtrum iste paralogismus. Quod vnum solum potest ferre, plura potest ferre, sit distinguendus secundum compositionem & diuisionem, prout ly solum tenetur aduerbialiter? Et videtur quòd non, nam aduerbium est adiectiuum verbi, sed adiectiuum verbi nomen determinare non potest, ergo &c. Minor patet, nam adiectiuum verbi habet modos significandi quibus non proportionatur ipsi nomini. Et cõfirmatur ratio, nam adiectiuum nominis verbum determinare non potest, ergo adiectiuum verbi nomen determinare non potest. ¶ Item aduerbium circa idem ponit suum significatum, & modum significandi. Sed suos modos significandi solum ponit circa verbum, ergo solum verbum determinabit, quare &c. 3

QVÆSTIO XXXIII.

QVæritur vtrum sit distinguendus secundum compositionem, & diuisionem prout ly solum nominaliter tenere. Et videtur, quòd non. Nam vt supra adiectiuum nominis verbum determinare non potest. ¶ Ad oppositum hęc est distinguenda, omnis homo est vnus solus homo, secũdum compositionem, & diuisionem.

Ad primam quæstionem, & secundam, dicendũ, quòd ista, quod vnum solum &c. est distinguenda secundum compositionem, & diuisionem, prout ly solum tenetur aduerbialiter, non autem prout nominaliter tenetur. Ratio primi est, nam aduerbium, licet sit adiectiuum verbi, non tamen habet modos significandi speciales, quibus ipsi soli verbo proportionatur. Vnde quia habet modos significandi generales, ideo determinare potest participium, & pronomen, & ipsum nomen. Quod determinet ipsum nomen patet. Nam talis oratio admittitur. Iste mediocriter bonus bene currit. Quod determinet participium, patet. Nam bene dicitur. Iste fortiter pugnãs vincit. Propterea ly solum potest determinare ly potest, & tunc est sensus compositus falsus & tunc significatur quod illud, quod potest ferre vnum; ita quod nõ aliud ferre potest plura. Si autem ly solum determinet ly vnum, sic

est sensus diuisus verus, & tunc significatur, quod illud quod potest ferre vnum ens, & nulli associatum potest ferre plura, & hoc verum est diuisiuè. Vnde paralogismus potest sic formari. Quod vnum solum potest ferre plura potest ferre, sed quod vnum solum potest ferre, non potest plura ferre, ergo quod potest plura ferre non potest plura ferre. Maior & minor est distinguenda, sed maior est vera in sensu diuisionis, & minor est vera in sensu compositionis. ¶ Secundum acceptum patet. s. quòd si ly solum teneatur nominaliter, non est distinguenda secundum compositionem & diuisionē, nā adiectiuum nominis habet modos significandi speciales, quibus suo substātiuo proportionatur, puta numerum casum & genus, sed per tales modos significandi ipsum adiectiuum nominis verbo non proportionatur, propter quod accepto ly solum nominaliter propositio distinguenda secundum æquiuocationem, ex eo quòd ly solum potest teneri cathegorematicè, vel syncathegorematicè, si cathegorematicè, sic potest esse vera, quia tunc significatur, quòd illud quod potest ferre vnum non associatum alteri potest ferre plura. Nam sic ly solum significat quandam solitudinem, sed si teneatur syncathegorematicè, tunc significat præcisam acceptionem illius cui adiungitur. Sed hoc potest esse dupliciter, vel absolutè, vt sortes est vnus solus homo, vel in comparatione ad actum, vt solus sortes currit. Sed siue sic, siue sic, syncathegorematicè tenetur, & est propositio falsa.

Ad primum argumentum dicendum, quòd aduerbium est adiectiuum verbi, & aliarum partium, vnde est propriū verbo, sed non soli verbo, sicut Priscianus dicit, quod ablatiuus casus est proprius casus passiuorum, & accusatiuus proprius actiuorum, & tamen cum alijs verbis construi possunt. ¶ Ad confirmationem dico, quod non est simile, vt dictum est. Nā adiectiuum nominis habet modos significandi speciales quibus suo substantiuo solum proportionatur. Sed aduerbium habet modos significandi generales, & ideo non est simile, & per idem patet ad vltimum primæ quæstionis.

Ad illud secundæ quæstionis in oppositum dicendum est quòd ista, omnis homo est vnus solus homo, est distinguenda secundum æquiuocationem. ¶ Circa tamen modos intelligēdum est, quòd tot sunt modi secundum compositionem & diuisionem, quot modis componere contingit, quæ nata sunt com-

componi,& illa adinuicem diuidere resultante diuersitate sẽtentiæ.Sed ad videndum quæ nata sunt componi,intelligendum est,quòd Priscianus dicit, in maiori, q̃ omnis determinatio,& omnia adiectiua nominaliter vel aduerbialiter designata præponuntur aptius suis substantiuis,vt fortis imperator fortiter pugnat, & ratio potest esse, nam adiectiua de se quasi infinita sunt,& ideo per sua substantiua determinãtur. dicit etiam Priscianus,quòd licet omnia postponere exceptis monosyllabis,vt nunc,tunc,& huiusmodi,sed hic videtur esse dicendum,quòd quãdo determinatio componitur cum determinabili subsequenti,tunc dicitur oratio cõposita,& quãdo ab eodem remouetur.dicitur diuisa,sed huic modo dicendi repugnat iste paralogismus,ex 50.virorum 100.reliquit diuus Achilles,nam si prædicta oratio dicetur composita quando ly virorum componitur cum ly 50.tunc propositio est falsa, cum tamen ille paralogismus sit paralogismus diuisionis, & tunc dicitur esse vera in sensu composito, sed tunc dicendum est,quod hic est,litera 50.ex 100.virorum.&c. vel quòd paralogismus ille est,compositionis,ponitur tamen inter paralogismos diuisionis,&c.

¶ *Secundum accentum autem in his quidam quæ sunt sine scriptura dialecticis non est idoneum facere orationem. In scripturis autem & poematibus magis &c. Cap. 2. primi huius.*

QVÆSTIO XXXIII.

QVæritur circa accentum, vtrum accentus sit duæ fallaciæ? Et videtur quod sic. Nam sicut se habet multiplicitas,potentialis orationis ad orationẽ,sic se habet multiplicitas potentialis dictionis ad dictionem, sed secundum multiplicitatem potentialem orationis accipiuntur duæ fallaciæ,vt compositio & diuisio,quæ sunt species distinctæ. Ergo &c. Et confirmatur ratio,quia Arist. in soluendo orationes secundum compositionem & diuisionem dicit, quod soluendæ sunt, eo quod aliud significat oratio composita & diuisa, sicut aliter significat nomẽ grauiter & acutè prolatum, vndè vnam multiplicitatem semper alteri assimilat. ¶ Ad istam rationem quidam dicunt, quod non est simile de potẽtiali multiplicite in dictione & oratione, eo quòd modi proferendi grauiter & acutè diuersificant solum accidentaliter ipsam dictionem,

ctionem, sed modi proferendi ipsam orationem compositim vel diuisim, orationem essentialiter diuersificant. Sed illud non videtur verum, nameadem est identitas & diuersitas orationis compositæ & diuisæ & dictionis grauiter & acute prolatæ, quia vtrobique est identitas materialis & diuersitas secundum formam, sicut ergo fit apparens elenchus secundū compositionem & diuisionem, eo quòd oratio est differens, sic fit secundum accentum, eo quòd non est idem terminus grauiter & acutè prolatus, & præterea de ista differentia dictum est supra, quod sicut modus proferendi orationem ipsam diuersificat, sic accētus diuersificat dictionis potestatem. ¶ Ideo dicitur aliter, quòd accentus habet nomen vnum, compositio autem & diuisio non habet vnum nomen, & ideo penes compositionem & diuisionem accipiuntur duæ fallaciæ, & penes accentum solum vna fallacia. ¶ Sed contra locus sophisticus constituitur in esse per suam causam apparentiæ, & non existentiæ, nam hæc duo integrant locum sophisticum, vbi ergo est reperire duas causas apparentiæ spē distinctas, & duas causas non existentiæ latentes sub illis causis apparētiæ, ibi necesse est distinguere duos locos sophisticos. Sed æque euidens ratio apparet, vt distinguantur duæ causæ apparentiæ in accentu, sicut in compositione & diuisione, nam sicut ponitur, quòd similitudo orationis compositæ ad diuisā sit causa apparentiæ in compositione. Sic dicam, quòd similitudo dictionis grauiter prolatæ ad acutè prolatam, sit causa apparentiæ in accentu graui, & econuerso in acuto. ¶ Et præterea sicut prolatio materialium sub sensu composito determinata facit credere, quòd solum hoc vnum significent, ita prolatio dictionis sub accentu graui. Si dicatur, quod non est tanta similitudo dictionis grauiter prolatæ ad acutam prolatam, sicut orationis compositæ ad diuisam. Hoc cōcedo, quia hoc concludit, quòd accentus non est ita efficax locus ad decipiendum, sicut compositio & diuisio.

Propter hæc dicendum est breuiter, quod quantum est ex potentiali multiplicitate dictionis, potuit Arist. ponere duos locos sophisticos iuxta accētum, sicut iuxta compositionem & diuisionem. Veruntamen quia Arist. considerauit locos sophisticos, prout magis apti sunt ad decipiendum. Nam sic magis congruunt in finem sophisticæ, & iste locus non est aptus ad decipiendum in his quæ sunt sine scriptura, vt in his quæ

sunt

sunt in prolatione, nam prolatio manifestat eius defectum. Vnde Arist. dicit in litera, quòd iste locus maximè decipit in scripturis & poematibus, & vt in scriptura est, habet vnam solam causam apparentiæ, quia ea sdē literas & syllabas. Ideo Aris. sic considerans hunc locum, quia sic decipit magis, ideo posuit aceētum solum vnum locum sophisticum. ¶ Ratio ad oppositum concludit, hoc quod concessum est, quod quantum est ex parte potentialis multiplicitatis dictionis accentus possent esse duæ fallaciæ. Sed quia Ari. hunc locum considerauit prout maximè decipit, & hoc est in scripto. Et vt in scripto est solum habet vnam causam apparentiæ, ideo sic cōsiderando non posuit accētum: nisi vnum locum. De eius causa apparentiæ dicitur, quòd est vnitas vocis incomplexæ secūdum materiam. ¶ Sed contra. causa apparentiæ debet manere in vtroque sensu propositionis distinguendæ, sed secundum accentum distinguimus, eo, quòd aliquid potest esse dictio vel oratio, cum ergo vnitas vocis incomplexę non maneat in orationem, non potest esse causa apparentię in accentu. ¶ Propter hæc dicendum est, quòd vnitas vocis secundum materiam, prout communis est voci complexæ & incomplexę est causa apparentiæ in accentu. ¶ Circa modos intelligēdum est, quòd quatuor sunt modi accentus. Primus est in hoc, quòd aliqua dictio potest legi graui accentu, vel acuto Secundus est eo, quòd aliqua dictio potest legi correpto accentu, vel producto. Tertius est quòd aliqua dictio potest proferri cum aspiratione, vel sine. Iuxta quem modum sic paralogizatur. Quicquid hamatur hamo captum est, iste homo hamatur, ergo iste homo hamo captus est. Nec oportet dicere, quod ly h. sit litera, quia tunc non manerent eadem materialia. Quartus modus est ex eo, quòd aliquid potest proferri sub vno accentu vel pluribus, vt metuo.

1. elench. cap.

¶ Quæ autem secundum figuram dictionis sunt accidunt quando non idem interpretatur, similiter vt masculinum femininum &c. C. 2. primi huius.

QVÆSTIO XXXV.

QVeritur vtrum figura dictionis operetur aliquam multiplicitatem? Videtur quod non, nam secundum Commen. Alexandrum figura dictionis operatur phanta-

sticum multiplicitatem. i. multiplicitatem apparentem. Sed quod tantum apparet multiplicitas non est multiplicitas, cū ergo figura dictionis operetur phantasticam. i. apparentem multiplicitatē, in illa nulla erit multiplicitas. ¶ Forte aliquis diceret, quod ratio concludit, quòd figura dictionis non operatur veram multiplicitatem, operatur tamen apparentem multiplicitatem. Contra hoc. Si figura dictionis operetur tantum apparentem multiplicitatem, sicut ergo in loco operante veram multiplicitatem necesse est eandem orationem vel idem nomen plura significare, sic necesse est in apparenti multiplicitate, quòd aliqua dictio vel oratio appareat plura significare. ¶ Sed si sic arguitur. Homo est species, fortes est homo, ergo &c. Hic nec nomen, nec oratio apparet plura significare. Sed fortè dicetur ad hanc rationem, ꝙ licet nulla oratio sit hic multiplex, nec etiam nomen, est tamen hic multiplicitas latens ex collatione vnius dictionis ad aliam. Nam licet hæc dictio homo, non significet plura in ista oratione, homo est species, nec etiam in ista sortes, est homo, comparando tamen hunc terminum ad se ipsum prout accipitur in vna propositione & in alia, videtur significare quale quid, & hoc aliquid, cum tamen solum significet quale quid.

¶ Sed contra per Aristotele. Loci in dictione peccant contra contradictionē, sed loci extra dictionem peccat contra syllogismū. Tunc arguo sic. vbicunque est apparens cōtradictio, necesse est idem nomen vel eandē orationē plura significare si ergo figura dictionis paccet contra contradictionem, necesse est idem nomen vel eadē orationem plura significare, eius ergo multiplicitas non consistit in collatione vnius termini adalium. Maior rationis patet, nam vbi est apparens cō tradictio, necesse est vtrāque partē contradictionis esse veram, & necesse est ꝙ vterque conceptus significetur. ¶ Item ad multiplicitatem respondendum est, per distinctionem, sed ad figura dictionis non est respondendum per distinctionem, ergo &c. Minor patet per Aristote. in 2. huius. Dicit enim, quod palam est quomodo soluendæ sunt orationes quæ sunt secundum figuram dictionis, eo ꝙ habemus genera prædicamentorū distincta. ¶ Item si figura dictionis consisteret in collatione vnius termini ad aliū sequeretur, ꝙ figura dictionis peccaret immediatè contra syllogismum, sicut falla cia accidentis. ¶ Ad oppositum est Arist. Qui dicit, ꝙ æqui-

Cap. 5.

uo-

uocatio & amphibologia, & figura dictionis peccât ſm duplex, ſed vbi eſt duplicitas, ibi eſt multiplicitas, ergo in figura dictionis aliqua eſt multiplicitas. ¶ Itē omnes loci in dictione fiūt ex hoc, quòd eiſdē nominibus, & orationibus non idē ſignificamus ſed figura dictionis eſt locus in dictione, ergo etc.

QVÆSTIO XXXVI.

IVxta hoc quæritur. vtrū figura dictionis opereť verā multiplicitatē; Et ꝙ ſic videtur. Nam quod vere impedit formam ſyllogiſticam veram operatur multiplicitatem: Sed figura dictionis eſt huiuſmodi, nam omnes loci in dictione, & extra dictionem peccant eo ꝙ ſunt immodificati, maior patet: nam ſi non eſſet vera multiplcitas, medium verè poſſet vnire extrema. ¶ Ad oppoſitum Ale. dicit, ꝙ figura dictionis operatur phātaſticam multiplicitatem. i. apparentem. ¶ Item vbicunque eſt vera multiplicitas, neceſſe eſt idem nomē vel eandem orationem plura ſignificare, ſed in figura dictionis nec nomen, nec oratio plura ſignificat. 1. elen. cap. 4

Ad primam quæſtionem dicendum, quòd omnes conſentiunt in hoc, quod figura dictionis aliquam multiplicitatem operatur, propter hoc, quòd in omni loco ſophiſtico in dictione ſignificamus non idem eiſdem nominibus vel orationibus. Vnde ſub eiſdem vocibus in omni loco in dictione eſt aliqua latentia plurimum, & hoc eſt locum aliquam operari multiplicitatem.

Sed circa quæſtionem ſecundam, dicunt quidam, quòd figura dictionis veram operatur multiplicitatem, & hoc quia differentia eſt inter multitudinem & multiplicitatem; nam multitudo importat abſolutè pluralitatem, multiplicitas autem ſupra pluralitatem addit vnitatem. Vnde multiplicitas eſt plica multorum ſub vno. Sed vnum dicitur multipliciter, ſicut & ens vnum enim in ſubſtantia dicitur identitatis, in quantitate, æqualitas, in qualitate ſimilitudo. In figura dictionis eſt vnitas, quæ eſt ſimilitudo, videtur ergo, quòd veram multiplicitatem operetur. Alij dicunt, quòd non operatur veram multiplicitatem, ſed ſolum multiplicitatem apparentē, pro eo, quòd in vera multiplicitate neceſſe eſt idem nomen, vel orationem plura ſignificare. Sed in figura dictionis, nec nomen, nec oratio plura ſignificat, hoc patet diſcurrendo per omnes modos. Nam ſi ſic arguitur muſca & ſcamna ſimiliter terminantur in a, & muſca eſt fęminini generis, ergo & ſcam 3

na,

na, musca nõ consignificat duo. s. masculinum & fœmininum. Similiter si dicatur, homo est species, sor. est homo, ergo &c. homo non significat quale quid & hoc aliquid. Vtraque istarum opinionum est probabilis, verũtamen dici potest, quòd figura dictionis operatur multiplicitatem, non tamen ita veram, sicut alij loci in dictione: nã in multiplicitate vnitas est formale, sed in figura dictionis non est vnitas vocis secundũ substantiam, sed solum vocis secundum similitudinem, propter quod iste locus operatur multiplicitatem, illa tamẽ multiplicitas est secundaria respectu illius multiplicitatis, vbi est vnitas vocis secundum substantiam.

Ad primam rationem dicendum, quòd in figura dictionis est apparens multiplicitas, non tamen est sic apparens, ꝙ sit sine existentia. sed ideo dicitur apparens, quia prouenit ex similitudine dictionis ad dictionẽ, sed similitudo dicitur phantasma rei, ideo illa multiplicitas ab Alexandro vocatur multiplicitas phantastica. ¶ Ad illud in opp. cum dicitur, quòd figura dictionis peccat contra contradictionem, dici potest, ꝙ non est verum, & cum dicitur, quòd omnes loci in dictione peccant contra contradictionem, dicendum quòd verum est pro maiori parte locorum in dictione. Nam Arist. statim subdit, quòd loci extra dictionem peccant contra syllogismum, tamen dicit, quòd fallacia secundum quid, & simpliciter ducitur in ignorantiam elenchi, eo quòd non est affirmatio, & negatio de eodem. ¶ Quod figura dictionis non peccet contra contradictionem, potest probari, nam quælibet propositio in se vna est, ergo vnam potest habere negationem. Et vbi affirmatio, & negatio est vna & eiusdem, non contingit vtranque partem contradictionis esse simul veram, quod tamen requiritur in loco peccante contra contradictionem. Sustinendo tamen, quòd figura dictionis peccet contra contradictionem, dici potest, ꝙ in figura dictionis est peccatum in contradictione, eo quòd non verè infertur contradictoria præconcessa a respõdente. Proposito. n sub interrogatione potas ne, dat aliquis quod non habet, hac autem negata a respondente, opponens arguit sophistice. Dat vnum solum denarium, & non habet vnum solum denarium, ergo dat, quod non habet. Hic non infertur contradictoria præconcessi, nam hæc conclusio bene sequeretur, ergo dat vt non habet, alia tamen conclusio non sequitur, nisi propter similitudinem quam habet ad hãc.

Aliquis

Aliquis dat vt non habet. Ista autem apparens cõtradictio accidit propter similitudinem in dictione, sed illud nõ sufficit, nam si hoc sufficeret, tunc omnes loci in dictione & extra, & accidens de quo minus videtur, peccaret contra contradictionem, quia per omnem locum sophisticum potest cõcludi oppositum præconcessi a respondente apparenter. ¶ Ad alias rationes, patet qui dicendum ex quæstione.

QVÆSTIO XXXVII.

QVæritur vtrum figura dictionis sit locus in dictione? Et videtur, ꝙ non. Nam omnis locus in dictione fit, eo ꝙ eisdem nominibus, vel orationibus non idem significamus. Sed si sic arguatur musa, & poeta similiter terminantur, & musa est fœminini generis, ergo & poeta, hic nec dictio, nec oratio plura significat, nec consignificat. Iste igitur locus non accidit, eo quòd eisdem nominibus, uel orationib. non idem significamus. ¶ Item ille non dicitur locus in dictione cuius apparentię principium sumitur a parte rei, sed principium apparentiæ figuræ dictionis sumitur a parte rei, ergo &c. Maior patet, quia loci in dictione distinguuntur a locis extra dictionem per hoc, quòd principium apparentiæ locorum in dictione a parte vocis accipitur. Minor patet, nam si sic arguitur, quicquid heri vidisti hodie vides, album heri vidisti, ergo album hodie vides. Hic causa apparentiæ non est similitudo vocis, nec vnitas, nam albi ad quicquid nulla est similitudo. Similiter si arguitur. Homo est species, sortes est homo: ergo &c. Sortis ad hominem nulla est similitudo ex parte vocis. ¶ Oppositum patet per Aristoteles, qui ponit sex locos in dictione, cuius numerum probat inductiuè, & sylo.

Ad quæstionem dicendum, quòd fallacia figuræ dictionis est locus in dictione. Et hoc patet per rationes. Vna est, quia iste locus magis fit in considerando cum alio, quam cum seipso, sed cum alio cõsideratio fit per sermonem. Alia ratio, quia iste locus fit ex similitudine, & similitudo est in dictione. ¶ Circa tamen eius causam apparentiæ, & circa eius modos sunt diuersæ opiniones. Nam quidam dicũt, quod aliqui modi istius fallaciæ accipiuntur realiter, & tamen locus est in dictione. Nam ad dictionem tria requiruntur. s. res significata, modus significandi. & modus proferendi. Penes ista tria accipiuntur tres modi figuræ dictionis. Primus modus est, quòd

pro-

propter vnitatem rei significatæ interpretamur vnitatem in modis significandi, iuxta quem modum sic fit paralogismus omnis substantia est colorata, lapis est substantia, ergo lapis est colorata propter vnitatem rei inter substantiam & lapidē arguimus vnitatem in modis significandi. Secundus modus accipitur, quando propter vnitatem modorum significandi arguimus vnitatem rei significatæ, vt quicquid heri vidisti, hodie vides, album heri vidisti, ergo &c. Nam prædicamenta habent modos significandi concretiuè similes, propter quod vnum de alio potest cōcretiuè prædicari. Tertius modus est, quando propter vnitatem modi proferendi interpretamur vnitatem rei significatæ vel modi significandi, vt secare & videre similiter terminantur, & secare significat actionem, ergo & videre. Et licet aliqui modi istius fallaciæ accipiantur realiter, tamen locus in dictione est, nam principium apparentiæ ex parte vocis est, nam ad vocem pertinent terminatio, & ipsa cōcretio. Sed concretio est duplex. Vna qua vtimur in prædicationibus essentialibus. Penes primam concretionem accipitur primus modus figuræ dictionis, penes secundam secundus, sed penes terminationem dictionis accipitur tertius modus, quia ergo concretio est ex parte vocis, ideo figura dictionis est locus in dictione.

Sed contra istam positionem potest argui multipliciter. Nam ille locus, cuius principium motiuum ex parte rei accipitur, est locus extra dictionem, si igitur principium motiuū figuræ dictionis ex parte rei accipitur, sequitur, quòd figura dictionis sit locus extra dictionem. Maior patet per distinctionem locorum in dictione, & extra dictionem. Quod autem hæc positio ponat, quod principium apparentię figuræ dictionis sit ex parte rei, hoc patet, nam cum sic dicitur. Omnis substātia est alba lapis est substantia, ergo &c. Dicitur, quod propter vnitatem rei lapidis ad substantiam, interpretamur modos significandi esse eosdem. Item in omnibus modis vnius loci vna debet esse causa, apparentiæ indiuisa secundum speciem, cum ergo in tertio modo similitudo vocis ad vocem sit causa apparentiæ figuræ dictionis, in alio modo eiusdem loci vnitas rei non potest esse causa apparentiæ. Quod autem conuenientia in modo significandi concretiuè non sit causa apparentię dictionis, probatio. Nam illud quod cadit ex parte non existentiæ in aliquo loco sophistico, non potest cadere

re ex parte apparentiæ eiusdem loci. Sed modis significandi concretiuè cadit ex parte non existentię in figura dictionis, ergo non potest esse causa apparentiæ in secundo modo, maior patet inductiuè, & ratione. Inductiuè, nam in æquiuocatione diuersitas significat, quę est causa non existentię non cadit ex parte apparentię. Similiter ratione, locus sophisticus integratur ex causa apparentiæ, & non existentiæ, vt compositum ex materia, & forma. Sed illud quod est ex parte materiæ nō potest cadere ex parte formæ, nec econuerso. Quod modus significandi cadat ex parte non existentiæ patet, per Aristot. in secundo huius. ¶Item causa apparentiæ generalis debet esse eiusdem naturæ cum causa apparentię speciali, sed causa generalis, omniū locorum in dictione quę est vnitas vocis non est eiusdem naturę cum causa apparentiæ quę accipitur ex parte rei, ergo &c. Assumptum patet, nam causa apparentię locorum in dictione debet esse obiectum virtutis sensitiuæ, vt auditus, sed vnitas rei non est obiectum sensitiuę virtutis vt auditus, sed vnitas vocis, ergo &c. ¶Item si causa apparentiæ in figura dictionis ex parte rei acciperetur, magis deciperemur per se, quam cum alio per figuram dictionis. Sed dicitur ad figuram dictionis non exigitur, quod eius causa apparentię accipiatur a parte vocis: vnde dicitur figura dictionis non vocis. Nunc autem ad dictionem tria requiruntur, scilicet vox, significatum, & modus significandi, ex parte cuiuslibet istorum accidit deceptio figurę dictionis, est tamen res aliter & aliter causa apparentię in figura dictionis, & in locis extra dictionem. In locis extra dictionem accidit deceptio ex parte rei absolutè consideratę. In figura dictionis accidit deceptio ex parte rei per vocem significatę. Ista responsio sufficienter nō distinguit inter locos in dictione & extra dictionem. In locis extra dictionem videmus, quòd ex parte rei absolutè consideratę non accidit deceptio, quia hęc est secundum quod & simpliciter. Homo mortuus, ergo homo. Si tamen hoc nomen cadauer imponatur ad significandum hoc totum homo mortuus: Et diceretur cadauer est hic intus, ergo homo est hic intus, non est secundum quid & simpliciter, deficit enim apparentia: ergo in locis extra dictionem non cadit deceptio ex parte rei absolutè consideratę. Similiter in falsacia secundum plures interrogationes, propositio plures nō apparet vna propter vnitatem rei. Vt si diceretur, est ne cę-

lum,

lum, terrā, aut mare? inter ista interrogata non est aliqua conuenientia, nisi vt cadunt sub vno modo interrogandi. Modus autem interrogandi pertinet ad ipsam vocem. Ideo dicendū est, quod si causa apparentię accipitur a parte rei siue absolutè consideratę, siue vt per vocem significatur, semper est fallacia extra dictionem.

Ideo dicendum est, quod figura dictionis est locus in dictione, quia causa sue apparentię accipitur a simili figuratione vocis ad vocem. ¶ Si deceptio prouenit ex simili figuratione vocis ad vocem, est primus modus, & est quando interpretamur eadem esse siue genera, siue casus, vt hic. Secare & videre similiter terminantur &c. Secundus modus prouenit ex simili figuratione dictionis diuersimodè consideratæ: vt vnum significat, & aliud concernit: vt quicquid heri. &c. Tertius modus prouenit ex simili figuratione dictionis, vt vnum significat, & aliud appellat: vt hic homo est species &c. Similis ergo figuratio est causa apparentiæ in figura dictionis. ¶ Ad primum arg. concedo maiorem: ad minorem dicendum, quod est falsa: quia in figura dictionis significamus non idem eisdem nominibus. ¶ Ad secundum dicitur, quod albedo dupliciter consideratur. s. vt subiectum concernit, vel vt qualitatem significat, nunc autem ista similitudo albi, qua vnum significat vt qualitatem, & aliud concernit, vt subiectum, est causa apparētiæ in isto paralogismo, quicquid vidisti &c. ¶ Ad illud de homine eodem modo respondetur.

QVÆSTIO XXXVIII.

QVæritur circa modos figuræ dictionis. Et primo vtrum iste paralogismus musa & poeta similiter terminantur in a & musa est fœminini generis, ergo & poeta, debeat sic formari? Et quod sic videtur. Nam Aristotel. huius sic format quendam paralogismum, vt videre & secare similiter terminantur, secare significat agere: ergo & videre. ¶ Ad oppositum. paralogismus debet apparere syllogismus: sed hic non est apparētia formę syllogisticæ, ergo &c. ¶ Item arguens sophistice nō debet exprimere illam falsam maximam, secundum quam arguit. Nam arguens secundum locum æquiuocationis non debet istam falsam maximam exprimere. s. quod vni nomini solum correspondeat vnum significatum, sed hæc est falsa maxima, secundum quam arguitur iuxta primum modum figuræ: di-

ca. 5.

in 2.

2

dictiones quæ similiter terminatur, habent eosdem modos significandi: istam ergo non debet exprimere. ¶Item si sophista istam maximam exprimeret, dictiones quę similiter terminantur habent eosdem modo significādi, musa & poeta similiter licet terminātur, ergo &c. tunc faceret syllogismum peccantem in materia, & non in forma.

Ad quęstionem dicendum, quòd duplex est modus formādi syllogismos iuxta primum modum. Et vterque conuenies est. Primus modus est, quem Aristo. videtur innuere in secundo huius. Arguit enim sic, videre & secare similiter terminantur, sed secare significat agere, ergo & videre, secare significat pati, ergo & videri, sed contingit idem secundum idem videre & videri, ergo contingit idem, & secundum idem agere & pati. In isto peralogismo non exprimitur illa falsa maxima secundum quam arguit, sed causā tacet, & veram proponit, tamen virtute illius falsæ maximæ arguit. Alius modus est formādi peralogismos secundum formam syllogisticam sic, quæ cunque sunt alba, sunt plura, mulier est alba, ergo plura, quia .n. plura & alba similiter terminātur, & plura est pluralis numeri, credit quod alba sit pluralis numeri, sic dicendo, mulier est alba. ¶Ad primum argumentum. dico quod non oportet, quod peralogismus appareat syllogismus in dispositione terminorum, sed sufficit, quod appareat illatio. ¶Ad aliud dicendum, quod sophista non exprimit illam falsam maximam, secundum quam arguit, sed tamen virtute illius arguit. Verumtamen intelligendum est, quod cum in figura dictionis interpretemur, non eadem esse eadem propter figurationem similem vocis. Similiter autem figuratio potest esse ex parte principij, sicut ex parte finis. Albus.n. similiter figuratur ei quod est alba ex parte principij sicut alba ei quod est scamna ex parte finis, si ergo moueamur aliqua esse eadem quæ non sunt pp similem vocis figurationem, siue hoc proueniat ex parte termini, siue ex parte priincipij, semper figura dictionis erit.

QVÆSTIO XXXIX.

QVæritur vtrum cōmutatio vnius prædicamenti in aliud causet figuram dictionis? Videtur q̄ non. Nam sequitur, sortes percutit platonem, ergo plato percutitur à sorte, hic tamen mutatur actio in passionem. ¶Item sequitur, quantum est ergo substantia est, & sequitur, quale est ergo

go quantum est, hic tamen commutatur vnum, prædicamentum in aliud, ergo &c. ¶ Item sequitur, quicquid heri vidisti, hodie vides: albedinem heri vidisti ergo &c. hæc tamen est commutatio &c. ¶ Ad opp. Arist. dicit quod figura dictionis est, qñ nos interpretamur quale quantum, vel faciens patiẽs.

Ad quæstionem dicendum, quod commutare rem vnius prædicamenti in rem alterius acceptam sub diuerso modo prædicandi causat figuram dictionis, tamen commutare rem vnius prædicamenti in rem alterius sub eodem prædicandi, forte non causat figuram dictionis. Verum tamen intelligendum est, quod aliud est commutare in rem vnius prædicamenti in rem alterius & rem vnius prædicamenti sequi ad rem alterius: tunc.n. commutatur res vnius predicamenti in rem alterius quando res vnius accipitur ac si esset res alterius, & hoc propter aliquã similem vocis figurationem, & hoc vult Aristot. Dicit.n. ꝙ figura dictionis est quando interpretatur quale esse quid vel faciens esse patiens, sed propter hoc, qñ res vnius Prædicamenti sequitur ad res alterius, non accipitur res vnius prædicamenti, ac si esset res alterius, sed accipitur vt diuersa, quando.n. sic dicitur: fortes percutit platonem ergo plato percutitur à Sorte, nõ accipit hic agere ac si esset pari. Significatur.n. quod ad dactionem alicuius vt agentis, se quit passio alterius vt patientis. ¶ Per hæc pater ad duo argumẽta prima. Ibi.n. non accipitur res vnius prædicamenti, ac si esset res alterius, sed denotatur, quod ad rem vnius prædicamenti requiritur res alterius predicamenti. ¶ Ad tertium dico, quod ly, quicquid, non distribuit solum pro his quæ sunt in genere substantiæ, immo absolutè distribuit pro his quæ dicunt quid sed in quolibet genere conuenit reperire quid, & res cuiuslibet prædicamenti, vt dicit quid sub hoc quod dico, quicquid potest accipi, vnde si ly, quicquid, solum distribueret pro his, quæ sunt in genere substantiæ: forte hic esset figura dictionis, quicquid heri vidisti hodie vides. &c. ¶ Ad arg. in oppositum dicendum quod textus habet intelligi qñ res vnius prædicamenti sub vno modo accepta commutatur in rem alterius prædicamenti acceptam alio modo.

QVÆSTIO XL.

QVæritur vtrum commutare rem vnius prædicamenti sub vno modo acceptam in rem eiusdem generis vel alte-

alterius sub alio modo acceptam, sit sufficiens causa non existentiæ figuræ dictionis? Et videtur quod non. Nam posita causa, ponitur effectus, sed alicubi est commutatio, vbi nō est figura dictionis, ergo &c. Probatio assumpti, nam sequitur quicquid currit mouetur, album currit, ergo &c. ¶ Oppositum conclusionis non potest stare cum præmissis. Ista. n. nō stante simul, quod nullum album moueatur, & quod album sit aliquid ꝙ currat, & quicquid currit, moueatur. Similiter hic est bonus syllogismus omnis homo currit, omnis homo albus est homo, ergo omnis homo albus currit, nam ex opposito cōclusionis cum minore infertur oppositum maioris sic. Non omnis homo albus currit, omnis homo albus est homo, ergo non omnis homo currit. Hic dicitur, ꝙ ex opposito conclusionis cum minore non sufficit inferre oppositum maioris, sed etiā oportet, quod ex opposito conclusionis cum maiore inferatur oppositum minoris, nam duæ præmissæ se habent in ratione antecedentis, respectu conclusionis. Si autem accipitur oppositum conclusionis cum maiore erit idem defectus qui fuit in priori syllogismo, sic arguendo omnis homo currit, non omnis homo albus est homo, hic est idem defectus, ergo &c. ¶ Sed contra quandocunque ex opposito cōclusionis cum altera præmissarum infertur oppositum alterius præmissę, necesse est vtrunque syllogismum esse bonum cum ergo ex opposito conclusionis cum maiore inferatur oppositum minoris, necesse est illum syllogismum esse bonum. Probatio assumpti. quandocunque alter syllogismorum probantium est bonus, necesse est, ꝙ opposito conclusionis cum vtraq; præmissarum possit inferri oppositum vtriusque præmissę, hoc. n. conceditur & probatur per hanc regulam, quando ad antecedens sequitur consequens ex oppositō consequētis, sed alter syllogismorum probātium primum syllogismū est syllogismus bonus: necesse est ergo quod vterque syllogismos sit bonus. ¶ Ideo dicitur aliter, quod hic non est figurę dictionis fallacia. Omnis homo currit, homo albus est homo, ergo homo albus currit. Nam hoc quod dico, omnis vel quicquid distribuit pro his quę dicunt quid, sed tamen hoc signum quicquid, distribuit pro his quę dicunt, quid, & sub ratione quid, sed hoc quod dico omnis, & si distribuat pro his quę dicunt quid non tamen sub ratione quid. Et ideo sub hoc quod dico, omnis homo, potest accipi homo albus, sed con-

ta hic est figura dictionis, omnis homo qui heri cucurrit, hodie currit, homo albus heri cucurrit, ergo hodie currit. Præmisse enim possunt esse verę, & conclusio falsa posito casu possibili. ergo diuersitas distribuendi cum quicquid, & omnis, non facit, quod sic fallacia cum ly, quicquid, & non cum ly, omnis. Hic dicitur, quod defectus caulatur ex diuersitate compositionis secundum tempus, nam cum vtroque signo accepta duplici compositione eiusdem temporis, argumentum erit bonum, variata autem compositione vtrobique deficiet. Nam diuersitas compositionum secundum tempus variat veritatem, & falsitatem, & habitudinem aliquorum terminorum inter se ex identitate eorundem in aliquo tertio illatam. Sed cōtra contingit reperire figuram dictionis sine diuersitate compositionum secundum tempora. Nam hic est figura dictionis. Quicquid auditur a Platone profertur a Sorte, falsum auditur a Platone, ergo falsum profertur à Sorte. Nam conclusio est falsa præmissis existentibus veris, posito, quod Sortes proferat istam nullus homo est asinus, & quod Plato audiat totum præter signum, nō vt signum. ¶ Item cum diuersitate compositionum secundum tempora stat bonitas syllogismi. Nam hoc argumentum est bonum, quicquid heri vidisti, hodie vides, Sortem heri vidisti, ergo &c. Et quicquid heri vidisti hodie vides, album heri vidisti, ergo &c. Si dicatur, quod non est simile de istis duobus, quicquid heri vidisti hodie vides, Sortem &c. & quicquid heri vidisti hodie vides album heri vidisti, ergo &c. quia inter substantiam & accidēs cadit aliqua implicatio media, quæ non cadit, qñ sub quicquid accipitur aliquid, quod dr quid. Sed contra, circa ly Sortem conuenit exprimere eandem implicationem, & tñ argumentum est necessarium, diuersitas ergo compositionis per se non causat defectum in argumento. ¶ Ad oppositum, hic est figura dictionis. Quod scriptū est scripsit aliquis falsa oratio scripta est: ergo falsam orationem scripsit aliquis: & hic est commutatio in causa.

Ad quæstionem dicendum est, quod commutatio vnius mōdi prædicandi in alium modum prædicandi est sufficiens causa non existentiæ figurę dictionis, hoc tamen difficile est videre in quibusdam: nam istam commutationem concomitatur diuersitas compositionum secundum tempus: & qñ aliquid quod est causa per accidens coniūgitur illi, quod est causa

sa per se: difficile est videre, quod eorum sit causa. Dicit enim Aristot. in 7. metaph. quod si natura circuli non possit reperiri nisi inære: difficile esset vt̄ vtrum æs esset de eius essentia vel non: sed quia natura circuli potest reperiri in alia materia q̄ in ære: vt in materia lignea & cuprea ideo facile est videre, quod æs non est de essentia circuli. Et similiter est de ista oratione. Quod scriptum est scripsit quis &c. nam hic sunt duo, quorum vtrunque videtur esse causa figuræ dictionis. s. diuersitas & commutatio: nam amota diuersitate compositionis, commutatione manente, argumētum apparet: vt si sic arguatur, quicquid currit mouet: albū currit: ergo. Similiter amota commutatione diuersitate compositionis manente argm̄ apparet necessarium: vt si sic arguatur: quicquid heri vidisti hodie vides: Sortem &c. vñ neutrum per se vt̄ esse causa defectus, sed vtrumque simul. Verūtamen dicendum, quod cō mutatio solum per se est causa defectus cui tñ quandoq; annectitur diuersitas compositionis, sed tñ diuersitas compositionis non est causa defectus, hoc patet exemplo & ratione exēplo. nam hic est figura dictionis, quicquid auditur a Platone profertur à Sorte; falsum auditur à Platone, ergo &c. Conclusio est falsa remanente hypothesi vt supra, hic tñ non est diuersitas compositionis secūdum tempus. Ratione sic, nam in quolibet syllogismo necesse est, quod vna propositio se habeat vt totum, reliqua vt pars decisa ab illo toto, nam omnis syllogismus concludit virtute primæ figuræ, sed nec quale sub ratione qualis: nec quantum sub ratione quanti se habent in ratione partis decisæ ab eo, quod dicit quid: nec econuerso. Si ergo sub eo quod dicit quid sub ratione totius accipitur quale sub ratione partis, ibi erit figura dictionis, & tñ nō erit ibi diuersitas compositionis, hoc patet per illud exemplum. Qđ scriptum est scripsit quis: falsa oratio scripta est, ergo &c. Nāly quod in maiori accipitur sub ratione quid: & in minori cō paratur ad hoc quod dico: falsa oratio sub ratione qualis, ergo mutatur quid in quale. Et hoc est quod vult Arist. si quęratur, putas ne quod quis habuit, & non habet, amisit illud? Ex hac concessa à respondente infertur. Decem digitos habuit quis, & nō habet, ergo decem digitos amisit quis, hic est figura dictionis, nam hic mutatur quod in quantum: nam decem significant quantum: Sed qñ est commutatio, & qñ non hoc potest dignosci exemplo & ratione præcedente. Cum identi

Contex. 34 & in de.

2. elēch. Cap. 5.

tas extremorum inter se includatur in identitate extremorũ in medio, aliter propter prẽmissas non sequeretur conclusio. Si ergo medium comparetur vni extremo sub ratione quid, & alteri extremo sub ratione qualis vel quanti. Si ista diuersitas lateat propter similem figurationem vocis, figura dictionis erit in argumento, vt patet in isto exemplo. Quicquid auditur à Platone profertur à Sorte, &c. res enim intellecta in hoc quod dico quicquid, comparatur ad hoc quod est proferri à Sorte sub ratione, quid, quia inquantum vox est, & non vt est significatiua veri vel falsi. Sed ad hoc quod est falsum comparatur sub ratione qualis, & ideo ibi commutatur quid in quale. Vnde commutatio est causa non existentiæ figurę dictionis, vel fallacia accidentis, saltem in secundo modo, vel in tertio modo figuræ dictionis. Sicut ergo in fallacia accidẽtis est defectus syllogismi, & in figura dictionis est defectus syllogismi. Sed in figura dictionis occultatur non existentia per similem figurationem vocis ad vocem. Sed in fallacia accidentis occultatur non existentia per vnitatem rei. ¶ Sed cõtra, hoc est bonum argumentum Iste dat vnum solum denarium, & non habet vnum solum denarium, ergo dat denariũ. Et sequitur, dat denarium, ergo dat quod habet, & non sequitur. Iste dat vnum solum denarium, & non habet vnum solũ denarium, ergo dat quod non habet. Hic tamen fit eadem cõmutatio quæ fit in hoc argumento. s. Iste dat vnum solum denarium, & non habet vnum solum denarium, ergo &c. Commutatio ergo non est causa præcisa figuræ dictionis. Et dicendum, quod illud argumentum est bonum. Iste dat vnum solum denarium, &c. qui est primus paralogismus, nec est ibi figura dictionis, & tamẽ in paralogismo Arist. est figura dictionis. Cum. n. dicitur. Iste dat vnum solum denarium, duo dicũtur, s. dare denarium & modus dandi. In minori autem cum dicitur, & non habet vnum solum denarium, ibi solum negatur modus habendi, & non res ipsa, & ideo res potest concludi, si dicendo, ergo dat quod habet. Sed in paralogismo Arist. ex negatione modi rei proceditur ad negationẽ ipsius rei, iõ ibi commutatus modus rei in rem. ¶ Ad primum argumentum dicendum, quod hic non est figura dictionis. Quicquid currit, mouetur, album currit, ergo &c. Non enim sumptio cuiuslibet denotantis quale sub aliquo denotante quid, facit fallaciã figuræ dictionis, sed solum si quale accipitur, vt para-

decisa ipsius quid Vnde ad formam argumenti dico, quod in ista propositione maiore, quicquid currit, mouetur, attribuitur moueri ipsi currenti accepto sub ratione quid. In minori autem significatur attribui rei cui accidit album, vnde est sensus, album id est res alba &c. ¶ Ad secundum dico, quod hic non est figura dictionis. Omnis homo currit, homo albus est homo, ergo &c. nam in minori homo albus nō accipitur sub ratione albi, sed sub ratione hominis cui accidit album, & sic patet ad quæstionem.

QVÆSTIO XLI.

QVæritur vtrum commutare quale quid, in hoc aliquid facit fallaciam figuræ dictionis? Videtur quod non. Nā si sic in consequentijs Arist. in lib. prædicamentorum esset figura dictionis. Arguit enim sic. Si color est in corpore, ergo in aliquo corpore. Similiter, si anima mouetur aliqua specie motus mouetur, hic tamē procedit a quali quo ad hoc aliquid. Si dicatur, quod hic procedit a quali quo ad quale quid, nam aliquam rationem habet eius quod est quale quid. ¶ Contra Arist. ibidem per hoc intendit ostendere, quod omnia quæ sunt, vel sunt in primis substantijs, vel dicuntur de primis substantijs, vnde per hoc quod est aliquod corpus, videtur sumere substantiam primam, & per consequens hoc aliquid. ¶ Item si talis commutatio faceret figuram dictionis, sequeretur, quod in conuersione vniuersalis affirmatiuæ esset figura dictionis, consequens falsum, ergo antecedens, consequentia patet. Nam sic dicendo. Omnis homo est animal ergo quoddam animal est homo. In primo ly animal, significat quale quid, & in secunda hoc aliquid. ¶ Item interpretari ea esse eadem quæ eadem sunt, nō facit figuram dictionis, sed singulare & vniuersale sunt realiter idem, ergo &c. ¶ Item si commutare quale quid in hoc aliquid, faceret figuram dictionis, tunc e conuerso commutare hoc aliquid in quale quid faceret figuram dictionis, consequens falsum, ergo & antecedens, consequentia patet, nam sicut commutare quale in quātum facit figuram dictionis, sic e conuerso commutare quantum in quale facit figuram dictionis. Falsitas consequentis patet, nam tunc hic esset figura dictionis. Iste homo currit, & iste homo, ergo &c. ¶ Si dicatur quod ly homo in hac minori, iste homo est homo, non significat quale quid, sed hoc

aliquid. Contra, tunc non esset hic figura dictionis, homo est Plato, sortes est homo, ergo sortes est Plato. Et præterea in hac minori prædicatur superius de inferiori, superius autem respectu sui inferioris, dicit quale quid. ¶ Ad oppositum Aristo. dicit quod hic est figura dictionis. Coriscus est alter ab homine: Coriscus est homo, ergo &c.

a. elen. c. 5. & 1. c. 3. dicit quod est accidens.

Ad Quæstionem dicēdum est quod commutare quale qd in hoc aliquid, facit figuram dictionis. Circa qnod primo intelligendum est, quid intelligimus per quale quid, & hoc aliquid. Ad cuius euidentiam intelligendum est quod nomen speciei & nomen indiuidui eiusdem speciei eandem naturam important sicut homo, & iste homo. Sed illa natura per nomen speciei, & indiuidui diuersimode importatur, per nomē enim speciei importatur prout sibi accidit vniuersalitas & particularitas, per nomen autem indiuidui importatur prout est hæc natura. Ratio autem significandi prima est ratio significandi eius quod est quale quid: Cuius rationem assignat Boe. natura quid dicit. Et circa primam substantiā qualitatem determinat. Ista autem eadem natura significata per terminum singularē per modum determinati dicitur hoc aliquid. Vnde hoc aliquid, & quale quid sunt diuersæ rationes accipiendi eandem naturam. Si autem aliquis interpretatur hāc acceptionem vel rationem accipiendi esse illam, & hoc propter similitudinem vocis ad vocem, figura dictionis erit. Si autem propter vnitatem rei, fallācia accedentis erit. Et quia difficile est videre diuersitatem rei, & vnitatem rei, licet facile sit videre similitudinem vocis ad vocem, ideo paralogismi tertij modi, figuræ dictionis difficiles sunt ad soluendum, propter causam apparentię accedentis annexam. ¶ Vlterius est intelligendum, quòd non omnis illatio a termino significante quale quid ad terminum significantem hoc aliquid facit figuram dictionis, sed solum illa, in qua quale quid accipitur, ac si esset hoc aliquid, vel econuerso, & hoc est quando aliquid attribuitur ipsi communi prout commune est, & postea singulari prout est hoc vnum, sicut hic. Homo est species, sortes est homo, ergo sortes est species. ¶ Ad primam rationem dicēdum, cum dicitur. Color est in corpore, &c. quòd hic proceditur aquali quo ad quale quid, quia ly aliquod corpus rationem communis habet, vnde suppositā concernit, nam vnius cē de multis potest prędicari.

¶ Ad

¶ Ad illud contra hoc, dico, quod licet prima substantia in re sit hoc aliquid determinatum, tamen secundum intellectũ potest habere rationem communis. Et vt substantia prima habet rationem communis, per hoc quòd est aliquod corpus designatur, nam sicut prima substantia de hac substantia prima & illa prædicatur, sic aliquod corpus de hoc corpore, & illo prædicatur. Vnde si per hoc, quòd dico aliquod corpus, solum hoc corpus designaret Arist. faceret fallaciã consequẽtis sic arguendo, Color est in corpore, ergo in aliquo corpore. ¶ Ad aliud dicendum, quod in conuersione vniuersalis affirmatiuę non est figura dictionis. Nam ibi non accipitur quale quid ac si esset hoc aliquid. Sed ibi proceditur a termino significante quale quid, prout stat pro pluribus suppositis ad eundem significantem hoc aliquid, & hoc prout stat propaucioribus, nam in prima propositione significatur, quòd animal pro aliquo sui attribuitur homini pro quolibet sui, & in secũda, quòd homo pro aliquo sui attribuitur animali pro aliquo sui, vnde vniformiter accipitur in antecedente & consequente. ¶ Ad aliam rationem dico, quòd licet terminus cõmunis, & suum suppositum per se sint realiter eadem, modi tamen significandi eius quod est quale quid, & hoc aliquid, sunt diuersi. Vnde commutare ista adinuicem, propter similitudinem vocis cãt figuram dictionis. ¶ Ad vltimum dico, cõcedendo quod infertur. Et cum dicitur, tunc esset hic figura dictionis. Iste homo currit, iste homo est homo, ergo homo currit. Dico, quod figura dictionis non est hoc, nam hoc aliquid non accipitur ac si esset quale quid, vnde in ista, iste homo est homo attribuitur prædicatum ei quod est hoc aliquid sed non solum sub hac ratione, vt est hoc aliquid, sed vt secũ compatitur aliam acceptionem. Vnde hic est figura dictionis. Sortes est indiuiduum, homo est sortes, ergo homo est indiuiduum. Ex istis sequitur plus vel vlterius, quòd procedere a pluribus determinatis ad vnum istorum, est procedere a quali quo, ad hoc aliquid, nam quando aliquid in præmissis accipitur pro diuersis habet rationem communis, & p consis rationem eius quod est quale quid, accipere ergo aliquod istorum respectu alicuius, de quo illud quod habet rationem communis prædicatur, est facere figuram dictionis, sicut hic fortes est homo, plato est homo, ergo sor. est plato.

QVÆSTIO XLII.

QVæritur vtrum sub termino significante quale quid lateat diuersitas interpretatorum in tertio modo figuræ dictionis? Vt quod non, nam diuersorum locorum secundum speciem sunt diuersæ causæ apparentiæ secundum speciem, sed figura dictionis & æquiuocatio sunt diuersi loci, secundum speciem distincti. Cum ergo in æquiuocatione vnitas vocis secundum mām & formam sit causa apparentię, nō potest esse causa apparentię figurę dictionis, vel sequitur quòd in tertio modo figurę dictionis sit æquiuocatio. ¶Item in quolibet modo eisdem loci sophistici, debet esse eadem cā apparentiæ: nam modi eiusdem loci non determinēt speciem. Cum ergo in primo modo figuræ dictionis similitudo vocis ad vocem sit causa apparentiæ identitas vocis non erit causa apparentiæ in tertio modo. ¶Item in figura dictionis similitudo vocis ad vocem est causa apparentiæ, sed vbi est similitudo ibi non est identitas, cum ergo similitudo vocis ad vocem sit causa apparentiæ in tertio modo figuræ dictionis, sequitur &c. ¶ Ad oppositum figura dictionis est quidam locus cuius principium motiuum est in voce, sed nisi diuersitas interpretatorum sub termino significante quale quid lateret, difficilè est assignare causam apparentiæ in tertio modo figuræ dictionis, vt puta in isto paralogismo, homo est species, sor. est homo, ergo sortes est species, quare &c.

Ad quęstionem dicendū, quod hæc est duplex via, & vtraque probabilis. Prima, quod diuersitas interpretatorum in tertio modo figuræ dictionis lateat sub termino significante quale quid nam cum defectus occultetur per apparentiam in eisdem, debet esse causa apparentiæ in quib. cooperta est causa non existentię, sed vniuersaliter causa non existentię est diuersitas interpretatorū, sed diuersa interpretata interpratur qñq; per diuersas dictiones, vt in primo mō figurę dictionis. Cum sic arguitur secare, & videre similiter terminantur &c. & tunc causa apparentiæ cōsistit in duabus dictionibus quinque diuersa interpretata interpretantur per vnam dictionē, & hoc dupliciter, aut sic, quòd dictio vnū significant, & aliud concernit, & tunc est secundus modus. Aut sic, quòd dictio vnum significat, & aliud appellat, & tunc est tertius modus. Cum ergo in termino significante quale quid lateat diuersitas interpretatorum, & in eisdem est causa apparentiæ, sub

quib.

quib. latet causa non existentiæ, vt dictum est: sequitur, quod in tertio modo figuræ dictionis diuersitas interpretatorum lateat in termino significante quale quid. Et hæc videtur vti-le Arist. in li. prædicamentorum, vbi dicit, quod omnis substantia videtur significare hoc aliquid, & in primis substantijs indubitabile verum est. In secundis aũt similiter videtur sub appellationis figura hoc aliquid significare. Veruntamen intelligendum est, quòd similis figuratio vocis ad uocem per se requiritur ad figuram dictionis. Quod autem maior identitas in figura dictionis reperiatur, quam identitas similitudinis, hoc accidit figuræ dictionis, & per hoc patet ad rationes. ¶ Ad primam. Dico, quod vnitas vocis secundum materiam, & formam per se requiritur ad æquiuocationẽ. Quod autem vnitas vocis reperiatur in figura dictionis, hoc accidit ei, sed tamen propter primum argumentum dicendum, quod licet in tertio modo figuræ dictionis diuersitas interpretatorum lateat sub vnitate vocis, non tamen est æquiuocatio, nã in æquiuocatione requiritur, quod nomen significet diuersa, sed terminus dicens quale quid in tertio modo figuræ dictionis non significat duo. s. quale quid, & hoc aliquid, sed solum quale quid, & sub appellationis figura videtur hoc aliquid significare. ¶ Alia via probabilis est, quod similis figuratio vocis ad vocem est causa apparẽtię in figura dictionis, & in quolibet eius modo est hoc manifestum in primo modo nam Arist. in secundo huius sic format paralogismum, videre & secare similiter terminantur, sed secare significat agere, ergo & videre. Secari autem significat pati, ergo & videri.

Sed contingit aliquid simul & semel videre, & videri, ergo agere & pati. ¶ Si dicas, quòd in isto paralogismo quicquid auditur a Platone profertur a sorte, falsum auditur a Platone, ergo &c. nulla est similitudo inter quicquid & falsum Dicendum, quod paralogizans penes secundum modũ sic paralogizat, falsum & lignum similiter terminantur, sed lignum significat quid ergo & falsum significat quid, & si significat, quid, sub quicquid potest capi.

c. 2. secunda partis.

¶ *Ergo secundum accidens quidem paralogismi sunt, quãdo quid libet assignatum fuerit rei subiectæ inesse & accidenti, nam quoniam eidem accidunt multa, nonnecesse est omnibus prædicatis & de quo prædicantur hæc omnia inesse &c. primo huius. Cap. 3.*

QVÆ-

QVÆSTIO XLIII.

Circa fallacias extra dictionem, quæritur vtrum partialis identitas alicuius habentis in se diuersas naturas vel rationes ad aliquid participans vnam illarum sit causa apparentiæ fallaciæ accidentis? Et videtur quod non, nam tunc in quolibet bono syllogismo esset fallacia accidentis, consequi syllogismum, ergo & antecedens. Pro homo consequentiæ. Nam hic esset fallacia accidentis. Omnis homo est animal. Plato est homo, ergo. Plato est animal. Nam animal in se includit diuersas rationes, & secundum vnam illarum in conclusione concluditur de Platone. ¶ Item diuersorum locorum secundum speciem diuersæ debent esse causæ apparentiæ, sed partialis identitas est causa apparentiæ in secundum quid & simpliciter, quia partialis identitas alicuius dicit secundum quid ad idem dictum simpliciter est causa apparentiæ ibidē. ¶ Ad oppositum Arist. dicit, quod fallacia accidentis est quādo aliquid similiter attribuitur rei subiectæ, & accidenti, cū tamen dissimiliter insit. Sed si nulla esset ibi identitas, nulla esset ibi apparentia, & si totalis identitas, nullus esset ibi defectus, ergo &c.

QVÆSTIO XLIIII.

QVæritur vtrum superius possit accidere suo inferiori? Et videtur quod non, nam Arist. primo phy. dicit. Quod verè est, nulli accidit, sed animal verè est, ergo nulli accidit. Quod animal sit illud quod verè est, patet, nam animal est substantia, substantia autem est id quod verè est, cùm
2 nulli accidat. ¶ Item superius est de intellectu inferioris,
3 ergo &c. ¶ Item accidens potest inesse, & in non inesse subiecto, sed superius non potest nō esse suo inferiori manente inferiori, ergo &c. ¶ Ad oppositum Arist. in primo huius dicit,
Cap. 4. quòd triangulus accidit figura, sed figura superius est ad triangulum, ergo &c.

Ad primam quæstionem dicendum, quod partialis identitas alicuius habēris in se diuersas rationes, ad aliquam earum est causa apparentiæ fallaciæ accidentis, nam regit defectum accidētis, & fallaciam ab alijs locis distinguit, primum patet in isto paralogismo. Homo est species. Plato est homo, ergo Plato est species, nam partialis identitas de ly homo, prout

in

in se includit diuersas rationes, per quarum vnam potest sub stare accidenti intentionali, & per aliam conuenire singulari ad Platonem, facit credere, quòd quicquid potest prædicare de homine possit prædicari de Pla. ¶ Secundū pater. Per hoc enim quod eius apparentia accipitur a parte rei distinguitur a locis in dictione, quomodo autem distinguatur ab alijs locis extra dictionem, hoc patebit. Et hoc est quod dicit Aristo. in illo ca. Fallacia autem fit in his. Dicit.n. quòd fallacia accidentis peruenit ex eo, quod non potest diuidere inter idem & diuersum vnum & multa. ¶ Ad primum argumentum dicitur, negando consequentiam. ¶ Ad probationem eius cum dicitur, quod superius in se includit duas naturas. Dicēdum, ꝙ licet animal in se includat duas naturas, & secundum vnā earum conueniat suo inferiori, quia tamen istę rationes non sunt extraneæ, vt ad tertium comparantur: Ideo in illo bono syllogismo non est fallacia accidentis. Ad hoc enim quod sit fallacia accidentis, requiritur quod illæ rationes sint sibi repugnantes, vt ad tertium comparantur. ¶ Ad aliud dicendum, quod inferius patebit, quo partialis identitas sit causa apparētiæ secundum quid & simpliciter, vel potest dici ad rationē, quod rationes diuersæ inclusæ in termino paralogismi accidentis sunt ita repugnantes, quod vna earum nec includit in se, nec simpliciter, nec diminutè aliam, sed in dicto secūdum quod diminutè includitur dictum simpliciter. 1. elench. cap. 5

Ad aliam quæstionem dicendum, ꝙ accidens dicitur tripliciter vno modo, quod aduenit rei pott complementum eius, & sic dicimus omnia nouem genera esse accidentia, alio modo dicitur accidens quòd aduenit rei, & est extra eius intellectum, & isto modo potest dici, ꝙ inferius accidit suo superiori, nam in intellectu superioris non includitur inferius. Tertio capitur accidens, pro illo, quod est extraneum alteri prout ad tertium comparatur. Et hoc modo non solum inferius accidit superiori, sed superius inferiori vt figura triangulo. Nam ratio ipsius figuræ est extranea rationi trianguli, prout triangulo conuenit hæc passio habere tres &c. Per se & primo. Et isto tertio mōdo accipitur accidens in fallacia accidentis, & ratio huius est, nam cūm accidens peccat diffinito syllogismo, sed ad syllogismum requiritur, ꝙ primum sub eadem ratione attribuatur medio, sub qua ratione medium attribuitur postremo, ita ꝙ illæ rationes non dīnt. nisi sicut pars & totum.

torum. Vnde quandocunque in aliquo discursu syllogistico accipitur terminus includens in se diuersas rationes, ita quod ille terminus acceptus sub vna ratione est extraneus sibi ipsi, vt sub alia ratione accipitur, & per vnam illarum rationum comparatur vni extremo, & per aliam alteri, ibi erit fallacia accidentis, vt hic, homo est Plato: sortes est homo: ergo sortes est plato. vnde rationes procedunt viis suis. De accidente intelligendum, est quod terminus maior & minor, & medius potest habere rationem accidentis. Vnde terminus includēs alteram rationem est extraneus termino includenti diuersas rationes: vt ad vtrunque comparatur, vnde Arist. dicit, quòd fallacia accidentis est, quando aliquod similiter attribuitur rei, subiectæ, & accidēti inesse, cum tamen similiter non insit. Vnde ibi vult minorem habere rationem accidentis: sed tamen magis propriè ille terminus includēs diuersas rationes potest dici accidens. ¶ Sed intelligendum est, quod quidam considerant fallaciam accidentis, quantum ad fieri: & quidā quantum ad factum esse. Considerantes primo modo dicunt minorem habere rationem accidentis. Nam ante additionem minoris non fit aliqua variatio: licet n. medium se includat diuersas naturas: tamen secundum vnam earum tantum comparatur subiecto ante additionem minoris. Considerantes secundo modo dñt, q terminus includens in se diuersas naturas debet dici accidens: quia ex illo termino capitur tota variatio, tamen secundum phy. quilibet terminus potest habere rationem accidentis. Rationes soluuntur in quæstione.

QVÆSTIO XLV.

QVæritur vtrum fallacia accidentis possit causari ex variatione alterius termini q̄ medij syllogistici, vel vtrū possit causari indifferenter ex variatione maioris, minoris, & medij? Et quòd ex variatione medij solū probatio. Nam fallacia accidentis causatur ex diuersa comparatione alicuius termini ad diuersa, sed in præmissis nihil potest comparari ad diuersa, nisi medium, quia in præmissis nullus terminus bis accipitur, nisi medius terminus, ergo &c. ¶ Item si medium nō fit variatum, necesse est extrema coniungi, sed in fallacia accidentis conclusio non sequitur ex necessitate, ergo necesse est medium variari. Assumptum patet. Nam quæcunque vni, & eidem non variato sunt eadem, ipsa inter se sunt eadem. ¶ Si

1. huius tr. c. 4.

dicatur

dicatur ad istas rationes, quod maior sub vna ratione ipsi medio in præmissis potest comparari, & sub alia minori in conclusione. Et per consequens ibi erit accidēs ex variatione maioris. Contra habitus & priuatio habent fieri circa idem, sed fallacia accidentis quantum ad sui non existentiam, est priuatio formæ syllogisticæ: nam peccat diffinito syllogismo, sed forma syllogistica solum consistit in præmissis, ergo fallacia accidentis solum causatur ex variatione in præmissis: sed nihil potest variari in præmissis: nisi medium, ergo &c. Assumptum patet, nam per Arist. primo priorum, quando medium est in toto primo, & postremum in toto medio: necesse est extrema coniungi. Per hoc innuit Arist. quod forma syllogistica solum in præmissis consistit. Item conclusio est aliud a præmissis, vt pater intuenti eius diffinitionem. Item intellectus conclusionis includitur in intellectu præmissarum, sicut ergo termini accipiuntur in præmissis: sic necesse est accipi in conclusione aliter. n. propter præmissas non sequetur: ergo si ergo non fit variatio in præmissis, non erit variatio in conclusione, sed in præmissis nihil potest variari, nisi mediū, quia variatio non est absque bina acceptione alicuius termini: sed nihil bis accipitur in præmissis, nisi medium, ergo &c.

¶ Ad oppositum, physicus dicit in secundo huius, quod hæc est fallacia accidentis. Iste canis est tuus: iste canis est pater: ergo est tuus pater. Iste. n. terminus canis, non variatur: sed solū ly tuus, quod est maior, in quam accipitur ratione possessionis. Significatur. n. quod iste canis est tua possessio, in conclusione autem accipitur ratione efficientis. Potest etiam causari ex variatione minoris, vt patet hæc, sortes est individuum, homo est sortes: ergo homo est individuum, hoc etiam patet per rationem. Nam fallacia accidentis accidit ex diuersa compositione, & extranea alicuius ad diuersa, sed quilibet terminus sub diuersa ratione, & extranea potest comparari ad diuersa, ergo &c. *Cap. 7.*

Ad quæstionem dicendum, quòd fallacia accidentis potest causari ex variatione maioris, minoris, & medij; differenter tamen. Nam medium variatum secundum diuersas rationes comparatur vni extremo & alteri. Sed extremum variatum secundum vnam rationem comparatur medio, & secundum aliam rationem alteri extremo in conclusione. Ratio huius est ista. Nam fallacia accidentis est immediatè defectus formæ

mæ ſyllogiſticæ: ſed forma ſyllogiſtica non ſolum conſiſtit in præmiſſis: ſed etiam in concluſione, ergo variatio quæ eſt in fallacia accidentis poteſt eſſe in præmiſſis, & in concluſione. Medium autem non ingreditur concluſionem. Poteſt igitur cauſari tam ex variatione alterius termini, quam medij. Aſſumptum patet. ſ quod forma ſyllogiſtica non ſolum conſiſtit in præmiſſis. Nam ſyllogiſmus eſt, quædam habitudo inferens concluſionem tanquam conſequens ex præmiſſis, vel tanquam ex vno antecedente, vnde duæ præmiſſæ ſe habent in ratione vnius antecedentis reſpectu concluſionis. Hoc etiam patet ex modo, & figura ſyllogiſmi quæ ſunt quaſi quædam diſpoſitiones conſequentes ipſum ſyllogiſmum. Modus autem diſtinguitur a modo per concluſionem. Sic enim ex iſtis præmiſſis. Omnis homo eſt animal: omne riſibile eſt homo, infertur iſta concluſio: ergo omne riſibile eſt animal, eſt primus modus primæ figuræ. Si autem ex eiſdem præmiſſis inferatur iſta concluſio, ergo quoddam animal eſt riſibile: eſt quintus modus primæ figuræ. Figura autem a figura diſtinguitur per concluſionem, vt patet in ſyllogiſmo ex oppoſitis. Sic enim arguitur, nulla diſciplina eſt ſtudioſa, omnis diſciplina eſt ſtudioſa, & infertur concluſio iſta: ergo nullum ſtudioſum, eſt ſtudioſum, eſt diſpoſitio tertiæ figuræ. Si autem & eiſdem præmiſſis inferatur iſta concluſio, nulla diſciplina, eſt diſciplina eſt diſpoſitio ſecundæ figuræ, cum ergo concluſio diuerſificet modum, & figuram, quæ ſunt diſpoſitiones conſequentes ipſum ſyllogiſmum, videtur quod de ratione ſyllogiſmi ſit concluſio. Hoc etiam patet per exempla. Et primo in prima figura. Nam hæc eſt fallacia accidentis, homo eſt ſpecies: ſortes eſt homo: ergo &c Et hoc eſt ex variatione medij. Sed ſi arguatur ſic. Sortes non eſt ſpecies: ſortes eſt homo: ergo homo non eſt ſpecies. Hic ex variatione eiuſdem termini cauſatur accidens primo tamen fuit medium, & nunc eſt minor extremitas. De variatione maioris in prima figura. Exemplū, triangulus habet tres angulos per ſe & primo: figura eſt triangulus, ergo &c. Hoc quòd eſt habere tres diuerſimode comparatur medio, & ipſi maiori, habere autem tres eſt maior extremitas. In ſecunda figura hoc patet. Nam hic eſt fallacia accidentis. Sortes non eſt ſpecies: homo eſt ſpecies; ergo homo non eſt ſortes ex variatione minoris. Et ex variatione maioris ſic. Homo eſt ſpecies: ſortes non eſt ſpecies: ergo ſortes

non

non est homo. In tertia figura ex variatione minoris sic. Sortes non est species, sortes est homo, ergo &c. Ex variatione maioris sic. Omnis triangulus habet tres, primo triangulus est figura: ergo &c. Sic ergo patet, quod arguendo per eundē paralogismum affirmatiuè in vna figura: & negatiuè in alia: medius terminus variatus in vno syllogismo erit maior vel minor in alio. Quod autem necesse sic eundem terminum variari in paralogismo affirmatiuo, & negatiuo: patet per hoc, quòd quælibet propositio in fallacia accidentis vna est, aliter .n. sub vnitate vocis laterer multiplicitas, & esset locus in dictione. Sed sic arguendo. Homo est species: sortes est homo, ergo sortes est species, ly sortes non variatur: ergo in isto paralogismo. Sortes non est species, sorte est homo, ergo homo non est species, non variabitur, cum vniformiter accipiatur affirmatiuè & negatiuè. Sed hic est fallacia accidentis, & nō ex variatione medij, quod est ly sortes, ergo ex alterius variatione. Patet ergo cum dicitur. Homo est species, sortes est homo, ergo &c. Quod hic est accidens ex variatione medij in prima figura. Si iste terminus fiat medium in tertia figura, adhuc erit accidens ex variatione eiusdem termini, vt homo est species, homo est sortes, ergo &c. Et ex variatione alterius termini quam medij in tertia figura sic. Nō sortes est species: sortes est homo: ergo non homo est species. Conclusio est falsa & præmissæ sunt verę, & variatur minor extremitas. Similiter si sit syllogismus in secunda figura, vt sic. Homo est species: non sortes est species, ergo non sortes est homo. Conclusio est falsa, & præmissę verę In quolibet, ergo paralogismo accidentis est accidens penes variationem termini, qui in aliquo paralogismo est maior: in aliquo minor, & in aliquo medium. Ad huius probationem suppono duo: primum patet de vnitate propositionis, secundum, quod in contradictionibus necesse est terminos similiter sumi: aliter non erit contradictio. ¶ Ad videndum autem quando medium est variatum, & quando non, secundum quosdam vtendum est tali regula. Sumendum est medium cum reduplicatione alterius extremi. Et si medium sic sumptum verè cōueniat alteri extremorum, tunc non est variatum. Si autem non verè conueniat, tunc est variatum. Alij dicunt, quòd est semper considerandum ad subiectum, & accidens, vtrum differat inter se, & in tertio, vel non, si non, non, fit accidens sicut hic. Percutio

hic a re subiecta ad accidens. ¶ Ad oppositum, hæc consequētia est necessaria. Omnis ædificator ædificat, hoc album est ędificator, ergo hoc album ędificat, quia non stant simul, quod hoc album ędificet, & sit ędificator, & quod omnis ædificator ædificet, arguendo ex oppositō conclusionis cum minori inferendo oppositum maioris. Dicendum, quòd accidēs peccat immediate contra syllogismum.

Ad videndum ergo, quando est accidens, & quando non videndum est primo quid facit necessitatem in syllogismo, cognoscitur enim priuatio per habitum. Vnde intelligendū est, ꝙ tota necessitas syllogismi est in hoc, quòd mediū vniformiter ad quod vniformiter extrema sunt comparata sub vna ratione accipitur. Quandocūque ergo extrema accipiuntur, adinuicem comparata, & vt ad medium secūdum varias rationes, accidens est. Et possibile est aliquādo, ꝙ coniungantur, sed hoc non erit propter comparationem, quam habent extrema ad medium, hoc manifestum est in omnibus exemplis Aristot. Tu cognoscis omne bonum, quod volo interrogare est bonum, ergo &c. Ista conclusio non sequitur, quia hoc, quod dico bonum sub diuersa ratione cōparatur ad hoc. Tu cognoscis, & ad hoc, quod volo interrogare, quia hęc propositio, scilicet. Tu cognoscis omne bonum, vera est sub ratione qua bonum. Sed cum dicitur. Quod volo interrogare est bonum, hoc quod dico bonum, accidens est huic quod volo interrogare, prout bonum cadit sub cognitione tui. Et ideo non coniunguntur extrema. Et breuiter intelligendum est, quòd quandocunque aliquis terminus vni comparatus accipitur sub illa ratione, vt est alteri termino comparatus si illæ rationes non necessario se includunt, accidens est, quia in omni bono syllogismo necesse est alteram propositionem esse, vt totum, & alteram vt partem. Et hinc concludo, quòd si ratio sub qua sumitur res subiecta in vna propositione sit extranea rationi sub qua sumitur in alia respectu prædicati, in tali processu accidens erit. ¶ Ad primam rationem dico, quod Arist. intelligit, quando ratio vnius termini est extranea rationi alterius, secundum quòd ad aliquod tertium comparatur, sicut dictum est, vt hic. Iste canis est tuus &c. quia illa duo accidunt tertio. Ratio. n. eius quod est tuus secundum quòd cōparatu rei quod est canis, extranea est a ratione eiusdem, secūdum quod comparatur ei quod est pater. ¶ Ad aliud dico, qđ

ille processus non valet, quia proceditur a re subiecta ad accidens, quòd est ei extraneum, causa apparentiæ in fallacia accidentis est identitas apparens alicuius diuersitatis, ita quod sit aliquod vnum pro medio comparatum ad extrema secũdum diuersas naturas in ipso existẽtes, & hic apparens idẽtitas & causa apparẽtię, ipsa tamen diuersitas est causa nõ existentię.

QVÆSTIO XLVII.

QVæritur vtrum variatio medij sit sufficiens causa nõ existentiæ in fallacia accidentis? Et videtur, ꝙ non. Nam posita causa, de necessitate, ponitur effectus, sed medio variato non est necesse fieri accidens, ergo &c. Probatio assumpti per syllogismos vtiles, nam maiore existente de necessario & minore de contingenti, sequitur conclusio de contingenti. Nam sequitur. Omnis homo de necessitate est animal, contingit ad vtrumlibet album esse hominem, ergo contingit album esse animal. Et similiter sequitur. Omnis homo de necessitate est animal, album est homo, ergo album est animal, & tamen medium hic vt homo, diuersa ratione comparatur maiori & minori, quia comparatur sub modo necessitatis, minori autem per notam contingentiæ, vel per verbum
2 de inesse. ¶ Item medium respectu maioris habet rationem partis, respectu minoris habet rationem totius. Et ideo diuersæ sunt rationes variantes medium, non ergo causat accidens variatio medij. ¶ Ad opp. Medium variatum est duo media, vel habet ratione duorum mediorum sed duo media non vniunt extrema ergo &c.

Ad quæstionem dicendum, ꝙ cum accidens quantum ad sui non existentiam sit immediate obliquitas syllogismi. nã
1. huius cap. 4. Arist. dicit, ꝙ peccat diffinito syllogismo. Ad hoc ergo vt videamus naturam accidẽtis, primo oportet videre quid requiritur ad syllogismum. ¶ Circa quod intelligendum; ꝙ tota necessitas syllogismi cõsistit in hoc, ꝙ mediũ vnum sub vniformi ratione acceptum per respectum ad extrema ipsa extrema coniungit. Si ergo ipsa extrema coniungantur inter se, per respectum ad medium, secundum variam rationem accepta, in alio processu erit accidens. Patet hoc in exemplis phi-
2. huius cap. 7. losophi. Dicit. n. ꝙ in isto paralogismo est accidens. Tu cognoscis omne bonum, quod volo interrogare. A te est bonum, ergo quod volo interrogare cognoscitur a te. Nam bonum sub

alia

alia ratione comparatur ad hoc quod est cognosci a te, & ad interrogare. Nam tu cognoscis bonum in eo ꝙ bonum cui accidit, ꝙ cadat sub interrogare, inquantum à te cognoscitur. Et ideo dicit Arist. ꝙ solum in his, quæ secundum substantiam sunt in differentia, & quæ vnum sunt, omnia videntur esse eadem, intelligens per in differentiam secundum substantiam idẽtitatem proprię rõnis alicuius, vt ad duo comparatur. Vnde siue medium respectu extremorum accipitur sub varia rõne, siue extremum alterum respectu medij, & alterius extremi, in tali processu erit fallacia accidentis. Veruntamen intelligendum est, ꝙ qñcunque medium fuit variatum, in ipso tamen erit aliqua identitas partialis, respectu extremorum, aliter. n. ibi deficeret apparentia. Si ergo extremum ibi concludatur de extremo secundum illam identitatem partialẽ, erit syllogismum bonus. Vnde in quolibet paralogismo accidentis potest sequi aliqua conclusio. Nam bene sequitur. Coriscus cognoscitur à te. Coriscus est veniẽs, ergo illud quod est veniens cognoscitur à te. ¶ Vnde ad quæstionem dicendum, quòd qñcunque medius terminus vel quilibet alius terminus comparatur vni extremo secundum vnam rationem, & alteri secundum aliam, ita quòd illæ rõnes non includant se inuicem in tali illatione necessaria erit accidens. Si autem includant se: bonus erit syllogismus. ¶ Ad primam rõnem dicẽdum, quòd minor est falsa. Ad probationem, cum dr: maiore existente de necessario, & minori de contingenti &c. Dico, quòd in tali processu medium est sufficiẽter idem, extremis respectu conclusionis de inesse, & de contingenti, quia ibi homo vniformiter accipitur in maiori, & minori respectu talis cõclusionis. ¶ Ad aliud, cum dicitur, quòd medium in maiori habet rationem partis &c. Dico quòd diuersitas rationum non causa accidens quando illæ rationes includant se, vnde cum identitate medij stat diuersitas talium rationum. Si. n. medium in vtraque propositione acciperetur sub ratione partis vel totius, non haberet verè rationem medij. Vnde ibi est fallacia secundum quid & simpliciter. Ac si sic argueretur. Medium strictè sumitur in maiori, & ampliatur in minori, ergo variatur &c.

2. elenc. cap. 7.

QVÆSTIO. XLVIII.

QVæritur de illo paralogismo. Coriscus cognoscitur a te: Coriscus est veniẽs. ergo &c. vtrum hic sit fallacia acci-

dentis? Et videtur, ꝙ non. Nam hic est bonus syllogismus, omnis ædificator ædificat, album est ædificator, ergo album ædificat, hic tamē proceditur a re subiecta accidens, talis processus ergo non causat accidens. ¶ Item sequitur: Coriscus cognoscitur a te, Coriscus est veniens, ergo id quod est veniens, cognoscitur a te, & sequitur, id quod est veniens cognoscitur a te, ergo veniens cognoscitur a te. Et cum quocunque stat accidens & consequens. ergo a primo ad vltimum, sequitur, ergo veniens cognoscitur a te. ¶ Item paralogismus ille non negatur, nisi quia cognosci attribuitur venienti cum reduplicatione vt sit sensus. Veniens inquantum veniens cognoscitur a te. Sed videtur ꝙ oratio ad hunc intellectum nō limiretur, quia oratio non significat se esse veram cum reduplicatione, nec per se. ¶ Ad oppositum est Aristotile.

2 3

2. elenc. cap. 7.

Ad quæstionem dicendum, ꝙ hic est fallacia accidentis: Coriscus cognoscitur a te &c. na cognoscitur prius attribuitur Coriscō sub ratione Coriscī. Coriscus autem secundum aliam rationem comparatur ad ly, veniēs, quia secundum q̄d accidit ei cognosci propter quod non sequitur, veniens cognoscitur, &c. ¶ Ad primum argumentum, cum dr̄ Omnis ædificator &c. Dico, quòd in omni tali illatione est accidens intelligendo, ꝙ ædificare concludatur de albo sub propria ratione albi, quia inest ipsi ædificatori, sub ratione propria ædificatoris, tamen intelligitur, quòd ædificare concludatur de re quæ est alba, quia inest ædificatori cui accidit albedo, sic dī ci potest quòd conclusio sequitur. Et sic patet, quòd hæc conclusio id, quod est veniens cognoscitur à te sequitur ex præmissis. ¶ Ad 2m dicēdum, ꝙ bñ sequitur ex præmissis, id quod est veniens cognoscitur à te sed non sequitur vlterius, id q̄ est veniēs cognoscit̄ a te. ergo veniēs cognoscit̄ à te. Ad tertiū cum dicitur, quòd ille syllogismus non negatur, nisi quia cognosci attribuitur venienti cum reduplicatione &c. Dico, ꝙ oratio non limitatur ad hunc intellectum. Veniens inquantum veniens cognoscitur à te, vel album inquantum album ædificat, quia tamen nos non dicimus, quòd aliquid nisi sub propria ratione, vel per suam similitudinem virtutem cognitiuam immutet, ideo nos accipimus hanc propositionem, veniens cognoscitur a te, sub hoc intellectu, veniens inquantū veniens cognoscitur à te Contra hoc quod dicebatur, quòd illa conclusio, id quod est veniens cognoscitur à te, sequitur

ex

ex illis præmissis Coriscus cognoscitur a te, Coriscus est veniens, non tamen sequitur illa conclusio. Veniens cognoscitur à te. Si enim conclusio vno modo accepta, sequitur ex præmissis, & alio modo non, cum diuersæ acceptione sint ex parte nostra ergo ex parte nostra accidens accipitur. Dico, ꝙ locus sophisticus ex parte nostra non accipitur, quòd enim hæc conclusio vel illa accipiatur, hoc est ex parte nostra. Sed ꝙ conclusio accepta sic sequatur ex præmissis, & alio modo accepta non sequatur, hoc non est ex parte nostra, sed ex parte conclusionis.

QVÆSTIO XLIX.

QVæritur vtrum paralogismus accidentis possit fieri negatiuè, sicut affirmatiuè? Et videtur quòd non. Nam Arist. in primo lib. tradit regulam quomodo debemus cognoscere, vbi est accidens, & vbi non. Dicens accidens fit quando aliquid similiter attribuitur rei subiectæ & accidenti inesse, accidens ergo non fit quando aliquid attribuitur alicui non inesse, negatiue ergo non potest fieri paralogismus accidentis. ¶ Item Arist. nec in primo lib. nec in secundo elenchorum ponit aliquem paralogismum negatiuum signum ergo est ꝙ solum fiat affirmatiue. ¶ Ad oppositum. Ex eisdem terminis contingit fieri paralogismum æquiuocationis negatiue & affirmatiuè, & sic de alijs locis sophisticis, videtur ergo, quòd similiter fit in accidente. Cõfirmatur ratio, quia affirmatio & negatio non diuersificant illationem formæ syllogisticæ, nam si processus affirmatiuus sit syllogisticus & negatiuus, ergo eadem ratione similiter erit in defectibus, ꝙ si processus affirmatiuus deficiat, & negatiuus deficiet.

Ad quæstionem dicendum, ꝙ paralogismus accidentis potest fieri negatiuè sicut affirmatiuè, hoc patet, si cõsideremus regulam per quam noscere debemus accidens, quæ est, quando accipitur aliquis terminus in processu aliquo includens inse diuersas naturas & rationes, & semel in illo processu accipitur pro vna illarum rationum, & alia vice in eodem processu pro alia. Si illæ rationes non includunt se, prout ad tertium cumparantur, in tali processu erit accidens. Sed terminum sic variari contingit in processu negatiuo & affirmatiuo. Et ex hoc sequitur, quod accidens potest fieri in prima secunda & tertia figura Et hoc est, quod dicit Arist. 2. Elencho- *cap. 10.*

rum. quòd cum vna est oratio transposita cõtradictione, omnes similiter habebit syllogismos. Vnde, si defectus sit in affirmatiuo, de necessitate erit, & in negatiuo processu. Vt si sic arguatur. Nulla species currit, homo est species, ergo nullus homo currit. Ponatur quòd omnis homo currit, præmissæ sunt veræ, & cõclusio falsa per casum Ergo hic de necessitate erit aliquis defectus, sed non alius quam accidens. Nam cum sic dicitur. Homo est species, accipitur homo prout subiacet intentioni, in conclusione verò pro re ipsa, quia nunquam vtimur termino pro intentione, nisi quando res subiacet intentioni taliter enim hæc est falsa. Homo est substantia, quia intentio substantia non est. Et similiter hic non esset accidens homo est species. Sortes est homo, ergo &c. quia homo vniformiter posset accipi in maiori. Propter hoc dicitur, quod accidẽs potest fieri negatiuè. ¶ Ad primũ argm̃ dicẽdũ, quòd processus affirmatiuus manifestior est & potior quàm negatiuus, vnde processus negatiuus indiget affirmatiuo, per Aristotilem primo poste. Similiter est in defectibus, quia defectus manifestior est in processu affirmatiuo, quàm negatiuo. Et ideo Arist. suam regulam dedit in affirmatiuo. ¶ Ad secundum dicendum, q̃ licet Aristot. non posuerit exempla in processu negatiuo, hoc tamen non concludit, quin accidens possit fieri negatiuè, quia Arist. posuit exempla, vbi defectus est manifestior. Et hoc est in processu affirmatiuo magis q̃ in negatiuo. ¶ Præterea ipse ponit exempla quæ ad affirmationem & negationem reduci possunt. Ponit enim tale exemplum. Coriscus est alter à Sorte &c. & in ly, alter: includitur, quædam negatio. Vel potest dici ad primum argumentum, cum dicitur, quòd accidens fit quando aliquid assignatum fuerit rei subiectæ & accidenti similiter in esse, quòd hæc propositio se extendit ad affirmationem & negationem, Ita vt iste sit sensus propositionis. Accidens fit quando aliquid assignatum fuerit rei subiectæ & accidenti similiter ineſſe affirmatiue vel negatiuè. Nam Arist. in primo priorum, diuidens omnem propositionem, dicit, q̃ omnis propositio, aut est de ineſſe, aut de necessario ineſſe, aut de contingenti ineſſe. Et secundum quamlibet combinationem propositio de ineſſe potest esse affirmatiua & negatiua.

2. huius cap. 3.

¶ Secun-

¶ *Secundum autem quòd simpliciter dicitur hoc, aut quo & non propriè quando particulariter dicitur &c. primo Elench. c.iij.*

QVÆSTIO L.

QVæritur circa fallaciam ſecundum quid & ſimpliciter. Et primo vtrum ſit fallacia extradictionem? Et videtur quod non. Nam per Ariſt. in primo huius in illo. ca. Aut igitur diuidentes loci in dictione ſimpliciter peccant contra cõtradictionem. Loci autem extra dictionem contra ſyllogiſmum. Sed ſecundum quid & ſimpliciter ſpecialiter peccat contra contradictionem. Quia dicit Ariſt. in 2. huius, quòd paralogiſmi qui fiunt ſecundum quid, & ſimpliciter, ſoluendi ſunt conſiderando concluſionem ad contradictionem, ergo &c. ¶ Item ille locus eſt in dictione, qui accipit principiũ apparentiæ a parte vocis: quia loci extradictionem accipiunt cauſam apparentiæ a parte rei. Sed fallacia ſecundum quid & ſimpliciter accipit ſuam apparentiam a parte vocis, vt hic: eſt homo mortuus, ergo homo. Si tamen loco totius aggregati homo mortuus poneretur cadauer, ſic dicẽdo Cadauer. ergo: homo hic non eſt ſecundum quid & ſimpliciter, cum deficiat apparentia, ergo &c. ¶ Oppoſitum dicit Ariſt. ponendo ſeptem locos extra dictionem. *1. huius. cap. 4.* *2* *1. elen. cap. 3.*

Ad quæſtionem dicendum, quòd fallacia ſecundum quid & ſimpliciter eſt locus extra dictionem. Nam cauſę apparentiæ diſtinguunt locos ſophiſticos. Sed cauſæ apparentiæ in ſecundum quid, & ſimpliciter eſt conuenientia alicuius dicti ſecundum quid ad idem dictum ſimpliciter. Cum ergo ex parte rei accipitur cauſa apparentiæ, ſequitur quòd ſit locus extra dictionem. Veruntamen intelligendum eſt, quòd conuenientia vocis ad vocem alicuius dicti ſecundum quid ad idem dictum ſimpliciter cooperatur ad iſtam deceptionem. Nec tamen eſt per ſe cauſa apparentiæ in ſecundum quid, & ſimpliciter. Sed econuerſo eſt in fallacia figuræ dictionis: nã ibi identitas rei inter ſuppoſitum & ſuum commune cooperatur ad deceptionem in tertio modo figuræ dictionis. Et tamen ſimilitudo vocis ad vocem eſt per ſe cauſa apparentiæ figuræ dictionis. Econuerſo eſt ex parte iſta. Nam conuenientia rei dictæ ſecundum quid ad idem dictum ſimpliciter eſt cauſa apparentiæ per ſe in ſecundum quid & ſimpliciter, ta-

men cõuenientia in voce ad istam deceptionem cooperatur. ¶ Ad primum argumentum dico, quòd minor est falsa, Vnde dico, quòd secundum quid & simpliciter per se peccat cõtra illationem: & non per se contra contradictionem. Ex apparenti enim contradictione quę accipitur in prẽmissis infertur vera contradictio in conclusione propter realem conuenientiam inter secundum quid & simpliciter. Hoc patet si sic arguatur. Aethiops est niger: & non est niger indentibus, ergo est niger, & non niger. Propter.n. conuenientiam nigri in dentibus ad nigrum simpliciter, ex negatione nigri in dentibus ab æthiopes, concluditur negatio nigri simpliciter ab eodem: vnde per se peccat contra illationem vel syllogismum, & non contra contradictionem, quia nulla propositio est ibi multiplex, sicut in locis in dictione. ¶ Ad secundum dico, q̃ minor est falsa. Ad probationem eius dico, quòd conuenientia in voce est de bene esse istius fallaciæ: & non de esse simpliciter. Et si sit de esse: non tamen est sicut causa prima apparentiæ. Sed conuenientia in voce facit, quòd paralogism̃ secundum quid & simpliciter appareat syllogismus. Nam si sic dicatur. Hoc non est homo & est cadauer, ergo est homo & non est homo, hic nulla est apparentia syllogismi. Si tamẽ diceretur sic. Hoc non est homo & est homo mortuus, ergo est homo & non est homo, hic est apparentia syllogismi. Vnde conuenientia in voce facit, quod paralogismus secundum quid & simpliciter appareat syllogismus. Eius tamen causa apparentiæ per se a parte rei accipitur.

QVÆSTIO LI.

QVæritur vtrum ab aliquo sumpto cum determinatione diminuente ad ipsum sumptum simpliciter teneat consequentia? Et hoc est quærere: vtrum hic consequentia teneat: est homo mortuus, ergo homo. Et videtur quòd sit bona. Nam quod intelligitur in aliquo sequitur ad ipsum: sed homo intelligitur in hoc: homo mortuus. Nam hic est oppositum in adiecto, homo mortuus. Quod patet, si diffinitiones pro nominibus ponantur. Nam homo est habens vitam: & mortuus priuatum vita. Intellectus ergo hominis, vt opponitur mortuo, intelligitur in hoc antecedente, homo mortuus. ergo sequitur ad ipsum. ¶ Item non obstante oppositione mortui ad hominem: sequitur, homo mortuus: er

go mortuum. Cum ergo homo opponatur mortuo sicut ecõ uerso: sequitur. Homo mortuus, ergo homo. ¶ Item significatum dictionis potest eius impositionem est sibi essentiale. Sed homo significat veram naturam humanam, hoc ergo est sibi essentiale. Sed poni in oratione cum aliquo est sibi accidentale. Cum ergo accidentale non permuter essentiale: sequitur, homo mortuus ergo homo. ¶ Oppositũ vuult Ari.

Ad quæstionem dicendum, quòd ab aliquo sumpto cum determinatione importante naturam oppositam ad idem sumptũ sub propria ratione non valet consequentia, hic manifestat Boetius supra librum peri hermenias. Vbi dicit, quod non sequitur. Homerus poeta est, ergo Homerus est, primo esse attribuitur Homero sub ratione poesi, & in consequente sub propria ratione. Ideo non sequitur, similiter est hic homo mortuus, ergo homo. ¶ Dubium tamen est, vtrum in isto antecedente, homo mortuus, ponatur vera natura hominis sub determinatione tamen sibi repugnante. An hoc totum homo mortuus dicat quendam intellectum oppositum homini. Sed quocunque modo dicatur, dici potest, quod consequentia non valet. ¶ Si primo modo, tunc certum est, cum homo in antecedente accipiatur cum determinatione sibi repugnante, quod ad idem sumptum sub propria ratione non tenet consequentia. ¶ Si secundo modo dicatur, tunc manifestus est defectus, apparentia tamen est, quia illud cuius intellectus constituitur per hoc quod dico, homo mortuus assimilatur homini in dimensionibus & figurationibus. Secundum tamen aliquos primus modus magis competit eis, quæ dicũtur secundum hanc fallaciam. Nam hæc fallacia fit, quãdo ab aliquo sumpto secundum quid ad idem sumptum simpliciter proceditur. ¶ Contra hoc potest argui. Nam sequitur. Homo albus currit: ergo homo currit. Hic tamen attribuitur prę dicatum ipsi subiecto sub ratione albi. Sed esse album est secundum quid esse respectu hominis. Dicendum est, quod sequitur. Homo albus currit, ergo homo currit. Sed tamen non sequitur sub ratione qua hoc est secundum quid, & illud simpliciter. Sed quia esse albi simpliciter præsupponit esse hominis ideo sequitur. ¶ Ad primum argumentum dicendum, quòd inter istas partes. Homo mortuus, vt respectu tertij accipiuntur, non est oppositum in adiecto, sed inter istas partes diuisim acceptas. Vel inter totum aggregatum, & alterã partem

tem non est oppositum in adiectio, sed inter partes totius aggregati, sicut ostendit Boe. vbi supra. Dicit. n. ꝙ qui dicit manum marmoream non esse manum, verum dicit, quia manus habet potestatem dandi, & recipiendi, sed manus marmorea non. Similiter oppositionem quæ est inter partis manifestat ibidem, dicens, quòd homo importat vitam habens. ¶ Sed si arguas, quia oppositio inter partes non impedit consequentiam, eo quòd a parte ad partem non proceditur, sed a toto ad partem. Dicendum, quòd hoc non obstante oppositio inter partes impedit consequentiam, quia cum aliqua determinatio importat naturam oppositam suo determinabili, tunc ex adiunctione determinationis cum determinabili resultat quidam intellectus, qui est secundum quid respectu illius determinabilis. Vnde intellectus determinabilis secũdum quid ponitur, propter quod procedere a tali aggregato ad talem partem facit secundum quid & simpliciter. ¶ Ad secundum dicendum, quòd sequitur, homo mortuus, ergo mortuũ, quia homo accipitur in antecedente sub ratione mortui, & ideo sequitur, homo mortuus, ergo mortuum, sed quia homo sub propria ratione non ponitur in antecedente, ideo non sequitur, homo mortuus, ergo homo. ¶ Ad tertium cum dicitur significatum dictionis est essentiale. Dicendum, quòd homo in hoc aggregato ponit naturam hominis, sed tamẽ sub ratione mortui, & ideo non sequitur. Tamen tenendo, ꝙ homo ponit naturam propriam, quæ est esse viuum, & mortuũ similiter suum significatum ponat, quod est esse priuatum vita. Tunc potest dici, quod in hoc antecedente, homo mortuus, includũtur duo opposita. Et tunc forte potest dici, quod vtrunque sequitur. Si tamen per hoc quod dicitur, homo mortuus, intelligitur corpus priuatum vita, quod quidem corpus simile est corpori viuo in lineationibus, & dimensionibus, tunc posset dici, ꝙ consequẽtia non valet, & tunc posset dici ad argumentum, ꝙ inter ly homo, & ly hõ mortuus, est oppo. in adiecto.

QVÆSTIO LII.

QVeritur circa hanc propositionem, ergo dico falsum. Et primo vtrum terminus cõmunis possit supponere pro tota propositione, cuius est pars? Et ꝙ nõ ostenditur, quia in propositione vniuersali affirmatiua prædicatum denotatur conuenire omni contento sub subiecto. Si ergo alicui

cui denotetur non conuenire illud sub subiecto non contine tur. Sed qui dicit, omnem propositionem esse veram, vel om nia esse vera, non dicit suum dictum esse verum, per Arist. 4. metaph. Accidit itaque & quod famatum est de omnibus tali bus orationibus ipsas se ipsas destruere. Nam qui omnia vera dicit, orationis suæ contrariam facit veram, quare suam non veram: contraria autem non dicit ipsam esse veram, qui verò & omnia falsa, & ipse seipsum &c. Sed si terminus supponeret pro tota propositione, cuius est pars: sequeretur, quod dicens omnia esse vera, diceret suam propositionem esse verã, ergo &c. ¶ Item 4. metaph. c. 10. qui negat omnem loquelam, punit loquelam, & non nisi eam quam profert. Sed si loquela supponeret pro illa loquela: cuius est pars: sequeretur, ꝙ qui diceret omnem loquelam esse falsam: diceret suam loquelam esse falsam. ¶ Item impossibile est idem esse totum vniuersale, & partem integralem respectu eiusdem. Sed si pars supponeret pro toto hoc sequetur: nam sic dicto. Omnis propositio est vera: propositio est pars integralis huius to tius, & prout de ista propositione prædicatur est idē isti propositioni: sicut homo vt dicitur de sorte est idem sorti, ergo &c. ¶ Præterea sic dicto. Omnis propositio est vera: si ly propositio supponeret pro ista propositione, cuius est pars: sequi tur, quod idem esset totum integrale, & pars integralis respe ctu eiusdem. Vel potest ratio aliter deduci sic. Intellectus re- sultat ex partialib. intellectib. partiũ: sed sic dicto, intellectus propõnis est intellectus: intellectus huius qđ dico propositio: est intellectus partialis totius, & si pro toto supponeret intelle ctus eius adequaret toti. Sed hoc est contra cõnē acceptionē, quæ est, ꝙ omne totum est maius sua parte. ¶ Item illud ex- tra cuius intellectum est pars integralis non constituit intel- lectum totius aggregati ex illo, & alio. Sed si dicatur, propositio est vera extra intellectum huius termini, propositio, est hoc esse veram: ergo hoc quod dico propositio, vt est pars hu ius huic toti nõ adæquatur. Sed si supponeret pro ea toti adæ quaretur. ¶ Ad oppositum est Arist. in fine quarti, dicens. Qui dicit omnia esse falsa, dicit suum dictum esse falsum: sed hoc non staret, nisi pars &c. Dici posset, quòd Aristot. non arguit ibi de virtute sermonis, sed solum secũdum opinionem alio- rum, qui dicebant omnia esse falsa. Sed illud non videtur ve- rum, nam Aristo. per illam propositionem arguit contra eos,

Cont. 29

2

3

Euclides in .. ele- mẽtorũ.

4

Metaph. cont. 29.

& do

& de virtute sermonis, quia si ipsi concederent dictum suum esse falsum, contra eos non argueret. ¶Item hoc patet per naturam dici de omni, nam sequitur, omnis propositio est falsa, hic propositio prolata est propositio, ergo hic propositio est falsa. ¶Item ista contradicunt. Omnis propositio est vera, tũc quęro vtrum in ista propositione, omnis propositio est vera, supponat ly propositio pro hac propositione vel non. Si sic, habetur propositum. Si non supponit pro hac, sed pro omni alia ab hac, tunc supponit pro sua contradictoria, quæ est illa, non omnis propositio est vera. Cum ergo in contradictoriis termini supponant pro eisdem in ista, non omnis propositio est vera, supponit terminus pro ea. ¶Item terminus supponit pro eo, quod naturam eius participat, si non contrahitur, cum ergo hæc propositio cuius ly propositio est pars non minus participet naturam propositionis quam quælibet alia, sequitur, qđ pro illa supponere põt, sicut pro ꝙlibet alia, ergo &c.

Pro solutione istius q. est primo intelligendum, quod terminum pro alio supponere nihil aliud est, quam intellectum suum pro alio ponere, in quo tamen saluatur, vt in parte subiecta. ¶Vlterius intelligendum est, quod quidam sunt termini, qui significant naturas determinatas, non tamen de complexis dicibiles, vt homo de sorte, & Platone, & animal de homine, & boue, & huiusmodi. Alij sunt termini, qui significant complexa, sed tamen non modo complexo, sed per modum simplicis apprehensionis, quia sunt obiecta intellectus simplicis, cuiusmodi sunt enunciatio, propositio, loquela, & multa alia. Alij autem sunt termini, qui significãt res dicibiles de complexis & incomplexis, cuiusmodi sunt ens, & vnum & quantum &c. De terminis autem primis non habet quæstio locum, sed solum de secũdo genere & tertio terminorum. In illis enim idem potest esse pars integralis & totum vniuersale: nam hæc est vera. Omne totũ est maius sua parte, quæ est quoddam totum. Et similiter hic. Omnis oratio vera est oratio, & sic de aliis. ¶Tertio intelligendum est, quòd licet in rebus naturæ vel in terminis significantibus res naturæ nihil vnum & idem possit esse pars integralis & totum vniuersale, nisi æquiuocè, sicut corpus est pars animalis & genus ęquiuocè, quia alia est ratio totius & partis. Et esse alia res est totum & pars, tamen in ratione, vt in terminis propositis nihil prohibet vnum & idem esse totum vniuersale, & totum integra-

le, &

le,& etiam pars integralis. Intellectus.n.potest apprehendere aliquod complexum, & sibi nomẽ imponere dicibile vniuocè de quolibet alio complexo. Et cum eodem termino nõ mutato secundum significationem,nec secundum modum significandi potest aliquod aliud componere. Et terminus cõmunis si non contrahatur, potest supponere indifferẽter pro eo,quod eius naturam participat, vel formam significatam p terminum. Et cum hæc propositio cuius est pars,non minus participat formam significatam per terminum, quam quælibet alia propositio,sequitur, quod pro hac potest supponere, sicut pro qualibet alia. Vnde propositio tripliciter potest cõsiderari. Vno modo inquantum est prædicabile de hac propositione,& illa,& sic est totum vniuersale. Alio modo prout constituit orationem cum prædicato,& sic est pars integralis totius propositionis. Tertio modo prout verificatur hac propositione,& hoc est totum integrale,sicut & hæc propositio. Vnde si dicatur propositio est,ly propo.inquantum prædicatur de hac est totum vniuersale respectu istius propositionis inquantum tamen cum hoc, quòd dico est, constituit orationem,est pars eius integralis, inquantum autem pro hac eadẽ verificatur est totum integrale.

Vnde ad quęstionem dicẽdum,quod pars inquantum pars pro tota propositione supponere non potest. Et si hoc imaginatũ esset idem esset imaginari, vt parietem supponere pro tota domo, sed tamen illud quod est pars, non variatum secundum significatum,nec secundum modum significandi potest respectu eiusdem habere rationem totius vniuersalis. Vnde sic dicto omnis propositio est vera,hic ly propositio, supponit pro hac propositione prolata,cum formam propositionis participet,sicut & pro qualibet alia. vnde propositio licet varietur quod quædam est vniuersalis: quædam particularis; & hoc ab vniuersalitate & particularitate subiecti: q̃libet tamen propositio est singularis in genere propositionis & cæt. ¶Ad primum argumentum dicendum, quod qui dicit omnem propositionem esse veram, dicit illam propositionem quam profert esse veram, & non esse veram: sed alia habitudine & alia. Nam per virtutem dici de omni dicit suam esse veram: sicut & omnem aliam. Sed per naturam primi principij dicit suam non esse veram. nam sequitur. Omnis propositio est vera,ergo contradictoria istius propositionis est vera:

& se-

& sequitur per naturam primi principij: cõtradictoria istius propositionis est vera, ergo hæc non est vera. Vnde hoc sequitur per discursum rationis, & non per dici de omni &c. ¶ Ad secundum dicendum, quod qui interimit omnem loquelam virtute dici de omni negat suam loquelam, sed quia non potest negare loquelam, nisi per loquelam ideo per actum exercitum ponit loquelam, virtute tamen dici de omni negat suã, sicut & aliam ¶ Ad tertium dicendum, quòd licet impossibile sit in rebus naturæ vnum & idem esse totum vniuersale, & partem integralem respectu eiusdem, in rebus tamen rationis non est hoc inconueniens. Multa enim sunt impossibilia in re quę non sunt impossibilia in ratione. Sicut procedere in infinitum in rebus est impossibile, sed in ratione non est inconueniens. ¶ Ad quartum dicendum, quod in rebus rationis idem potest esse totum integrale & pars integralis respectu eiusdem sub alia consideratione & alia. ¶ Ad cõfirmationem dico, quod in rebus naturæ, omne totum est maius sua parte. Et illud quod est pars sub vna consideratione, non potest respectu eiusdem habere rationem totius. Similiter in ratione, pars inquantum pars minor est suo toto, sed tamen illud qđ est pars sub vna consideratione potest respectu eiusdem sub alia consideratione habere rationem totius, ipso nõ variato, sed tota variatione cadente circa intellectum, quod autem non sit eadem vox, non mirum, quia eadem vox non prædicatur de hac vel illa. ¶ Ad vltimum dicendum, quòd maior sic habet intelligi, illud extra cuius intellectum ex aliquid, ipsum sic acceptum non constituit intellectum totius aggregati ex illo & alio. Sed ipsum consideratum sub alia ratione bene potest, sic est in proposito. Si.n. dicatur propositio est vera, Iy propositio, si consideratur solum modo inquãtum est pars huius totius, propositio est vera, sic non constituit intellectũ huius totius. Si tamen consideretur inquantum prædicabile est de hac propositione, sic potest cõstituere intellectũ totius.

QVÆSTIO LIII.

QVæritur vtrum incipiens sic loqui. Ego dico falsum, sit simpliciter verus in dicẽdo? Et arguitur sic sequitur. n. ego dico falsum, ergo verum est me dicere falsum, & sequitur, verum est me dicere falsum, ergo dico verum, ergo a primo ad vltimum sequitur, ego dico falsum, ergo dico verum.

zum. Probatio primæ consequentiæ. Nam bene sequitur, ego dico hominem esse asinum, ergo verum est me dicere hominem esse asnum, ergo sequitur consimiliter dico falsum, ergo verum est me dicere falsum. Probatio secundæ consequẽtiæ, nam qui dicit sicut est, dicit verum, sed qui dicit se dicere falsum, cum dicit hoc falsum, ego dico falsum, ipse dicit sicut est, qui ergo dicit se dicere falsum, dicit verum. ¶ Item sic incipiens loqui. Aut dicit verum, aut falsum. Si verum, est in dicẽdo simpliciter verus, quia dicẽs denominatur a qualitate sui dicti. Si dicit falsum, ergo falsum est ipsum dicere falsum, cũ ergo non dicat falsum, & dicit aliquale, ergo dicit verum. ¶ Ad oppositum. Dicens denominatur a qualitate sui dicti, sed hæc oratio est falsa, ego dico falsum, quam dicit incipiens sic loqui, cum nihil prius dixit &c.

Ad quæstionem dicendum, quud sic incipiens loqui. Ego dico falsum, est simpliciter falsus in dicendo, verus tamen secundum quid. Difficile tamen est hoc videre in quibusdam, vt innuit Arist. in litera. Nam propter conuenientiam in re inter dictum secundum quid, & simpliciter quãdoq; nescimus distinguere inter falsum secundum quid & simpliciter. Tamen dico, quod circa hoc enunciabile, ego dico falsum, est veritas, & falsitas, sed veritas secundum, quid, & falsitas simpliciter. Quod autem circa ipsum sit falsitas simpliciter, hoc patet per hoc, quod oratio dicitur simpliciter falsa, quia est signum falsi, quoniam sic incipiens loqui, nihil dicit, quod sit falsum. Si enim diceret hominem esse asinum, vel aliquid huiusmodi, hæc esset vera. Quod autem sic incipiens loqui sit verus, secũdum quid, diuersimodè ponitur a diuersis. Quidam enim ponunt, quod est verus secundum quid, quia circa aliquam orationem falsam exercetur vere actus dicendi. Dicitur aliter, quod sic dicens est verus secundum quid, quia actu exercito, per propositionem intelligitur sicut est in re. Sed quia ab actu exercito non dicitur oratio simpliciter vera vel falsa, ideo talis oratio dicitur secundũ quid vera. Actu enim exercito intelligitur, quod ipse exercet actum dicendi circa falsum, & illud in re est verum. ¶ Ad primum argumentum dicendũ, cum dicitur, ego dico falsum, ergo verum est me dicere falsum. Dico, quod consequentia nõ valet formaliter. Sicut nõ sequitur, homo est animal, ergo verum est dicere. hominem esse animal, & tamen in actu exercito in antecedente includi

tur

tur consequens. Vlterius posito quòd sequatur, licet non formaliter, dico, quod non sequitur alterius, dico me dicere falsum, ergo sum verus in dicendo simpliciter, sed est secundum quid & simpliciter. Sicut hic. Iste bene iurat adimpelndo iuramẽtum, ergo bene iurat. Similter sic dicendo, homo est asinus, verum est ipsum dicere falsum, & tamen non sequitur, quod ipse dicat verum. Veruntamen in quibusdam sequitur, verum est me dicere, ergo simpliciter sum verus. Sicut hic, verum est me dicere hominem esse animal ergo sum simpliciter verus, & hoc est in illis, in quibus est veritas in actu signato, & in actu exercito, sed in proposito falsitas est in actu signato, & veritas in actu exercito. Vnde sequitur, verum est me exercere actum dicẽdi circa falsum, ergo illud circa quod exerceo est falsum. ¶ Ad aliud, cum dicitur, sic incipiens loqui, ego dico falsum, aut dicit verum, aut falsum. Dico quod dicit propositionem, quæ est falsa. Et vlterius cum dicitur, ergo falsum est ipsum dicere falsum. Dico, quod non sequitur, sed magis sequitur, ergo verum est ipsum dicere falsum. Et ex hoc non sequitur, quod dicat verum; sed magis, quod dicat falsum.

QVÆSTIO XLV.

QVæritur vtrum scutum cuius vna medietas est alba, & alia nigra debeat dici album, vel nigrum? Quod alterũ, probatio. Nam quod est in genere est in aliqua eius specie, cum genus nihil alind sit realiter quam suę species, sed tale scutum potest dici coloratum, sed non est coloratum aliquo medio colore, ergo vel dicetur album, vel nigrum. ¶ Item quod inest parti alicuius totius denominat totum. Nam homo dicitur crispus, cum tamen crispitudo sit solum in capite, ergo multo fortius quod inest medietati alicuius totum denominabit. ¶ Item Arist. dicit in 5. phys. quod homo sanatur, quia thorax eius sanatur. Ergo eadem ratione scutum potest dici album: quia eius media pars est alba. ¶ Ad oppositum, qua ratione huiusmodi corpus diceretur album, eadem ratione dicerem nigrum. Et sic idem simul & semel a duobus contrarijs denominaretur.

4. top. Cap. 2.

Cont. 7.

Ad quæstionem dicendum, quod tale corpus de necessitate altero istorum quatuor modorum se habebit. Vel enim dicetur album & nigrum, vel neque album, neque nigrum. Vel secun-

secundum quid nigrum & simpliciter album. Vel secundum quid album, & secundum quid nigrum. Primum est impossibile, quia tunc contraria simul eidem inessent. Nec secundū, quia ponitur, quod vna eius medietas sit alba, & nigra. Nec tertio modo, quia non est maior ratio, quare tale corpus dicatur simpliciter album, & secundum quid nigrum, quam ecōuerso, ergo oportet, quod dicatur secundum quid album, & secundum quid nigrum. ¶ Ad primum argumentum cum dicitur. Illud quod est in genere, est in aliqua eius specie. Dico, quod illud quod est in genere, sicut homo in animali de necessitate est in aliqua eius specie. Sed tamen illud quod denominatur ab aliquo genere nō oportet quod simpliciter ab aliqua eius specie denominetur, sed secundum quid ab vna, & secundum quid ab alia. ¶ Ad aliud dicendum, quod quædam sunt accidentia, quæ determinant partes in toto, sicut crispitudo in homine determinat sibi caput, et quod inest isto modo parti potest totum denominare. Sed quædam accidentia non determinant sibi aliquam partem in toto. Et quando tale accidens inest parti, non oportet, quòd denominet totū, & talia accidentia sunt album & nigrum. ¶ Sed si dicatur, q̄ siue accidentia determinent partem in toto, siue non, semper videtur, quod processus a parte ad totum, vel a denominatione quæ fit a parte ad denominationem totius causet secundū quid & simpliciter. Vnde hic videtur esse fallacia secundum quid & simpliciter. Est crispus secundum caput: ergo est crispus, quia denominatio secundum partem est secundum q̄d respectu denominationis totius. Dicendum quod hic non est secundum quid & simpliciter, Est crispus secundum caput, ergo est crispus. Nam ratio secundum quam prædicatum attribuitur subiecto in antecedente, non est secundum quid respectu rationis, qua prædicatum attribuitur subiecto in consequente. Vnde non secundum plus fit deminatio dicendo homo est crispus secundum caput & hoc est ex natura speciali eius quod dico crispus. ¶ Ad tertium dicendum, quod ratio accipit falsum. Nam si homo posset dici sanus, quia sanatur secundum thoracem, eadem ratione posset dici infirmus, si infirmaretur secundum caput, vel secundum oculum. Et tūc unus & idem posset dici sanus & æger. Sed Ari. intendit ibi, quod aliquid potest inesse parti alicuius totius. Et aliquid potest inesse alicui toti primo. Et aliqd potest inesse alicui per 5. thy. Cō. 1.

accfis. Vnde non intendit, quòd ista habitudo sit bona simpliciter: pectus sanatur, ergo homo sanatur.

¶ *Quod autem secundum quod non determinatur quid syllogismus aut quid elenchus secundum diminutionem fuerit rationis. Nam elenchus est contradictio eiusdem & vnius non nominis sed rei & nominis non syuonimi, sed eiusdem his quæ data sunt ex necessitate, non connumerato, quòd erat in principio secundum idem & ad idem, & similiter, & in eodem tempore. Cap. iij. primi huius.*

QVÆSTIO LV.

QVæritur vtrum ignorãtia elenchi sit locus distinctus ab alijs? Et videtur quod non. Nam vnusquisque locus sophisticus, sicut habet sua principia propria, sic habet suam solutionem propriam. Sed ignorantia elenchi & secũdum qd, & simpliciter, habet vnam solutionem, ergo non sunt fallaciæ distinctæ. Minor patet per Arist. qui dicit. Qui fiunt secundum quid & simpliciter & secundum diminutionem rationis soluendi sunt considerando conclusionem ad contradictionem. ¶ Item quod non distinguatur a secundum quid & simpliciter probo. Nam sicut in secundum quid & simpliciter proceditur a quo ad simpliciter, sic in ignorantia elenchi proceditur a quo ad simpliciter. Sicut. n. hic proceditur. Est albus secundum dentes, ergo est albus. Similiter hic, hoc est duplum ad hoc secundum longitudinem, & non est duplum ad hoc secundum latitudinem, ergo est duplum & nõ duplum, in primo est secundum quid & simpliciter, in secundo est ignorantia elenchi. Vnde in modo arguendi non videtur differre. ¶ Item illud in quod aliquid reducitur ab eo nõ distinguitur inquantum in illud reducitur sed omnes loci sophistici reducuntur in ignorantia elenchi, ergo ab illis non distinguitur ignorantia elenchi. ¶ Ad oppositum est Arist. qui numerat hunc locum inter locos extra dictionem. Et nisi ab alijs distingueretur non essent septem loci extra dictionem.

Ad quæstionem dicendum, quod ignorantia elenchi numeratur inter alios locos sophisticos extra dictionem, & ab alijs distinguitur. Nam loci sophistici distinguuntur secũdum suas causas apparentiæ, sed causa apparentiæ in ignorantia elenchi est apparens identitas apparentis contradictionis ad

veram

veram contradictionem. ¶ Circa hoc notandum, quod eadē est diffinitio syllogismi & elenchi, nisi quod oportet addere contradictionem. Ex quo sequitur, quod quædam sunt conditiones speciales ipsius elench. & quædam communes. Vnde licet omnes aliæ fallaciæ peccent contra elenchum, & in hoc quælibet possit dici ignorantia elenchi, tamen ista fallacia specialiter peccat contra proprietates quas elenchus addit sup. syllogismum, quæ sunt quatuor. s. ad idem, secundū idē, similiter, & in eodem tempore. Et quia sic peccat contra cōditiones proprias ipsius elenchi, ideo secundum quandā excellentiam vocatur ignorantia elenchi. Et ex hoc sequitur vlterius, quod quatuor sunt modi huius fallaciæ qui accipiuntur secundum istas quatuor proprietates. s. ad idem, secundū idem, similiter, & in eodem tempore. ¶ Ad primum argumētum dicendum, quod illa consequentia non valet, eadem est ars soluendi paralogismos secundum quid & simpliciter & secundum ignorantiam elenchi, ergo ignorantia elenchi, & secundum quid, & simpliciter sunt idem locus sophisticus. Nam solutio est manifestatio defectus. Et nihil prohibet eosdem defectus diuersis causis apparentiæ posse tegi. Vel potest dici, quod licet ignorantia elenchi, & secundum quid & simpliciter habeant eandem solutionem communem non tamen specialem, Nam in secundum quid & simpliciter apparentia est identitas dicti secundum quid ad dictum simpliciter, & causa non existentiæ est diuersitas eorundem. Vnde solutio specialis in secundum quid, & simpliciter, est manifestatio varietatis inter dictum secundum quid & simpliciter. Sed apparentia in ignorantia elenchi est identitas cōtradictionis apparentis ad veram contradictionem. Et solutio specialis est manifestatio diuersitatis inter ea. Et ideo non sequitur cum ignorantia elenchi, & secundum quid & simpliciter habeant diuersas solutiones speciales, quod sint idem locus.

¶ Ad aliud dicendum, quod licet in eodem paralogismo possit esse secundum quid & simpliciter, & ignorantia elenchi. Hoc tñ erit alia tōne & alia. Quia in secundum quid & simpliciter, vt dictum est apparentię est identitas dicti secundū quid ad dictum simpliciter. Sed in ignorātia elenchi causa apparentiæ est identitas contradictionis in premissis ad veram contradictionem in cōclusione Et ex hoc sequitur, q̄ secundū quid & simpliciter possit esse sine ignorātia elenchi, quia

potest esse sine apparēti contradictione, quia hic est secundum quid & simpliciter. Iste est albus secundū dentes, ergo est albus, & tamen hic non est contradictio apparens. ¶ Ad vltimum dicendum, quod ignorantia elenchi inquantum alij loci elenchi generales, vnde in ignorantiam elenchi speciale quæ distinguitur ab alijs locis, non reducuntur fallaciæ. ¶ Sed ex præmissis videtur sequi, quòd ignorantia elenchi est locus in dictione. Nam ex quo eius apparentia accipitur a contradictione, & contradictio est a parte vocis, videtur, quod eius apparentia accipiatur a voce. Vnde cum peccet contra contradictionem, videtur sequi, quod sit locus in dictione, quia loci in dictione specialiter peccant contra contradictionem. Sed dicendum est, quod ignorantia elenchi non est locus in dictione. Quod innuit Arist. cum dicit. Trahet autem aliquis hunc locum, in eos, qui sunt in dictione, per hoc dicēs, quod non potest poni locus in dictione, nisi per quandam violentiam. Et dicendum est, quod ad contradictionem, non solum requiritur vnitas vocis, sed etiam vnitas rei, quòd patet per diffinitionem contradictionis. Contradictio non est nominis tantum, sed rei & nominis. Vnde si apparens contradictio accipitur a parte rei, tunc est ignorantia elenchi. Si ex parte vocis, tunc est locus in dictione. Vel potest dici, quod peccare contra contradictionem est dupliciter. Aut ita, quod paralogismus inferat contradictionem alicuius præconcessi. Aut quod videatur apparenter concludere contradictoria, non habendo respectum ad præconcessionem respondentis. Primo modo peccant loci in dictione contra contradictionē. Et quia elenchus est magis contradictorijs per respectum ad respondentem, ideo loci in dictione specialiter dicuntur peccare contra contradictionem. Secundo modo nihil prohibet quin sit ignorantia elenchi, & secundum quid & simpliciter peccant contra illationem, quia inter præmissam negatiuam & partem negatiuam conclusionis est defectus illationis.

2. elen. cap. 3.

1. Iouias. cap. 2.

QVÆSTIO LVI.

QVæritur vtrum ista consequentia sit bona. Hoc est non duplum, ergo hoc non est duplum? Et videtur quod non. Nam aliquid stat cum antecedente, quod est incompossibile consequenti, ergo consequenti nulla. Ista enim stant simul. Hoc est duplum, & hoc est nonduplum.

Et

Et tamen ista, hoc est duplum, non stat cum hoc consequente, hoc non est duplum. Assumptum patet per Aristotel. qui dicit secundo huius, quod non est incōueniens fateri idē esse duplum, & non duplum, ergo stant simul. ¶ Item sicut 2
ad positionem plurium non sequitur positio paucorum, & hoc sub indeterminatione, sic ad negationem paucorum non sequitur negatio plurium. Sicut enim non sequitur. Animal currit, ergo homo currit, sic non sequitur. Homo non currit, ergo animal non currit, ergo ad negationem extremi non sequitur negatio compositionis & extremi. ¶ Item non sequi- 3
tur, hoc est non simile, ergo non est simile, quia aliquid stat cum antecedente quod est impossibile consequēti. Nam ista stāt simul, hoc est simile, & hoc est dissimile. Et sequitur, hoc est dissimile, ergo est simile. Et tamen ista, hoc est simile, non stat cum hoc consequente hoc non est simile. ¶ Ad oppositū sequitur. Hoc est non duplum ad a. ergo non est duplum ad a. Ergo absolutè sequitur, hoc est non duplum, ergo non est duplum. ¶ Item negatio infinitans negat significatum termini, sed significatum huius quod dico duplum, est quidam respectus ergo negat respectum, & si negat respectum, nihil remanet, ergo &c.

Ad quæstionem dicendum, quod consequentia bona est, nam significatum huius quod dico duplum est quidem respectus. Non est autem intelligendum, quod supra significatum relatiui fundetur respectus tanquam habitudo media inter relatiuum & suum correlatiuum. Sed illud quod nomine relatiui importatur respectus est, sed negatio infinitans negat significatum termini, Sic ergo dicto hoc non est duplum, negatur vniuersaliter respectus. Quo negato non dicitur ad dimidium. Ergo sequitur. Hoc est non duplum, ergo non est duplum. Et per Arist. in libro Perimenias. Non currere indifferenter reperitur in eo quod est, & quod non est, præter quā in cursu. Ergo non duplum reperitur in eo quod est, & quod non, est præterquam in duplo Duplum ergo & non duplū veram contradictionem important. Sed cuicunque attribuitur vnum contradictoriorum ab eodem remouetur reliquū, sequitur ergo. Hoc est non duplum, ergo non est duplum. *Cap. 3.*

Ad primam rationem dicendum, quod non est inconueniens fateri idem esse duplum, & non duplum cum diuersis determinationibus, vt quod sit duplum ad a, & non duplum

ad b. Tamē absolutè loquēdo sic. Et hoc est quod dicit Arist. quod non est secundum idem esse duplum, & non duplum, vt erat concessum a redarguto. ¶ Ad secundum dicendum, quod non est magis negare compositionem & extremum, q̄ extremum per se. Nam in interemptione antecedentis, includitur interemptio consequentis. ¶ Ad vltimam dico, quod sequitur. Hoc est non simile, ergo non simile. Et cum probatur quod ista stant simul, hoc est simile, & hoc est non simile Dico quod nō est verum. Et cum dicitur vlterius, quod ista stāt simul. Hoc est simile, & hoc est dissimile, & quod sequitur. Hoc est dissimile ergo hoc est non simile. Dico, quod ista vltima consequentia non valet, quia per hoc quod dicitur dissimile importatur quidā respectus ad dissimile quod est dissimile suo dissimili. Sed per hoc quod dico, non simile priuatur respectus. Et a remotione respectus ad vnum non sequitur remotio respectus ab alio.

¶ *Quæstionum subtilis doctoris Scoti super lib. elen. Finis.*

CLARISSIMI DOCTORIS Antonij Andreæ super sex pincipijs Gilberti Porretani Quæstiones.

SVmens reliquias dedit eis. Lucæ 24. Liber iste agit & tractat de illis sex principijs quæ in libro prædicamentorum. Aristotelis dimisit, & breuiter determinauit, & hoc propter causam quæ ibi fuit assignata.

¶ Idcirco de auctore huius libri, qui de illis sex hic prolixius tractat, potest accipi verbum præsens ad ostendendum perfectionem huius libri Describitur auctoritas in generali in personam quæ fecit, qualitas virtualis in materia quæ sufficit, modalitas ordinata in forma quę allicit, commoditas fructualis in fine in quem dirigit. ¶ Primum probat operatio generosa, sumpsit enim tantum opus, vt doctor auctenticus, vt scriptor veridicus, vt doctor auctenticus, quod intelligi potest. Esaiæ 8. Sume tibi librum grandem, & scribe in eo stilo hominis. Sume tibi librum grandem librum in excellentia, in sententia, stilo hominis in eloquentia. Scripsit enim non stilo nimis

sub-

subtili, vt angelico, nec stilo nimis rudi, vt asinino, sed stilo mediocri communi rudib. & proiectis, vt humano. ¶ Secundum probat recollectio copiosa reliquias, id est sex prædicamenta ab Arist. relicta ex breuitate, ab hoc auctore descripta cum veracitate, ab auditore recepta cum sedulitate, scilicet in mente & armario intellectus, vt actor iste possit dicere illud Iudicum primo. 70. reges colligebant sub mensa mea ciborum reliquias. Quod per 70. collectores, nisi auditorum designatur vniuersitas? ¶ Tertium probat traditio gloriosa dedit id est tradidit ordine debito seruato, vt proiecti erigantur altius, vt infimi attrahãtur dulcius, vt vterque instruatur citius, vnde psal. 118. Declaratio sermonum tuorum illuminat, & intellectum dat paruulis. ¶ Quartum probat directio gaudiosa, eis. i. auditoribus, vt scilicet dirigantur in scientiam logicalem, & hic est finis propinquus, & in sapientiam spiritualem, scilicet theologicam, ad quam sicut ad perfectiorem ceteræ omnes scientiæ ordinantur, & hic est finis remotus, in lætitiam æternalẽ, & hic est finis vltimus, beatitudo scilicet cęlestis. ¶ Dicat ergo iste auctor, illud Ioannis, 17. verba quę dedisti mihi dedi eis, tu dedisti Deus, a quo cuncta bona procedunt, dedi eius, scilicet ordinatis directè ad vitam æternam. Amen.

QVÆSTIO. I.

QVia Notitia subiecti præsupponitur in scientia, de subiecto enim oportet præcognoscere quid est, & quia est, ex primo posteriorum, ideo ante expositionem huius libri vnam moueo quæstionem. s. vtrum iste liber sit de sex principijs, scilicet sex prædicamentis, vt de subiecto. Videtur quod non, nam idem non est subiectum diuersorum librorum, sed de istis sex agitur in libro prædicamentorum, qa de omnibus 10. agitur ibi, igitur, maiorem probo, quia aliter subiectum non esset adęquatum scientiæ illius libri. ¶ Præterea vnius scientiæ vnum est subiectum, primo posterorum, sed ista sex non sunt vnum subiectm. quia nec vnum diffinibile, ergo cum hæc scientia sit vna, non est de istis sex. Pro ista etiam parte sunt argumenta facta in principio prædicamentorum, scilicet de subiecto illius libri, quære ibi, & similiter solutiones ¶ Ad oppositum est auctor ista determinans hic de istis sex. vnde iste liber intitulatur sex principiorum. 2 Tex. 43.

Respondeo quod ea, quæ dicta sunt in libro prædicamentorum quæstione de subiecto, faciunt etiam omnia ferè pro ista quæstione, ideo illa supponendo hic breuiter pertransibo hoc modo, primo, tangam vnam opinionem. Secundo, aliter dicam ad quæstionem. Tertio, remouebo triplicem dubitationem ¶ Quantum ad primum est vna opinio, quæ dicit, quod subiectum huius libri est forma accidentalis extrinsecus adueniens. ¶ Contra, vel hic accipitur forma pro re primæ intentionis, vel secundæ non primo modo, quia sic considerare de forma spectat ad philosophum realem, & non ad logicum, nec secundo modo, quia tunc esset negatio addendo extrinsecus adueniens, omnis enim res secundæ intentionis, est extrinsecus adueniens, maximè cum sit formaliter respectus rationis. ¶ Præterea quæro quid intelligitur p extrinsecus adueniens, vel esse extra quidditatem substantiæ, & hoc non, cum nouem prædicamenta sint extrinsecus adueientia, de quib. omnibus non arguitur hoc libro, vel quia est respectus diuisus contra absolutum, & sic non tantum ista sex, sed etiam relatio de genere relationis est forma extrinsecus adueniens, de qua non agitur in hoc libro. ¶ Quantum ad secundum, notandum, quod ista sex sicut & omnia prædicamenta possunt dupliciter considerari, vno modo pro re subtracta intentioni, & inquantum sunt entia. Alio modo inquantum considerantur a ratione, siue inquantum aliqua proprietas causata ab intellectu eis attribuitur, primo modo considerat de eis metaphysicus, cuius subiectum est ens inquantum ens, secundo modo consideratur de eis hic, & in prædicamentis, ostenduntur enim de eis passiones: sibi inhærentes inquantum sunt generalissima, puta inquantum in suas species diuiduntur, & illæ vlterius in alias, & nihil est supra ea, quod descendat in illa p differentias, quæ omnia competunt eis inquantum generalissima, vnde si de aliquibus alijs quę istis generalissimis insunt, inquantum sunt entia, hic determinatur, puta suscipere magis & minus & contrarietatem habere vel non, & huiusmodi, hoc non est principaliter ad propositum, sed ad maiorem cognitionem istorum quantum ad prædicata intentionalia, sed cum ista sex vel omnia decem nō sint subiectum vnius scientiæ realis vel metaphy. nisi inquantum reducuntur ad vnum, quod est subiectum scilicet ens, & sic oportet dicere in proposito, quod scilicet maior est vnitas eorū in aliqua proprietate

tate causata ab intellectu, quam forte in quantum sunt entia, aut non minor, & cum hac scientia non sit vnum vnitate analogiæ, oportet ergo assignare aliquod intentionale, quod sit commune illis, & vniuocum & subiectum primum hic, quia de solo tali per se considerat logicus, & illud potest denominari prædicamentum vel generalissimum vel principium, quod idem est, quia omnes proprietates quæ per se demonstrãtur, hic de istis determinatur in quantum habent rationem prædicamenti vel generalissimi vel principij. ¶ Ex prædictis cõcludo correlarie. Primo, quod idé est subiectum hic, & in libro prædicamentorum, nec differunt nisi sicut pars & totũ, quia ibi agitur de omnibus decem modo præexposito, hic autem de sex illorum tantum. Secundo, quod de substantia, quantitate, qualitate, actione, passione, quando, situ, vbi, habitu, hic non determinatur vt vbi, nisi per accidens, quia tantummodo secundum aliquid quod est in eis, secundum accidens, scilicet aliquid intentionale, non est autem inconueniens illa tantum considerari per accidens a logico quæ metaphysicus cõsiderat per se. ¶ Ad maiorem euidentiam autem quæsiti notãdum, quod principiorum quædam sunt substantia, quædam accidentia. Substantia autem est vnum prædicamentum tantum. Accidentia autem, quædam sunt absoluta, vt quantitas, qualitas, quædam sunt respectus, vel relatiua &c. Respectuũ autem quidam, est extrinsecus aduenies, quidam vero, intrinsecus. Dicitur autem respectus intrinsecus aduenies ille qui necessario sequitur ambo extrema posita in actu, vel (quod idem est) necessario consequitur suum fundamentum posito termino, & non excluso, ita quod positis extremis statim innascitur necessariò talis respectus ex natura rei. Exemplum, posito hoc albo & illo necessariò sequitur similitudo, & omnes isti respectus pertinet ad genus relationis, quod est vnum de decem prædicamentis, de quo non arguitur in hoc libro. ¶ Dicitur autem respectus extrinsecus aduenies, qui non necessariò consequitur extrema etiam ambo posita in actu, exẽplum, posito actiuo & passiuo, puta igne & combustibili nõ necessariò sequitur actio combustiua, nec passio, quia impediri posset propter distantiam extremorum, vel alio modo. Similiter est de vbi, quãdo, positione, & habitu quamuis speciális, difficultas sit de quando, nam positis extremis. s. tempore & motu, videtur consequi necessario ipsum quando, sed

de

de hoc dicetur infra, capitulo de quando. Ratio autem istius diuisionis scilicet de respectu potest esse ista, quia nullus respectus potest esse magis intimus alicui extremo vel fundamento, quam quod necessario ipsum sequatur, posito termino, quiditatiuè enim & formaliter nullus respectu est idem fundamento, similiter nullus respectus potest esse magis extrinsecus fundamento, quam qui non consequitur ipsum necessario, etiã posito termino. Ex prædictis igitur, patet, quod illa sex principia de quibus hic agit auctor pro tanto non sunt species relationis, quia relatio dicit respectum intrinsecus aduenientem, ista autem sex dicũt respectus extrinsecus aduenientes ipsi fundamento. Quantum ad tertium est primum dubium qualiter iste liber se habeat ad librum prædicamentorum. Respondeo habet se sicut pars ad totum, quia ibi tractatur de omnibus prædicamentis, hic autem de sex tantũ, nec propter hoc superfluit iste, quia hic de istis sex magis explicitè, & distinctè agitur, quam ibi &c. Secundum dubium, quare liber iste intitulatur sex principiorum, & non prædicamentorum, cum hic tractetur de sex prædicamenti? Respondeo, idem est hic, & ibi subiectum, genus enim generalissimũ est prædicamentum, & est principium, nam omne genus est principium suarum specierum, vt ait Porph. c. de genere. Ad distinguendum, ergo aliquo modo hunc librum a libro prædicamentorum, & ne esset confusio aliqualis in nomine, si vterque diceretur liber prædicamentorum, vocatus est liber iste sex principiorum, licet omnia sint principia & prædicamenta: nam x. prædicamenta sunt decem rerum principia. ¶ Tertium dub. est, quis fuit auctor huius li. Respondeo, diuersimodè dicitur, quidam dicunt, ꝙ fuit Arist. quod videtur ex modo procedendi, hoc non credo. Alij dicunt, quod fuit Alpharabius commentator libri de causis, hoc potuit esse, sed non affero. Alij dicunt, quod fuit Gilbertus Porretanus: sed
3. de anima. cõt. 38. hoc non constat mihi, tamen reputo magis esse verum, ideo de causa efficiente non est multum curandum. ¶ Ad argumentum ad primum dico, quod sicut subiectũ differt a subiecto, sic libera libro, vel scientia a scientia, & econuerso, quia secantur scientiæ quemadmodum res: sicut ergo subiectum huius libri se habet ad subiectum prædicamentorum. s. vt pars ad totum, sic liber ad librum, & scientia ad scientiam subiectum ergo hic, & ibi non est omnino idem, nec omnino diuersum.

¶ Ad

¶ Ad secundum patet ex prædictis, quod primum subiectum hic est aliquid vnum & vniuocum illis: puta generalissimũ, vel prædicamentũ, vel principiũ ad quod ista sex reducũtur.

¶ *Forma est compositioni contingens simplici, & inuariabili essentia consistens.* Cap. 1.

QVÆSTIO II.

QVæritur vtrum omnis forma sit simplex in essentia. Arguitur quod non, nullum diffinibile est simplex. sed forma diffinitur hic, ergo &c. maior patet, quia omnis diffinitio habet partes correspondentes partibus diffiniti. 7. metap. ideo conceptus diffiniti est resolubilis in duos quorũ vnus est qualitatiuus, alter quidditatiuus ex 8. metaph. conceptus ergo diffiniti ex duobus. Præterea aliqua forma recipit magis & minus: ergo non est simplex, añs patet de qualitate, & agere & pati ex libro prædicamentorum, cõsequentia probatur, quia omne tale est diuisibile, & habet partes intensiuè, nullum igitur tale est simplex. Præterea omnis quantitas est diuisibilis: ex 5. metaph. c. de quantitate, sed omnis quantitas est forma, ergo aliqua forma diuisibilis, & per consequens nõ simplex. ¶ Contra est auctor in litera. *Cõt.* 23. *Tex.* 3. 6 & 9. 2 *Tex.* 18. 3

Respondeo & primo præmittam vnam diuisionem, quæ est, quod compositio est multiplex, quædam est ex partib. essentialibus puta ex materia & forma, quædã ex partibus quãtitatiuis, vel integralibus quædam ex subiecto & accidente: quædam ex gradib. eiusdem formæ, exemplum primi, vt homo ignis, exemplum secundi linea corpus, exemplum tertij lignum album, exemplũ quarti albedo intensa, & quia quot modis dicitur vnum oppositorum tot & reliquum, ex 3. top. ideo simplex potest accipi quadrupliciter per oppositum ad prædictos modos. ¶ Secundo dico ad quæstionem secundum quatuor breues conclusiones. ¶ Prima est, q̃ omnis forma est simplex simplicitate, quę apponitur compositioni essentiali, hanc ostendo sic, quia si non ergo forma composita esset ex aliqua forma & materia & sequerentur duo inconuenientia primo, quòd illa forma informabit materiam per partem, non secundum se totam, quia materia quæ ponitur pars eius nihil potest informare. secundo, quia quæratur de illa forma formæ, an sit simplex, vel composita, si composita, esset pro- *Cap.* 2.

cessus

cessus in infinitum in compositis, & componentibus si simplex, ergo pari ratione standum est in prima forma, quòd ipsa esset simplex. ¶ Præterea illud, quòd formaliter est actus, non includit formaliter principium materiale, sed omnis forma est formaliter & essentialiter actus & endelechia, materia autem est principium materiale. ergo &c. ¶ Secunda conclusio, non omnis forma est simplex simplicitate opposita cõpositioni quantitatiuæ, sed aliqua est sic simplex, prima pars patet de quantitate, arguitur in oppositum, secunda patet de omni qualitate. ¶ Tertia conclusio, quod omnis forma est simplex simplicitate opposita cõpositioni ex subiecto & accidẽte, hoc satis est probabile. Tum quia omne sic compositũ est resolubile in subiectum & formam accidentalem. Tunc quæro de illa forma in quam resoluitur, vel est simplex isto modo, vel non, si sic, ergo pari ratione & prima forma, & habetur propositum, vel si non, ergo processus in infinitum, sicut prius. Tum quia omne tale compositum est per se terminus motus, aut mutationis, sed nulla forma est huiusmodi: quia nulla forma generatur per se, sed per accidens ex 7. metaphy. sed compositum solum est huiusmodi in omni genere mutationis, vt ibidem dicitur, non. n. generatur album, sed lignum album, ergo nulla forma est tale compositum. Quarta conclusio est, quòd nõ omnis forma est simplex simplicitate opposita compositioni ex gradibus, quod patet, quia multæ formę intenduntur & remittuntur, quod fit secundum gradum eiusdem formæ. Ex prædictis concludo, quod intentio auctoris est formam esse simplicem simplicitate tantum opposita compositioni essentiali, & ex subiecto, & accidente, in aliqua. n. forma sunt partes quantitatiuæ, in aliqua etiam eadem forma sunt diuersi gradus perfectionis & virtutis, quæ compositio non repugnat simplicitati in essentia formę.

¶ Ad primum in oppositum dicendum, quòd compositio requisita ad diffinitum est illa, quæ est ex genere & differentia, sed illa non repugnat simplicitati formæ, vna enim res simplex potest constare ex realitate generis, & realitate differentiæ, quæ possunt esse in rertio vna simplex res. ¶ Ad secũdum & tertium patet ex prædictis in corpore quæstionis ex secunda, & tertia conclusione. ¶ Deinde, cum dicit (quoniam autẽ fortasse contingit in aliis) exponit aliam particulam ostendẽs a quo distinguatur forma hic diffinita p hoc quod est, est, in-

uaria-

uariabile, quia ab anima humana, quę vtiq; simplex est, ideo ad differentiam illius additum est, inuariabili essentia consistens, nam anima humana variatur, & alteratura contrario in contrarium, vt a tristitia in gaudium, & econuerso. ¶ Circa istam literam occurrunt dubia. ¶ Primum de supposito, an scilicet anima rationalis sit simplex vel composita ex materia & forma. ¶ Secũdum de exemplo, an scilicet anima alteretur a gaudio in tristitiam, quod Aristotele primo de anima videtur deristorie excludere, qui inquit dicit animam gaudere, aut tristari, dicit eam texere vel ædificare. Tertium de quæsito & proposito, nam omne illud quod recipit intensionem & remissionem variatur secundum magis & minus, sed plures formæ sunt huiusmodi, ergo sunt variabiles.

¶ Quartum, quia cum anima humana sit forma corporis, mirum videtur, quomodo separatur a diffinitione formæ, dubiũ est ergo de qua forma intendit. ¶ Respondeo ad primum, qđ licet de materia ista sint dicta multa a diuersis, vnde in litera dicitur, forta sse, teneo tamen, quod anima rationalis sit simplex in essentia simplicitate opposita compositioni ex materia & forma. Quod probo sic, quia si non, ergo anima non posset informare corpus, consequens est falsum, consequentia probatur sic, sint illæ partes essentiales, ex quibus componitur a. & b. ita quod a. sit actuale b. verò potentiale, vel ecõuerso, vna ergo erit perfectibilis, ab alia, puta a. a. b. vel econuerso. Tunc sic ista potentia receptiua, & perfectibilis ab a. non potest esse magis dependens, quam materia ignis, vel alterius corporis, sed quia materia ignis non potest inesse, alicui ipsum informando, ideo totus ignis non potest inesse alicui ipsum informando, ergo similiter nec anima potest esse forma vel actus primus alicuius, quia suę parti essentiali, ideſt potentię & materię illi repugnat in formare. ¶ Ad secundum dicendum, quòd Arist. vult primo de anima, quod illæ passiones sint totiùs compositi, puta hominis, & non partis, scilicet animæ quod vtique verum est de anima coniuncta corpori, tñ anima separata potest gaudere & tristari, vt dicit auctor. ¶ Aliter potest dici, quod Arist. loquitur ibi cum præcisione, & tunc verum est, quod anima non gaudet aut tristatur, quin & totus homo, gaudere ergo, & tristari conuenit animę vt subiecto immediato, toti autem homini conuenit per animam. Sicut color aliter & aliter conuenit superficiei & corpori dico,

Cont. 34. inde.

co, toti homini, accipiendo totum cathegorematice, non sy-
cathegorematice: ¶ Ad tertium, aliquid potest intelligi va-
riari dupliciter, vel subiectum, vel sicut terminus, primo
modo nulla forma variatur. & sic intelligit auctor. sed secun-
do modo potest. nam vt terminus formalis quo omnis gene
rationis est forma, & hoc modo procedit argumẽtum. forma
enim non alteratur, vt quod, sed est illud, quo aut secundum
quod subiectum alteratur.

¶ Ad quartum oportet dicere, quod hic tantum diffinitur for
ma accidentalis intensibilis & remissibilis, vt dicit quædam
opinio, vel quod hic diffinitur sola forma naturalis educibi-
lis de potentia materiæ substantialis vel accidentalis, qualis
non est anima humana, & de hoc dicetur aliquid amplius pa
rum post. ¶ Deinde cum dicit. (Sed quoniam vt aiunt quidã)
Ex ponit tertiam particulam diffinitionis ostẽdens, quare ad
ditum fit compositioni contingens, volens, quod per hoc di-
stinguatur forma hic diffinita ab anima mundi, idest intelli-
gentia, quæ mouet cælum, quia licet illa sit simplex in essen-
tia & inuariabilis, non tamen est compositioni contingens,
quia nulli alteri componitur, dicit ergo, quod vt quidã aiunt
ea anima mundi est subiecta simplicitati .i. simplex essentia,
nulli autem variationi, idest est inuariabili, sicut & forma,
ideo dissocians, ideo distinguens hanc, scilicet formam quæ
intenditur ab omnibus, scilicet tam anima mundi, quam si-
milibus, si quæ sint, addidit, scilicet in diffinitione, compositi
tioni contingens, quia anima mundi nec in se est composita,
nec aduenit composito, scilicet cælo, vt forma materiæ, quia
non est forma materiam informans. ¶ Circa istam literam
occurrunt dubia. ¶ Primum de suppositio, an .s. intelligentia
sit simplex in essentia, videtur .n. quod non, quia in omni eo
quod mouetur, oportet imaginari materiam, secundo meta-
physicę. Intelligẽtia autem vel angelus potest moueri, & mo
uetur, sępe etiam localiter, vt nunc suppono. ¶ Secundũ iux-
ta hoc an sit variabilis, videtur quod sic, quia sicut anima al-
teratur a gaudio in tristitiam, ita videtur quod possit ange-
lus, saltem manifestum est, quod est variabilis circa actus &
habitus intellectus & voluntatis, puta ab vna intellectione
vel volitione ad aliam, & ab ignorantia ad scientiam. Suppo-
no. n. hic, & verum est, quòd angelus potest proficere in scien
tia accipiendo notitiam a rebus.

Cont. 12 *

¶ Ter-

¶ Tertium est an intelligentia sit compositioni contingés videtur namque secundum Arist. 2. cœli & mundi & Commentatorem ibidem, & 12. metaph. & Auicēnam. 9. metaph. quod cœli sunt animati, & non alia anima, quàm intellectiua, ergo aduenit compositioni, cum sit forma & actus corporis, ergo &c. ¶ Respondeo, ad primum dico, quod intelligentia est simplex in essentia simplicitate, de qua nunc est sermo quod probo sic, quia si esset composita ex materia, & forma, vel illa materia est eiusdem rationis cum materia corruptibilium, vel alterius, non primum, quia sic intelligētia esset corruptibilis & variabilis, quæcunque. n. habent materiam vnigeneam sunt adinuicem transmutabilia, materia. n. est illud quo res potest esse, & non esse nec secundum, quia tunc ponūtur duę materię primę, quod nullus philosophus diceret. Idem argumentum concludit de anima rationali, quòd non sit composita ex materia & forma. *Contex. 12* *Contex. 36. ca 4.*

¶ Ad argumenta dico, quòd æquiuocatio est de materia, prout est altera pars compositi, vel vt dicit subiectum generaliter, in omni ergo quod mouetur oportet imaginari materiam. i. subiectum, quod subijcitur motui, & hoc modo concedo materiam in intelligentia est. n. subiectum multorum accidentium. ¶ Ad secundum concedo, quòd intelligentia variatur etiam subiectiuè, sicut arguitur, & ideo per hoc etiam distinguitur à forma, quę hic diffinitur, auctor autē iste loquitur more antiquorum philosophorum, qui posuerunt intelligentias quosdam deos simplices in essentia inuariabiles omnino, ideo significanter dicit, vt aiunt quidam. ¶ Ad tertium dico, quòd cœli non sunt animati, nec intelligentia est anima eorum. Arist. Commen. & Auicen. vel sunt negādi, vel exponendi hoc modo, q̄ loquuntur de anima secundum conditionem qua anima est motrix, non qua est forma, & illa est intelligentia propria respectu huius orbis coniuncta huic, vt propria motrix, & talis non est nisi vnica vnius.

QVÆSTIO III.

QVæritur vtrum, diffinitio de forma hic data sit bene assignata? ¶ Arguitur, quòd non, forma non est diffinibilis ergo nec ista est conueniens eius diffinitio, patet consequentia, antecedens probatur. Tum quia forma est transcēdens, nam est communis omnibus prædicamētis accidentiū:

nihil

nihil autem est commune generalissimis, nisi extra genus, & per consequens transcendens: sed nullum transcendens potest diffiniri: quia nec hēt genus, nec differentiam, sola autem species diffinitus, ergo &c. Tum quia forma, quæ hic intendi tur, est communis substantiali & accidentali, substantiæ autē & accidenti nihil est commune vniuocum, & solum vniuocum est diffinibile ex libro prædicamentorum: quia vniuoca eandem habent rationem & idem nomen, æquiuoca solum nomen, ergo &c. ¶ Præterea ista diffinitio datur per copulationem, omnis autem talis diffinitio est increpanda ex 6. topicorum. ¶ Præterea, hic non ponitur genus, nec differentia formæ, ergo diffinitio nulla, antecedēs quo ad differentiam probatur, quia differentia est quædam forma, & formæ non est forma, ergo, &c. ¶ Præterea, arguitur etiam contra diffinitionis particulas, sicut prius in secundo quæsito. ¶ Ad oppositū est auctor. qui vocat eam diffinitionem.

Respondeo iuxta dubia quæ tangit prima ratio, primó videndum est, an forma fit propriè diffinibilis, secundo an forma substantialis, aut accidentalis, vel communis ad vtranque diffinitur, tertio de proposito an illa notificatio conueniēter assignetur. ¶ Quantum ad primum videtur dubium propter argumētum factum, q͞p forma communis istis generalissimis non sit propriè diffinibilis: quia cum sit transcendens non habet genus, nec differentiam, nec per consequens est species: quæ sola proprie diffinitur, auctor autem vocat hanc diffinitionem terminum non à proprietate diffinitionis, sed a conuertibilitate: quia conuertibilis est cum forma. ¶ Sed occurrit dubium, quid de forma alicuius per se existentis in genere. Dico, quòd potest diffiniri, quia licet non sit in genere nisi indirecte secundum coordinationem specierum illius generis, tamen in suo ordine potest habere genus & differentiam per quæ diffinitur, verbi gratia, sicut anima diffinitur secundo de anima, quòd est actus corporis organici physici vitam habentis in potentia. hoc autem forte non est verum de omnibus formis, vt de vltimis differentijs, de quibus nihil p̄dicatur in quid, nec vt genus, de quo alias. ¶ Quantum ad secūdum per ordinem, dico tria, primum dictum est, quòd hic præcisè non diffinitur forma accidentalis, probatur, omnis diffinitio est, adæquata suo diffinito, quia conuertibilis cum illo, sed illa diffinitio non inest adæquatę formę accidentalis

patet,

patet, quia etiam competit formæ substantiali, forma n. ignis sua est compositioni contingens simplici & inuariabili essentia consistens, patet, ergo &c. ¶ Secundum dictum est, ꝙ non diffinitur hic forma substantialis precise, quod probatur per eandem rationem, quia conuenit etiam formę accidentali, puta albedini. ¶ Tertium dictum est, ꝙ diffinitur forma communis substantiali & accidentali, quod sequitur ex prædictis, ¶ Contra, quia anima humana excluditur ab hac diffinitione in littera, quę tamen est forma substantialis. Respondeo vt iam dictum est supra, ꝙ forma hic diffinita est omnis forma naturalis educta de potētia materiæ, quę non est nata existere per se qualis non est anima humana, ideo excluditur, forma ergo communis formę substantiali, & accidentali naturali hic diffinitur (vt videtur) secundum intentionem auctoris. ¶ Quantum ad tertium dico, ꝙ conuenienter ponitur, nam hic ponitur aliquid quasi genus. s. contingens. i. actus aduenies, quia etiam forma est pars compositi & refertur aliquo modo ad ipsum, ideo ponitur terminus huius relationis compositioni .i. composito quod sequitur, sequitur simplici & inuariabili essentia est loco differentiarum, & separat formam hic intentam ab omni alio, vt prædictum est. ¶ Ad primum in oppositum patet ex primo articulo, sed nego secūdam probationem, cum dicitur, ꝙ substantię & accidenti nihil est commune vni uocum, nam ens, est vniuocum, istis decem predicamentis, vt dixi supra Porphyrium. Similiter forma substantialis & accidentalis habent pro communi vniuoco hoc quod est actus nam quelibet quidditatiue & formaliter est actus. ¶ Ad secūdum dico, ꝙ per illa copulata simplici & inuariabili essentia, debet intelligi vnum circumlocutum, & non est inconuenięs poni copulationem ad circumloquendum aliquid in diffinitione, differentię enim vltimæ sunt nobis ignotę, ideo oportet eas circumloqui per multa copulata. ¶ Ad tertium concludit, quòd non est propria diffinitio, quod concessum est, sed illud quod additur, quòd formę nō est forma, falsum est, vna enim forma differt ab alia per aliquam differētiam, quę differentia est forma eius, nec est processus in infinitum, sed deuenitur ad differentias vltimas & formas, quę seipsis tota liter distinguuntur, & se totis differunt.

¶ Videtur autem quadam forma a natura esse, quadam verò ab actu. Eaque enim a natura est. Calor verò & passio quædam in actu consistunt. In quibusdam verò dubium est, vtrum a natura aut ab actu incipiant esse, vt in figura incisionis. Nam nihil additionis fit, sed separatio quædam partium dico autem figuram inesse a natura, sentiri verò ab actu. Cap. 10.

QVÆSTIO IIII.

QVeritur vtrum figura incisionis sit a natura, vel ab arte? Videtur, quòd non ab arte, per rationem auctoris, nã omne illud quod fit ab arte, fit per appositionem, & additionem partis ad partem, sed talis figura non fit sic, sed magis per amotionem & separationem partis a parte, ergo non est ab arte, ex quo sequitur, quòd sit à natura. ¶ Ad aliam partem arguitur, quòd non sit à natura, quia illud cuius principium efficiens, est voluntas & agens à proposito, non sit à natura, quia sunt oppositi modi agendi hic & ille, ex 2. phy. sed talis figura est huiusmodi, vt patet, ergo non est a natura, sed ab arte.

Contex. 49. & in fe.

Respondeo, primo inquiram qualiter illa figura præcedit in materia antequam ad apparentiam sensibilem reducatur, secundo dicam ad illud, quod quæritur principaliter. ¶ Quantum ad primum, est vna opinio, quæ dicit, quòd talis figura præcedit iam in materia actualiter, sed est cooperta alijs partibus eiusdem materiæ, puta lapidis aut ligni, quæ partes remouẽtur per actum artificis, & tunc figura apparet, ita, quòd secundum hoc artifex nihil aliud facit nisi remouere partes prohibentes apparentiam figuræ iam præexistentis à natura in materia præiacente. Forte huius opinionis est auctor, nam dicit, q figura est à natura, sed sentiri, i. apparere, est ab actu. ¶ Contra istam opinionem arguitur. Tum quia omnis actio noua positiua productiua habet aliquod positiuum pro termino nouiter producto, illud non est solam separatio partiũ, quia separatio non est nisi quædam priuatio, ergo est ipsa figura. nihil aliud potest dari figura, ergo nouiter produitur, & p consequens non iam præexistit. Tum quia in eadem parte materiæ non possunt esse actu simul figuræ incompossibiles, nisi ponas figmentum & chimericum in natura, sed in eadem parte materiæ possunt esse quæcunque figuræ in sensu diuisionis, puta hominis, bouis, serpentis &c. quæ sunt omnino

incom-

incompossibiles, ergo non sunt simul ibi in actu, & tamen essent secundum te. Tum quia figuræ extensiæ habetis partem extra partem impossibile est omnes partes simul actu esse, sed talis figura (de qua quæritur) est sic extensa, ergo &c. sed in quacunque parte materiæ sit caput, potest fieri pes vel manus, & sic de alijs, ergo tales partes non præexistunt in actu. ¶ Dicam ergo quantum ad hunc articulum, quòd talis figura præcedit in materia tantum in potentia passiua & subiectiua, sicut omnes aliæ formę, & nullo modo in actu. ¶ Quãtum ad secundum primo præmittam vnam distinctionem, secundo triplicem conclusionem. ¶ De primo sciendum, quod natura le potest capi dupliciter actiue, scilicet & passiue potentia. n. receptiua formę potest comparari ad formam, quam recipit, vel ad agens a quo recipit, primo modo ipsa est potentia naturalis vel violenta, vel neutra, dicitur naturalis, cum ad formam naturaliter inclinatur, violenta si sit contra inclinationem eius naturalem, neutra si neq; inclinatur naturaliter ad formam, nec ad oppositam. Exemplum primi, ignis admoueri sursum. Exemplũ secundi, ignis admoueri deorsum. Exemplum tertij, sicut superficies se habet ad albedinem & nigredinẽ, vel ad medium colorem quemcunque. ¶ Secũdo modo comparando receptiuum scilicet ad agens quo formam recipit, tunc est naturalitas, quando receptiuum comparatur ad tale agens, quod natum est naturaliter imprimere talem formam in tali passio, sicut non est naturalitas generaliter, quando comparatur ad tale agens, quod non est naturaliter impressiuum illius formæ in illud passum, quale est agens voluntarium, & a proposito siue creatum siue increatum & supernaturale. ¶ Ex prædictis concludo, quòd naturaliter accipitur æquiuocè, nam diuersis opponitur, & illa est vna causa cognoscendi multiplex ex primo topicorum, naturale. n. opponitur vno modo supernaturali alio modo libero & voluntario, alio modo violento, vt patet ex prædictis, nam vt naturalitas attenditur a parte principij actui, tunc opponitur sibi liberum vno modo, & alio modo supernaturale, sed vt attenditur a parte principij passiui, tunc oponitur sibi violentum. ¶ Quantum ad secundum, sit ista prima conclusio, figura incisionis non est à natura, primo modo accipiendo naturale, probatur, illa forma non est a natura primo modo, ad quam passum non inclinatur naturaliter, sed figura incisionis est huius

modi, ergo &c. probatio minor, quia si sic, ergo passum violenter esset sub forma sibi incompossibili, quod est falsum, quia lapis vel lignum sic recipit figuram asini, sicut figuram hominis. Ex eadem ratione concluditur, q̃ talis figura non sit violenta, quia hoc est verum generaliter, quòd quæcunque forma naturaliter est in materia eius, opposito, & incompossibilis est ibi violenter, & econuerso, quæcunq; forma est in materia violenter eius opposita & incompossibilis est ibi naturaliter. Comparando ergo formam incisionis ad materiam præcisè ipsa non est ibi naturaliter, nec violenter, sed secundū potentiam neutram, quia materia non magis ad vnam figuram, quam ad aliam oppositam sibi inclinatur. ¶ Secunda cōclusio est ista, figura incisionis non est a natura, accipiendo naturale secundo modo, quod probatur sic, illa forma non est a natura secundo modo, quæ non producitur ab agente naturaliter talem formam imprimente, sed figura incisionis est huiusmodi, q̃ patet, quia artifex a quo inducitur, est agens liberum, & a proposito, ergo &c. ¶ Ex prædictis sequitur, q̃ talis figura nullo modo fit a natura, vnde auctor videtur hic simpliciter negandus, siue intelligat, quòd fit a natura, quia præexistat actu in materia, siue ex hoc, quod materia eius est ens a natura, vt communiter exponitur, quia pari ratione domus esset a natura, quam tamen certum est esse ab arte, etiam per ipsum in litera. ¶ Tertia conclusio est ista, quod figura incisionis est simpliciter ab arte, probo, illa forma cuius principium efficiens est agens a proposito, & per artem est simpliciter ab arte, sed figura incisionis est huiusmodi, ergo &cæt. vtraque præmissarum patet ex prędictis. ¶ Ad primum, in oppositū dico, quòd maior est falsa vniuersaliter accepta, quia artifex non tm agit in opponendo, sed q̃que in remouendo.

NOta solutionem quæstionis secundum auctoris intentionem, vt communiter exponitur in hoc stare, quòd figura incisionis comprehendit duo, scilicet materiam & formam, quæ apparet & sentitur, quantum ad materiam, est a natura, quia materia illa, puta lapis vel lignum a natura est., sed quantum ad formam, quę apparet & sentitur est ab arte, quia per artem producitur ad actum.

¶ Sed

¶ Sed in his quæ in pluribus sunt, palam non est. Nam ea quæ in pluribus sunt in actione esse impossibile est &c. Cap. cod.

QVÆSTIO V.

QVæritur vtrum vniuersale sit à natura vel ab actu nostro? Videtur quòd ab actu nostro, vnde Commentator primo de anima. intellectus agens est, qui facit vniuersalitatem in rebus, sed productio per intellectum est ab actu nostro, ergo &c. ¶ Præterea non a natura, ergo ab actu nostro, 2 consequentia patet, antecedens etiam patet, quia sic esset ponere vniuersalia separata & ideas. ¶ Contra est auctor in litera. Respondeo, primo ponam vnam distinctionem, secundo dicam ad quæstionem. ¶ Quantum ad primum, sciendum, q vniuersale est nomen concretum: nam sicut ab albedine dicitur albũ, sic ab vniuersalitate vniuersale. Potest ergo vniuersale sicut cætera concreta sumi tripliciter. ¶ Vno modo pro subiecto, id est pro re primæ intentionis cui applicatur intentio vniuersalis, & hoc modo vniuersale est primum obiectũ intellectus, & omnis scientia est vniuersalium. ¶ Alio modo pro re secundæ intentionis causata ab intellectu & applicabili rebus primæ intentionis, & sic loquitur propriè logicus de vniuersali. ¶ Tertio modo sumitur pro aggregato ex subiecto & forma, & illud est ens per accidens, congregat enim res diuersas, ex quibus non fit vnum per se, & de tali non est ars: q a de ente per accidens non est scientia, quia nec est diffinibile ex 6. metaphys. ¶ Quantum ad secundum sit ista prima con- *Cont. 4. & inde.*
clusio, vniuersale primo modo est a natura, hæc probatur sic, omne præcedens naturaliter actum rationis est ens reale, sed vniuersale primo modo est huiusmodi: ergo &c. probatio minoris, quia obiectum naturaliter precedit actum potentiæ, sicut causa causatum; sed vniuersale primo modo est obiectũ actus intellectus, ergo &c. de isto vniuersali potest intelligi ratio auctoris, quia producto singulari per naturam producitur natura in singulari, quæ est vniuersale, isto modo natura occulte operatur. ¶ Secunda cõclusio, vniuersale secundo modo acceptum est ab actu nostro, hoc patet, quia producitur p actum intellectus. ¶ Tertia conclusio est ista, vniuersale tertio modo est ens partim a natura, & partim ab actu nostro, patet ex prædictis. Vel posset dici aliter, q vniuersale tertio modo

sumptum est ab actu nostro, probatio, ab eodem producitur totum compositum, a quo inducitur terminus formalis, quia totum cathegorematicè dicitur generari, sicut totus ignis dicitur generari ab inducente formam ignis, sed forma vniuersalis producitur ab actu intellectus ex secunda conclusione: ergo totum vniuersale. ¶ Confirmatur ratio, quia totum vniuersale dicitur ens rationis ex hoc, q̃ forma vniuersalitatis est a ratione, ergo pari ratione dicitur esse ab actu rationis, vel intellectus. Vtrum autem vniuersalia sint in re, vel a re abstracta, dictum est in prologo Porphyrij in quadam quæstione. ¶ Ad primum in oppositum dico, quod facit pro secunda conclusione, ideo pro nunc concedo ipsum licet sit dubium an faciat hoc intellectus agens, vt dicit Commentator, an intellectus possibilis. ¶ Ad secundum nego antecedens, nec pono ideas aut vniuersalia separata, nisi secundum considerationem, vt patet ex prædictis concorditer ad primam & secundam conclusiones quæstio.

¶ *Hoc autem in quibusdam dubitabile apparebit. Speculo enim immutabili permanente imaginis motus fieri videtur ad oppositi mutationem. Impossibile ergo erit saluere, concesso quòd ibi vera forma existat. Si verò non est incredibilis error putabitur in vulgo, licet conuenientius sit dicere. Cap. 3. de actione.*

QVÆSTIO VI.

QVæritur, vtrum imago in speculo apparens sit verè in speculo, sicut accidens in subiecto? Et videtur quod nõ, per auctorem hic in litera, qui declinat ad partem illam negatiuam. ¶ Contra, imago ista, quæ videtur, aut est in speculo, aut in aere, non in aere, quia vt ibi non videtur, quod patet, quia amoto speculo, nihilominus imago illa in aere multiplicatur, & est ibi sicut prius, tamen non videtur, ergo imago quæ vr, habet esse in speculo. ¶ Cõfirmatur, quia obiectum quod videtur per medium, non est in medio, quia tunc medium non esset medium; sed extremum, sed per interpositus vsque ad speculum est medium huius visionis, q̃d patet, quia ipsum speculum videtur eodem actu videndi, ergo imago non est in toto illo aere medio, ergo oportet, quod sit in speculo, alias poneretur accidens sine subiecto, in oculo enim non est, quia sensibile positum supra sensum impedit sensationem, ex secundo de anima.

Re-

Cōt. 75.

Respondeo videndum est, quomodo talis imago generetur a quo secundo de quæsito vbi sit, vel in quo. Quantum ad primum dico, quod imago illa generatur ad modū, quo lux generatur in medio a corpore luminoso, quod fit secundum triplicem modum, vt dicit Alacen. in perfectiua, scilicet secūdum radium rectum, reflexum, & fractum. ¶ Radius rectus est ille, qui diffunditur a corpore luminoso in medio eiusdē diaphaneitatis quantum durat virtus luminosi &c. ¶ Radius reflexus est ille, qui occurrente opaco antequam terminetur virtus actiua luminosi diffunditur in partem obiectā, & hoc necessitate naturali, quia agens naturale; cuius virtus actiua non est totaliter exhausta in directo, agit quantum potest, & quod non potest in directum, agit in obliquum. Exemplum in radio solis terminato ad parietem. Hoc modo generatur imago speculi per reflexionem prædicto modo. ¶ Radius fractus est ille, qui occurrente medio alterius diaphaneitatis, nō tamen omnino apaco multiplicatur in illo medio, non secundum lineam rectam, sed incidit ibi angulus. Exemplum de baculo, cuius pars est in aqua, & alia pars in aere apparet fractus, licet non sit. Dico ergo ad propositum, quod imago hominis vel alterius multiplicatur secundum illos tres radios, & gignitur immediatè ab ipso homine obiecto, cuius est immediate species sensibilis, illa autē quæ apparet in speculo, de qua quæritur, gignitur secundum radium reflexum, vt dictum est. ¶ Notandum vero, quod lux aut lumen modo terminatum ad opacum, non videtur, quod patet. Tum quia radij solares de nocte non apparent, qui tamen intercipiuntur inter nos & cœlum supra conum piramidis vmbrę terrę. Tum quia existens in carcere opaco & tenebroso, vbi per opposita foramina transiret radius solaris, non videret illum radium, si corpuscula illa, quæ dicuntur athomi, non frangantur. Similiter est de imagine & de omni specie colorum, quia species non sunt visibiles, nisi quando terminantur ad opaca, ita quòd non continguatæ opacis non possunt causare speciē per quam videatur, sicut species coloris dum est in medio non videtur, sed quando continguatur opaco, tunc potest videri, sicut patet de radio transeunte per vitrum coloratum apparet color in pariete, vbi terminatur radius ille, & videtur coloratus, similiter sicut vitrum, & tamen in medio non erat visibilis ille radius coloratus, & tamen species apparens

in pariete est species coloris & per illam videtur. ¶ Similiter imago non videtur in medio, sed videtur in vitro: quia videtur vbi terminatur. ¶ Quantum ad secundum posset dici vno modo, quòd imago est realiter in speculo propter rationes positas in pede quæstionis, nec sequitur non corpus moueri in corpore, quia ad motum subiecti gignitur noua imago in speculo, quia accidens non migrat de subiecto in subiectum, sicut in medio nouus radius continuè innouatur licèt vnus tantum videatur. ¶ Alio modo dicitur communiter, id imago ista non est in speculo, sed in aere propinquo, qui speculo continguatur, & ibi terminatur, vel reflectitur & diffunditur ad oppositam partem eo, quòd virtus naturalis obiecti nondum est exausta, sic quod ista species vel imago nullum habet subiectum extra oculum, nisi aerem, & sic ducta ad oculum per reflexionem est ratio videndi obiectum, cuius est imago. ¶ Tenendo primam viam, ad illud, in oppositum oportet negare auctorē in hoc loco. ¶ Tenēdo secundam, dicendū ad primam, quòd est in aere, nec ibi videtur imago, illa enim non videtur, sed est species, & ratio videndi eius obiectum. ¶ Ad aliud idem, & dato quòd imago esset visa, diceretur q̄ pars aeris quæ continguatur speculo vbi est imago, vt in subiecto, habet tunc rationem extremi, & totus alius aer interpositus vsque ad oculum habet rationem medij.

¶ *Actio vero est, secundum quam in id quod subijcitur, agere dicimur &c. Cap. de actione.*

QVÆSTIO VII.

SVbsequenter quæro vtrum descriptio data de actione sit cōuenienter assignata. ¶ Arguitur q̄ nonnullus respectus est principium agendi, ficut nec quantitas secundum Commentatorem, sed actio est formaliter respectus, vt superius dictum est, ergo male ponitur secūdum quam, quia illud secundum, notat principium agēdi. ¶ Præterea illud quo agens formaliter agit, est in eo formaliter, sed actio non est formaliter in agente, sed in passo, ergo non est quo, vel secundum quam agens agit. Probatio minoris. Aristo. tertio physicorum, vult, quod actio, & passio fundentur in motu ita quod non distinguantur formaliter, nisi per esse ab hoc, & in hoc, sed motus est in passo; quia est actus mobilis, ergo actio & passio sunt in

4 phy. c. 84.

passo.

passu. ¶ Præterea Deus creando, & producendo de nihilo dicitur agere, sed agendo nihil subijcitur suæ actioni, ergo incõgrue ponitur, in id quod subijcitur. ¶ Præterea actio est generalissimum, ergo non potest diffiniri, patet cõsequentia, quia omnis diffinitio est per genus & differentiam, sed generalissimum non habet differentiam, nec genus, ergo &c. ¶ Ad oppositum est auctor in litera.

Respondeo in illa quæstione, primo videndum est de actione quid sit, quia hanc difficultatem tangit primum argumentum, secundo in quo sit, quod tangit secundum argumẽtum, tertio, quot modis dicitur, quia hoc includit tertium argumẽtum, quarto de quæsito an conuenienter assignetur, quia hoc tangitur in quarto argumento. ¶ Quantum ad primum, dico tres conclusiones. Quarum prima est, quod illa actio quæ ponitur vnum de decem prædicamentis, non est aliquid absolutum, hanc probo, quia si sic, ergo ad actionem est actio, & sic in infinitum, consequens est falsum, vt patet ex tertio physicorum. Probo consequentiam, ad omnem formam absolutam nouam potest esse aliqua actio, quia illa forma non est a se, nec a nullo: ergo est ab aliquo agente, sed per tẽ actio est forma absolura, & est noua patet, quia agens non semper agit, ergo &c. & pari ratione ad aliam actionem erit actio, & sic in infinitum. ¶ Præterea si actio esset forma absolura, vel poneretur in agente, vel in passo, non in agente, quia si sic, ergo omne agens mutaretur secũdum formam absolutam antequam passum mutaretur ab ipso, quia passum non mutatur ab ipso, nisi iam habente actionem, ergo oportet quod agens mutetur ad hoc, quod habeat actionem, cum sit forma absoluta, sed illud consequens est falsum, quia motus est actus entis in potentia passiua: actiuum autem non est in potentia passiua, sed actiua, nec potest poni in passo, quia si sic, sequeretur inconueniens, scilicet quõd aliquod passum non posset pati secundum formam dẽ genere quãtitatis, vel qualitatis, quin simul duratione, & forte prius duratione vel natura patiatur secundum formam alterius generis posterioris, scilicet secundum actionem, quæ ponitur alia forma absoluta. Est autem inconueniens maxime, quod subiectum non possit pati secũdum formam absolutam priorem, nisi patiatur secũdum formam posteriorem, quæ non est propria passio prioris, patet enim, quod albedo potest manere in subiecto, posse actionem transeun-

seuntem. ¶Secunda conclusio sit ista: actio quæ est genus, est formaliter respectus: hæc sequitur ex prima, quia omne ens vel est ad se, & absolutum, vel ad aliud, & respectus: sed actio non est ad se, vel absolutum, ergo est respectus. ¶Tertia conclusio sit ista, actio quæ est genus est respectus extrinsecus aduenies, probatio, omnis respectus qui non sequitur necessario extrema etiam ambo simul posita in actu est respectus extrinsecus aduentēs, vt prius dictum est, sed actio est huiusmodi, nā posito actiuo & passiuo, non necessario sequitur actio, quia potest impediri, vel per distantiam, vel per contrarium agens impediens, etiam si sint approximata, ergo &c. ¶Ad maiorem euidentiam huius articuli, vt appareat quis respectus extrinsecus aduenies est actio. Est notandū, quod agens creatum producens aliquid habet vnum respectum ad tertium primum, siue totalem, qui dicitur productum, & habet aliū respectum ad terminum formalem, qui dicitur forma educta vel inducta, & habet alium respectum ad subiectum istius formæ, q̄ est ipsum passum vel transmutatum. Quod autem respectus sint distincti, patet. Tū quia sunt ad alios & alios terminos, ergo ibi sunt alij. Tū quia respectus correspōdētes eis sunt omnino alij. Primus enim respectus, s. producti ad producens est sicut dependentis ad illud, a quo dependet secundum suum esse simpliciter. Secundus est dependentis ad illud a quo dependet secundario, sicut primo accipit esse compositum forma autem secundario & per accidens 7. metaphysic. *Cont. 24 & circiter.* ¶Tertius transmutabilis ad transmutans, & a quo accipit formam tantum. & non suum esse simpliciter. Istorum autem trium respectuum ex parte agentis duo primi sunt intrinsecus aduenientes, quia necessario ponuntur extremis positis, sed respectus tertius, qui est ad passum est extrinsecus aduenies: quia possibile est actiuum & passiuum esse, & tamen non habere respectum quo ad illud transmutet, & illud ab ipso transmutetur quia potest impediri, vt dictum est. Actio ergo cum sit respectus extrinsecus aduenies est formaliter ille tertius respectus, scilicet habitudo agentis transmutantis ad ipsum, scilicet passum transmutatum, duo vero primi sunt respectus de genere relationis. ¶Quantum ad secundū dico istam conclusionem, quod actio est in agente, vt in subiecto, & non in passo, probo: in eodem est respectus & fundamentum non enim possibile est quod fundamentum sit in

vno

vno subiecto, & respectu fundatur sit in alio, sed potētia actiua est fundamentum actionis, & potentia actiua est in agente, vt manifestum est, ergo actio est in agente.

¶ Præterea respectus oppositi nō sunt vniuersaliter simul in eodem, saltem vt idem, sed actio & passio sunt respectus oppositi, passio autem vniuersaliter & necessario est in passo ergo non in eodem erit actio, & patet, quia si esset in eo in quantum passum, quia passum non est agens. ¶ Præterea in quocunque est formaliter aliqua forma: illud est simpliciter tale secundum illam formam: omnino enim irrationabile est quòd forma in aliquo sit formaliter, & nō denominet ipsum vel quod constituat ipsum informatum secundum ipsam, sed per se actio est formaliter in passo: ergo passum est formaliter agens, quod est impossibile, quia oppositum de oppositio. ¶ Dico igitur, quod actio est in agente, vt in subiecto remoto in forma autem scilicet potentia actiua, vt in fundamento proximo. Similiter passio quę dicit respectum oppositum est in passo, vt in subiecto, & in potentia passiua, vt fundamēto. ¶ Quantum ad tertium dico, quod actio est nomē multiplex & æquiuocum. ¶ Vno modo dicit de operatione immanente, prout intellectio, & volitio dicitur actio. 9 metaphysicę, & tamē in rei veritate est qualitas, & forma absoluta. ¶ Alio modo actio dicit respectum producentis ad productum, quo modo pater dicitur causa agens filij. ¶ Tertio modo actio dicit respectum inducentis ad inductum, vel educentis ad eductum, quomodo calor dicitur causa caloris in ligno, & illis duobus modis est respectus inti insecus aduenies; & de genere relationis. ¶ Quarto modo dicit respectum transmutatum, sicut in præsenti actionis descriptione sumitur, actio est secundum quam in id, quod subijcitur agere dicimur, & sic actio est genus distinctum, & vnum de decem prædicamentis. ¶ Quinto modo actio sumitur pro re acta includendo illum respectum, quem exprimit hoc quod est ab alio, vt dicitur 3. physicorum, vnde actio isto modo pertinet quantum ad illud connotatum ad aliquod genus absolutum, secūdum quod passum transmutatur, puta secundum qualitatem, vel quantitatem, vel huiusmodi. ¶ Sed ille terminus ab alio qui formaliter importatur per nomen actionis in ista quinta significatione, adhuc potest accipi æquiuoce, vel. 5. ab, vt a producente aut inducente vel ab, vt a transmutante, primo mo

do, & secundo pertinet ad genus relationis, vt dictum est, tertio modo ad genus passionis, scut & transmutatio passiua. Quantum ad quartum concedo, quod non est diffinitio propria, sed dicitur descriptio aut notificatio, quæ sic intellecta, vt patet ex prædictis, est conuenienter assignata. Actio est, secundum quam, vt per actum & formam actiuam, in id quod subijcitur scilicet in subiectum, vel passum transmutabile, agere dicimur, nos scilicet agentes, in qua descriptione ponitur subiectum, quod est agens, & terminus, qui est passum, & ponitur aliquid loco generis secundum quam scilicet forma, quia actio quiditatiuè & formaliter est forma. ¶ Ad primum argumentum in oppositum dicitur, quod esse principium productiuum contingit dupliciter, vel vt quod, vel vt quo, & hoc secundo modo, adhuc dupliciter, vel vt principium formale, productiuum, alio modo vt actus productiuũ exemplum primi, ignis calefaciens respectu caloris geniti in ligno, exemplum secundi, calor in igne respectu termini eiusdem, exemplum tertij, calefactio, respectu eiusdem termini. Dico igitur, quod licet respectus non sit principium productiuum duobus primis modis, est tamẽ tertio modo, vt actus productiuus, & talis est respectus de genere actionis. Ad secundum concedo, quod actio est in agente. Ad Arist. 3. physi. dico, quod loquitur de actione, hoc modo scilicet pro re acta quæ est, ipsa forma, quæ inducitur in passum per motum de illa concedo, quod reperitur in passo. Ad tertium dico, quod quando Deus producit de nihilo, non agit actiuè de genere relationis, qui est producentis ad productum. Ad quartum patet ex dictis, quod non est diffinitio propria, sed descriptio quædam aut notificatio.

¶ *Non est autem, motus actio. sed quale. Quiescere enim est quale, quare & motus quidem quale erit. Simpliciter enim quæcunque contrariorum oppositionem suscipiunt, eiusdem suscipiunt generis prædicationem. Capitulo eodem.*

QVÆSTIO VIII.

QVæritur vtrum motus sit in genere qualitatis? Videtur quod non, quia motus est in genere quantitatis, ergo non in genere qualitatis, patet consequentia, quia idem non potest esse in diuersis prædicamentis, probatio antece-

tecedentis, per Aristo. 5. metaphy. ca. de quanto. Tempus est quantitas per motum, ergo motus magis, & tempus est quantitas per se, quia species quantitatis continuę per Arist. ergo motus est magis species quantitatiua. Præterea est motus in genere actionis vel passionis, ergo non est in genere qualitatis consequentia probatur, vt prius probatio antecedentis. illud quod de alio, prædicatur in abstracto est idem illi essentialiter, sed ista est vera, passio est motus: & ista actio est motus, ergo sunt essentialiter idem, & per consequens eiusdem generis, probatio minoris, hæc per se est vera, patiens mouetur, ergo passio est motus, & ista similiter agens manet: ergo actio est motus. vtraque consequentia tenet per locum a coniungatis. ¶ Præterea motus accipit formam specificam a termino ad quem 5. physicorũ, ergo similiter genus, sed per se terminus motus est in tribus generibus. s. quantitate, qualitate, & vbi, ex 5. phyſi. ergo motus est per se in illis tribus generibus, non ergo tantũ in genere qualitatis, vnde 3. phy. dicitur, quod tot sunt species motus, quot entis acquisiti. i. p motum. ¶ Ad oppositum est auctor hic in litera. 3 Cont. 4. & inde. Cont. 9.

Respondeo secundum Commentatorem 3. physicorum de quidditate motus sunt duæ famosæ opiniones. Vna quod motus est fluxus formæ, alia quod est forma fluens, & dicit, quod prima est communior, sed secunda verior. ¶ Si ergo teneatur prima opinio, quod motus sit fluxus formæ non ipsa forma, certum est, quod per se species quantitatis continuæ, dicit Arist. 5. metaphy. 2. cum hoc etiam potest poni in tertia specie qualitatis, non per se & essentialiter, quia sic nihil idem est in diuersis generibus, sed pro quanto est sensibile cõmune, sicut & quies, vt dicitur 2. de anima, Qualitas autem sensibilis facit tertiam speciem qualitatis, hoc autem modo videtur auctor cõsiderasse motum, cum dicit, motus est quale, sicut & quiescere. Et per hæc patet solutio ad primum argumentum. Si autem teneatur secunda opinio, quam credo veriorem, scilicet quod motus non est aliquid realiter, nisi ipsa forma fluens, sic non potest prout in vno genere tãtum, sed est in diuersis, vt motus in quantitate est in genere quantitatis. Similiter est de motu in qualitate, & vbi, hoc modo videtur considerasse motum Aristot. 3. & 5. physicorum, & sic patet solutio ad tertium argumentum, de quiete autem opposita motui dicendum est consequenter, quod in eodem gene Cõt. 19. Cõt. 64.

re

re ponenda est, in quo motus. ¶ Ad primum in oppositum & tertium patet solutio ex prædictis. Ad secundum nego antecedens. Ad probationem nego minorem hæc enim est falsa, passio est motus, similiter ista, actio est motus. Et quando probatur per locum a coniugatis. i. a concretis ad abstracta, dico, quod talis consequentia non tenet in concretis dictis p accidens, non enim valet: homo est albus: ergo humanitas est albedo, ita hic non sequitur: patiens mouetur: ergo passio est motus, quia prima est per accidens, tenet autem consequentia in prædicatis per se, vt album est coloratum, ergo albedo est color, quia in prima est prædicatio per se in primo modo.

¶ *Passio autem est effectus illatioque actionis.*

NOtandum, quod vt dicebatur supra proprium est actionis ex se inferre passionem, eo ergo modo quo actio efficit & infert ex se passionem: eo modo passio est quid effectum & illatum ab actione, quomodo autem actio inferat passionem dictum est superius, in hac ergo descriptione ponitur aliquid quasi locutio generis. s. effectus illatioque: exponendo ly, quæ: pro. i. vt sit sensus, effectus. i. illatio. Iterum sumendo abstractum pro concreto: illatio. i. illatum ponitur vt suum correlatiuum, vel vt relatio opposita actioni, passio autem & actio sunt respectus oppositi, ideo debent se mutuo notificare, quia oportet in vtrorumque rationibus vtrisque vti, sicut ergo in descriptione actionis posita est passio implicite dicendo, in id quod subijcitur. i. patitur. i. transmutatione passiua, sic in descriptione passionis ponitur actio, sed explicite, vt dictum est. ¶ Contra hanc descriptionem arguitur. Tũ
1 quia non est conuertibilis cum diffinito, nam qualitas, imo omnis forma terminans motum est effectus illatioque actionis, agens enim vel mouens efficit formam, ad quam est motus ipsa actione, vt actu productiuo, ergo &c. Tum quia da-
2 Cap. 13. tur per copulationem, & omnis talis diffinitio est increpanda secundum Arist. 6. topicorum. Tum quia idem non potest copulari sibi, quia copula est inter diuersa, sed effectus & illatio actionis sunt idem, ergo male ponitur ly, que, pro, &c.
3 ¶ Ad primum dicitur, quod sic intelligendum est, quod passio est effectus vel illatio actionis primo, & immediate, sed

non

non est sic de forma, quæ terminat motum, quia illa mediante passione causatur, verbigratia, calor in corpore non causatur primo & immediate sed mediante passione ipsa autem passio causatur primo & immediatè, & hoc modo est intelligenda descriptio. ¶ Sed contra, passiuum non patitur, nisi qa recipit nouam formam, ergo prius ex natura rei habet formam, quam patiatur, & per consequens, quam habet passionem, quia causa prior est causato, ergo forma ista prius est effectus actionis quam passio. Confirmatur, quia quicquid est prius priore, est prius posteriore, sed passum est prius passione sicut fundamentum est prius respectu, & vniuersaliter omnis respectus est posterius extremis. ¶ Similiter forma q̃ inducitur est prior passo, vt actu patiens, quia (vt dictum est) non est actu passum, nisi per formam, ad quam transmutatur, ergo forma ista est prior passione, & per consequẽs prius & immediatius effectus actionis.

¶ Aliter ergo dicendum est, vt prius in capitulo de actione, quia passio est effectus actionis, sic quod actio efficit ipsam, non vt quod, nec vt principium formale quo, sed sicut auctus productiuus quo agens transmutat passum. & transmutatio passiua est ipsa passio illata. passio ergo est illatio & effectus actionis, sicut respectus oppositus consequens formam, ad quam passum transmutatur, vnde in tali transmutatione oportet imaginari tria instantia vel signa naturæ, licet totum possit esse simul tempore & duratione.

¶ In primo signo est agens & passum vt duo absoluta ante omnem actum, puta ignis & aqua. ¶ In secundo signo forma caloris inducitur in aqua ab igne.

¶ In tertio signo consurgit respectus passionis in passo, & respectus actionis in agente, quia simul sunt respectus oppositi, & non sunt. Forte in eodem signo innascuntur respectus producentis & producti, inducentis & inducti, qui sunt de genere relationis.

¶ Ad secundum & tertium potest dici, quod ista non est vera diffinitio, quia nullum generalissimum potest vere diffiniri, cum supra se non habeat aliud genus, nec differentiam nec est proprie copulatio, nec idem ibi copulatur, quia lv q̃ non debet intelligi copulatiuè, sed expositiuè quæ idest, non pro &c.

QVÆSTIO IX.

AD maiorem euidentiam huius capituli de passione. ¶ Quæritur vtrum passio sit genus distinctum ab actione? ¶ Et videtur primo, quod non sit genus, quia id quod est species alicuius generis non est genus generalissimum, sed passio est huiusmodi, nam species tertia qualitatis ponitur passio & passibilis qualitas.

2 ¶ Præterea principij non est principium, sed actio est principium passionis, vt patet ex prædictis, ergo passio non est principium, ergo nec generalissimum.

3 ¶ Præterea actio & passio sunt respectus oppositi, ergo pertinentes ad genus relationis, non ergo sunt generalissima. ¶ Secundo arguitur, quod nō est distinctum genus, quia actiuum & passiuum similia sunt genere ex primo de generatione, ergo & actio & passio consequentia patet per locum a cōiugatis. Cont. 5 ¶ Præterea contraria sunt in eodem genere secundū 4 Arist. 10. metaph. sed actio & passio sunt contraria, ergo: ¶ Ad Cōt. 24 oppositum est auctor hic in litera, & Aristo. qui ponit decem genera, quia tunc, non esset decimum.

Respondeo, quod de passione plura dicta sunt capitulo de actio, ideo breuiter hic transeundo, prius videndum, si passio est generalissimum, secundo, si sit distinctum ab actione. ¶ Quantum ad primum, sit prima conclusio, passio est genus generalissimum; probatio illud quod non habet aliud superueniens genus est genus generalissimum ex diffinitione generis data a Porphyrio, sed passio est huiusmodi, ergo &c. Minor patet, quia non habet supra se nisi ens, quod non est genus, ergo &c. ¶ Contra forma est quid commune superius prædicatum de actione & passione &c. ergo omnia ista habent supra se genus, probatur, quia forma non prędicatur de eis, vt accidens, nec vt proprium, patet nec vt species, nec vt differentia, quia prædicatur in quid de eis, ergo prædicatur vt genus. ¶ Respondeo, forma est æquiuocum, vt est commune istis & est transcendens, nullum autem tale est genus. ¶ Secunda conclusio est ista, passio est vnum genus. probatio illud genus quod secundum unam rationem de omnibus suis inferioribus prædicatur, est unum genus, sed passio est huiusmodi, ergo &cæt. ¶ Sed quæ est ista vna ratio? Respondeo, quod est ratio transmutationis passiuæ, quia omnis passio est

respectus transmutati ad transmutas. Ex his patet ad argumẽta contra hunc articulum. ¶ Ad primum patet in litera, quod æquiuocatur de passione, passio enim quæ est genus, nullius alterius generis est species. ¶ Ad secundum dico, quod maior sic absolute sumpta est falsa, substantia enim est principium omnium aliorum nouẽ principiorum, sed si sic, intelligatur, quod principij non est principium in eodem genere, maior est vera, sed minor est falsa, passio enim non habet principiũ in eodem genere.

¶ Ad tertium dico, quod non omnes respectus oppositi sunt de genere relationis, sed illi tantum qui sunt intrinsecus aduenientes, actio autem & passio sunt extrinsecus aduenientes, vt sæpe dictum est. ¶ Quantum ad secundum dico, istam conclusionem, quod passio est distinctum genus ab actione, qđ patet ex præcedentibus. Tum quia est in alio subiecto, & nũquam simul sunt respectu eiusdem. Tum quia habent distinctas descriptiones. Tum quia habent alias rationes prædicandi de suis inferioribus. ¶ Ad primum in oppositum dicendũ, quod Aristote. ibi loquitur de genere physico & subijcibili, actiuum enim & passiuum communicant in materiã & subiecto; sed non sunt, idem genere logico prædicabili, de quo quæritur in proposito. ¶ Ad secundum dico, quod actio & passio non sunt respectus oppositi contrariæ, sed relatiuè, & dato quod essent contrarij largo modo, non tamen sequitur, quod sint in eodem genere, quia contraria possunt esse genera aliorum, vt ibidem dicitur & in prædicamentis &c.

¶ Vandauerò est quod ex adiacentia temporis relinquitur &c. ca. quinto de quando.

QVÆSTIO X.

CIrca capitulum de qñ. Quæritur vtrũ quando possit cõparari; Vt quod non, quia nulla relatio potest esse fundamẽtum relationis, quia tunc procederetur in infinitũ. sed quãdo est relatio, quia respectus, comparatio autem est relatio, pater, ergo non potest fundari in quãdo, nec per consequens, quando, potest comparari. comparatum. n. comparatione comparatur. ¶ Contra est ipse autor in litera.

Respondeo, q̃ quæstio ista tangit difficultatẽ, an relatio possit fundari in relatione. ideo primo videndum est, in quo

relatio pōt fundari. secundo ax his ad quæstionem. ¶ Quātū
2. phys. ad primū, prima conclusio est ista relatio potest fundari im-
Cōr. 80. mediate in substantia, probatio. materia & forma sunt causa immediata omnium accidētium. sed omnis causa fundat immediate respectū causalitatis, ergo respectus causalitatis fundatur immediatè in substantia materiæ & formæ. Similiter potest argui de causalitate passiua, quia aliqua substantia generatur & ꝓdicitur, ergo fundat immediate respectū producti ad producēs vel generans. ¶ Prætera cōpositū immediate depēdet a materia & forma, & substātia a primo ente, sed dependētia est relatio. ergo relatio fundatur immediate in substantia. ¶ Præterea forma substantialis immediate vnitur materiæ, ergo immediatè fundat respectū vnionis. ¶ Præterea substantia est prior omni accidēte, sed prioritas est formaliter relatio, & ita prioritas fundatur immediate in substantia, aliter esset processus in infinitum. ¶ Secunda conclusio est ista. relatio pōt immediate fundari in qualitate & quātitate. hæc. n. ab omnibus concessa est, & patet 5. meta. ca. de ad aliquid, vt simile & æquale. &c. ¶ Tertio conclusio est ista. relatio potest fundari immediate in relatione. probo. sicut hæc albedo & illa sunt eiusdem generis vel rōnis, & fundant relationem conformitatis, ita paternitas hæc & illa sunt eiusdem rōnis, ergo fundant relationē cōformitatis. nec ista cōformitas est idē quod paternitas, quia cōformitas est de primo modo relatiuorum, paternitas de secundo. ¶ Confirmatur, ꝙ paternitas & paternitas sunt eisdem speciei, vel idē specie idēitas est relatio. ergo relatio fundatur in relatione, Itē iter paternitatē & filiationem est relatio difformitatis, ergo relatio fundat in relatione hac & illa, nec difformitas, cum sit de primo modo: est idē quod pater[illegible] & filiatio, quæ sunt de secundo modo. ¶ Præterea [illegible]od i[illegible] relationes est ordo & distinctio: se[illegible]tiones, ergo &c. Contra argu[illegible]nitas fundant cōformita[illegible]æc & illa cum [illegible]em, & sic in [illegible]te ordine [illegible]ndo. nā ali[illegible], & fic est [illegible]non est cōfor[illegible]tia tristatur.

¶ Quar-

¶ Quarta cõclusio, q̃ sequitur ex prædicta est illa relatio põt fundari immeditate in omni ente probo, oẽ ens omni enti cõperatum est idẽ vel diuersum ex 10. meta. sed idẽtitas vel diuersitas sunt relationes. ergo fundãtur in oĩ ente. ¶ Confirmatur, q̃ oẽ ens vel est cã vel cautum prius vel posterius vel simul, quę sunt nomina relatiua, & dicunt formaliter respectus. Quãtum ad secundum pate ex prędicti quod non repugnat ipsi, quando nec alicui respectui posset comparari, quia potest fundare relationem. ¶ Ad argumentum in oppositum dico, quod maior est falsa: quia secundum Euclidẽ proportionalitas est similitudo duarum proportionum. ergo super, porportionẽ quę dicit formaliter relationem, vel super vnitatem eius fundatur similitudo, quæ etiã formaliter est relatio, maiorem ergo habet falsam illud argumentum, & non sequitur processus in infinitum, quia statur in secundo vel tertio, & tandem venitur ad absolutum, sicut accidens fundatur accidente, puta qualitas in quantitate. nec proceditur in infinitum, sed tandẽ diuenitur ad substantiam. 5. geo. in prin.

¶ Est autem quando in omni eo quod incipit esse vt, corpus quidẽ uniuersum aliquando est: vt in tempore &c. Cap. eod.

QVÆSTIO XI.

QVæritur vtrum hæc proprietas valet, quod proprium est ipsi quãdo esse in omni eo, quod incepit esse. Videtur quod non, quia angelus vel intelligentia incepit esse, & tamen non est in quando probatio, quia non mensuratur tempore, sed æquo. ¶ Similiter arguitur de anima, quia videtur se habere sicut angelus, & tamen in litera dicitur, q̃d est in tempore, & in quando. ¶ Præterea primum mobile incepit esse, & tamen nõ est in quando. probo. mobile est prius natura motu. motus est prior tempore, & tempus est prius quando, quæl[illegible]et istarum probatur, quia subiectum & causa [illegible] causato, motus autem est in mobili, & [illegible]sio motus, sed tempus est causa quan[illegible]timum, totum mobile est prius quan[illegible]on est in posteriori, ergo. ¶ Contra est [illegible]mittendo vnam propositionem scili[illegible] aliquod est in tempore, eodem mo-

do est in quando, hoc est probabile de se. ¶ Sed ad videndum, quando aliquid est in tempore notandum quod illa quinque se habent secundum quendam ordinem in entibus. ¶ Primū est fluxus formæ scilicet ipse motus quicunque puta dealbatio, & illud essentialiter mēsuratur tempore, quia nihil eius manet idem, sed ratio eius requiritur partem succedere parti eius. ¶ Secundum est forma, secundum quam potest esse fluxus partis post partem, puta ipsa albedo in esse quieto. ¶ Tertium est forma, secundum quam actualiter est fluxus, puta ipsa albedo in fieri, & hoc secundum & tertium est eadem forma licet secundum dispositionem diuersam acceptam, & secundum illam vno modo acceptā est actu motus & alio modo acceptā est actu quies primo modo mensuratur tpe ratione fluxus annexi, secundo modo natura temporis, quidam dicunt quod æuo. ¶ Quartum est per permanens, in quo non est natus esse fluxus partiū, tamen necessario habet formam consequentem, in qua natus est esse fluxus partium puta cælum, & quodcunque mobile, & etiam angelus si sit localiter mobilis, & illud quartum non mensuratur tempore per se, nec secundum ipsum est proprie quies, sicut nec motus, quia nō est natum mouerī nisi per accidens, ideo nec quiescit, sed motus & quies est secundum aliquam formam necessario consequentem ipsum, & sic per accidens tempore mensuratur. ¶ Quintum est illud, in quo non potest esse fluxus, nec in aliquo consequente ipsum naturaliter, vt est Deus, ideo quia manet inuariatum omnino, idem dum manet, nullo modo mensuratur tempore, nec secundum se totum, nec secundum partem eius, nec etiam mensuratur tempore per accidens, tale nullo modo est in quando. Ex his patet ad quæstionem, quod quando aliquo modo est in omni eo quod incepit, sicut & tēpus. ¶ Ad argumenta patet ex prædictis, quod tam angeli, quam anima, & quam cœlum aliquo modo sunt in tempore, & in quando, licet secundum suum esse, formale & quidditatiuū mensurentur æuo. ¶ Aliter potest dici, quod auctor loquitur secundum opinionem Arist. qui ponit intellligentias & cœlum esse ab æterno, & non incepisse. ¶ Ad aliud autem de anima soluitur, quod non simile est de anima & de angelo. Tum quia etiam secundum Ari. 19 de animalibus, intellectus ideſt anima est ab extra. i. creata & producta de nouo, nec sic est angelus secundum eum, cum angelus non sit forma corporis sicut

Cōt. 16

8. phy & 12. met. & alibi sæpe.

cut anima, ideo magis est variabilis secundum tẽpus, quam sit angelus.

¶ Vbi verò est circunscriptio corporis a circunscriptione loci proueniens, locus autem est in eo, quod capit, & circunscribit, est ergo in loco, quicquid a loco circunscribitur, non est autem in eodem locus & vbi, locus enim in eo quod capit, vbi verò in eo, quod circunscribitur, & complectitur, videtur autem non omni adesse. Anima enim nusquam est. Nullum enim locum occupat, neque implet. Cap. 6. de vbi.

QVÆSTIO XII.

QVæritur vtrum anima vel intelligentia occupat locum? Videtur quòd sic, nam quod determinat sibi locum, est in loco, sed anima & intelligentia sunt huiusmodi, ergo maior patet, quia non sunt vbique, ergo in aliquo loco determinate. ¶ Contra est auctor hic in litera.

Respondeo & primo videndum est de loco corporis, secũdo de loco angeli siue animæ. ¶ Quantum ad primum notandum est, quod omni corpori præter vltimum cœlum quod non habet extra continens, conueniunt, sex. Primum est esse in loco actuali, nõ quòd necessario sit in loco quia Deus posset facere lapidem non existente aliquo corpore locante, & lapidem existentem absque omni alio corpore, vel facere illum extra vniuersum, & vtroque modo esset non in loco, nõ ergo requirit esse necessariò in loco, sed tantum haberet potentiam passiuam, qua posset esse in loco, tamen de factò omne corpus præter vltimum est in loco. ¶ Secundum est esse in loco actualiter determinato, non enim potest esse in loco, quin illud vltimum contenti, quod est proximùm continenti faciat illud actu, qa facit distare latera cõtinẽtis secus est de parte in toto, quæ non facit superficiem in potentia continentem ipsam esse in actu, & ideo pars in toto non est sicut locatum in loco. ex 4. phy. ¶ Tertium est esse in loco æquali, nam propter eandem quantitatem, quæ facit locum in actu modo prædicto necessario exigit locum sibi æqualem. ¶ Quartũ est in loco commensuratiue, & hoc propter eandem quantitatem, ita quod pars superficiei cõtenti correspondet parti superficiei continentis, & totum toti. Quintum est esse in loco determinatè hoc vel illo, & hoc competit corpori ex determi- *Cont. 2*

minato loco ipsum locante. ¶Sextum est esse in loco naturaliter, vel violenter, & hoc competit corpori, inquantum corpus naturale, ex hoc .s. inquantum habet formam substantialem determinatam & qualitates determinatas natum est ab aliquo locante conseruari, & ab aliquo corrumpi, & quando continetur ab vltimo illius quod est natum ipsum conseruare, dicitur esse in loco naturali, quando verò ab illo quod natum est ipsum corrumpere, dicitur esse in loco violenter. ¶Quantum ad secundum correspondenter, dicam sex. Primũ dictum est, quod angelus nõ necessario est in loco, quia multo magis quam corpus posset fieri sine creatione creaturę corporalis, vel ea facta posset fieri, & esse extra omnem creaturam corporalem, tamen in angelo est potentia passiua, qua posset esse in loco.

¶Secundum dictum est, qđ non oportet angelum esse in loco actuali, quia non oportet eum esse in aliquo continente diuisibili actu existente, non.n. facit latera continentis distare, & ideo non facit superficiem continentem esse in actu. ¶Tertium dictum est, quod non potest angelus esse in loco quantumcunque magno, quia hoc est proprium Dei, nec vt credo potest esse in loco quantumcunque paruo in infinitum, potest tamen esse in puncto, hoc pro nunc supponatur: quia probare illud est difficile, & magis alterius speculationis. ¶Est ergo angelus in loco sic, quod habet locum determinatum in loco tamen determinato hoc modo, quia est aliquis locus quo maiorem non posset habere, & aliquis quo minorem non posset habere, loquendo de loco continuo, licet forte posset esse in puncto. ¶Quartum dictum est quod angelus non est in loco commensuratiuè, quia cum sit indiuisibilis, non habet partem & partem cum partibus loci. ¶Quintum dictum est, quod angelus est in hoc loco, vel in illo, quia non est vbique, nam angelus cum sit in potentia ad vbi in communi, & non ex se determinatus ad hoc vbi vel illud, tamen ab eodem agente reducitur ad hoc, quod sit actualiter in loco, & in hoc loco, vel in illo, illud vero est creans, & producens. ¶Sextum dictum est, quod angelus non est in aliquo loco naturaliter, quia tunc esset in aliquo loco violenter quando .s. esset extra locum naturalem, & sic etiam aliquod corpus haberet naturalem habitudinem ad ipsum conseruandum, & aliquod corpus ad ipsum corrumpendum, quod simpliciter est falsum.

¶Ex

¶Ex illo sexto dicto patet, quod illa potentia quæ est in angelo ad essendum in loco non est naturalis, nec violenta, sed est neutra, quia istud passum. s. angelus non inclinatur ex se naturaliter ad hunc locum, nec ad oppositū, sed neutro modo habet se ad ista, sicut superficies se habet ad albedinem, & nigredinem. ¶ Sic ergo patet quomodo angelus est in loco. s. diffinitiuè. Et quomodo, non commensuratiuè, quomodo auctor iste negat angelum & animam esse in loco. Sed tunc occurrit dubium, illud vbi diffinitiuū aut esse in loco diffinitiuè quid est, & in quo genere collocetur. ¶Respondeo, per illud, vbi nihil aliud intelligo, nisi assistentiam, vel præsentiam angeli ad locum, a quo vtique continetur. Sed nec circunscribitur, nec commensuratur, est autem in genere vbi per reductionē, quia cum isto habet maiorem conuenientiam, & similitudinem quam cum aliquo alio prædicamentorum. ¶Ad argumē tum in oppositum patet quod concludit pro esse in loco diffinitiuè, vel determinatiuè. ¶Ad aliud in contrarium loquitur de esse in loco commensuratiuè.

¶ *Nequaquam igitur duo in eodem loco esse simul possunt, nec idē vnum in diuersis. Cap. eodem.*

QVÆSTIO XIII.

SVbsequenter quæritur vtrum sit possibile idem corpus esse simul in diuersis locis. Videtur quod sic, nam in eodem loco possunt esse duo corpora simul, ergo & idem corpus in diuersis locis, antecedens patet de ferro ignito, vbi sunt simul ferrum & ignis, consequentia patet, quia similis possibilitas, vel impossibilitas videtur esse hinc & inde. ¶Contra est auctor in litera, & Arist. 4. physicorum.

Respondeo hic sunt duę conclusiones secundum fidei veritatem. ¶Prima conclusio est, quod de potentia Dei possibile est duo corpora esse simul in eodem loco quod patet. Tum quia Christus fuit natus de virgine matre, ergo clauso clausto, quod esse non potuit nisi duo corpora simul essent. Tū quia Christus resurrexit clauso sepulchro: vnde mulieres dixerunt, quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumenti? quem tamen lapidem angelus postea reuoluit: constat ergo in resurrectione corpus Christi simul fuisse cum corpore lapidis. Tum quia post resurrectionem intrauit ad discipulos

ianuis clausis, ergo idem quod prius. Tum quia cœlũ est corpus indiuisibile, quam incorruptibile diuisio autem est quædam corruptio, sed corpora beatorum in cælo empyreo erũt simul cum cælo & econuerso, sine diuisione, & cessione alicuius illorum. ¶ Secunda conclusio est, quod de potentia Dei, idẽ corpus potest esse simul in diuersis locis, probatio, quia corpus Christi simul est in cælo, & in sacramento altaris, immo in pluribus altaribus simul sub sacramento. ¶ Præterea legitur quòd Beatus Ambr. existens Mediolani simul interfuit sepulturæ Beati Martini Turonis, ergo simul fuit in diuersis locis. ¶ Item, sunt aliæ duæ conclusiones oppositæ secũdum philosophi auctoritatem. Vna, quòd de potentia naturali impossibile est duo corpora simul esse. Alia, quòd de potentia naturali impossibille est idem corpus esse in diuersis locis. ¶ Ratio primæ conclusionis assignatur duplex, vna repugnantia quantitatis vel dimensionum. Vnde Arist. 4. phys. dicit, quòd dimensiones solæ sine qualitatibus & passionib. faciunt distare duo corpora, & contradictio est, quòd maneant dimensiones, & non faciant distare, nam corpus cubũ facit distare secundum quod dicitur ibi, quia illæ dimensiones repugnant ad inuicem quia vna expellit aliam, nec possunt simul esse. ¶ Intelligendum. n. quod dupliciter possunt aliqua repugnare. s. formaliter vel virtualiter, primo modo repugnat duo contraria, puta calidum & frigidum, secundo modo causa naturalis repugnat effectui oppositi sui effect⁹, vt ignis frigiditati, duæ ergo dimensiones repugnant non primo modo, sed secundo modo, quia repugnantia duarum dimensionum non est, nisi propter simultatem loci, quem replet vnum corpus, quantum potest repleri, ergo si aliud corpus repleat cum eo eundem locum, erit repugnantia quanti tati priori non formaliter, sed quasi virtualiter, ratione illius effectus, qui est repletio loci per primam quantitatem vnius corporis eo modo, quo quantitas habet efficaciam respectu huius effectus, qui est esse in loco repletiuè. ¶ Alia ratio conclusionis assignatur ordo vniuersi, vbi notandum, quòd sicut in vniuerso est ordo conuenientiæ, ordo dependentiæ, ordo durationis, &c. ita est ordo situs secũdum quem vniuersæ partes vniuersi sunt contiguæ, & vna extra aliam, ex quo sequitur, quod nec vacuum possit esse, nec duo corpora possunt esse simul, ita quòd vtrumque est eadem causa vtraque causa est

ratio-

rationalis, sed primam puto veriorem. ¶ Ratio secundæ conclusionis assignatur istam, quia naturaliter mutatio positiua, qua. s. acquiritur aliquid non potest esse sine deperditiua, qua aliquid deperditur, & hoc vbi natæ sunt esse istæ duæ mutationes, quod ideo dico, quia alicubi non sunt natæ esse ambæ: puta in illuminatione aeris, vbi sic est mutatio positiua, quod nulla est deperditiua, nullum ergo corpus potest esse in diuersis locis: quia non potest moueri ad vnum, nisi deperdat aliud quia igitur natura non posset separare has duas mutationes, vbi natæ sunt esse, vt in proposito: ideo non potest facere idem corpus esse in diuersis locis, bene ergo dicit auctor in litera, quòd idem corpus non potest esse simul in diuersis locis, nec plura corpora in eodem loco. ¶ Ad argumentum in oppositum, nego antecedēs. ¶ Ad probationem de ferro ignito: iam dictum est in principio huius libri, quod non imaginandum est ignem, & ferrum esse simul, sed quod ferrum est porosum multis poris, in quibus ignis capitur, & sic duo corpora non sunt simul.

¶ *Contentio autem de sphera extremitate oritur, Nihil enim extra idem est: in eo autem loco esse non poterit, vt dictum est a superioribus, quod ab eo quidem loco ambitur &c. Cap. eo.*

QVÆSTIO XIIII.

QVæritur vtrum vltimum cœlum sit in loco diuersi philosophi & Commentatores diuersa dixerūt volentes saluare illud cœlum, & si non propriè, tamen aliquo modo esse in loco. Quidā enim vt Auerrois dicit ipsum esse in loco secundum centrum. Alius scilicet Themistius per partes, alij per vltimam sui superficiem, de quo magis spectat ad 4. phy sicorum. ¶ Quicquid sit de dictis eorum, certum habeo 4. phy. c. 43. & in de. q̄ illud cœlum non est in loco propriè loquendo per rationem auctoris, nam omne quod est in loco circunscribitur ab aliquo corpore, quod est extra ipsum, & ab eo disiunctum & diuisum, vt patet 4. phy. sed cœlum vltimum non habet aliquod corpus extra se: quia non iam esse vltimum, ergo &c. ¶ Vnde hic est aduertendum, q̄ corpora vniuersi sunt inter se ordinata vt continentia localiter & contenta, terra. n. continetur ab aqua, aqua ab aere, aer ab igne, ignis a sphera lunæ, sphera lunæ ab alia sphera, & sic vsque ad vltimam, sicut ergo Cont. 30 & inde.

QVÆSTIO IX.

AD maiorem euidentiam huius capituli de passione. ¶ Quæritur vtrum passio sit genus distinctum ab actione? ¶ Et videtur primo, quod non sit genus, quia id quod est species alicuius generis non est genus generalissimum, sed passio est huiusmodi, nam species tertia qualitatis ponitur passio & passibilis qualitas.

2 ¶ Præterea principij non est principium, sed actio est principium passionis, vt patet ex prædictis, ergo passio non est principium, ergo nec generalissimum.

3 ¶ Præterea actio & passio sunt respectus oppositi, ergo pertinentes ad genus relationis, non ergo sunt generalissima.

¶ Secundo arguitur, quod nō est distinctum genus, quia actiuum & passiuum similia sunt genere ex primo de generatione, ergo & actio & passio consequentia patet per locum a cōiugatis. Cont. 5

¶ Præterea contraria sunt in eodem genere secundū 4 Arist. 10. metaph. sed actio & passio sunt contraria, ergo. Cōt. 24

¶ Ad oppositum est auctor hic in litera, & Aristo. qui ponit decem genera, quia tunc, non esset decimum.

Respondeo, quod de passione plura dicta sunt capitulo de actio, ideo breuiter hic transeundo, prius videndum, si passio est generalissimum, secundo, si sit distinctum ab actione.

¶ Quantum ad primum, sit prima conclusio, passio est genus generalissimum, probatio illud quod non habet aliud superueniens genus est genus generalissimum ex diffinitione generis data a Porphyrio, sed passio est huiusmodi, ergo &c. Minor patet, quia non habet supra se nisi ens, quod non est genus, ergo &c. ¶ Contra forma est quid commune supra prius prædicatum de actione & passione &c. ergo omnia ista habent supra se genus, probatur, quia forma non prædicatur de eis vt accidens, nec vt proprium, patet nec vt species, nec vt differentia, quia prædicatur in quid de eis, ergo prædicatur vt genus. ¶ Respondeo, forma est æquiuocum, vt est commune istis & est transcendens, nullum autem tale est genus.

¶ Secunda conclusio est ista, passio est vnum genus. probatio illud genus quod secundum vnam rationem de omnibus suis inferioribus prædicatur, est vnum genus, sed passio est huiusmodi. ergo &cæt. ¶ Sed quæ est ista vna ratio? Respondeo, quod est ratio transmutationis passiuæ, quia omnis passio est

respectus transmutati ad transmutas. Ex his patet ad argumẽta contra hunc articulum. ¶ Ad primum patet in litera, quod æquiuocatur de passione, passio enim quæ est genus, nullius alterius generis est species. ¶ Ad secundum dico, quod maior sic absolute sumpta est falsa, substantia enim est principium omnium aliorum nouẽ principiorum, sed si sic, intelligatur, quod principij non est principium in eodem genere, maior est vera, sed minor est falsa, passio enim non habet principiũ in eodem genere.

¶ Ad tertium dico, quod non omnes respectus oppositi sunt de genere relationis, sed illi tantum qui sunt intrinsecus aduenientes, actio autem & passio sunt extrinsecus aduenientes, vt sæpe dictum est. ¶ Quantum ad secundum dico, istam conclusionem, quod passio est distinctum genus ab actione, q̃ patet ex præcedentibus. Tum quia est in alio subiecto, & nũquam simul sunt respectu eiusdem. Tum quia habent distinctas descriptiones. Tum quia habent alias rationes prædicandi de suis inferioribus. ¶ Ad primum in oppositum dicendũ, quod Aristote. ibi loquitur de genere physico & subijcibili, actiuum enim & passiuum communicant in materia & subiecto; sed non sunt, idem genere logico prædicabili, de quo quæritur in proposito. ¶ Ad secundum dico, quod actio & passio non sunt respectus oppositi contrariæ, sed relatiuè, & dato quod essent contrarij largo modo, non tamen sequitur, quod sint in eodem genere, quia contraria possunt esse genera aliorum, vt ibidem dicitur & in prædicamentis &c.

¶ Vandouerò est quod ex adiacentia temporis relinquitur &c. ca. quinto de quando.

QVÆSTIO X.

CIrca capitulum de qñ. Quæritur vtrũ quando possit cõparari; Vr quod non, quia nulla relatio potest esse fundamẽtum relationis, quia tunc procederetur in infinitũ. sed quãdo est relatio, quia respectus, comparatio autem est relatio, patet, ergo non potest fundari in quãdo, nec per consequens, quando, potest comparari. comparatum. n. comparatione comparatur. ¶ Contra est ipse autor in litera.

Respondeo, q̃ quæstio ista tangit difficultatẽ, an relatio possit fundari in relatione. ideo primo videndum est, in quo

relatio pōt fundari. secundo ax his ad quæstionem. ¶ Quātū
2. phys. ad primū, prima conclusio est ista relatio potest fundari im-
Cōr. 80. mediate in substantia, probatio. materia & forma sunt causa immediata omnium accidētium. sed omnis causa fundat immediate respectū causalitatis, ergo respectus causalitatis fundatur immediatè in substantia materiæ & formæ. Similiter potest argui de causalitatè passiua, quia aliqua substantia generatur & ꝓdicitur, ergo fundat immediate respectū producti ad producēs vel generans. ¶ Prætera cōpositū immediate depēdet a materia & forma, & substātia a primo ente, sed dependētia est relatio. ergo relatio fundatur immediate in substantia. ¶ Præterea forma substantialis immediate vnitur materiæ, ergo immediatè fundat respectū vnionis. ¶ Præterea substantia est prior omni accidēte, sed prioritas est formaliter relatio, & ita prioritas fundatur immediate in substantia, aliter esset processus in infinitum. ¶ Secunda conclusio est ista. relatio pōt immediate fundari in qualitate & quātitate. hæc. n. ab omnibus concessa est, & patet 5. meta. ca. de ad aliCont. 10 quid, vt simile & æquale. &c. ¶ Tertio conclusio est ista. relatio potest fundari immediate in relatione. probo. sicut hæc albedo & illa sunt eiusdem generis vel rōnis, & fundant relationem conformitatis, ita paternitas hæc & illa sunt eiusdem rōnis, ergo fundant relationē cōformitatis. nec ista cōformitas est idē quod paternitas, quia cōformitas est de primo modo relatiuorum, paternitas de secundo. ¶ Confirmatur, qa paternitas & paternitas sunt eisdem speciei, vel idē specie idētitas est relatio. ergo relatio fundatur in relatione, Itē iter paternitatē & filiationem est relatio difformitatis, ergo relatio fundat in relatione hac & illa, nec difformitas, cum sit de primo modo: est idē quod paternitas & filiatio, quæ sunt de secundo modo. ¶ Præterea certum est quod inter relationes est ordo & distinctio: sed ordo & distinctio sūt relationes, ergo &c. Contra arguitur, sicut paternitas & paternitas fundant cōformitatē, quæ est relatio per te, ita conformitas hæc & illa cum sint eiusdem rōnis fundabunt aliā conformitatem, & sic in infinitum. ¶ Similiter potest argui de difformitate ordine & distinctione. ¶ Rñdeo, quod standum est in secundo. nā alī qua relatio sic est rō referendi, quod non refertur, & sic est quo, quod non est quod. vna ergo conformitas non est cōformis alteri, sicut nec albedo est alba, nec tristitia tristatur.

¶ Quar-

¶ Quarta cõclusio, q̃ sequitur ex prædicta est illa relatio põt fundari immeditate in omni ente probo, oẽ ens omni enti cõperatum est idẽ vel diuersum ex 10. meta. sed idẽtitas vel diuersitas sunt relationes. ergo fundãtur in oĩ ente. ¶ Confirmatur, q oẽ ens vel est cã vel cautum prius vel posterius vel simul, quę sunt nomina relatiua, & dicunt formaliter respectus. Quãtum ad secundum pate ex prędicti quod non repugnat ipsi, quando nec alicui respectui posset comparari, quia potest fundare relationem. ¶ Ad argumentum in oppositum dico, quod maior est falsa: quia secundum Euclidẽ proportionalitas est similitudo duarum proportionum. ergo super, porportionẽ quę dicit formaliter relationem, vel super vnitatem eius fundatur similitudo, quæ etiã formaliter est relatio, maiorem ergo habet falsam illud argumentum, & non sequitur processus in infinitum, quia statur in secundo vel tertio, & tandem venitur ad absolutum, sicut accidens fundatur accidente, puta qualitas in quantitate. nec proceditur in infinitum, sed tandẽ diuenitur ad substantiam. 5. geo. in prin.

¶ Est autem quando in omni eo quod incipit esse vt, corpus quidẽ uniuersum aliquando est: vt in tempore &c. Cap. eod.

QVÆSTIO XI.

QVæritur vtrum hæc proprietas valet, quod proprium est ipsi quãdo esse in omni eo, quod incepit esse. Videtur quod non, quia angelus vel intelligentia incepit esse, & tamen non est in quando probatio, quia non mensuratur tempore, sed æquo. ¶ Similiter arguitur de anima, quia videtur se habere sicut angelus, & tamen in litera dicitur, qđ est in tempore, & in quando. ¶ Præterea primum mobile incepit esse, & tamen nõ est in quando. probo. mobile est prius natura motu. motus est prior tempore, & tempus est prius quando, quælibet istarum probatur, quia subiectum & causa prius est accidente & causato, motus autem est in mobili, & tẽpus in motu, quia passio motus, sed tempus est causa quando, ergo à primo ad vltimum, totum mobile est prius quando, sed prius vt prius non est in posteriori, ergo. ¶ Contra est hic auctor in litera.

Respondeo hic prẽmittendo vnam propositionem scilicet quod eo modo quo aliquod est in tempore, eodem mo-

do est in quando, hoc est probabile de se. ¶ Sed ad videndum, quando aliquid est in tempore notandum quod illa quinque se habent secundum quendam ordinem in entibus. ¶ Primū est fluxus formæ scilicet ipse motus quicunque puta dealbatio, & illud essentialiter mēsuratur tempore, quia nihil eius manet idem, sed ratio eius requiritur partem succedere parti eius. ¶ Secundum est forma, secundum quam potest esse fluxus partis post partem, puta ipsa albedo in esse quieto. ¶ Tertium est forma, secundum quam actualiter est fluxus, puta ipsa albedo in fieri, & hoc secundum & tertium est eadem forma licet secundum dispositionem diuersam acceptam, & secundum illam vno modo acceptā est actu motus & alio modo acceptā est actu quies primo modo mensuratur tpe ratione fluxus annexi, secundo modo natura temporis, quidam dicunt quod æuo. ¶ Quartum est per permanens, in quo non est natus esse fluxus partiū, tamen necessario habet formam consequentem, in qua natus est esse fluxus partium puta cælum, & quodcunque mobile, & etiam angelus si sit localiter mobilis, & illud quartum non mensuratur tempore per se, nec secundum ipsum est proprie quies, sicut nec motus, quia nō est natum moueri nisi per accidens, ideo nec quiescit, sed motus & quies est secundum aliquam formam necessario consequētem ipsum, & sic per accidens tempore mensuratur. ¶ Quintum est illud, in quo non potest esse fluxus, nec in aliquo consequente ipsum naturaliter, vt est Deus, ideo quia manet inuariatum omnino, idem dum manet, nullo modo mensuratur tempore, nec secundum se totum, nec secundum partem eius, nec etiam mensuratur tempore per accidens, tale nullo modo est in quando. Ex his patet ad quæstionem, quod quando aliquo modo est in omni eo quod incepit, sicut & tēpus. ¶ Ad argumenta patet ex prædictis, quod tam angeli, quam anima, & quam cœlum aliquo modo sunt in tempore, & in quando, licet secundum suum esse, formale & quidditatiuū mensurentur æuo. ¶ Aliter potest dici, quod auctor loquitur secundum opinionem Arist. qui ponit intelligentias & cœlum esse ab æterno, & non incepisse. ¶ Ad aliud autem de anima soluitur, quod non simile est de anima & de angelo. Tum quia etiam secundum Ari. 19 de animalibus, intellectus ideſt anima est ab extra. i. creata & producta de nouo, nec sic est angelus secundum eum, cum angelus non sit forma corporis sicut

Cōt. 16

8. phy & 12. met. & alibi sæpe.

cut anima, ideo magis est variabilis secundum tẽpus, quam sit angelus.

¶ Vbi verò est circunscriptio corporis a circunscriptione loci proueniens, totus autem est in eo, quod capit, & circunscribit, est ergo in loco, quicquid a loco circunscribitur, non est autem in eodem locus & vbi, locus enim in eo quod capit, vbi verò in eo, quod circunscribitur, & complectitur, videtur autem non omni adesse. Anima enim nusquam est. Nullum enim locum occupat, neque implet. Cap. 6. de vbi.

QVÆSTIO XII.

QVæritur vtrum anima vel intelligentia occupat locum? Videtur quòd sic, nam quod determinat sibi locum, est in loco, sed anima, & intelligentia sunt huiusmodi, ergo maior patet, quia non sunt vbique, ergo in aliquo loco determinate. ¶ Contra est auctor hic in litera.

Respondeo & primo videndum est de loco corporis, secũdo de loco angeli siue animæ. ¶ Quantum ad primum notandum est, quod omni corpori præter vltimum cœlum quod non habet extra continens, conueniunt, sex. Primum est esse in loco actuali, nõ quòd necessario sit in loco quia Deus posset facere lapidem non existente aliquo corpore locante, & lapidem existentem absque omni alio corpore, vel facere illum extra vniuersum, & vtroque modo esset non in loco, nõ ergo requirit esse necessariò in loco, sed tantum haberet potentiam passiuam, qua posset esse in loco, tamen dè factò omne corpus præter vltimum est in loco. ¶ Secundum est esse in loco actualiter determinato, non enim potest esse in loco, quin illud vltimum contenti, quod est proximũm continenti faciat illud actu, qa facit distare latera cõtinẽtis secus est de parte in toto, quæ non facit superficiem in potentia continentem ipsam esse in actu, & ideo pars in toto non est sicut locatum in loco. ex 4. phy. ¶ Tertium est esse in loco æquali, nam propter eandem quantitatem, quæ facit locum in actu modo prædicto necessario exigit locum sibi æqualem. ¶ Quartũ est in loco commensuratiue, & hoc propter eandem quantitatem, ita quod pars superficiei cõtenti correspondet parti superficiei continentis, & totum toti. Quintum est esse in loco determinatè hoc vel illo, & hoc competit corpori ex determi- *Cont. 2*

minato loco ipsum locante. ¶Sextum est esse in loco naturaliter, vel violenter, & hoc competit corpori, inquantum corpus naturale, ex hoc .s. inquantum habet formam substantialem determinatam & qualitates determinatas natum est ab aliquo locante conseruari, & ab aliquo corrumpi, & quando continetur ab vltimo illius quod est natum ipsum conseruare, dicitur esse in loco naturali, quando verò ab illo quod natum est ipsum corrumpere, dicitur esse in loco violenter. ¶Quantum ad secundum correspondenter, dicam sex. Primũ dictum est, quod angelus nõ necessario est in loco, quia multo magis quam corpus posset fieri sine creatione creaturę corporalis, vel ea facta posset fieri, & esse extra omnem creaturam corporalem, tamen in angelo est potentia passiua, qua posset esse in loco.

¶Secundum dictum est, qđ non oportet angelum esse in loco actuali, quia non oportet eum esse in aliquo continente diuisibili actu existente, non.n. facit latera continentis distare, & ideo non facit superficiem continentem esse in actu. ¶Tertium dictum est, quod non potest angelus esse in loco quantumcunque magno, quia hoc est proprium Dei, nec vt credo potest esse in loco quantumcunque paruo in infinitum, potest tamen esse in puncto, hoc pro nunc supponatur: quia probare illud est difficile, & magis alterius speculationis. ¶Est ergo angelus in loco sic, quod habet locum determinatum in loco tamen determinato hoc modo, quia est aliquis locus quo maiorem non posset habere, & aliquis quo minorem non posset habere, loquendo de loco continuo, licet forte posset esse in puncto. ¶Quartum dictum est quod angelus non est in loco commensuratiuè, quia cum sit indiuisibilis, non habet partem & partem cum partibus loci. ¶Quintum dictum est, quod angelus est in hoc loco, vel in illo, quia non est vbique, nam angelus cum sit in potentia ad vbi in communi, & non ex se determinatus ad hoc vbi vel illud, tamen ab eodem agente reducitur ad hoc, quod sit actualiter in loco, & in hoc loco, vel in illo, illud vero est creans, & producens. ¶Sextum dictum est, quod angelus non est in aliquo loco naturaliter, quia tunc esset in aliquo loco violenter quando .s. esset extra locum naturalem, & sic etiam aliquod corpus haberet naturalem habitudinem ad ipsum conseruandum, & aliquod corpus ad ipsum corrumpendum, quod simpliciter est falsum.

¶Ex

¶Ex illo sexto dicto patet, quod illa potentia quæ est in angelo ad essendum in loco non est naturalis, nec violenta, sed est neutra, quia istud passum. s. angelus non inclinatur ex se naturaliter ad hunc locum, nec ad oppositũ, sed neutro modo habet se ad ista, sicut superficies se habet ad albedinem, & nigredinem. ¶ Sic ergo patet quomodo angelus est in loco. s. diffinitiuè. Et quomodo, non commensuratiuè, quomodo auctor iste negat angelum & animam esse in loco. Sed tunc occurrit dubium, illud vbi diffinitiuũ aut esse in loco diffinitiuè quid est, & in quo genere collocetur. ¶Respondeo, per illud, vbi nihil aliud intelligo, nisi assistentiam, vel præsentiam angeli ad locum, a quo vtique continetur. Sed nec circunscribitur, nec commensuratur, est autem in genere vbi per reductionẽ, quia cum isto habet maiorem conuenientiam, & similitudinem quam cum aliquo alio prædicamentorum. ¶Ad argumẽtum in oppositum patet quod concludit pro esse in loco diffinitiuè, vel determinatiuè. ¶Ad aliud in contrarium loquitur de esse in loco commensuratiuè.

¶ *Nequaquam igitur duo in eodem loco esse simul possunt, nec ids vnum in diuersis. Cap. eodem.*

QVÆSTIO XIII.

SVbsequenter quæritur vtrum sit possibile idem corpus esse simul in diuersis locis. Videtur quod sic, nam in eodem loco possunt esse duo corpora simul, ergo & idem corpus in diuersis locis, antecedens patet de ferro ignito, vbi sunt simul ferrum & ignis, consequentia patet, quia similis possibilitas, vel impossibilitas videtur esse hinc & inde. ¶Contra est auctor in litera, & Arist. 4. phyficorum.

Respondeo hic sunt duę conclusiones secundum fidei veritatem. ¶Prima conclusio est, quod de potentia Dei possibile est duo corpora esse simul in eodem loco quod patet. Tum quia Christus fuit natus de virgine matre, ergo clauso claustro, quod esse non potuit nisi duo corpora simul essent. Tũ quia Christus resurrexit clauso sepulchro: vnde mulieres dixerunt, quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumenti? quem tamen lapidem angelus postea reuoluit: constat ergo in resurrectione corpus Christi simul fuisse cum corpore lapidis. Tum quia post resurrectionem intrauit ad discipulos

ianuis clausis, ergo idem quod prius. Tum quia cœlũ est corpus indiuisibile, quam incorruptibile diuisio autem est quædam corruptio, sed corpora beatorum in cælo empyreo erũt simul cum cælo & econuerso, sine diuisione, & cessione alicuius illorum. ¶ Secunda conclusio est, quod de potentia Dei, idẽ corpus potest esse simul in diuersis locis, probatio, quia corpus Christi simul est in cælo, & in sacramento altaris, immo in pluribus altaribus simul sub sacramento. ¶ Præterea legitur quòd Beatus Ambr. existens Mediolani simul interfuit sepulturæ Beati Martini Turonis, ergo simul fuit in diuersis locis. ¶ Item, sunt aliæ duæ conclusiones oppositæ secũdum philosophi auctoritatem. Vna, quòd de potentia naturali impossibile est duo corpora simul esse. Alia, quòd de potentia naturali impossibille est idem corpus esse in diuersis locis. ¶ Ratio primæ conclusionis assignatur duplex, vna repugnantia quantitatis vel dimensionum. Vnde Arist. 4. phys. dicit, quòd dimensiones solæ sine qualitatibus & passionib. faciunt distare duo corpora, & contradictio est, quòd maneant dimensiones, & non faciant distare, nam corpus cubũ facit distare secundum quod dicitur ibi, quia illæ dimensiones repugnant ad inuicem quia vna expellit aliam, nec possunt simul esse. ¶ Intelligendum. n. quod dupliciter possunt aliqua repugnare. s. formaliter vel virtualiter, primo modo repugnat duo contraria, puta calidum & frigidum, secundo modo causa naturalis repugnat effectui opposito sui effectꝰ, vt ignis frigiditati, duæ ergo dimensiones repugnant non primo modo, sed secundo modo, quia repugnantia duarum dimensionum non est, nisi propter simultatem loci, quem replet vnum corpus, quantum potest repleri, ergo si aliud corpus repleat cum eo eundem locum, erit repugnantia quantitati priori non formaliter, sed quasi virtualiter, ratione illius effectus, qui est repletio loci per primam quantitatem vnius corporis eo modo, quo quantitas habet efficaciam respectu huius effectus, qui est esse in loco repletiuè. ¶ Alia ratio conclusionis assignatur ordo vniuersi, vbi notandum, quòd sicut in vniuerso est ordo conuenientiæ, ordo dependentiæ, ordo durationis, &c. ita est ordo situs secũdum quem vniuersæ partes vniuersi sunt contiguæ, & vna extra aliam, ex quo sequitur, quod nec vacuum possit esse, nec duo corpora possunt esse simul, ita quòd vtriusque est eadem causa vtraque causa est

ratio-

rationalis, sed primam puto veriorem. ¶ Ratio secundæ conclusionis assignatur illam, quia naturaliter mutatio positiua, qua. s. acquiritur aliquid non potest esse sine deperditiua, qua aliquid deperditur, & hoc vbi natæ sunt esse illæ duæ mutationes, quod ideo dico, quia alicubi non sunt natæ esse ambe; puta in illuminatione aeris, vbi sic est mutatio positiua, quòd nulla est deperditiua, nullum ergo corpus potest esse in diuersis locis: quia non potest moueri ad vnum, nisi deperdat aliud quia igitur natura non posset separare has duas mutationes, vbi natæ sunt esse, vt in proposito: ideo non potest facere idem corpus esse in diuersis locis, bene ergo dicit auctor in litera, quòd idem corpus non potest esse simul in diuersis locis, nec plura corpora in eodem loco. ¶ Ad argumentum in oppositum, nego antecedẽs. ¶ Ad probationem de ferro ignito: iam dictum est in principio huius libri, quod non imaginandum est ignem, & ferrum esse simul, sed quod ferrum est porosum multis poris, in quibus ignis capitur, & sic duo corpora non sunt simul.

¶ *Contentio autem de sphera extremitate oritur, Nihil enim extra idem est: in eo autem locus esse non poterit, vt dictum est a superioribus, quod ab eo quidem loco ambitur &c. Cap. eo.*

QVÆSTIO XIIII.

QVæritur vtrum vltimum cœlum sit in loco diuersi philosophi & Commentatores diuersa dixerũt volentes saluare illud cœlum, & si non propriè, tamen aliquo modo esse in loco. Quidã enim vt Auerrois dicit ipsum esse in loco secundum centrum. Alius scilicet Themistius per partes, alij per vltimam sui superficiem, de quo magis spectat ad 4. physicorum. ¶ Quicquid sit de dictis eorum, certum habeo 4. *phy. c.* 43. *& in de.* q̃ illud cœlum non est in loco propriè loquendo per rationem auctoris, nam omne quod est in loco circunscribitur ab aliquo corpore, quod est extra ipsum, & ab eo disiunctum & diuisum, vt patet 4. phy. sed cœlum vltimum non habet aliquod corpus extra se: quia non iam esse vltimum, ergo &c. ¶ Vnde hic est aduertendum, q̃ corpora vniuersi sunt inter se ordinata vt continentia localiter & contenta, terra. n. continetur ab aqua, aqua ab aere, aer ab igne, ignis a sphera lunæ, sphera lunæ ab alia sphera, & sic vsque ad vltimam, sicut ergo *Cont. 30. & inde.*

go non est inconueniens dare in vniuerso aliquod corpus ita contẽtum, quod nullo modo est locus continens alterius, pura terra, ita nec est inconueniens dare aliquod corpus, quod ita est locus continens alterius, quod nullo modo est in loco, nec ab aliquo contẽtum, & ita est vltima sphera siue cœlum vltimum, vel illud sit primum mobile, vt dicunt philosophi, vel sit cœlum empyreum immobile vt tradunt theologi, & verum est, & ibi est locus beatorum, vltra quod non est neq; locus, neque motus, neque tempus, vt dicit Arist. 2. de cœlo & mundo.

Contex. 27. sed expressius 1. ca. Contex. 97. et 99 & phi. Contex. 45. & in de.

¶ *Positio est quædam partium situs, & generationis ordinatio. Cap. 7. de positione.*

QVÆSTIO XV.

AD euidentiam capituli positionis. Quæritur vtrum sit vnum prædicamentum. Arguitur primo, quòd non sit prædicamentum, nec vnum generalissimum, nam omnis relatio est de genere relationis, sed positio est relatio, quia formaliter respectus, ergo est in genere relationis, & per consequens non est generalissimum. ¶ Præterea illud quod est differentia generis, non est generalissimum, sed positio est differentia generis quantitatis, vt dicitur in prædicamentis, ergo positio non est generalissimum. ¶ Secundo arguitur sic, quòd non sit vnum genus, nam positio est respectus mutuus, sicut & ordo, ergo qua ratione ordo partium locati, ad partes loci facit vnum genus, ergo eadem ratione econuerso, ordo partium loci ad partes locati facit aliud genus. ¶ Confirmatur, quia actio & passio faciunt duo genera, quæ sunt duo respectus a oppositi, ergo pari ratione in proposito ordo, & ordo, qui sunt respectus oppositi in proposito. ¶ Item argumentũ valet ad probandum de vbi & quando, & de habitu, quòd sint duo genera, quia in his omnibus sunt respectus oppositi ad instar actionis, & positionis, vt vbi actiuum ex parte loci, & vbi passiuum & parte corporis locati. Similiter quandò actiuè ex parte temporis, & quando passiuè ex parte rei temporalis. ¶ Item habere actiuè ex parte adiacentium corpori, & habere passiuè ex parte corporis cui adiacent. ¶ Ad oppositum est auctor, & Ari. aliter essent plura generalissima, aut pauciora quam decem.

2

3

Respon-

Respondeo hic sunt duæ conclusiones. Prima cõclusio est ista, positio est genus generalissimum, quod non habet supraueniens est generalissimum per diffinitionem datam à Porphyrio, sed positio est huiusmodi, igitur, nam nihil habet supra vniuocum, nisi ens, quod non est genus &c. Et sicut dictum est in Porphyrio, hoc est de ratione generalissimi non habere supra se aliud genus esto quod paucas vel nullas habeat species sub se, sicut est de quando, vbi, positione, & habitu, quæ paucas, aut nullas habent sub se species. ¶ Secunda cõclusio est ista, quod positio est vnum genus probatio, quia prædicatur de omnibus suis inferioribus, secundum vnam rationem. Ergo est vnum genus, vnitas enim generis est ex vnitate rationis prædicandi. ¶ Si quæratur quæ sit illa ratio vna, dico, quòd vel est ignota nobis, vel sic describi potest, (vt auctor describit). Ordo secundum quem aliqua ordinantur in loco, vel ratio ordinabilitatis in loco, quia positio est formaliter ordo partium in loco. ¶ Ad primum in oppositum dico, quòd maior est falsa, sic accepta vniuersaliter, nam sola relatio & respectus intrinsecus aduenies est de genere relationis, positio autem non est respectus intrinsecus aduenies. ¶ Ad secundum patet ex præcedentibus, quod positio prædicamentum non est differentia, vnde æquiuocatus in argumẽto depositione. ¶ Ad tertium tangit difficultatem, an ens diuidatur sufficienter per decem genera, quod si non, plana est responsio, quòd in omnibus respectibus oppositis sicut vnus constituit prædicamentum, ita alius, quod si sic, vel oportet fieri multas reductiones, vt. s. respectus oppositus reducatur ad genus oppositi, verbi gratia, vbi actiuum ad vbi passiuum similiter de quando positione, habitu &c. Sed quare actio & passio non reducuntur ad vnum genus, & alij respectus sic, responsionem quære si potes &c.

¶ Habitus est corporem & eorum quæ circa corpus sunt, adiacentia. Cap. 8. de habitu.

QVÆSTIO XVI.

Ad euidentiam totius capituli de habitu. Quæritur vtrũ habitus sit generalissimum, aut prædicamentum? Videtur quod non, nam omne prædicamentum est ens naturale. ens enim reale naturale diuiditur in decem prædicamenta. 5. me-

Contex: 12. & in dz. metaph. sed habitus non est ens naturale, sed ab actu nostro. Ex: hoc enim, quòd vestis aut quodcunque ornamentum additur corpori, quod fit per actum nostrum, dicitur aliquis habituatus. ¶ Præterea duplex est habitus, animæ s. & corporis, sed habitus animæ non est prædicamentum, sed pertinet ad primam speciem qualitatis, ergo ne habitus corporis. ¶ Ad oppositum est auctor hic, & Arist. in prædicamentis.

2.

Respondeo, hic sunt duæ conclusiones. ¶ Prima conclusio est ista, habitus est generalissimum, probo omne genus quod non habet suprauenies genus est generalissimum, secundũ diffinitionem datam a Porphyrio, sed habitus est huiusmodi, ergo &c. non enim habet supra se nisi ens, quod non est genus &c. ¶ Secunda conclusio est ista, habitus est vnum genus probo, illud est vnum genus, quod secũdum vnam rationem de omnibus suis inferioribus prædicatur, quia vnitas generis est ab vnitate rationis, sed habitus est huiusmodi, ergo &c. ¶ Sed quæ est ista vna ratio? Respondeo difficile est hoc & plura alia de istis intelligere, propter eorum modicam entitatem illa ergo vna ratio generis vocetur habitio, quia formaliter habitus qui est prædicamentũ, est quidam respectus habitionis, quo corpus & partes corporis habent ea quæ adiacent eis. ¶ Ad primum in oppositum dico, quòd res cuiuslibet prædicamenti est ens reale, ad sui esse tamen possunt aliqua prædicamenta præexigere actum nostrum, verbi gratia, actio & passio sunt respectus reales, tamen ad sui esse præexigunt applicationem actiui & passiui, quæ applicatio potest fieri ab actu nostro. ¶ Similiter vbi potest esse terminus motus causatus a nobis. ¶ Item sessio & omnis positio quæ est à consueto motu naturæ est huiusmodi, applicatio ergo extremorum potest esse ab actu nostro ipse tamen respectus cõsequens est a natura rei idem dico de habitu in proposito. ¶ Ad secundum dico, quòd æquiuocatur de habitu: quia habitus animæ non est prædicamentum, sed forma absoluta de prima specie qualitatis, habitus autem corporis qui est prædicamentum, est respectus extrinsecus aduenies &c.

Cap. de specie.

¶ *Sapiens autem habitus magis & minus. Armatior enim est eques pedite, dicitur & calciatior, qui calciamentis & caligis vtitur, quàm qui solis calciamentis vel caligis vtitur &c. Cap. eodem.*

QVÆ-

QVÆSTIO XVII.

QVæritur vtrum in essentia formæ accidentalis sit dare gradus intrinsecus essentiales, secundum quos possit suscipere magis & minus? Videtur, quòd non: quia forma est simplici & inuariabili essentia consistens, sed illud quod habet gradus non est huius, ergo &c. ¶ Præterea 9. metaphysicæ formæ sunt sicut numeri, & sicut numerus stat indiuisibili: ita quòd nihil potest addi vel diminui, quin mutet speciem, sic est de forma non habet gradus, ergo &c. ¶ Præterea si sic, ergo vna albedo est magis albedo quam alia, consequens est falsum, ergo & antecedens probatio consequentię, quia tunc albedo intensa habebit aliquem gradum, quem nō habebit remissa, ergo magis albedo, vt videtur. ¶ Contra impossibile est aliquam formam communicare se alicui secundum magis & minus, nisi in sua essentia habeat gradus, alioquin secundum eundem gradum participaretur in quocunque subiectō, sed forma accidentalis communicat se alicui subiecto secundum magis & minus, patet de albedine, ergo in sua essentia habet gradus, ergo &c.

Respondeo, quòd de hac quæstione iam aliquid dixi in prędicamentis, capitulo de qualitate, & multo prolixius determinaui in quadam quæstione ordinaria, ideo breuiter pertransibo aliquo modo replicando quę iam dixi, vbi supra, primo ergo cōtra aliquas opiniones quasdam conclusiones declarabo, secundo ad quæstionem aliter respondebo.

¶ Quantum ad primum ex improbatione prædictarum opinionum, suppono quatuor conclusiones. tres contra tres opiniones p auctorē reprobatas, quia nec augmentum, nec decrementum subiecti vel accidentis, vel vtriusque est causa sit suscipiendi magis & minus. ¶ Quartū vero contra opinionem auctoris, scilicet quòd accessus vel recessus ad impositionē vocis non est causa hæ quatuor conclusiones patent ex prædictis. ¶ Quinta conclusio est ista. forma accidentalis non suscipit magis & minus secundum dispositionem in subiecto, aut secundum esse in subiecto remanere eius essentia immutata. hanc probo sic, illud, scilicet dispositio aut est in subiecto, aut est idem cum essentia formæ vel non si idem, habetur propositū, quia cum dispositio fit maior vel minor, ergo essentia formæ cui ponitur esse idem, si non est idem

quę-

quæro de illo vtrum secundum suam essentiam suscipiat magis & minus, vel non si sic, habetur ꝓpositum, si non, ergo est
Cōl. 55. processus in infinitum. ¶ Præterea habito termino secundū rationē qua terminus cessat motus, quia habitibus ꝓsentibus in materia cessat motus & generatio. ex primo de generatione. sed per te in principio calefactionis habetur calor secun-
Cont. 7 & 87. dum rationem, qua est terminus calefactionis, ergo in principio cessat motus iste, quod est manifestè falsum. probo minorē. omne quod mouetur habet aliquid de termino a quo, & aliqd de termino ad quē ex 6. phyſi. ergo in principio calefactionis in ipso calefactibili est aliqd de essentia caloris. si ergo essentia caloris nō suscipit magis & minus, sequitur, ꝙ in principio est calor ꝑfectus, ꝑm quē modū est terminus motus. ¶ Sexta cōclusio est ista, radicatio formæ in materia nō est ratio suscipiendi magis & minus. Hanc ostendo sic. Ista radicatio, vel est aliquid distinctū ab ipsa forma radicata, vel nō. si non, habetur propositum, quia cum ista radicatio sit maior & minor. ergo ipsa forma, si est aliquid distinctū, vel est forma absoluta vel relatiua. si absoluta, similiter habeē propositum. si relatiua, similiter habetur propositum, quia forma aliqua secundum suam essentiam recipit magis & minus. ¶ Præterea si sic. ergo vbi forma est magis radicata, ibi subiectum est magis tale. consequens est falsum. nam secūdum medicos febris ethica est magis radicata, quā tertiana, tamen tertiana est intensior, & ideo tertianarius est magis febricitans, similiter verecundus est quando que rubicundior, & tamen rubor est minus in eo radicatus, quàm in alio minus rubeo, vt est sāguineus naturaliter. ¶ Quantum ad secundum dico ad quæstionem, partem affirmatiuam, scilicet quòd forma accidentalis, de qua quæritur, habet tales gradus. ¶ Dico etiam, quod ratio præcisa suscipiendi magis & minus est latitudo graduū in forma, siue, quod idem est, illimitatio formæ, quæ participatur, probatio huius, impossibile est formam participari secundum magis & minus nisi, in se sit aliqualiter illimitata, quoniam oppositum prædicati infert oppositum subiecti. da enim, quòd non sit illimitata, quomodo participabitur secūdum alium & alium gradum? ¶ Si ergo quæritur, qui sunt isti gradus formæ, assigno talem rationem, gradus formarum, de quibus loquitur nunc, est portio perfectionalis formæ specificæ extra eius conceptum quidditatiuum, formam specificam

cam infra suum conceptum essentialiter includens, inclusa realiter intra conceptum indiuidui vagi vagè, & signati signatè, portio, quia non tota forma secundum omnes gradus extra conceptum quid ditatiuum, quia species abstrahit ab omni tali gradu, & tamen de omnibus prædicatur sicut superius de inferiori, inclusi realiter, quia omne indiuiduum talis formæ includit aliquem gradum illius formæ eo modo, quo accipitur indiuiduum vagum vel determinatum. ¶ Ad primũ in oppositum dictum est in principio huius libri, quia dicitur esse forma simplex per oppositum ad compositum ex materia & forma, tamen habere dictos gradus suæ simplicitati nõ repugnat. ¶ Ad aliud dico, quod loquitur de forma secundũ suum esse specificũ quo abstrahit ab omni gradu, & de quidditate formæ secũdum quod exprimitur per diffinitionẽ &c. ¶ Ad secundum nego consequentiam, ad primam probationem dico, quod bene sequitur, quod erit albedo maior non magis, quia magis dicitur de participantibus ipsam, non autem de ipsa forma quæ participatur. Amen.

¶ *Quæstionum clarissimi Doctoris Antonij Andreæ super sex principijs Gilberti Porretani, finis.*

QVAESTIONES DOCTORIS subtilis Ioannes Scoti super li. Priorum Analyticorum Aristo.

QVÆSTIO. I.

QVæritur circa librum Priorum primo. Vtrum de syllogismo simpliciter sit scientia? Arguitur, quod non, quia omnis scientia habetur per diffinitionem tanquam per medium, sed de syllogismo simpliciter non habetur diffinitio, ergo nec scientia. Maior patet, quia diffinitio est medium demonstrationis vt patet 2. post. & minor patet, quia syllogismus simpliciter est quoddam complexum, modo solius incomplexi est diffinitio. ¶ Secundo omnis scientia est notitia habita per demonstrationem, sed de syllogismo simpliciter non habetur notitia per demõstrationem. Maior patet, quia scientia est habitus per demonstrationem acquisitus, vt patet 1. post. & minor patet, quia tunc demonstratio

ista

ista per quam de syllogismo simpliciter habetur; sciētia esset notior syllogismo simpliciter, & per consequens scientia de demonstratione præcederet scientiam de syllogismo simpliciter, quod tamen est falsum. ¶ Tertio, quia de diffinitione & diuisione, & alijs argumentationibus a syllogismo simpliciter non habemus scientiam distinctam, ergo nec de syllogismo simpliciter, tenet consequentia, quia ista sunt instrumenta sciendi, quemadmodum, & syllogismus & antecedens apparet inducendo per libros Arist. ¶ Quarto quia de ente per accidens non est scientia, vt patet 6. metaph. sed syllogismus simpliciter est ens per accidens, quia est aggregatio ex pluribus propositionibus quarum quælibet est in actu, modo ex pluribus existentib. in actu non fit nisi vnum per accidens, vt patet 7. metaph. ¶ Quinto quia omnis scientia est de necessarijs impossibilibus aliter se habere, & perpetuis, vt patet primo poste. sed syllogismus simpliciter non est huiusmodi, immo potest aliter se habere, cum quandoque sit, & quandoque non, ergo &c. ¶ Oppositum arguitur per Arist. qui in isto. lib. dat nobis scientiam de syllogismo simpliciter. ¶ In quæstione primo videbitur, quomodo de aliquo est diuersimode scientia, secundo videbitur expositio terminorum quæstionis, & tertio respondebitur ad quæsitum.

Quantum ad primum notandum, quòd de aliquo potest esse scientia tripliciter, vno modo tanquam de illo, de quo aliquid scitur, & hoc dupliciter. Vno modo tanquam de rebꝰ significatis per subiectum conclusionis quemadmodum dicimus, quod de lactuca habemus scientiam, quòd sanat febrē, sicut etiam dicit Ari. in 1. poste. quod infinita sciuntur in propositione vniuersali, Secundo tanquam de subiecto conclusionis, vt quando dicimus de triangulo, demōstratur hre &c. Secundo modo de aliquo dicitur scientia tāquam de illo, qđ scitur de aliquo, & sic dicitur in secundo poste. quòd passiō scitur de subiecto. Tertio modo de aliquo est scientia tanquā de illo quod scitur, & hoc dupliciter. Vno modo, vt hoc verbum scire accipitur non modaliter, vt quando dico, scio cantare. i. habeo artem cantandi. Alio modo, vt hoc verbum scire, est modus determinans propositionem, & hoc quadruplici ter, vt dicit Linconiēsis primo poste. quia primo modo sciētia est comprehensio veritatis etiam contingentis ad vtrumlibet, vel vt in pauciorib. Secundo modo scientia est cōprehensio

henſio veritatis contingentis vt in pluribus & ſic ſciũtur multæ concluſiones ſcientiæ naturalis. Tertio modo ſcientia eſt comprehenſio veritatis neceſſariè & nõ contingenter, & ſic ſciuntur tam principia, quam concluſiones. Sed quarto modo ſcientia eſt comprehenſio veritatis neceſſarie dubitabilis, quæ nata eſt fieri euidens per præmiſſas ſyllogiſticè applicatas, & iſto modo ſcitur concluſio demonſtratiua, vt homo eſt riſibilis, aut ſignificabile per talem concluſionem, vt hominem eſſe riſibilem, & quid ſit tale ſignificabile poſtea videbitur, & hoc de primo.

De ſecundo notandum, quòd iſta dictio ſimpliciter in propoſito non denotat diuerſitatem ſyllogiſmorum, ſed denotat diuerſum modum accipiendi iſtum terminum ſyllogiſmus vnde iſte terminus ſyllogiſmus aliquando accipitur cum determinatione ſibi addita, vt cum dicimus ſyllogiſmus dialecticus vel ſyllogiſmus demonſtratiuus, ſed aliquando accipitur iſte terminus ſyllogiſmus loquendo ſimpliciter ſine aliqua determinatione ſibi addita, vt dicẽdo ſyllogiſmus, & iſtã acceptionem abſolutam ſine aliquo addito denotat iſta dictio ſimpliciter in propoſito, & ſic accipitur iſta dictio ſimpliciter in 2. top. vbi dicitur. Simpliciter dico, ꝙ ſine addito dico. ¶ Sed dubitatur, & videtur, quòd hæc dictio ſimpliciter denotat diuerſitatem ſyllogiſmorum, quia denotat ſyllogiſmum, componi ex terminis non ſignificatiuis, cuius ſignum eſt, ꝙ Ariſt. in iſto lib. ponit omnia exempla in terminis non ſignificatiuis. Secundo, quòd ſyllogiſmus ſimpliciter non ordinãt ad aliquem finem, ſed quilibet alius ſyllogiſmus ordinatur ad aliquem finem, igitur iſta dictio, ſimpliciter, denotat diuerſitatẽ ſyllogiſmorũ. Maior probatur, quia finis ſyllogiſmi ſimpliciter non eſt ſcientia, cum ſcientia ſit finis demonſtrationis, nec opinio, cũ ſit finis ſyllogiſmi dialectici, nec apparens demonſtrationis, quia illa eſt finis ſophyſticæ, igitur non ordinatur ad finem. ¶ Ad iſta dico, quòd iſta dictio ſimpliciter, non denotat ſyllogiſmũ cõponi ex terminis non ſignificatiuis, quia ꝓprietates & paſſiones cõſideratę de ſyllogiſmo in iſto lib. habent verum in oĩ ſyllogiſmo de mũdo, ſiue cõponatur ex terminis ſignificatiuis, vel nõ ſignificatiuis. ¶ Ad primã dico, ꝙ illi termini nõ ſunt ſimpliciter nõ ſignificatiui, vnde iſta litera a. ſignificat ſeipſã, & quamlibet ſibi ſimilem, & ideo Ariſt. explicat in iſtis terminis ad ſignificãdum, quòd

Bonus syllogismus non tenet specialiter gratia aliquorum terminorum, sed generaliter in omnibus terminis, & hoc cõseruata consimili dispositione terminorum. ¶ Ad secundã dico, quòd tam scientia, quã opinio est finis huius scientię, quia de vtraque determinat ista scientia, quantum ad proprietates communes, quæ se tenent ex parte illationis, sed non quantũ ad veritates præmissarum supposita illatione. ¶ Secundo notandum, vt patet ex prima parte quæstionis, quod scientia est notitia necessaria veri dubitabilis nata fieri euidens præmissas in forma syllogistica applicatas, per hoc quod dicitur necessaria: differt scientia a notitijs falsis, & etiam a ueris cõtingentibus per hoc quòd dicitur veri dubitabilis, differt scientia a principijs per se euidentibus, quæ a cognoscentibus qđ nominis non possunt dubitari. Ponitur ibi nata fieri &c quia non oportet, quòd de facto fit euidens per præmissas applicatas in syllogismo: quia potest esse euidens per experientiam, v. g. Ista conclusio, luna est eclipsabilis, potest esse euidens per experientiã, quæ tamen est demonstrabilis. Deinde ponitur per præmissas in syllogismo applicatas ad differentiam quorundam principiorum naturalium, vt quòd ignis est calidus, vel huiusmodi, vnde tale principium est notitia necessaria dubitabilis, sicut ab inexperto tum illa notitia non dicitur scientia, eo quòd nõ potest fieri euidens per præmissas in forma syllogistica applicatas: immo solum potest fieri euidens per experientiam.

De tertio recolenda est distinctio prius posita, quod de aliquo potest esse scientia, vt de subiecto conclusionis, vel vt de re significata per subtectum conclusionis, vel vt de conclusione demonstrata, tunc lequuntur tres cõclusiones. ¶ Prima est, quòd de syllogismo simpliciter, vt de conclusione demonstrata non est scientia. Probatur: quia syllogismus simpliciter non est conclusio demonstrata, & ideo non oportet, quòd de syllogismo verificentur istæ conditiones, quæ dicuntur de scientia isto modo dicta: sicut quòd sit ex necessarijs ex impossibilibus, aliter se habere, quòd non sit de ente per accidens, & sic de alijs. ¶ Secunda conclusio est, quòd de isto termino syllogismus loquendo simpliciter sine additione, est scientia tanquã de subiecto. Probatur: quia subijcitur in multis conclusionibus demonstratis in isto lib. vt in istis, omnis syllogismus fit ex tribus terminis. Omnis syllogismus fit ex

duabus

duabus propositionibus, & sic de consimilibus. ¶ Tertia conclusio est, quòd de omni syllogismo est scientia tanquam de re signata per subiectum conclusionis Probatur: quia de omni syllogismo conueniunt proprietates demonstratæ de syllogismo in ista libro, vt puta fore ex tribus terminis, ex duabus propositionibus, & sic de alijs proprietatibus, ostensis in isto libro. ¶ Nunc rationes. Ad primam concedo, quòd scientia habetur per diffinitionem tanquam per medium, modo de isto termino syllogismus datur diffinitio, vt patet primo huius, nec debet imaginari, quod istud complexum syllogismus simpliciter diffinitur, quia id complexum non est intelligibile, si hæc dictio simpliciter sit determinatio huius termini syllogismus, sed est determinatio huius verbi loquitur vel dico simpliciter loquendo de isto termino syllogismus, sine addito. ¶ Ad secundum concedo maiorem & nego minorem. Ad probationem cõcedo quòd demonstratio illa est notior, quantum ad necessitatem illationis non tamen quãtum ad proprietates verificabiles de demonstratione, verbi gratia in syllogismo primum principium est euidentissimè notum, scilicet quantum ad euidentiam, tamen est bene dubitabile quantum ad proprietates dicibiles de primo principio, vt patet quarto metaphysicæ. ¶ Ad tertiam qualiter de alijs instrumentis sciendi habetur scientia, & vbi dicetur in alia quæstione. Ad quartã dico, quòd auctoritas debet intelligi, quòd de propositione per accidens vera non est scientia, tanquam de conclusione demonstrata, modo dictum fuit quòd isto modo non est scientia de syllogismo simpliciter. Et per idem patet ad sequentem.

QVÆSTIO II.

QVæritur secundo, vtrum syllogismus, simpliciter sit subiectum in li. priorum? Arguitur, quòd non, quia syllogismus est instrumentum acquirendi scientiam huius lib. igitur syllogismus non est subiectum in ista scientia, consequentia tenet, quia instrumentum acquirendi scientiam ponitur in genere causæ efficientis, & subiectum in genere causæ materialis, modo efficiens & materialis non coincidunt, vt patet secundo physicorum. ¶ Secundo, quia subiectum alicuius scientiæ debet esse commune ad omnia contenta in illa scientia, sed syllogismus non est communis ad omnia consi-

derata in ista scia, quia hic determinatur de inductione, exẽ-
8 plo, & enthymemate, quæ non sunt syllogismi. ¶ Tertio, quia subiectum in aliqua scientia debet esse adæquatum illi scientiæ, ita quòd non transcendat limites eius, sed syllogismus nõ
4 est adequatum subiectum huius scientiæ cum sit subiectum in tota logica, vt cõmuniter dicitur, igitur &c. ¶ Quarto, quia syllogismus est subiectum in libro elenchorum, igitur non in isto libro, tenet consequentia, quia istæ sunt diuersę scientiæ, & antecedens patet, quia syllogismus sophisticus est obliquitas syllogismi, modo idem est iudex recti, & obliqui, vt patet tertio de anima, igitur eadem est scientia de syllogismo, &
5 syllogismo sophistico. ¶ Quinto, quia nullus syllogismus est huius, subiectum, ergo syllogismus non est huius subiectum, tenet consequentia per locum a toto in quantitate ad suã par-
6 tem, & antecedens apparet inducendo. ¶ Sexto, quia cuiuslibet scientiæ anima est subiectum, igitur syllogismus non est subiectum huius scientiæ. Oppositum arguitur per communiter exponentes istum librum, qui ponunt, quòd syllogismus est subiectum huius, eo modo, quo in aliqua scientia tota-li affinatur vnum subiectum. In quæstione primo videbitur de æquiuocatione huius nominis subiectum, secũdo quid sit subiectum, vt pertinet ad propositum, & quæ sint eius cõditiones, & tertio videbitur de quæsito.

Quantum ad primum notandum, quòd hoc nomen subiectum est æquiuocum ad sex. Nam primo dicitur subiectum de substantia cui inhæret aliqua forma substantialis, vel accidẽtalis, vt paries dicitur subiectum albedinis, & anima subiectum scientiæ. Secundo modo dicitur subiectum de ante in actu, & sic dicitur quinto physicorum, quòd necesse est omnem motum esse mutationem de subiecto in subiectum, & hoc ad differentiam mutationis, quæ aliqñ est denegato in affirmatiũ, vt gñatio, & aliqñ econtra, vt corruptio. Tertio mõ dr̃ subm de seruo, & sic dr̃ primo politicæ, ꝙ secunda combinatio principalis ipsius con diuisionis est inter principans & subiectum, quæ a natura est propter salutem. Quarto modo dicitur subiectum de inferiori prædicatione, vt dicitur in ante prædicamentis, quãdo alterum de altero prædicatur, vt de subiecto, idest de inferiori. Quinto modo dicitur subiectum in relatione ad prædicatum, & sic dicit auctor summularum, quòd subiectum est de quo aliud dicitur. s. prędicatum. ¶ Sex

to

to modo dicitur subiectum in relatione ad rationē quemadmodum dicimus, quòd in aliqua scientia rationali est vnum subiectum, & isto modo dicit auctor in primo posteriorum, quòd scientia vna est vnius generis subiecti, partes & passiones eius cōsiderans. ¶ Item dicit auctor quarto metaphysicæ, sicut vnus sensus est vnius generis sensibilis, ita vna scientia est vnius generis scibilis, ideſt subiecti, & hoc de primo.

Quantum ad secundum notandum, q̄ subiectum & passio sunt duo termini, quorum vnus. ſ. subiectum est terminus absolutus, vel connotatus, & alter est connotans, vt iste terminus, homo est subiectum respectu huius termini risibile, qui est passio, & si ambo termini. ſ. subiectum, & passio sint connotati, tunc terminus, qui est passio cōnotat aliud, vel aliqualiter vltra significationem & connotationem subiecti, vt isti termini, motus velox, vel tardus sunt connotatiui & iste terminus motus se habet per modum passionis. & ideo connotat aliud, vel aliqualiter vltra significationem, & connotationem subiecti. ¶ Secundo notandum, q̄ ipsius subiecti in aliqua scientia totali sunt aliquæ conditiones. ¶ Prima est, quòd subiectum debet esse primo notum in illa scientia, cuius est subiectum. ¶ Secunda est, quòd tale subiectum debet esse cōmune ad omnia, considerata in illa scientia, & ista sequitur ex præcedenti, quia communiora, & magis confusa sunt ad cognoscendum priora, vt patet primo physicorum. ¶ Tertia cōditio, subiectum debet esse adæquatum, ita q̄ non transcendat considerationē illius scientiæ cuius est subiectum. ¶ Quarta conditio, q̄ debet prædicari explicitè vel implicitè respectu passionum principaliū illius scientiæ. ¶ Quinta, quòd possit dici in recto vel in obliquo de subiectis aliarum conclusionum minus principaliū, quæ determinantur in illa scientia. ¶ Sexta, quod per ipsum possit conuenienter responderi ad quæstionem quærentem, de quo determinetur in illa scientia. ¶ Et notandum, quod secunda conditio non debet intelligi, quod subiectum sit commune secundum prædicationem, sed sufficit quod omnia considerata in illa scientia reducantur ad illud subiectum, vel vt principium, vel vt pars subiecti, vel vt passio totius subiecti, vel principij vel partis eius, & ita de aliis modis quibus fit reductio vnius ad alterū patet igitur quid subiectum & quæ sint eius proprietates, & hæc de secundo.

Quantum ad tertium, notandum, ꝙ si in aliqua scientia totali assignatur vnum subiectum contractum, tamen propter aliquam conditionem potest esse subiectum partis illius scientiæ, vt verbi gratia, in arithmetica assignatur iste terminus numerus pro subiecto: qui terminus contractus per istam conditionem sonorum est subiectum in musica, quę est pars subalternata arithmeticæ, & ideo ad inquirendum subiectum huius libri oportet primo videre de subiecto totius logicæ, & tunc per diuisionem illius subiecti inuenietur subiectum huius libri, & aliorum librorum logicalium. ¶ Tunc sit prima conclusio, quod iste terminus syllogismus non est subiectum in tota logica, probatur, quia subiectum debet esse commune ad omnia considerata in illa scientia, cuius est subiectum, sed iste terminus syllogismus non est communis ad omnia considerata in logica, ergo. Maior patet per vnam conditionem prius positam. Minor patet, quia in logica determinatur de diffinitione, & diuisione, de enthymemate & inductione, ad quæ iste terminus syllogismus non est communis. ¶ Secunda conclusio est, quòd iste terminus instrumentum sciendi est subiectum in tota logica. Probatur per conditiones positas, quia est communis ad omnia considerata in logica, nec transcendit metas logicæ, igitur &c. Ex istis potest haberi subiectum huius libri. quod omne instrumentum sciendi est diuisio vel diffinitio, vel argumentatio, si est diuisio, sic est liber diuisionum Boetij. Vnde quia iste modus sciendi per diuisionem est valde imperfectus, ideo de ipso non curat Aristot. Si de diffinitione, sic est secundus posteriorum, & sextus topic. Si autem determinetur de argumentatione, tũc quia iste modus sciendi est perfectissimus inter alios, ideo de ipso Aristo. fecit quasi totam logicam. Vnde consideratio de argumentatione, vel est de argumentatione quantum ad se totũ, vel quãtum ad eius partes, si quantum ad partes eius, vel quantum ad partes propinquas, vel remotas, si quãtum ad remotas, sic est liber prædicamentorum, ad cuius supplementum facti sunt libri Porphyrij, & sex principiorum, si quantum ad propinquas, sic est liber perihermenias, qui est de enuuciatione, & est pars propinqua argumentationis. Si autem fiat consideratio de argumentatione quantum ad se totam, vel hæc est quantum ad proprietates communes se tenẽtes ex parte necessitatis illationis, & sic est liber priorum, cuius subiectum

est

est argumentatio, quantū ad eius proprietates generales pertinentes ad necessitatem illationis, vel consideratur de argumentatione quantum ad proprietates speciales contractus ad aliquam materiam specialem, & hoc quinque modis, vel quia contrahitur ad materiam probabilem, & sic est liber topicorum qui est de syllogismo dialectico, vel ad materiā necessariam, & sic est liber posteriorum, qui est de demonstratione, vel ad materiam probabilem apparenter, & sic est consideratio de syllogismo sophistico in lib. elenchorum, vel ad materiam persuasiuam circa humana agibilia, & sic est liber rethoricæ, vel ad materiam animæ illicitam propter delectationem, & sic est poetia. Patet igitur, qualiter iste terminus arguendo est subiectum in isto libro non simpliciter, sed quantum ad proprietates communes quæ se tenent ex parte necessariæ illationis, & hæc de tertio. ¶ Ad rationes. ¶ Ad primam patet ex dictis. Et si fiat ratio de argumentatione &c. debet negari consequentia. Ad probationem non est simile in naturalibus & in proposito, ad alias rationes patet ex dictis.

QVÆSTIO III.

QVæritur tertio. Vtrum propositio sit oratio affirmatiua, vel negatiua alicuius de aliquo, vel alicuius ab aliquo? Arguitur quod non, quia omnis propositio est affirmatiua, igitur nulla negatiua, tenet consequentia, antecedens probatur, quia sequitur propositio est affirmatiua, igitur proposito est, igitur sequitur omnis propositio est: igitur omnis propositio est affirmatiua. Per istam regulam quando ad antecedens sequitur consequens ad consequens distributum, sequitur antecedens distributum. ¶ Secundo quia omnis propositio affirmatiua est: igitur omnis propositio est affirmatiua, consequētia probatur, quia sequitur, hæc propositio affirmatiua est, igitur hæc propositio est affirmatiua, & illa propositio affirmatiua est: igitur illa propositio est affirmatiua, & sic de singulis, ergo per inductionem sequitur. Si omnis propositio affirmatiua est, ꝙ omnis propositio est affirmatiua. ¶ Tertio quia sequitur. Omnis propositio est affirmatiua vel negatiua, sed non omnis propositio est affirmatiua: igitur omnis propositio est negatiua, & si dicitur quod consequens non sequitur, eo quod antecedens est de disiuncto extremo, quę bene valēt, si esset disiunctiua. ¶ Contra hoc obijcitur, quia sequitur hæc

propositio est affirmatiua, vel negatiua igitur hæc propositio est affirmatiua, vel hæc propositio est negatiua, & sic de singulis: igitur si omnis propositio est affirmatiua vel negatiua, sequitur quod omnis propositio sit affirmatiua, vel quod omnis propositio sit negatiua. ¶ Quarto si omnis propositio sit affirmatiua, vel negatiua, tunc sequitur, quod si omnis propositio sit affirmatiua, quod nulla esset negatiua, modo consequens est impossibile, quia quotiescunque consequens est, ipsum est, propositio negatiua, & tamen antecedens est possibile ¶ Quinto arguitur de propositionibus hypotheticis de exclusiuis exceptiuis, de quibus non apparet, an sint affirmatiuę vel negatiuæ. ¶ Sexto arguitur de propositionibus in quibus ponitur terminus infinitus affirmatiuus, & quod tales sint affirmatiuæ patet per Arist. in primo perihermenias, vbi dicit, quod ad affirmatiuam de prædicato infinito, sequitur negatiua de prædicato finito, sed quod tales sint negatiuę, probatur, quia inferunt negatiuas. Et confirmatur, quia tales includunt in se negationem, cuius virtus est distribuere terminũ sequentem, & non distribuit affirmatiuè, igitur negatiuè & per consequens, propositiones sunt negatiuæ, in quibus ponuntur, huiusmodi termini infiniti vel priuatiui. ¶ Oppositum arguitur per diffinitionem propositionis datam in litera. ¶ In ista quæstione primo dandæ sunt aliquæ regulæ, ad cognoscẽdum de propositione hypothetica, an sit affirmatiua vel negatiua: ¶ Secũdo videbitur quid requiratur & sufficiat ad veritatem negatiuæ, & quid ad veritatem affirmatiuæ.

Quantum ad primum sciendum, quod quædam est propositio mere cathegorica, & aliqua hypothetica, & aliqua quæ non est hypothetica per coniunctionem expressam, æquipollet tamen hypotheticæ, vt propositio exclusiua, & copulatiua reduplicatiua, & propositiones in quibus ponuntur ista verba incipit, definit, generari, corrumpi, vel cõsilia. Sed quędam est cathegorica in qua ponitur terminus infinitus, vel priuatiuus, & alia in qua non ponitur. Tunc de istis propositionibus per ordinem dantur regulæ. ¶ Prima est, quod propositio cathegorica de terminis finitis est mere affirmatiua, quando copula principalis remanet affirmatiua, & dico notanter principalis, quia si dicatur sortes qui non disputat est albus, ista est affirmatiua, non obstante quod copula minus principalis sit negata, & propositio ista est negatiua, cuius copula prin-

principalis est negata. Ex quo sequitur, quòd illa propositio est negatiua cuius copulam præcedit negatio vel explicite, vel implicitè cadens, super copulam, & dico explicitè, vt homo non currit, implicitè, vt nemo currit. Ex quibus sequitur, quod istæ sunt negatiuæ, ego nego consequentiam, ego contradico tibi, nec iste disputat, nunquam fui Romæ. & sic de consimilibus, quia quælibet illarum includit negationem ante copulam. ¶ Secunda regula quando propositio cathegorica in qua ponitur terminus infinitus siue a parte subiecti, siue a parte prædicati est affirmatiua, dum tamen copulam illius propositionis nõ præcedat negatio aliqua alia a negationem inclusa in termino infinito, patet quia iste terminus non homo currit, affirmatiuè significat omnia alia ab homine, sicut iste terminus, homo significat hominem, cuius signũ est, quod sibi potest addi conuenienter signum vniuersale negatiuum, vel negatio faciens propositionem vniuersalem negatiuam, & ideo quando negatio additur a parte prædicati post copulam, negatio efficitur infinitans, & manet propositio affirmatiua, vt dicit Arist. primo huius cap. 2. in fine. Vnde istæ sunt affirmatiuæ, homo est nõ bonum, homo est non album. Et si quæratur de modalibus, dico, quòd dictæ regulæ se extendunt ad modales. Vnde ista contingit nullum, b, esse a, est affirmatiua, sed ista contingens non est b, esse a, est negatiua, non obstante, ꝙ modus sit affirmatus. Tertia regula est, quod propositiones hypotheticæ non sunt affirmatiuæ, vel negatiuæ ratione cathegoricarum, ex quibus componuntur, sed ratione coniunctionis, per quam propositio fit hypothetica, quæ si fuerit affirmatiua propositio hypothetica est affirmatiua, & si negatiua, ipsa est negatiua, vt ista est affirmatiua, animal currit si homo currit, & si hæc dictio si esset negatiua, vt dicendo, non animal currit si homo currit, tunc est negatiua, & debet intelligi, quod ista negatio non cadat non super istam propositionem animal currit, sed super illam coniunctionẽ si, & tunc denotat consequentiam nõ valere, videlicet, quod non est, quod si animal currit homo currit. Ex quibus sequitur, quod duæ propositiones: contradictoriæ sunt ambæ affirmatiuæ. Probatur, quod disiunctiua est contradictoria copulatiuæ hypotheticæ ex partibus contradictoriis partibus disiunctiuæ, & tamen vtraque scilicet tam disiunctiua, quam copulatiua est affirmatiua, cum in vtraque coniunctio remaneat

neat affirmatiua, igitur &c. ¶Sed obijcitur, quia cõtradictio est affirmatio, & negatio vnius & eiusdẽ, vt patet primo elen cho, igitur si vna contradictoriarum est affirmatiua, reliqua erit negatiua. ¶Respondetur, q̃ contradictio est oppositio vnius & eiusdem, seu affirmatio & negatio, vel saltem affirmatio alterius, quæ æquipollet negatiuæ illius, modo disiunctiuæ æquipollet negatiua & copulatiuæ sibi contradictorię & econtra. ¶Quarta regula est, quod propositiones æquipollentes hypotheticis non sunt pure affirmatiuæ vel pure negatiuæ, eo modo quo purè cathegoricę, & ideo in eis assumenda est affirmatio & negatio, sicut in cathegoricis, quæ componunt ipsas Et si arguatur, quod istud verbum incipit, includat negationem, quę cadit super copulam. igitur per primam regulam propositio in qua ponitur hoc verbũ, incipit, erit simpliciter negatiua, non habendo respectum ad suas exponentes. Respondetur, quod ista non valet pro tãto, quod negatio inclusa in illo verbo non intelligitur cadere super vtranque exponentem, sed super alteram tantum. Verum est tamen, quod propositiones in quibus ponuntur huiusmodi dictiones possunt dici affirmatiuę vel negatiuę cum additione, verbi gratia, ista scilicet sortes incipit esse, est affirmatiua de hoc verbo incipit. Similiter ista, tantum animal est homo, est exclusiua affirmatiua, & ita de alijs, & hęc de primo.

Quantum ad secundum notandum, quod quędam est propositio de inesse, & quędam de prȩsenti, & quędam de præterito, & quędam de futuro. Alia est modalis & talis quędam de impossibili, & quędam de impossibili, & quędam de necessario, & quędam de contingenti, & in qualibet istarum diuersimodè est assignanda causa veritatis. Et sit tunc prima cõclusio ista, quod ad veritatem propositionis cathegoricę non requiritur nec sufficit illud esse, quod ipsa significat. Probatur primo, quod hoc non requiritur, quia ista est vera. Nulla chimera est hyrcoceruus & tamen non est illud quod ipsa significat, similiter ista est vera. Arist. fuit homo, & tamen non est illud quod ipsa significat, cum Arist. non sit. ¶Secundo patet, quod non sufficit, quia ista propositio, homo est asinus, significat esse quod est, quia significat hominem esse, & ita est, qđ homo est, & tamen ista est falsa. ¶Secunda cõclusio, quod ad veritatem propositionis non sufficit, quod qualitercũque ipsa significat ita sit. Probatur, quia de propositionibus de præterito

rerito & de futuro, & de possibili, & de quibusdam propositionibus necessarijs quę sunt verę, & tamen non est, ita qualitercunque istæ significant, igitur. Ideo dantur aliquæ regulæ. ¶ Prima est, quod ad veritatem propositionis cathegoricæ affirmatiuę & de præsenti & de ineſſe, requiritur & sufficit ita esse qualitercunque ipsa significat esse, verbi gratia, ad veritatem istius homo currit, sufficit ita esse qualitercunque ipsa significat esse. ¶ Secunda regula est, quod ad veritatem propositionis affirmatiue de præterito sufficit ita fuisse qualitercunque, ista propositio significat fuisse, & non requiritur ita esse, quia ipsa significat fuisse. ¶ Tertia regula, quod ad veritatem propositionis affirmatiuę de futuro requiritur ita fore qualitercunque significat esse futurum, vt ad veritatẽ istius, antichristus curret, non requiritur ita esse, qualitercunque ipsa significat, sed sufficit, quod ille curret qualitercunque ipsa significat fore. ¶ Quarta regula, quod propositio affirmatiua de possibili ex eo est vera, quia potest esse qualitercunque ipsa significat posse esse, verbi gratia, ista est vera, aliquod pōt esse quod nunquam erit, & ad veritatem istius non requiritur ita esse, nec ita fore, sed sufficit posse esse qualitercunque ipsa significat posse esse. ¶ Quinta regula, quod ad veritatem propositionis de necessario, si sit de præsenti requiritur sic esse de necessitate qualitercunque ipsa significat necesse esse, & si de præterito, requiritur sic fuisse de necessitate qualitercunque ipsa significat necessario fuisse, & sic de præterito & possibili suo modo. ¶ Et notandum, quod cum cuilibet propositioni affirmatiuæ contradicat vna negatiua, eadem erit causa veritatis affirmatiuæ, & falsitatis negatiuę, scilicet contradictoriæ. Vnde ad veritatem propositionis cathegoricę negatiuę de præsenti, & de ineſſe sufficit non ita esse qualitercunque per affirmatiuam sibi cōtradictoriam significat esse, & ita illa, de præterito, quod ad eius veritatem sufficit nō ita fuisse qualitercunque per affirmatiuam sibi cōtradictoriam significatur fuisse, & debet intelligi, significatur vel significetur, si sua contradictoria esset, quòd ita conformiter potest dici de negatiuis, de futuro, de possibili, de necessario aut de impossibili, patet igitur, vnde aliqua propositio est affirmatiua, & vnde negatiua, & vnde propositio cathegorica habet causam veritatis & falsitatis. Nunc ad rationes. ¶ Ad primam cōceditur prima consequentia, & negatur secunda. Ad probationem,

tionem, dico, quia regula debet intelligi de distributione consequentis negatiuę. Ad secundam negatur consequētia. ¶ Ad probationem dico, quòd ad istas singulares antecedentis non sequitur propositio vniuersalis, quę est cōsequens, cuius causa est, quod multæ sunt singulares consequentis, quarum nulla potest inferri ex aliqua singulari antecedētis, verbi gratia, ista est vna singularis consequentis, ista propositio est affirmatiua, demonstrata vna negatiua, quæ non potest inferri ex aliqua singulari antecedentis. ¶ Ad tertiam concedo maiorem, & minorem, sed negatur consequentia. ¶ Ad probationem dico, quod ex illis singularibus non inferuntur istę vniuersales, quia inductio non debet sic fieri mediante disiunctione. ¶ Ad quartam concedo consequentiam & dico, quod consequens nō est impossibile, licet posset esse verum, & ideo quotiescunque consequens est, ipsum est falsum. & etiam antecedens, ex quo infertur. ¶ Ad quintam dictum est in quæstione. ¶ Ad sextam dico, quòd ista consequentia nō valet, ista infert negatiuam, ergo est negatiua. vt patet ex præcedentibus. ¶ Ad confirmationem dico, quòd negatio inclusa in termino infinito, non distribuit terminum in propositione in qua ponitur terminus infinitus, sed in vna alia, verbi gratia dicendo. Non homo est asinus, negatio inclusa in subiecto non distribuit istum terminum homo in ista propositione, sed in vna alia; scilicet in ista, aliquis est asinus, qui non est homo &c.

QVÆSTIO IIII.

QVæritur quarto vtrum omnis propositio sit vniuersalis particularis infinita, vel singularis? Arguitur quod nō, de istis propositionibus. Omnis homo est totum in quantitate. Omnis homo est terminus communis signo vniuersali determinatus. Nullus homo est totum in quantitate, & sic de alijs, de quibus non videtur quod sint vniuersales, quia tunc essent falsæ, & tamen ponit ipsas auctor, summularum. Quod sint vniuersales patet quia ibi subijcitur terminus communis cum signo vniuersali. ¶ Secundo dubitatur de istis, non omnis homo currit. Asinus cuiuslibet hominis currit. & de consimilibus. ¶ Tertio quia ista omnis phœnix est non est vniuersalis, quia subiectum non distribuitur pro pluribus, & tamē hoc signum omnis ad minus requirit tria supposita. igitur videtur, quòd illa non sit vniuersalis, & tamen

illi

ísti subijcitur terminus communis cum signo vniuersali.

¶ Quarto de istis omnem hominem esse animal est necessarium. Omnem hominem currere est contingens & sic de similibus, quæ videntur esse vniuersales ex quo in eis subijcitur terminus communis, signo vniuersali determinatus & tamen non sunt vniuersales, quia sunt veræ, & quælibet suarũ singularium est falsa. 4

Oppositum arguitur per Aristotelem in primo huius primi libri. ¶ In ista quęstione sunt multa dubia de diuersis propositionibus. Et primo dubitatur de propositionibus hypotheticis quantæ sint. Et respondetur vno modo, quod propositiones hypotheticæ non sunt quantæ, immo ista dictio solum intelligitur de propositione cathegorica. Sed cõtra hoc obijcitur, quia tria quęsita, quę: qualis: quanta: non solum quærunt de cathegorica, immo tam de cathegorica quam hypothetica, vt patet in summulis. Ideo aliter dicitur, quod propositiones hypotheticę sunt quantę secundum quantitatem cathegoricarum, ex quibus componuntur, ita quod si vtraq; pars hypotheticę sit vniuersalis, ipsa debet dici vniuersalis, vt ista. Si omnis homo currit, omnis homo mouetur, sed si vna partium sit vniuersalis, & alia particularis vel indefinita tunc non debet dici simpliciter vniuersalis, sed partim vniuersalis, & partim particularis. ¶ Secũdo dubitatur de propositionibus exclusiuis exceptiuis, & huiusmodi, & videtur qđ tales debent dici quantę secundum quantitatem hypotheticarum, quibus correspondent, vt verbi gratia. Ista, tantum animal est homo, æquipollet isti copulatiuę animal est homo, & nihil ab animal, est homo, & quia ista partim est vniuersalis, & partim particularis, ideo illa exclusiua debet consimiliter denominari quanta. Similiter dicitur de propositionibus in quibus ponitur istud verbum, incipit, definit vel huiusmodi. Vel põt dici, quod tales sunt quantę, sicut simplices cathegoricę, verbi gratia, ista sortes incipit esse, est singularis homo incipit esse, est indefinita, & ista. Omnis homo incipit esse, est vniuersalis. ¶ Tertio dubitatur de ista, immediatè post hoc erit instans. Pro quo sciendum, quòd ista æquipollet isti copulatiuę instans erit post hoc & nullum erit medium antequam erit instans, & quia ista copulatiua est partim vniuersalis, & partim indefinita, ideo ista, immediatè post hoc erit instans, est consimiliter quanta. ¶ Quarto dubitatur de ista Omnes

nes apostoli sunt duodecim, & quod hoc signū omnis teneat collectiuè. Rñdetur, pro quo sciendū, quod signū vniuersale sumptū collectiuè denotat terminū cui additur stare pro maiori multitudine suppositorū contentorū sub illo termino. Item denotando, quod nihil sit contentum sub illo termino, quod non sit pars illius multitudinis, verbi gratia dicendo. Omnes apostoli sunt duodecim, istud signum omnes denotat idem quod ista copulatiua, aliqui apostoli sunt duodecim & nullus est apostolus, quin sit aliquis istorum duodecim, & tunc sicut ista copulatiua duodecim, & tunc sicut ista copulatiua est partim particularis, & partim vniuersalis, ita & ista, omnes apostoli sunt duodecim. ¶ Quinto dubitatur de ista. Totus sortes est minor Sorte, & dicitur quod est vniuersalis capiendo hoc signum, totum distributiuè, quia significat, q̄ quælibet pars Sortis est minor Sorte. ¶ Sexto dubitatur de propositionibus, in quibus ponitur aliquis istorum terminorum continuè, ab æterno, omnino, & huiusmodi. ¶ Respondetur, quod tales sunt vniuersales, quia sequitur ab æterno fuit homo, igitur heri fuit homo, & pridie, & sic in infinitum & sic significādo æquipollet isti, semper fuit homo, seu quandoque iste terminus æternum accipitur cathegorematicè & adiectiuè. & tunc ista dictio ab æterno significat pro omni infinitio, vt si diceretur, ab æterno fuit homo, vt puta a Deo fuit homo. Eodem modo, istas, continue per horam Sortes mouebitur, est vniuersalis, & significat idem quod omni tempore huius horę Sortes mouebitur. Similiter de ista dicendo. Totus Sortes est albus, quæ est vniuersalis, q̄a significat quòd omnis pars Sortis est alba. ¶ Septimo dubitantur de ista infinita, puncta sunt in continuo. Respondetur, quod accipiendo hoc signum infinita syncathegorematicè, tunc ipsa est vniuersalis affirmatiua, & significat idem quod ista quotlibet punctis plura sunt in continuo, & suæ singulares sunt istæ, duobus punctis plura sunt in continuo, tribus punctis plura sunt in continuo, & sic in infinitum. Ex quo sequitur, quod aliqui ponēres singulares dictę propositiones. f. istas, male ponunt. Duo puncta sunt in continuo tria puncta, & sic in infinitum, quia si poneretur casus per imaginationem, quòd tres homines traherent nauim & nulli, pauciores illis. Deinde 4. vnam aliam, postea 5. tertiam, & sic in infinitum. Tunc, antecedens esset verum. f. infiniti homines trahunt nauem, & tamen istę

fin-

singulares sunt falsæ, igitur duo homines trahunt nauem, & ideo debet inferri, igitur duobus hominibus plures trahunt nauem, & hoc est verum. ¶ Octauo dubitatur de propositionibus in quibus ponuntur relatiua diuersitatis, vt ista nomina ceteri, singuli, & huiusmodi. Respondetur, quòd, propositio in qua ponitur hoc nomen singuli, vel istud nomen ceteri, & ideo in inductione vltima particula, & sic de singulis est propositio vniuersalis vel æquipollet propositioni vniuersali, sed illa in qua ponitur hoc nomen alij non est vniuersalis, immo indefinita. ¶ Nono dubitatur de istis propositionibus, in quibus ponuntur termini numerales, vt isti termini, duo & tres &c. & videtur quod sint vniuersales, quia sub subiectis contingit descendere ad inferiora per propositionem copulatiuam, quia sequitur, decem homines currunt, igitur duo homines currunt, & tres homines currunt. Respondetur quod tales propositiones sunt indefinitæ & non vniuersales, quod patet, quia subiectum propositionis vniuersalis nō potest amplius distribui, quia non conuenienter dicitur omnis homo currit, & tamen huiusmodi termini numerales suscipiuntur distributionem, vt dicendo. Omnis duo homines currunt. Ideo notandum, quod terminus numeralis significat multitudinem, & ideo ad propositionem in qua subijcitur terminus numeralis, sequuntur aliæ propositiones, quarum subiecta supponunt pro partibus illius multitudinis, quemadmodum ad nomen significans totum integrale sequitur nomen significans partem totius integralis. Per hoc patet instantia, quia terminus numeralis nō significat per modum distribuentis, aut distributi. sed significat multitudinem ad quam requirunt suæ partes. Istis præmissis sit ista conclusio, quod omnis propositio est vniuersalis, particularis indefinita vel singularis. Probatur, in propositione, vel subijcitur terminus discretus, & sic est propositio singularis, aut terminus communis, & hoc tripliciter, vel terminus communis est sine signo, & sic est indefinita, aut cum signo, & hoc vel vniuersali, & sic est propositio vniuersalis, vel particulari, & sic est propositio particularis. ¶ Ad rationes illæ tres primę propositiones sunt singulares, quia sensus est, quod istud complexum, omnis homo, est totum in quantitate, & ita de alijs duabus. ¶ Ad secundam dico, quod illa, non omnis homo est animal, est paticularis, & illa, asinus cuiuslibet

libet hominis currit, est indefinita, quia licet ponatur ibi signum vniuersale, tamen non ponitur ad totum subiectum. ¶ Ad tertiam dico, quod ista, omnis phœnix est vniuersalis, vnde signum vniuersale denotat prædicatum propositionis dici de quolibet contento sub subiecto, non connotando multitudinem, aut non paucitatem suppositorum subiecto, & ideo supposito quòd sit vnum subiectum suppositum non minus propter hoc propositio est vniuersalis. ¶ Ad aliam dico, quod, istæ sunt singulares, quia sunt modales in sensu compositio. Vnde ista, omnem hominem esse animal est necessarium, æquipollet huic ista propositio, omnis homo est animal est necessaria, & sic de alijs.

QVÆSTIO V.

QVeritur quinto Vtrũ diffinitio syllogismi sit vera, ĩ qua dicitur syllogismus est oratio, in qua quibusdã positis ab his quæ posita sunt aliud accidit de necessitate, eo quod hæc sunt Arguitur quod non, solius incomplexæ est diffinitio, sed syllogismus est quid cõplexũ igitur. ¶ Secundo quia nullius accidentis est diffinitio, vt patet septimo metaphysicæ. sed syllogismus est accidens, cum sit qualitas accidentis, igitur. ¶ 3 Tertio, ista diffinitio non competit cuilibet syllogismo, igitur non est bona. tenet consequentia ex sexto topicorum, & maior apparet: quia non competit inthymemati & ideo dicit Aristot. primo posteriorum. quod enthymema est 4 verè syllogismus. ¶ Quarto quia ista diffinitio non est bona: quæ competit alijs a diffinito? modo ista diffinitio est huiusmodi. igit probatur: quia cõpetit inductioni, quia inductio est oratio, in qua quibusdam positis, scilicet pluribus singularibus aliud ab his quæ posita sunt scilicet propositio vniuersalis de necessitate accidit, eo ꝙ hæc sunt. s. propter plures singulares. Et confirmatur, quia competit consequentiæ, in qua arguitur ab exponibilibus ad expositam. vt dicendo, animal est homo, & nihil aliud ab animali est homo, igitur tantum animal est homo, nam ista cõsequentia est oratio, in qua quibusdam positis, scilicet exponibilibus, aliud ab his quæ posita sunt scilicet exposita de necessitate accidit, eo quod hæc sunt. ¶ Quinto contra partes diffinitionis, & primo cõtra istã 5 partem oratio: quia syllogismus non est vna oratio, ergo nõ est oratio, consequens tenet per Aristot. in primo elẽcho, vbi

dicit,

dicit, quia eadem est diffinitio orationis, & vnius orationis, & antecedens apparet, quia syllogismus est maior, minor, & conclusio, & per consequens plures orationes.

¶ Sexto, contra istam particulam, in qua quibusdam positis, quia in syllogismo ponitur vna sola oratio scilicet copulatiua, ex qua infertur conclusio. 6

¶ Septimo, contra istam partem de necessitate accidit, quia ista implicat contradictionē, quod conclusio adsit de necessitate, & quod accidat de necessitate, quia accidentia non sunt necessaria, vt patet primo posteriorum. Et confirmatur, quia in voluntate facientis syllogismum est proferre conclusionem factis præmissis vel non proferre, igitur conclusio non sequitur de necessitate ꝓpter istas præmissas. 7

¶ Octauo arguitur contra istam particulam, eo quod hæc sunt, quia propter ista non sequitur conclusio, quæ sine supplemento alterius non sunt causæ sufficientes ad necessariam illationem conclusionis ex præmissis, sed præmissæ non sufficiunt, vt patet de syllogismis secundæ & tertię figuræ, quia præter præmissas indigent conuersione & trā spositione præmissarum, aut conuersione per impossibile, & confirmatur, quia quando sunt premissę nondum est conclusio, igitur non ex eo quòd premissæ sunt, sequitur conclusio. 8

¶ Oppositum arguitur per Aristot. in primo huius primi.

¶ In quæstione primo videbitur quid intelligimus per istos terminos diffinitio diffinitum. Secundo videbitur de diffinitione syllogismi.

Quantum ad primum notandum, quod diffinitum accipitur dupliciter. Vno modo pro termino, cuius significationē implicitam exprimit diffinitio explicitè, & sic attribuuntur diffinito tres conditiones, prima est, quod diffinitum est terminus communis incomplexus, secunda est, quod diffinitum est conuertibile cum diffinitione, tertia, quod nullum singulare diffinitur. Alio modo accipitur diffinitum pro re significata per terminum conuertibilem cum diffinitione, & sic dicit Commentator in procemio de anima, quod diffinitiones sūt ipsorum singularium existentium extra animam, accipiendo diffinitum primo modo, tunc diffinitur iste terminus syllogismus, quia est terminus communis incomplexus conuertibilis cum diffinito. Sed accipiendo diffinitum secundo modo, tunc diffiniuntur omnes syllogismi de mundo, quia cuilibet syllogismo competit ista diffinitio. Secundo est notan-

dum, quod duplex est diffinitio. Quædam est diffinitio quid rei, & quædam quid nominis, diffinitio quid rei est duplex, quia quædam exprimit quid res est per verum genus & differentias formales sine explicatione alicuius extraneæ conditionis, & voco extraneam conditionem, puta quod diffinitio non exprimat a quo res est, in quo est, cuius gratia fit, aut alī quam huiusmodi conditionem, sed solum debet exprimere quid res est, & talis diffinitio datur solum de substantia composita, vt patet septimo metaphysicæ. Secunda est diffinitio quid rei, quæ non solum exprimit quid res est, sed cum hoc explicat aliquam extraneam conditionem, vt verbi gratia. Diffinitio accidentis si sit bona, debet exprimere subiectum, & in diffinitione materiæ debet explicari forma, & econtra in diffinitione formæ materia. Sed diffinitio quid nominis propriè dicitur descriptio, & est illa, que exprimit explicite significationem impliciram termini diffiniti, ad talem descriptionem, quod sit bona, sufficiunt tres cōditiones. Prima est, quod sit conuertibilis cum diffinito. Secunda est, quod exprimat explicite significationem diffiniti. Tertia est, quod sit sine nugatione, & sic patet de istis terminis diffinitio & diffinitum quid significent, & de quibus dicuntur.

Quantum ad secundum ponuntur cōclusiones. Prima est, quod diffinitio syllogismi non est simpliciter quidditatiua. Probatur, quia diffinitio simpliciter quidditatiua non est nisi substantiæ compositæ, modo syllogismus non est substantia composita &c. Secunda conclusio est, quod diffinitio prædicta syllogismi non est diffinitio quid rei, probatur, quia syllogismus est accidens, modo in diffinitione accidētis debet explicari subiectum, sed in ista non explicatur, igitur &c. Tertia conclusio est, quod ista est bona diffinitio quid nominis, similiter, pbatur, quia ista diffinitio exprimit explicitè quod hoc nomen syllogismus significat implicitè, conuertibiliter, & sine nugatione, igitur illa diffinitio est bona, tenet consequentia per conditiones prius positas, & antecedens apparet, quia de ratione syllogismi est habere plures præmissas, & vnam conclusionem, & quod sit necessaria illatio conclusionis ex p̄missis, modo præmissæ exprimuntur in ista diffinitione per hoc quōd dicitur quibusdam positis. Similiter conclusio per hoc quod dicitur aliud ab his, quæ posita sunt, & illatio vtiq; exprimitur per hoc, quod dicitur accidit de necessitate, eo q̄

hæc

hæc sunt. His igitur præmissis exponenda est diffinitio, vnde in diffinitione primo ponitur oratio tanquã genus ad dr̃iam terminorum incomplexorum, & debet intelligi, quòd sit oratio non cathegorica, sed hypothetica facta ex plurib. cathegoricis mediantib. pluribus coniunctionibus, quarum vna est inter præmissas, & alia inter præmissas & conclusiones. Secũdo ponitur ista in qua quibusdam positis ad dr̃iam consequẽtiæ in qua ex vna propositione infertur alia, cuiusmodi est cõuersio, æquipollentia, enthymema, & huiusmodi, quarum aliquæ sunt consequentię formales, & aliquę materiales. Tertio ponitur aliud ab his quæ posita sunt ad dr̃ia consequentię q̃ est a copulatiua ad alteram eius partem, quia in tali consequẽtia infertur idem per idem, similiter ad dr̃iam consequentię quæ est ab exponentibus, ad expositam, quia exponentib. & expositæ correspondet idem conceptus in mente, & ideo in tali consequẽtia infertur idem per idem. Quarto ponitur ibi de necessitate accidit, ad denotandum, quod si præmissæ sint veræ & conclusio formetur, necesse est conclusionem esse veram. Quinto ponitur eo q̃ sunt ad dr̃iam inductionis, quia in syllogismo propter hoc quod præmissæ veræ conclusio est vera, si formetur, sed propter hoc quod singulares inducentes sunt veræ, non sequitur conclusio vniuersalis, nisi cointelligatur vna alia propositio, vt patebit secundo huius. Ad rationes ad tertiam dico, quod enthymema verè est syllogismus, .i. verè potest fieri syllogismus. Ad septimam dico, quod ista non implicat contradictionem, quia per ipsam non denotatur aliud, nisi quod si præmissæ sint veræ & conclusio formetur, necesse est conclusionem esse veram & per idem dicitur ad confirmationem. Ad octauam, istam soluit Arist. in litera, vnde syllogismus secundę vel tertiæ figuræ non indiget aliq̃ propositione totaliter diuersa a præmissis, quæ sumptæ sunt, sed indiget conuersione alicuius istarum assumptarum, oportet autem transpositione præmissarum. ¶ Ad alias patet ex dictis. Et sic patet quæstio.

QVÆSTIO VI.

QVæritur sexto vtrum syllogismus sit genus ad syllogismum dialecticum, & demonstratiuum. Arguitur, quòd non, quia illud non est genus ad aliquas species, quod non diuiditur in istas species per dr̃ias formales se tenẽtes ex

parte formæ, sed syllogismus non diuiditur in syllogismum dialecticum & demonstratiuum per huiusmodi differentias formales, igitur. Maior patet in secundo metaphysicę, & minor, quia syllogismus non diuiditur in dialecticum & demõstratiuum per istas differentias probabile & necessarium quę se tenent ex parte materiæ syllogismi. ſ. ex parte propositionum. ¶ Secundo, quia nullum complexum est species respectu alicuius generis, sed isti termini syllogismus dialecticus & syllogismus demonstratiuus sunt termini complexi, igitur respectum ipsorum iste terminus syllogismus non est genus. Maior patet ex quid nominis prædicabilis, vnde prædicabile debet esse terminus incomplexus natus dici de plurib. & minor non est. Tertio quia nullus syllogismus est genus ad syllogismum dialecticum, & demonstratiuum, igitur consequẽtia patet per locum a toto in quantitate ad suam partem, & antecedens apparet inducendo. Oppositum arguitur, quia syllogismus dialecticus & syllogismus demonstratiuus sunt diuersæ species, & de ipsis prædicatur syllogismus in quid igitur &c. tenet consequentia per diffinitionem gñis, & prima pars antecedentis apparet, quia plus differunt syllogismus dialecticus & demonstratiuus abinuicem, quam duo dialecti ci, & tamen duo dialectici differunt abinuicem numero, igitur dialecticus & demonstratiuus differunt plus quam numero & per consequens specie.

Notandum est, quod genus & totum in modo cõueniunt in hoc, quod vtrumque se habet in plus, quam illud respectu cuius dicitur genus vel totum in modo, sed differunt: quia genus, de sua ratione determinat, sibi, quod sit terminus incomplexus, secundo quod habeat plures species, de quibus prædicetur in quid & vniuocè, tertio quod diuidatur in istas species per dñas quæ se tenent ex parte formæ. ¶ Sed contra hoc obijcitur, quia tunc sequeretur, quod nomen substantia, non esset genus ad Deum & hominem & probatur consequentia, quia substantia non diuiditur nisi per differentias materiales in istas substantias, verbi gratia. Substantia vel est materialis vel immaterialis, modo istæ differentiæ materiale, & immateriale se tenent ex parte materiæ.

¶ Respondetur negando consequentiam substantia per illas differentias nõ diuiditur in prædictas substantias, sed per istas differentias corporeum & incorporeum, quę se tenẽt ex parte,

te formę. Sed totum in modo est terminus incomplexus respectu sui ipsius sumpti cum determinatione accidentali vel materiali, vel saltem est terminus vnus complexus quantum est pars in modo, verbi gratia, iste terminus homo est totum in modo respectu huius complexi homo albus, & dico notanter cum determinatione accidentali vel materiali, quia si esset determinatio essentialis se tenens ex parte formę, tunc oratio composita ex determinatione, & determinabili esset diffinitio, & non pars in modo, verbi gratia, de ista oratione animal rationale, quæ non est pars in modo, sed est diffinitio hominis: Nunc ponantur conclusiones. ¶ Prima est, quod iste terminus syllogismus nō est genus ad syllogismum dialecticum, & demonstratiuum, siue ad istos terminos syllogismus dialecticus syllogismus demonstratiuus probatur supponendo, quod propositiones ex quibus componitur syllogismus sint materiæ syllogismi. Secundo quòd forma syllogismi est modus inferendi, seu illatio concludens ex præmissis. Tunc arguit, illud non est genus ad syllogismum dialecticum & demonstratiuum, quod in ipsos diuiditur per differentias materiales, & non formales, syllogismus diuiditur in istas per istas differentias probabile & necessarium; quæ se tenent ex parte propositionum quæ sunt materiæ syllogismi, & non ex parte illationis quæ est forma syllogismi: secundo quia vel ista differentia dialecticus est differentia accidentalis vel materialis, vel formalis. si accidentalis vel materialis, tūc sequitur ꝙ istud aggregatum syllogismus dialecticus, sit pars in modo & non species. Et si dicatur, ꝙ sit differentia essentialis formalis: tunc sequitur, ꝙ illud aggregatum sit diffinitio, & non species, nec pars in modo. ¶ Secūda cōclusio est, quod iste terminus syllogismus est totum in modo respectu istorū terminorum syllogismus dialecticus, & syllogismus demonstratiuus, probatur, quia omnis terminus incomplexus est totum in modo respectu suiipsius sumpti cum determinatione accidentali vel materiali, modo isti termini dialecticus demonstratiuus sunt determinationes materiales additæ huic termino syllogismus &c. ¶ Tūc ad rationem post oppositum eo modo dico, ꝙ isti termini syllogismus dialecticus & syllogismus demonstratiuus non sunt species, sed quilibet eorum est pars in modo respectu huius termini syllogismus, & quādo probatur per diffinitionem generis, dico quòd non omne

de quo prædicatur genus, in eo quòd quid, est sua species. Nã genus prædicatur in quid de diffinitione suorum inferiorum, & tamen diffinitio non est species, cum de ratione speciei sit, ꝙ sit terminus incomplexus. Rationes ante oppoſi. probant concluſiones, & ſic patet ad quæſitum.

QVÆSTIO VII.

QVæritur ſeptimo, vtrum dici de omni & dici de nullo ſint principia neceſſaria, & ſufficiant ad bonitatem ſyllogiſmi. Arguitur primo, ꝙ non ſufficiant, quia ſi ſic ſequeretur, ꝙ multæ coniugationes inutiles eſſent boni ſyllogiſmi, conſequens eſt falſum, quia tunc non eſſent inutiles, & probatur conſequentia, quia in pluribus coniugationibus inutilibus inueniuntur dici de omni, & dici de nullo, vt in prima
2 figura, quando arguitur ex maiori vniuerſali affirmatiua, & minori vniuerſali negatiua. Secundo ſequeretur, ꝙ ex particularibus, & in diffinitis poſſet fieri bonus ſyllogiſmus, conſequens eſt falſum, vt patet in iſto primo, & probatur conſequentia, quia in particularibus & in diffinitis inueniuntur dici de omni, & dici de nullo, vnde hic eſt dici de omni, homo eſt animal, quia nihil eſt ſumere ſub ſubiecto de quo non dicatur prædicatum, & hoc eſt dici de nullo homo non eſt aſinus, ꝙa nihil eſt ſumere ſub ſubiecto a quo non remoueatur prædi-
3 catum. Tertio quia ſyllogiſmi ſecundæ & tertiæ figuræ ſunt boni, & euidentes, & tamen non tenent in virtute dici de omni, aut de nullo, igitur non omnis ſyllogiſmus tenet in virtute iſtorum principiorum, & antecedens apparet per Ariſt. in
4 iſto primo. Quarto, quia ſyllogiſmus expoſitorius eſt bonus ſyllogiſmus, & tamen non tenet in virtute dici de omni aut de nullo, cum ibi nullus ſit terminus diſtributus affirmatiuè vel negatiuè. ¶ Quinto, quia vel eſſent incomplexa, non complexa, quia principium complexum debet eſſe euidens, & per ſe notum, modo iſtud principium dici de omni non eſt euidenter notum, cum nec ſit verum, nec falſum, igitur nec incomplexum, quia iſta dicta dici de omni, & dici de nullo: ſunt complexa. ¶ Oppoſitum arguitur per Ariſtot. in litera.

Notandum, iſtud dictum dici de omni, non eſt oratio completa, & indiget complemento, & ponitur loco alterius propoſitionis, ſcilicet iſtius prædicatum vniuerſaliter & affirmatiuè dici de ſubiecto. ¶ Secundo notandum, ꝙ talis oratio cõplexa

plexa propriè non habet diffinitionem, nec descriptionem, quia diffinitio & descriptio dantur de terminis incomplexis, bene tamen potest habere quandam explanationem, vel interpretationem eo modo, quo oratio minus nota declaratur & explicatur per orationem magis notam. Et ideo ista descriptio vel explanatio dici de omni, est quando nihil est sumere sub subiecto, de quo non dicatur prædicatum, & debet sic intelligi, ꝙ propositio vniuersalis affirmatiua significat prędicatum dici de omni, eo, de quo prædicatur subiectū, & ideo si subiectum sumatur dici de aliquo, necesse est prædicatum dici de illo eodem. Et ita diffinitio dici de nullo est quando nihil est sumere sub subiecto, a quo non remoueatur prædicatum: & debet sic intelligi, ꝙ propositio vniuersalis negatiua significat prædicatum negari ab omni illo, de quo affirmatur subiectum, & ista duo principia significant quid nominis propositionis vniuersalis, ideo nō possunt probari, nam quid nominis est principiū omnis doctrinæ, vt patet in libro de sensu & sensato, & ideo quid nominis debet præsupponi in qualibet scientia. Ex quibus patet, ꝙ signum vniuersale non requirit aliquem certum numerum suppositorum termini communis cui additur, sicut aliqui dicunt, ꝙ hoc signum omnis ad minus requirit tria suppositа, quia signum vniuersale affirmatiuum non denotat aliud quam prædicatū dici de omni supposito subiecti non connotando vel significando multitudinem, vel paucitatem suppositorum termini cui additur.

Tertio notandum, quod quando dicitur, ꝙ omnis syllogismus tenet in virtute dici de omni vel de nullo, debet intelligi ꝙ omnis syllogismus est euidēs aliquo dictorum principiorum, & hoc quantum ad illationem conclusionis, & dico notabiliter aliquo, quia non oportet, quòd ambo principia illa applicentur ad eundem syllogismum. Nunc ponuntur conclusiones. ¶Prima est, ꝙ omnis syllogismus in aliquo quatuor modorum primę figurę tenet directè, & immediatè virtute alicuius dictorum principiorum, probatur exēplificando, quia si omne b. est a. & omne c. est b. sequitur, ꝙ omne c. est a. & tenet virtute aliquorum quæ significant prædicatum dici de omni illo, de quo dicitur subiectum, & ideo quia subiectum accipitur dici de c. oportet, ꝙ virtute significationis maioris prædicatum vniuersaliter dicat de c. & maior sic si-

gnificat virtute huius signi omnis, ꝙ distribuit subiectum. Similiter potest exemplificari de negatiuis, ostendendo sic. Nullum b. est a. ista est maior & ratione signi significat prędicatum negari de omni illo, de quo dicitur subiectum. Ideo si subiectum sumatur dici de aliquo, vt omne c. est b. sequitur virtute significationis maioris, ꝙ nullum c. est a. Secunda conclusio est, ꝙ syllogismi secundę & tertię figuræ non tenẽt directè, & immediatè virtute istorum principiorum, probatur quia ad hoc, ꝙ directè fit adiectio dictorum principiorum oportet, ꝙ de aliquo subiecto vniuersaliter sumpto dicatur prædicatum, & ꝙ illud subiectũ sumatur dici de aliquo alio modo, sic non est in secunda nec in tertia figura, quia terminus medius prædicatur in vtraque pręmissa, & terminus distributus nunquam prędicatur de aliquo in præmissis, ita ẽt in tertia figura terminus distributus semper subijcitur respectu sui prædicati, & nunquam prędicatur de aliquo alio. Ex quo sequitur, ꝙ syllogismi secundę, & tertię figurę sunt imperfecti & ineuidentes, fiunt tamen euidentes per primam figuram. Secundo sequitur, ꝙ inductio non est consequentia euidens, quia singulares ex quibus infertur vniuersalis nõ significant istas esse omnes singulares istius vniuersalis igitur ad ipsas non sequitur vniuersalis euidenter. Tertio sequitur, ꝙ consequentia in qua ex esse vnius rei sequitur esse alterius aut ex non esse vnius esse alterius, non est consequentia simpliciter euidens & perfecta, probatur, quia talis est minus euidens quàm syllogismus factus in secunda vel tertia figura, & tamen talis syllogismus non est simpliciter euidens & perfectus. Tertia conclusio est, quòd syllogismi secundę & tertię figurę mediatè & indirectè tenent virtute dici de omni & de nullo, exponendo prędicto modo. Probatur, quia aliter sequitur, quod ex puris particularibus indefinitis & singularibus posset fieri bonus syllogismus in secunda & tertia figura, quod est falsum, secundo, quia syllogismi primæ figurę tenent immediatè & directè virtute dictorum principiorum, igitur syllogismi secundę, & tertię figurę tenent indirectè & mediatè, tenet consequentia, quia isti syllogismi in secunda & tertia figura reducuntur ad illos de prima figura, tertio patet exemplariter arguendo in cesare. Nullus lapis est animal, ois homo est animal, igitur nullus hõ est lapis. Certum est, ꝙ nulla fit sumptio sub termino distributo, nisi indirectè, & id-

eo

eo si conuertatur maior simpliciter, iam erit sumptio directa sub termino distributo, vt si ista nullus lapis est animal conuertatur in istam, nullum animal est lapis, tunc fiet directa sumptio argumentando in celarent. Quarta conclusio est, quòd aliquis syllogismus expositorius tenet in virtute dici de omni, & dici de nullo, & non est dubium, quin omnis syllogismus expositorius teneat virtute dictorum principiorū, si est bonus, tamen dico specialiter propter syllogismos expositorios, qui fiunt de rebus illis, quarum vna est eadem cuilibet diuersarum rerum, in quibus syllogismus expositorius nō valet, nisi reguletur virtute alicuius dictorum principiorum, verbi gratia non sequitur, iste Deus est pater, iste Deus est filius, ergo filius est pater, non valet syllogismus, nisi maior reguletur p dici de omni isto modo. Omne quod est iste Deus est pater, & tunc maior esset falsa. Ad rationes ad primam negatur consequentia ad probationem dico, quòd si p dici de omni, intelligas propositionem vniuersalem, tunc dico, quòd hoc non sufficit ad veritatem syllogismi, sed requiritur ad dici de omni propositio vniuersalis, & cum hoc q̄ ipsius subiectum, accipiatur dici de aliquo alio, de quo concludetur prædicatum vniuersalis, & oportet quòd subiectum vniuersalis debite sumatur, vt dicatur de alio secundum regulas positas in primo huius, & tunc ista principia sufficient ad bonitatem syllogismi. ¶ Ad secundam negatur consequentia, quia licet predicatum particularis dicatur de quolibet contō to sub subiecto, tamē hoc non significatur formaliter per propositionem particularem vel indefinitam. Vnde bene signatur per vniuersalem, scilicet quòd prędicatum dicatur vniuersaliter de subiecto, & ideo non est simile de vniuersali & particulari. ¶ Ad tertiam syllogismi secundę & tertię figurę: dico, quòd illi syllogismi secundę, & tertię figurę tenent indirectè & mediatè per dici de omni & de nullo: sed syllogismi primę figurę tenent directę. ¶ Ad quartum de syllogismo expositorio dicetur postea. ¶ Ad quintam dico, quod sunt principia complexa per se manifesta, & ;supponenda in ista scientia, eo quod explicār significationem terminorum, quæ prę;supponenda est in omni scientia &c.

QVÆ-

QVÆSTIO. VIII.

QVeritur octauo, vtrum dici de omni sit aliquid, vel aliqua, scilicet vtrum prędicatum dici de subiecto vniuersaliter sumpto sit prędicatum vel subiectum, aut ambo simul vel dispositio inhęrens prędicato, vel significabile complexum prętер ista? ¶ Arguitur ꝙ non sit prædicatum: quia tunc sequeretur quandocunque prędicatum esset, esset dici de subiecto vniuersaliter sumpto, modo consequens est falsum, quia prędicatum manebit, quando tamen non erit dici de subiecto vniuersaliter sumpto, quando signum vniuer-
2 sale remouetur manente propositione indefinita. ¶ Secundo si dici esset prędicatum, sequeretur, quòd qui intelligeret prędicatum, intelligeret etiam prędicatum dici vniuersaliter de subiecto, cōsequens est falsum: quia prędicatum potest intelligi siue dicatur de subiecto sumpto vniuersaliter, siue particulariter, siue indefinitè. Probatur consequentia, quia ex quo
3 ista sunt eadem: qui intelligit, vnum simul intelligum, & reliquum. ¶ Tertio arguitur, quòd sit significabile complexe, quia ista propositio dici vniuersaliter de subiecto plus significat quam isti duo termini prędicatum & subiectum, igitur prętер significata illorum terminorum corrfidet aliquod aliud significatum dictę propositioni, & non aliud quam significabile complexe per propositionem .s. prædicatum dici de subiecto, quia illo significabili posito redditur propositio vera, & ipso nō posito adhuc positis subiecto & prædicato pro
4 positio non est vera. ¶ Quarto ad hoc, quòd ista propositio sit vera, prædicatum dicitur de subiecto, non sufficiunt prædicatum & subiectum, sicut ad veritatem istius, homo est albus non sufficiunt homo & albus. Dico igitur prętер ista duo requiritur aliquid aliud, vt puta hominem esse album, aut præ
5 dicatum dici de subiecto, & sic de similibus. ¶ Quinto sicut talibus propositionibus non correspondet significabile complexe per propositionem, sed res significata per subiectum, tunc quæro quid correspondet isti. Si asinus volat, asinus habet alas, & non potest dici, quod asinus, quia posito quòd nullus asinus esset in rerum natura, adhuc propositio ista esset vera, & non propter aliud quàm propter significabile complexe quòd sibi correspondet, igitur &c ¶ Oppositum arguitur, quia in dictis secundum quid est idem ipsum & esse ipsum,

sum, vt hominem esse hominem, sed in dictis secundum accidens non est idem ipsum & esse ipsum vt album, & esse album, quia esse album est albedo. Modo omnis propositio vel est facta ex terminis absolutis, vel ex terminis concretis. si ex terminis absolutis, igitur sibi correspondet significatum per subiectum, si ex terminis concretis, sibi correspondet accidēs, vel dispositio connotata per illos terminos. ¶ In quæstione primo dicentur aliqua & improbabitur vna opinio. Secundo respondebitur ad quæsitum.

Quantum ad primum, notandum, quòd istud dictum dici de omni, vel aliud, vt hominem esse album quandoque accipitur materialiter, & tunc sibi correspondet vna propositio, vt homo est albus, & alio modo accipitur significatiue: & sic dicit Aristo. 5. metaphy. capit. de ente, quòd idem est vadere, & esse vadens, & quòd idem est secare, & esse secans. Et quo sequitur, ꝙ significatū correspondens illi dicto, s esse secans, vel dici de omni est aliquid, aliter .n. ista propositio affirmatiua, esse secans & esse agens, esset falsa, supposito igitur, qđ significatum per talem propositionem sic siue per tale dictū ponitur ista conclusio, ꝙ significatum correspondens propositioni non est significabile complexe, per propositionem, quod quidem significabile non est res significata per subiectum, aut per prædicatum, aut dispositio alteri eorum inhærens, cuius tamen oppositum multi ponunt. Dicunt .n. ꝙ isti propositioni Deus est, correspondet significabile complexè, puta Deum esse, Probatur conclusio, quia vel tale, significabile est dependens a Deo, vel independens, si independens, tunc sequitur, ꝙ ipsum est prima causa, quod est impossibile. Et cō firmatur, quia in illis significabilibus cōplexis vnum est causa alterius, vt solem esse lucidum est causa huius, quod est lunam esse lucidam tunc igitur in ordine tali causarum est processus in infinitum, & hoc non valet vt patet 2. metaph. igitur aliquando erit status, & per consequens illud significabile complexe ad quod est status erit prima causa, & per consequens præter Deum esset ponere aliam primam causam. ¶ Si dicetur quòd illud significabile sit depēdens a Deo, tunc sequitur quòd Deus possit ipsum annihilare saluatis quibuscunq; alijs reb. & poterit ipsum saluare alijs reb. annihilatis. Ponatur igitur, quòd separet albedinem sortis a Sorte manente sortem esse album, tunc sequitur, ꝙ sortes est albus, &

q; nulla erit albedo, & per consequẽs Sortes erit albus sine albedine, quod implicat. ¶ Secundo, quòd si ad hoc quòd Sortes sit albus requiritur quidam modus se habendi præter Sortem & albedinem. s. Sortem esse album, tunc iste modus se habendi aliter se habebit ad Sortem & aliter ad albedinem. Et quæro de illis modis habendi, quorum vnus aliter se habebit ad Sortem, & aliter ad albedinem, vtrum illi modi se habeãt aliter & aliter per se ipsos aut per alium modum superadditum, si per seipsos, tunc eadem ratione erit standum in primo, scilicet, quòd albedo per ipsam sine dispositione addita inhæret Sorti, si per modos alios, tunc in illis modis aliter se habendi erit processus in infinitum, quod est impossibile. ¶ Tertio, si ita esset, sequeretur, q; essent infinita talia significabilia complexa perpetua independentia à Deo, quorum numerum Deus non potest mutare vel annihilare, cuiusmodi essent ista, Deum esse Deũ posse producere, & sic de singulis. ¶ Quarto, quia inter ista esset ordo perfectionis vel non. ¶ Iterum quæritur de significatione huiusmodi significabilium complexè in comparatione ad materiam. ¶ Item vtrum complexè fignicabilia possunt replere vacuũ. ¶ Item an sint substantiæ, vel accidentia vbi sunt, & quando, & ita de alijs de quibus non apparet verisimilis responsio. ¶ Iterum quia frustra ponitur talis multitudo quando omnia possunt saluari melius, non ponendo talem multitudinem, vt patet primo phyficorum. Modo omnia possunt melius saluari, igitur. Et hoc de pri.

Quantum ad secundum, notandum, quòd quędam est propositio cathegorica & alia hypothetica, item quædam est catherica de inesse, & alia modalis. Illarum de inesse quædam est de terminis absolutis, alia de terminis cõnotatiuis, & hoc dupliciter, quia quædam est de terminis positiuis, alia determinis priuatiuis. Item quædam de futuro, & alia de præterito, quædam de possibili. Et hypotheticarum quædam est conditionalis &c. ¶ Secundo notandum, quòd terminorum connotatiuorum quidam sunt qui connotant dispositionem superadditam & distinctam a subiecto, vt iste terminus album, alij connotant subiectum quodammodo se habere licet non per dispositionem superadditam, vt secundum aliquos iste terminus figura supponit pro re figurata connotando ipsam aliter se habere, & non per dispositionem additam. ¶ Tertio

no-

notandum, quòd in propoſitione inueniuntur duplices termini, quidam qui ſunt vt ſubiectum & prædicatum, & ſunt termini cathegorematici, vt ſigna vniuerſalia particularia copula vniuerſali, & coniunctiones & huiuſmodi, & iſtis terminis non correſpondet aliquod ſignificatum aliud a ſignificatis terminorum cathegorimaticorum, ſed per ipſos intellectus aliter intelligit & apprehendit eandem rem, & ita eadē res ſignificatur per ambo condeterminantia, quia intellectus diuerſimode concipit propter diuerſitatem ſyncathegorematum ¶ Nūc ponuntur concluſiones. Prima eſt, quod propoſitioni cathegoricæ de præſenti affirmatiuæ factæ ex terminis abſolutis correſpōdet ſignificatum per ſubiectum. Verbi gratia dico, quod ſignificatum correſpondens iſti propoſitioni. homo eſt animal eſt homo, & ideo hominem eſſe animal eſt homo. & Deum eſſe eſt Deus, & ſic de ſinguli s, prolatur, qa homo eſt illud quod eſt per ſuam eſſentiam, modo homo eſt animal per ſuam eſſentiam, igitur hominem eſſe animal eſt homo, nec iſta conſequentia valet hominem eſſe animal eſt hominē eſſe corpus, igitur qui cognoſcit hominem eſſe animal cognoſcit hominem eſſe corpus, vel contra, & ſaltem ſi arguatur econtra, conſequentia non valet.

Secūda concluſio eſt, qđ ſi propoſitio cathegorica affirmatiua de præſenti ſit compoſita ex terminis connotatiuis, quia non connotant diſpoſitionem additam, vel ex terminis priuatiuis, ſignificatum correſpōdens tali propoſitioni eſt ſignificatum ſubiecti, vt Sortem eſſe figuratum eſt Sor. hominem eſſe reſibilem eſt homo, & ita de ſimilibus. Exēplum, de priuatiuis, vt homo eſt cęcus, iſta ſignificat, hominem eſſe, & hominem eſſe aptum ad videndum, & hominem non habere viſum, modo hominem eſſe, eſt idem quod homo, ſimiliter hominem eſſe aptum ad videndum eſt homo, quia accipiendo illa non eſt res alia ab homine apto, ſimiliter hominem non videre non eſt aliud niſi deficere a debito in eſſe. Et ideo ſi ſit aliquis homo qui non videat, tunc hominem non videre, eſt homo, & ſi nullus homo ſit, quin videat, tunc hominem non videre nihil eſt. Ex quibus ſequitur, quod hominem eſſe cæcum eſt homo, & ita de alijs priuatiuis. ¶ Tertia concluſio eſt, quod ſi propoſitio cathegorica affirmatiua de præſenti ſit compoſita ex terminis connotatis, quia connotant, diſpoſitiones additas ſuis ſubiectis, tunc tali propoſitioni correſpondet

ſigni-

significatum. Cdispositio connotata per illum terminum, vt isti propositioni homo est albus, correspondet pro significato albedo hominis, & ideo hominem esse album est albedo hominis, & per consequens albedo, & non sequitur contra, quia non conuertitur. Quarta conclusio est, quòd non oportet quòd propositioni negatiuæ correspondeat aliquod significatum, & ideo chimeram non esse hyrcoceruum, nihil est. Similiter Sortem non esse asinum, si Sortes sit, est Sortes: si Sortes non sit, tunc nihil est & sic de alijs negatiuis. ¶ Quinta conclusio est, quòd nõ oportet, quòd propositioni de possibili correspõdeat aliquod significatum, sed sufficit, quòd possit correspondere. ¶ Secundo de propositione de præterito non oportet, quòd sibi correspondeat significatum, sed quòd aliàs correspondebat conformiter de futuro, quòd sibi correspondebat significatum. ¶ Quarto de conditionali dico, quòd non oportet, quòd sibi correspondeat significatum, nisi conditionaliter, & ideo asinum habere alas si volaret, non est, nec erit aliquid, sed esset asinus si volaret. ¶ Similiter de disiunctiua, quia ei non correspondet significatum nisi disiunctiuè, vt isti, Sortes est, vel Sor. non est, si Sor. sit correspondet Sor. si Sor. non sit, nihil correspondet, & per hoc potest dici de omnibus alijs. Patet igitur, quòd prædicatum dici vniuersaliter de subiecto non est aliud quam prædicatum. Tunc ad rationes, ad primam negatur cõsequentia, quia licet prędicatum & prædicatum dici de subiecto sint idem, non sequitur, quòd quandocunque erit prædicatum, quòd tunc erit prædicatum dici de subiecto vniuersaliter sumpto, quia sicut contingit, quòd album erit quando non erit album esse, ita debet concedi, quòd prædicatum dici vniuersaliter de subiecto erit quando non erit prędicatum. ¶ Ad secundam responsum fuit in responsione præcedenti. ¶ Tertiam dico, quòd ista propositio plus significat, non quòd sibi respondeat aliud significatum, sed quòd intellectus aliter per ipsam cõcipit propter syncathegoremata. ¶ Ad quartam dico, quòd ad hoc quòd homo sit albus, non requiritur aliqua res alia a Sorte & albedine, sed sufficit Sor. & albedo in gradu sufficienti ad denotandum præsentem Sortem, hoc est Sortes, scilicet existens in eo secundum * se, & quòd natura albedinis non transmutatur seu variatur per agens super naturale, quia de natura albedinis est inhærere subiecto, & ideo præter ipsam non oportet

* Situm.

cet addere istam inhærentiam distinctam. ¶ Ad quintam dictum est, & sic sit dictum ad quæsitum.

QVÆSTIO IX.

QVæritur nono. Vtrum ista regula sit vera, quæcunq; vni & eidem sunt eadem, ista inter se sunt eadem? Arguitur primo, quod non, quia ad veritatem regulæ, requiritur, quòd aliqua essent eadē inter se, modo hoc est falsum, quia sequitur sunt eadem inter se, igitur sunt entia, & per cō sequens diuersa a se inuicem. ¶ Secundo, vel ista regula intelligitur copulatiuè vel disiunctiuè, non copulatiuè, quia duæ medietates coniunctiuè sumendo sunt eædem toti, quia sunt totum, & tamen non sunt eædem inter se, vt diuisiuè, quia Sor. & Plato diuisiuè loquendo, sunt eadem vni & eidem numero. Nam Sor. est idem vni, & eidem numero, scilicet sibiipsi. & Pla. est idem vni & eidem numero, scilicet sibiipsi, igitur Sor. & Pla. sunt eadem vni & idem numero, & tamē Sor. & Pla. non sunt idē inter se. 2

¶ Tertio arguitur per instantiam in diuinis, quia pater in diuinis est idem essentiæ diuinæ, similiter filius est idem illi eidem essentiæ, tamen pater & filius non sunt idem inter se. 3

Quarto, quia sicut Sor. est albus, & plato est albus, igitur Sor. & pla. sunt albi: & ita sequitur in proposito Sor. est idē vni, & idem numero, & plat. est idem vni, & idem numero, igitur Sor. & plato sunt idem vni, & eidem numero. 4

Oppositum arguitur per Aristot. quia per istam regulam videtur probare conuersionem vniuersalis negatiuæ, similiter virtute eius regulæ tenet syllogismus expositorius. ¶ Nota, quòd terminus pluralis numeri, vel etiam copulatus aut disiunctus potest exponi secundum duplicem sensum. vnus sensus est diuisus, & alter compositus, verbi gratia dicendo a. & b. valent decem solidos, secundum sensum diuisum, sensus est quòd a. valet decem solidos & b, decem solidos, secūdum sensum compositum sensus est, quòd a, & b simul sumpta valent decem solidos. Et quibus potest inferri primo, quod in creaturis non sunt aliquæ res eædem vni & eidem vel etiam eædem inter se loquendo secundum sensum diuisum, pater, quia in creaturis nullus est eadem cuilibet diuersarum rerū, & dico notabiliter in creaturis, quia in diuinis eadem res, scilicet essentia diuina est eadem cuilibet diuersarum rerum, &

hoc secundum sensum diuisum, vt arguebatur ante oppositũ sed in creaturis bene inuenitur, quod diuersæ res sunt eædẽ vni & eidem rei, loquendo secundum sensum compositum sicut duæ medietates continui sunt illud continuum. ¶ Item notandum, quòd quandocunque de terminis significatiuis sumptis verificatur hoc prædicatum idem numero quemadmodum dicimus, quòd homo & animal sunt idem numero, illa erunt vnum numero. Et si obijciatur, quòd talis locutio esset incongrua, ex quo verbum esset pluralis numeri, & res significata per subiectum esset vna res & idem numero.

Respondetur, quòd non est incongrua propter istam causam, quia incongruitas orationis non attenditur penes res significatas per terminos, sed penes modos significandi terminorum, & ideo licet significata sint eadem, tamen quia termini sunt plures significantes eandem rem locutio est congrua. ex quo sequitur, quod ista consequentia nõ valet a. & b. sunt, igitur a, & b, sunt entia: posito casu quòd a. & b. supponatur pro vna re indiuisibili, vt puta pro intellectu, tunc antecedens est verum, & consequens est falsum. ¶ Secundo sequitur quod ista consequentia non valet, a. est causa istius, & a. est causa illius, igitur a. est causa istorum, posito casu quòd iste vocetur interfector qui potest alicui constituto in extrema necessitate subuenire, & non subuenit, immo per cõtemptũ remouet adiutorium suum ab illo. Isto supposito ponitur q̃ sint x. constituti in extrema necessitate quorum cuilibet Sor. potest subuenire & non duobus, tunc isto casu posito nõ subueniat Sor alicui istorum, tunc antecedens dictę consequentiæ est verum, & consequens falsum, quia cuiuslibet istorum Sortes est interfector, quia vnius est interfector, cum potuit vni subuenisse, & non magis vnius quam alterius, igitur cuiuslibet illorum decem Sor. est interfector tamen non sequitur, igitur duorum Sor. est interfector, quia nullis duobus Sor. potuit subuenire. Istis præmissis dico, quod regula sic est exponenda, quicũque duo termini dicuntur idem alicui tertio termino supposito pro vna re demonstrata, & pro illa sola illi termini dicerentur de se inuicem, vt si isti termini albũ & animal dicantur idem huic termino Sorti, illi termini dicerentur de se inuicem, & hoc est intelligendum, videlicet in quibus vna res non est eadem cuilibet diuersarum, rerum. ¶ Nunc ad rationes, ad primam dico, quòd regula de virtu-

te sermonis nō est vera, sed ad sensum prædictū scilicet quòd si aliqui dum termini dicantur de vna re demonstrata, illi termini dicentur de seinuicem, sicut sequitur. Sor. est albus: Sortes est animal, igitur animal est album: ¶ Ad secundam intelligitur coniunctim vel diuisim res. Dico, quòd non intelligitur: diuisim loquendo. Ad probationem dico, quòd istæ consequentia nō valet. Sor. est idem vni numero & plato: igitur ambo sunt eadem vni & eidem numero, nisi diceretur quod ista dictio ambo faciat stare terminum confusè tantum. ¶ Ad tertiam ista ratio fuit soluta prius. ¶ Ad quartam sicut ad secūdam. Et sic patet ad quæsitum.

QVÆSTIO X.

QVæritur decimo, vtrum in omni bona consequentia ex opposito consequentia inferatur oppositum antecedentis? Arguitur quòd non, quia tunc sequeretur, quod vniuersalis affirmatiua posset conuerti simpliciter in vniuersalem affirmatiuam, consequens est falsum per Arist. in lib. Consequentia probatur arguendo sic, omne a. est b. igitur omne b. est a. quia ex opposito consequentis scilicet nullum b. est a. sequitur oppositum antecedētis, scilicet nullum a. est b. 2
Secundo, quia si ex opposito consequentis potest inferri oppositū antecedētis, hoc esset pro tanto, q̄a oppositū cōsequētis repugnaret antecedenti, sed propter hoc non: quia ista est bona consequentia tantum pater est, igitur non tantum pater est, & tamen oppositum consequentis non repugnat antecedenti: immo est idem cum antecedente. ¶ Tertio, quia ista est 3
bona consequentia. Nullus homo currit, igitur quidam homo non currit, & tamen ex opposito consequentis non infertur oppositum antecedentis, vnde non sequitur. Omnis homo currit, igitur quidā homo currit, vnde posito casu quòd nulli essent homines, nisi mulieres currentes, tunc antecedēs esset verum, & consequens falsum. ¶ Quarto si illud sufficeret ad bonitatem consequentiæ, sequeretur quòd ista consequentia esset bona. tu es vel tu non es asinus igitur tu es asinus, consequens est falsum, quia istius consequentiæ antecedens est verum, & consequens falsum, probatur consequentia, quia detur oppotum consequentis, s. non tu es asinus, ad quam sequitur, igitur non tu es asinus, vel tu non es asinus,

per istam regulam quælibet propositio infert seipsam cum qualibet alia in vna disiunctiua, modo istud consequens vltimum contradicit primo antecedenti, quia non potest verius modo dari contradictio, quam proponendo negationē toti propositioni. ¶ Oppositum arguitur per Arist. in litera, vbi per hoc probat conuersionem vniuersalis negatiuæ. In quæstione primo videbitur quid requiritur ad bonitatem cō sequentiæ. In secundo videbitur quid consequentia, & qualiter diuiditur in suas species. Tertio de quęsito, & quarto adiungentur quædam aliæ regulæ.

Quantum ad primum est sciendum, quòd triplex est modus dicendi. ¶ Primus modus est, ꝙ ad bonitatem consequentiæ requiritur & sufficit, ꝙ impossibile est antecedens esse verum, & consequens falsum. ¶ Secundus modus dicendi est, ꝙ ad bonitatem consequentiæ requiritur & sufficit, ꝙ impossibile est sic esse, sicu significatur per antecedens, quin sic sit, sicut significatur per consequens. ¶ Tertius modus est, quòd ad bonitatem consequentiæ requiritur & sufficit, quod impossibile est antecedente & consequente simul formatis antecedens esse verum, & consequens falsum. ¶ Contra primum arguitur, quòd ista consequentia est bona. Omnis propositio est affirmatiua, igitur nulla propositio est negatiua. & tamen antecedens est possibile esse verum, & impossibile est consequens esse verum igitur illud non sufficit ad bonitatem consequentiæ, quod ista sit bona probatur, quia ex opposito consequentis infertur oppositum antecedentis, quia si aliqua propositio est negatiua, sequitur quòd non omnis propositio est affirmatiua, quæ est opposita antecedentis, & quòd antecedēs potest esse verum patet per corruptionem omnium propositionum negatiuarum, sed quòd consequens non potest esse verum, probatur: quia consequens est vna propositio negatiua, igitur quotiescunque ipsa est, ipsa est falsa, & tamen non posset esse vera, nisi ipsa existente, igitur sequitur, quòd nunquam poterit esse vera. ¶ Contra secundum modum arguitur, supponēdo, quòd ad veritatē propositionis negatiuę non requiratur aliquid sic esse: sed sufficit, quòd non sit ita qualitercunque affirmatiua sibi cōtradictoria significat esse, si ipsa esset: tunc si illud sufficeret ad bonitatem consequentiæ, sequeretur, quòd ista consequentia esset bona. Nulla chimera est hircocervus, igitur homo est asinus, quod est falsum

quia

quia antecedens est verum, & consequens falsum, quia impossibile est sic esse, sicut significatur per antecedens, quin ita sit sicut significatur per consequens, & hoc per te sufficit ad bonitatem consequentiæ, igitur consequētia dicta fuit bona. ¶ Contra tertium modum, arguitur probando, quòd hoc nō sufficiat ad bonitatem consequentiæ, quia fit aliqua consequentia, cuius tam antecedens quam consequens est necessarium, & tamen illa consequentia non valet, igitur hoc non sufficit ad bonitatem consequentiæ, tenet consequentia, quia ex quo tam antecedens quam consequens est necessarium, impossibile est quod antecedente & consequente simul formatis antecedens sit verum & consequens falsum, quia consequens non potest esse falsum, ex quo est necessarium, probatur antecedens de ista consequentia, non valet demonstrata eadem. Certum est quod ista consequentia non valet, vt est possibile eam valere, quia tunc consequens esset falsum, & antecedens verum in bona consequentia, & quod antecedēs sit necessarium, notum est, sed quod consequens sit necessarium, probo. quia impossibile est dictam consequentiam valere, igitur necesse est, sic esse, qualitercunque consequens significat, quia, consequens non significat aliud, nisi quod ista consequentia non valet, & hoc de significatione materiali terminorum, & de significatione formali significat hanc esse veram, hæc consequentia non valet, & secundum vtranque significationem consequens est necessarium.

Dico igitur, quod ad bonitatē cōsequētię requiritur & sufficit, q; vltimus modus. s. impossibile est antecedente & consequente simul formatis, quod antecedens sit verum, & consequens falsum, excepto vno casu. s. vbi significatum consequentis repugnat significationi notæ consequentiæ, sicut coniunctionis quæ denotat consequentiam esse, sicut in præcedēti argumento. Vnde in prædicta consequentia ista dictio, igitur, denotat consequentiam esse bonam: cui demonstrationi, vel significationi repugnat significatum consequentis, igitur non oportet, quod in isto casu consequentia sit bona, & hæc de primo.

Quantum ad secundum notandum quòd cōsequentia est propositio hypothetica composita ex antecedente & consequente mediante coniunctione condictionali, vel rationali, quæ denotat, quod impossibile est ipsis. s. antecedente & con-

ſequente ſimul formatis, quod antecedens ſit verum, & conſequens falſum, & tunc ſi ita ſit, ſicut iſta coniunctio denotat, tunc conſequentia eſt bona, & ſi non, tunc conſequentia non valet, & dico notabiliter, quòd antecedens ſit verum. & non debet dici, quòd antecedens poſſit eſſe verum, quia in prædicta propoſitione, omnis propoſitio eſt affirmatiua. igitur nulla eſt negatiua, antecedente & cõſequente ſimul formatis, antecedens poteſt eſſe verum, & conſequens non poteſt eſſe verum; tamen impoſſibile eſt, quòd antecedente & conſequente ſimul formatis antecedens ſit verum, & conſequens falſum, quare ſemper conſequens repugnat antecedenti, igitur conſequente exiſtente ſemper eſt verum.

¶ Secundo notandum, quòd conſequentia ſic diuiditur, quædam eſt materialis, quædam formalis, conſequentia formalis, eſt iſta quæ tenet in omnibus terminis ſtante conſimili diſpoſitione & forma terminorum, & vocantur termini in propoſitio ſubiecta & prædicata propoſitionũ, vel partes ſubiecti & prædicati, ſed ad formam conſequentię pertinent omnia ſyncathegoremata poſita in conſequentia, vt coniunctiones, ſigna vniuerſalia, particularia negationes & huiuſmodi. ¶ Secundo ad formam conſequentiæ pertinet copula propoſitionis, & ideo non eſt eadem forma conſequentiæ ex propoſitionibus quarum copula eſt de ineſſe, & quarum copula eſt de modo. ¶ Tertio ad formam pertinet multitudo præmiſſarum affirmatio, & negatio propoſitionum, & huiuſmodi, & ideo non eſt eadem forma arguendi ex affirmatiuis & negatiuis, & ita de alijs. Conſequentia formalis ſubdiuiditur, quia quædam eſt cuius antecedens eſt vna propoſitio cathegórica, vt cõuerſio æquipollentia & huiuſmodi, alia eſt cuius antecedens eſt propoſitio hypothetica, & quilibet iſtorum modorum poteſt ſubdiuidi in plures alios modos. ¶ Sed conſequentia materialis eſt illa quæ non tenet in omnibus terminis retenta conſimili diſpoſitione & forma, ita qđ non fiat variatio niſi terminorum, & talis eſt duplex, quia quædam eſt vera ſimpliciter, & alia eſt vera vt nunc, conſequentia vera ſimpliciter eſt illa quæ poteſt reduci ad formalem per aſſumptionem vnius propoſitionis neceſſarię, & ſic iſta eſt conſequentia materialis bona ſimpliciter, homo currit, igitur animal currit, & reducitur ad formalem per iſtam neceſſariam. Omnis homo eſt animal. Et iſta ſubdiuiditur in

multa

multa membra secundum diuersitatem locorum dialecticorum. ¶ Sed consequentia materialis bona vt nunc est ista, quę potest reduci ad formalem per assumptionem alicuius propositionis contingentis verę, & sic posito, quod sortes est albus, ista consequentia est bona, vt nunc sortes currit, igitur album currit, quia reducitur ad formalem per istam contingentem, sortes est albus, patet igitur quid sit consequētia, & qualiter diuiditur, & hæc de secundo.

Quantum ad tertium ponuntur conclusiones. ¶ Prima est, ꝙ quando ad antecedens sequitur consequens, non ꝙ ex opposito contrario consequentis sequatur oppositum contrarium antecedentis, & si sequatur, tamen hoc non sufficit ad bonitatem consequētię, prima pars probatur, quia sequitur, nullum animal est homo, igitur nullum homo est animal, & tamen arguendo ex contrario consequentis ad contrarium antecedentis non valet consequentia, sicut nō sequitur Omnis homo est animal, igitur omne animal est homo, & per idem probatur secunda pars, quia non sequitur, quòd ista cōsequētia valeat ex hoc, quòd ad contrarium consequentis sequatur cōtrarium antecedentis. Secunda conclusio est, quòd in omni bona consequentia ad oppositum contradictorium consequentis sequitur oppositum contradictorium antecedentis. Probatur per diffinitionem bonę consequentię, & sit, a, antecedens, & b. consequens, tunc per diffinitionem sequitur quòd a. & b. simul formatis impossibile est a. esse verum & consequens falsum, igitur impossibile est, quòd contradictorium consequentis sit verum, & contradictorium antecedentis sit falsum, igitur per diffinitionem consequentiæ contradictorium consequentis erit antecedens ad contradictorium antecedentis. & habetur propositum. ¶ Tertia cōclusio est, quòd quando ad antecedens sequitur consequens oppositum consequentis repugnat antecedenti, probatur, quia oppositum consequentis non potest simul stare in veritate cum antecedenti, igitur repugnat sibi, tenet consequentia ꝑ quid nominis repugnantiæ, & antecedens apparet, quia oppositū consequentis infert oppositum antecedentis per prædictam regulam, igitur cum oppositum antecedentis repugnet sibi, sequitur etiam quod oppositum consequentis repugnabit sibi, licet non eodem modo, patet igitur qualiter ex opposito consequentis infertur oppositū antecedētis, & hæc de tertio.

Quantum ad quartum est prima cõclusio, quod ad quamlibet propositionem implicantem contradictionem de forma, sequitur quælibet alia propositio consequentia formali, verbi gratia, ad istam, sortes est & sortes non est quæ implicat contradictionem de forma, igitur homo est asinus, vel igitur baculus stat in angulo, & sic de quocunq; probatur, quia sequitur sortes est, & sortes non est, igitur sortes nõ est, quia a copulatiua ad alteram eius partem est consequentia formalis, tunc reseruetur illud consequens, postea sequitur sortes est, & sortes non est, igitur sortes est per eandem regulam, & istam sortes est, sequitur igitur sortes est, vel homo est asinus, quia quælibet propositio infert seipsam formaliter cum qua cunque alia in vna disiunctiua, tunc arguitur ex consequente, sortes est, vel homo est asinus, sed sortes non est, vt reseruatũ fuit prius, igitur homo est asinus, & sicut arguitur de ista: ita potest argui de quacunque alia, omnes.n. istæ consequentiæ sunt formales. ¶ Secunda conclusio est quòd ad quælibet propositionem impossibilem sequitur quælibet alia propositio non consequentia formali: sed bona consequentia materiali simpli. probatur, quia illa consequentia est bona simpliciter, quæ potest reduci ad formalem per assumptionem tm̃ vnius propositionis necessariæ. Sed consequentia qua ex impossibili infertur alia propositio quæcunque fuerit, illa potest reduci ad formalem per assumptionem vnius propositionis necessariæ, igitur talis est bona consequentia simpliciter, maior, patet, per diffinitionem consequentiæ simplicis & bonæ, minor probatur, quia talis consequentia reducitur ad formalem per assumptionem contradictoriæ illius propositionis impossibilis cuius contradictoria est necessaria, verbi gratia, dicendo, quod ad istam, homo est asinus, sequitur quælibet alia, propositio bona consequentia simplici, vt sequitur, homo est asinus, igitur tu es Romæ, quia capiatur contradictorium antecedentis, tunc sequitur, nullus homo est asinus, & homo est asinus. igitur nullus homo est asinus, similiter sequitur igitur homo est asinus a copulatiua ad alteram partem. Similiter sequitur, homo est asinus, igitur homo est asinus, vel tu es Romæ, sed nullus homo est asinus, vt iam reseruatum est, igitur tu es Romę, & habetur intentũ, & sicut arguitur de ista, ita potest argui de qualibet alia. ¶ Tertia conclusio, quod ad quamlibet propositionem sequitur propositio necessaria ho

na consequentia simplici, sed excepto casu prędicto, vbi signi ficatum consequentis repugnat significationi notę, consequē tiæ, probatur conclusio, quia quando ad antecedens sequitur consequens, ad oppositum consequētis sequitur oppositum antecedentis, sed ad propositionem impossibilem sequitur quælibet alia propositio, igitur ad cuiuslibet propositionis cō tradictoriam: sequitur contradictorium propositionis impos sibilis, & cum quælibet propositio sit alteri contradictoria, sequitur quod ad quamlibet sequatur contradictorium pro positionis impossibilis, & cum ista sit necessaria, sequitur qđ ad quamlibet propositionem sequitur necessarium, & habe tur intentum. ¶ Quarta conclusio est, quod ad quamlibet pro positionem falsam sequitur quælibet alia propositio conse quentia bona materiali vt nunc probatur, quia illa est bona consequentia materialis, vt nunc, quę potest reduci ad forma lem per assumptionem propositionis contingentis, sed con sequentia per quam ex vna propositione falsa sequitur alia quecunque fuerit illa, potest reduci ad formalem per assum ptionem vnius propositionis veræ contingentis, igitur &cæ. Maior patet per diffensionum consequentiæ materialis, vt nunc, & minor probatur exemplificando posito, quòd sortes sedeat, dico, quòd ad istam sor. mouetur, sequitur quælibet a lia propositio bona consequentia materiali, vt nunc, quia per contradictoriam istius sortes mouetur, quæ est vera, ista con sequentia potest reduci ad formalem, vt capiendo istam co pulatiuam sortes mouetur, & sor. non mouetur, ad quam se quitur formaliter quelibet sua pars, sicut prius procedebat. ¶ Quinta conclusio, quod omnis propositio vera sequitur ad quacunque aliam propositionem bonam consequentia ma teriali vt nunc, probatur, quia quando ad antecedens sequi tur consequens, ad oppositum consequentis sequitur oppo situm antecedentis, sed ad quamlibet propositionem falsam sequitur quælibet alia propositio bona consequentia, vt nūc, igitur ad cuiuslibet propositionis contradictoriam sequitur contradictorium propositionis falsæ modo contradictoria propositionis falsæ est vera, igitur ad quamlibet propositio nem sequitur cuiuslibet propositionis falsæ cōtradictorium. Et cum quælibet propositio vera sit cuiuslibet falsæ contra dictorium sequitur, quod quælibet vera sequitur ad quamli bet aliam propositionem, & habetur intentum. Patet igitur

quomodo ad impossibile, sequitur quodlibet quãdoque formaliter, & in alijs materialiter solum .s. vbi impossibile non implicat formaliter contradictionem. ¶ Nunc ad rationes ad primam dico, quod debet intelligi de contradictoriè opposito, & non de contrariè opposito. ¶ Ad secundum hoc esset, quia oppositum consequentis repugnaret antecedenti, concedo & dico, quod ista tantũ pater est repugnat sibiipsi, quia implicat contradictionem, sequitur.n.non tantum pater est, igitur pater est, & nihil aliud a patre est, & ad istam, pater est, sequitur ista, filius est, igitur dicta propositio repugnat sibiipsi. ¶ Ad tertiam concedo primam consequentiam, & dico, qd oppositum consequentis infert oppositum antecedentis, vnde propter hoc quod iste terminus homo est generis communis non debet inferri, omnis homo currit, igitur quidam homo currit, sed debet inferri indefinita remoto signo, vt omnis homo currit, igitur homo currit. Et si apponatur signum tunc debet sumi disiunctiuè in masculino genere, vel in fœminino. Vt omnis homo currit, igitur quidam vel quædam homo currit. ¶ Ad quartam negatur consequentia. Ad primã dico, quod ex opposito consequentia infert istam disiunctiuam, non tu es asinus, vel tu non es asinus, sed tunc ista disiunctiua est distinguenda penes fallaciam compositionis & diuisionis, quia vel ista negatio, non, quæ præcedit totam copulã disiũctiuam cadit super primam partem disiunctiuæ solum, & sic est sensus diuisus, & est vna disiunctiua, quia sequitur ex oppositi prædicti consequentis. Si verò capiatur in sensu composito, tunc illa negatio non cadit supra disiunctionem, & non supra aliquam partem disiunctiuæ, & sic non est disiunctiua, immo potius copulatiua, cum æquipolleat hypotheticæ copulatiuæ, & vt sic non sequitur ex oppositi dicti consequentis. Et sic dictum ad quæsitum sit.

QVÆSTIO XI.

QVæritur vndecimo, vtrum syllogismus expositorius teneat gratia formæ. Arguitur, quod non, quia ista consequentia non valet, sortis cappa est alba, sor. cappa est nigra, igitur nigrum est album, quia præmissæ sunt veræ. & conclusio falsa, & tamen est iste syllogismus expositorius, quia medium est terminus discretus. ¶ Similiter nõ sequitur. Ille homo est bonus, ille homo est malus diuersis demonstra-

tis,

tis, igitur bonum est malum. ¶ Secundo, quia, nõ sequitur iste homo, vel asinus est asinus, iste homo vel asinus est homo, igitur homo est asinus ¶ Tertio, quia non sequitur, iste homo est animal, iste homo est non omnis homo, igitur non omnis homo est animal. ¶ Quarto, quia non sequitur, iste homo est animal, iste homo est nullus asinus, igitur nullus asinus est animal. Item non sequitur. ista secana fuit a centum annis, ista secana est hęc aqua: igitur hęc aqua fuit a centum annis, quod est falsum, quia forte generata fuit per pluuiam non est diu, aut per fontes. ¶ Iterum non sequitur hæc essentia diuina est pater, hæc essentia diuina est filius, igitur filius est pater. ¶ Itẽ in syllogismis negatiuis non sequitur, iste homo est animal, iste homo non est asinus: igitur asinus non est animal. ¶ Oppositum arguitur per Arist. qui videtur probare conuersionẽ vniuersalis negatiuæ per secundam regulam. Similiter probatur syllogismos tertiæ figuræ per syllogismum expositorium, & tenent virtute illius regulæ, quæcunque vni & eidẽ sunt eadem, inter se sunt eadem. ¶ In ista quæstione videbitur ex quibus terminis fit syllogismus expositorius, & quid sit, similiter qualiter tenet gratia formæ tam in affirmatiuis, quã in negatiuis. 2 3 4 5 6 7

Notandum est, quod syllogismus expositorius est ille, cuius medium est terminus discretus. Sed est notandum, quòd triplex est terminus discretus, vnus qui significat vnam solã rem, ita quòd suæ significationi repugnat significare quamlibet diuersarum rerum, sine noua impositione, vel demonstratione. ¶ Alio modo dicitur terminus discretus, qui supponit, vel significat vnam rem singularem, cum hoc tamẽ significat, quamlibet diuersarum rerum, quib. illa res singularis est eadem, v. g. iste terminus hæc essentia diuina dicitur terminus discretus, quia significat vnam solam rem singularem quatamẽ cuilibet diuersarum rerum est eadem. Et tertio modo dicitur terminus discretus, vt iste terminus secana, vel consimilis, quæ secũdum grammaticos est terminus discretus, eo qđ est terminus singularis & propriæ qualitatis, & tamẽ iste terminus significat successiuè quamlibet diuersarum rerum sine noua impositione, quia nunc significat aquam, quæ nunc est, & postea significabit aquam quæ postea erit omnino diuersa ab ista, tamen istæ aquæ habent vel habuerunt vel habebunt aliquam vnionem adinuicem propter continuam succes-

sio-

cessionem partium sibi inuicem. ¶ Tunc secundum istam descriptionem aliqui soluunt quæstionem, supponendo, quod terminus, primo modo dictus discretus, est propriè discretus, & alij minus propriè, tunc dicunt, quod syllogismi facti ex terminis discretis primo modo sint syllogismi boni gratia formæ, sed si fiant ex alijs terminis non verè, sicut arguitur fuit ante oppositū de essentia diuina, & de secana, cōtra istud arguitur, quia tunc sequeretur, quod syllogismus expositorius non esset consequentia formalis, consequens est falsum propter duo. Primo, quia per syllogismum expositoriū probatur conuersio vniuersalis negatiuæ, quæ conuersio est formalis consequentia. Secundo, quia per ipsum probatur syllogismi tertiæ figuræ qui sunt consequentiæ formales, modo si syllogismus expositorius non esset consequentia formalis, iam consequentiæ euidentiores probarētur per principium minus euidens, probatur consequentia, quia syllogismus expositorius non tenet gratia dispositionis, vel formæ propositionum & terminorum, sed præcisè gratia terminorum, qui sic vel sic significarent, & hoc est tenere gratia materiæ, vt patet ex præcedenti quæstione.

Ideo dicendum est aliter quod syllogismus expositorius tenet gratia formæ in omnibus terminis, dum tamen præmissæ regulentur debitè per dici de omni, vel de nullo, ita quod terminus discretus distribuatur mediātibus istis dictionibus, quod est vt ista, sortes currit, debet resolui in istam, omne quē est sortes currit, & tunc syllogismus expositorius est consequentia formalis. ¶ Nota tamen, quod iste cui certum esset, quod nulla res esset eadem cuilibet plurium rerum poneret syllogismum expositorium consequentiam formalem sine huius regulatione per dici de omni, vel de nullo, ita quod apud istam ista consequentia esset formalis, hic homo est sortes, igitur sortes currit, sine hoc quod aliqua præmissarum distribueretur negatiuè, vel affirmatiuè. ¶ Et dico notabiliter, cui esset certum, & nō cui esset euidens, quia certitudo se habet in plus, quam euidentia. Nam certitudo est ad quamlibet partem alicuius propositionis, & potest esse respectu erroris, sicut respectu veritatis, sed nihil est euidens nisi verum, & istum modum saluandi syllogismum expositorium, quòd sit consequentia formalis, posuit Auerrois cōmentator super istum librum. ¶ Tunc in speciali de syllogismo expositorio affirmatiuo

simatiuo dico, quod in quamlibet triũ figurarum potest fieri bonus syllogismus expositorius affirmatiuus. Exemplum primæ figuræ, sor. est musicus, albũ est sor. igitur albũ est musicũ. Item in diuinis quia sequitur, hæc essentia diuina, est pr̃ filius ẽ hęc essentia diuina, igitur filius est pr̃ posito q; p̃missæ regulent p dici de oĩ, & tunc maior est falsa, sicut conclusio, vnde iste est falsa. Oẽ qđ ẽ hæc essentia diuina est pr̃, quia filius est aliquod quòd est hic essentia diuina, & tamen filius nõ est pater. Item fiat exemplum de istis terminus secana & huiusmodi. Secana fuit a centum annis, hæc aqua est secana, igitur hæc aqua fuit a centum annis, quia si maior distribuatur, debet sic distribui. Omne quod est secana, vel fuit secana, fuit a centum annis, & maior esset falsa. Similiter potest dici concedendo istam, hæc aqua fuit a centum annis, quem admodum & ista secana fuit a centum annis, quia vtrobique est consimilis identitas. ſ. secundũ continuam successionem partium. ¶ Exemplum secundæ figuræ, vt album est iste homo, musicum est iste homo, igitur musicum est album, reducitur ad primam figuram per cõuersionem maioris. ¶ Exemplum tertiæ figuræ arguendo sic, iste homo est albus, iste homo est grammaticus, igitur grammaticus est albus, & reducitur ad primam figuram per conuersionem minoris. ¶ Tunc de syllogismo expositorio negatiuo dico, quod syllogismus expositorius negatiuus valet in prima figura gratia formæ maiore existente negatiua. Contra, quia non sequitur, iste pater non est filius, hæc essentia est pater, ergo hæc essentia non est filius. ¶ Respondeo, quod consequentia est formalis, & sicut conclusio est falsa, ita similiter & maior si reguletur per dicĩ de nullo, vnde maior est falsa, nihil quod est iste pater est filius, quia essentia diuina est iste pater quæ est filius. ¶ Secundo dico, quod syllogismus expositorius negatiuus non valet in prima figura, si minor fuerit negatiua, & causa est, quia si minor fuerit negatiua, & maior affirmatiua, tunc maior extremitas non est distributa in præmissis, immo stat determinate, & tamen stat confusè & distributiuè in conclusione, modo ex non distributo nunquam sequitur distributum gratia formæ, verbi gratia nõ sequitur, iste homo est animal, quidam asinus non est iste, homo, igitur quidã asinus non est animal, immo stat, quod omnis asinus est animal. ¶ Tertio dico, quod talis syllogismus bene valet ad concludendum indire-

si è. v.g. iste homo est animal, quidam asinus nō est iste homo, igitur quoddam animal non est asinus. Et per idem potest dici de secunda & tertia figura. ¶ Ad rationes ad primam dico, quod iste terminus complexus, sortis cappa qui est medium dicti syllogismi, non est terminus discretus, immo est terminus communis, ideò non est syllogismus expositorius. ¶ Ad secūdam dico, quod non est syllogismus expositorius, quia terminus discretus qui ibi medium non significat, vt demonstrat idem in vtraque præmissa, ideo medium sumitur æquiuocè in maiori & minori propter diuersitatem demonstrationi. ¶ Ad tertiam, dico quod debet concludi, igitur aliquid quod est non omnis homo est animal. ¶ Ad quartam dico, qđ debet inferri illa, igitur aliquid quod est nullus asinus est animal. ¶ Ad quintam negatur consequentia, tamen nulla illarū esset concedenda, si sumeretur distributiuè, & tunc valeret cōsequentia. ¶ Ad alias dictum est in quæstione. Et sic sit dictum ad quæsitum.

QVÆSTIO XII.

QVæritur duodecimo, vtrum omnis propositio vniuersalis negatiua conuertatur simpliciter? Arguitur, quod non, quia vniuersalis affirmatiua non cōuertitur simpliciter, igitur nec vniuersalis negatiua, tenet consequentia, quia affirmatiua est potentior in inferendo, cuius signum est, quia ex puris affirmatiuis bene sequitur conclusio, sed nunquam ex puris negatiuis. ¶ Secundo, quia ista est vniuersalis negatiua, omnis homo animal non est, & tantum non conuertitur simpliciter, igitur omnis vniuersalis negatiua conuertitur simpliciter, maior probatur, quod sit vniuersalis, quia ibi subijcitur terminus communis signo vniuersali determinatus sed quod sit negatiua apparet, quia copula negatur, & minor apparet, quia sua conuertens est falsa, scilicet ista nullum animal est homo, & si dicatur quòd debet conuerti in istam omne animal homo nō est, ita quod p̄dicatū sit nō distributū in vna, sicut in reliqua, hoc nō valet, qa ista, oīs phœnix animal est, & tamen si sic conuerteretur sua conuertens esset falsa, scilicet omne animal phœnis non est. ¶ Tertio, quia ista est vera, nullum generandum est homo, & tamen sua conuertens est falsa, scilicet nullus homo est generandus. ¶ Quarto, quia ista est vera, scilicet nullo homine currente, tu es, asinus, quia sua cō-

tradictoria est falsa, scilicet, ista aliquo homine currente tu es asinus, & tamen sua cõuertens esset falsa, scilicet tu es asinus nullo homine currente. ¶ Quinto, hæc est vera, nullus homo est mulier, & tamen sua conuertens est falsa, scilicet nulla mulier est homo. ¶ Itẽ ista est vniuersalis negatiua, nullus equus est Sortes, & tamen non conuertitur simpliciter, quia dicendo nullus Sortes est equus, iam, esset incongruitas, quia termino discreto nõ competit distributio. ¶ Item ista, nullus homo est, omnis homo non conuertitur simpliciter, quia malè diceretur, nullus omnis homo est homo, quia signo vniuersali nõ potest addi distributio. ¶ Oppositum arguitur per Arist. in litera cap. 2. ¶ In quæstione videtur primo quid est conuersio, & quę vniuersalis negatiua conuertitur. Secundo videtur de quibusdam regulis, siue cautelis obseruandis in conuersionibus quarundam propositionum.

Quantum ad primum notandum, quod conuersio seu conuertere est facere de subiecto prædicatum & econtra, tum necessitate consequentiæ, per hoc quod dicitur de subiecto prædicatum, & econtra differt conuersio à syllogismo, & ab aliis argumentationibus enthymematicis, sed per hoc, quod dicitur cum necessitate, differt conuersio à conuersione particularis negatiuæ, quia licet illa sit transpositio subiecti ad prædicatum, tamen non est conuersio, eo quod non est consequentia formalis. Et quo sequitur, quod conuersio est quædã propositio hypothetica conditionalis vel rationalis, cuius antecedens vocatur conuersa, consequens verò conuertens. Et ideo semper propositio quæ datur conuertenda, est conuersa, & alia per quam conuertitur, est conuertens. ¶ Secundo est notandum, quod hypotheticis non competit ista dictio conuerti, sed solum propositionibus cathegoricis, quarum aliquæ sunt de inesse, & aliquæ de modo. Illarum de inesse quædam sunt in quibus ponitur aliquis terminus ampliatiuus subiecti, vel prædicati ad supponendum non solum pro suppositis præsentis temporis, immo etiam pro suppositis possibilibus præteriti, vel futuri: aut etiam pro suppositis cuiuslibet temporis indifferenter. Aliquæ sunt in quibus non ponitur huiusmodi terminus ampliatiuus, & illarum quædam sunt in quibus ponitur aliquis terminus obliquus, & aliquæ earum quilibet terminus est rectus. De quibus omnibus dicendum est per ordinem, & primo de cathegoricis, in quibus

quilibet terminus est rectus sine ampliatione. ¶ Tertio notã-dum, quod duplex est vniuersalis negatiua, quædã cuius prædicatum distribuitur, vt nullus homo est asinus, alia in qua prædicatum non distribuitur, vt quando prædicatum præcedit negationem, sicut ista, omnis homo animal non est. ¶ Nũc ponuntur conclusiones. Prima est, quod omnis propositio vniuersalis negatiua, cuius prædicatum distribuitur, potest conuerti simpliciter in vniuersalẽ negatiuam probatur quia propositio vniuersalis negatiua virtute signi vniuersalis significat prædicatum pro quolibet suo supposito remoueri à subiecto pro quolibet supposito subiecti: vt patet per dici de nullo, igitur sicut vnum potest remoueri à reliquo, ita ecõuerso. ¶ Secunda conclusio est, quod vniuersalis negatiua, cuius prædicatum non distribuitur non potest conuerti simpliciter in vniuersalem negatiuam probatur: quia ista non significat prædicatum remoueri à subiecto pro quolibet suo supposito, & ideo talis est conuertenda per accidens in particularem negatiuam, vt ista, omnis phœnix animal non est: conuertenda est in istam: quoddam animal non est phœnix.

Quantum ad secũdum, prima regula est, si in conuersa implicetur aliquid in subiecto in copula, vel in prædicato, oportet aliquando illud explicari in conuertente, ad hoc quod fiat debita conuersio.

¶ Exemplum de subiecto, dicendo. Nemo est asinus, debet explicari in conuertẽte, nullus asinus est homo, quia in subiecto implicabatur hoc totum, nullus homo, similiter ista immediatæ sunt partes continui debent explicari per istam, nullum medium est inter partes continui. & tunc debet conuerti in illam, nihil quod est inter partes continui est medium. ¶ Itẽ ista nihil & chimera sunt fratres, debet explicari in istã Nullum aliquid & chimera sunt fratres, & conuertitur in istam, nulli fratres sunt aliquid & chimera, & consimiliter exemplificetur suo modo de copula, & prædicato. ¶ Secunda regula est, quod quandoque omne signum positum à parte subiecti in conuersa manere à parte prædicati in conuertẽte. scilicet quando subiectum est terminus communis restrictus per signum vniuersale ad vnum genus tantum & tamen sit communis generis, vt nullus homo est mulier, igitur nulla mulier est nullus homo. ¶ Tertia regula, quod quãdo oportet mutare signum secundum declinationem grammaticalẽ

pro-

Propter diuersitatem subiecti vel prædicati in numero vel in genere, vt ista, nullus homo est capra: cõuertitur in istam nulla capra est aliqui homo, & sic ibi mutatur vnum genus in aliud. ¶ Quarta regula, quod signum positum à parte subiecti debet addi illi toti, quod sequitur copulam, quando de subiecto sit prædicatum quia illud totum sequens est prædicatum, & quia quandoque hoc non potest fieri conuenienter per terminos iam positos, igitur oportet addere istas dictiones, quod est, ad hoc, quod conuenienter possit fieri distributio, & hoc contingit ad propositum in quatuor casibus. ¶ Primo quando prædicatum propositionis vniuersalis est terminus discretus, vt dicendo. Nullus equus est Sortes: bene potest conuerti in istam Sortes non est equus, tamen ista non est conuersio simplex, ideo additis illis dictionibus debet cõuerti in istam: nihil quod est Sortes est equus. ¶ Secundo, quãdo verbum ponitur in propositione, quod non habet participium sui temporis in quod potest explicari, vt dicendo. Nullus homo diligitur a suo inimico: quia istud verbum diligitur non habet participium præsenti temporis, ideo debet cõuerti in istam: nihil quod diligitur à suo inimico est homo. ¶ Tertio quando prædicatum distribuitur negatiuè vt ista, nullus homo est nullum animal, conuertitur in istam, nihil quod est nullum animal est homo. ¶ Et quarto, quando prædicatum distribuitur affirmatiuè, vt nullus homo est omnis homo, conuertitur in istam: nihil quod est omnis homo est homo, & si sint aliqui modi inconsueti, tunc illi sunt reducibiles ad istas. ¶ Tunc ad rationes negatur consequentia, quia licet affirmatiua sit æquæ potens quantum est ex parte subiecti, sicut est vniuersalis negatiua, non tamen quantum est ex parte prædicati, eo q̃ eius prædicatum non distribuitur. ¶ Ad alias dictum est in quæstione & sic dictum ad quæsitum.

QVÆSTIO XIII.

QVæritur decimotertio. Vtrum omnis propositio particularis affirmatiua possit conuerti simpliciter in particularem affirmatiuam? Arguitur, quod non, quia hęc est vera. Aliquod mõstrum intenditur à natura, vt potest probari expositoriè sic, hoc intenditur à natura, hoc est monstrũ, ergo monstrum intenditur à natura, & tamen sua conuertẽs esset falsa, quia natura non intendit mõstrum, vt patet 2. phy

sico-

ſicorum ¶ Secundo, quia iſta eſt vera. Aliqua ſpecies eſt homo & tamen ſua conuertes eſſet falſa. ſ. aliquis homo eſt ſpecies. ¶ Tertio quia iſta eſt vera tantum aliquod animal eſt homo, & tamen ſua conuertens eſt falſa, ſcilicet aliquis homo eſt tantum animal, immo omnis homo eſt animal. ¶ Quarto de iſta populus currit, poſito quod vna multitudo hominum currat, & iſta eſt vera populus currit, & tamen ſua conuertēs eſt falſa, ſcilicet aliquod currens eſt populus, vel igitur currēs eſt populus, vel etiam iſta aliqua currētia ſunt populus, quia ſi conuertatur in iſtam, aliqua currentia ſunt populus, tunc quæro de conuerſione iſtius. Exercitus eſt rotundus quæ non conuertitur in iſtam aliquod rotundum eſt exercitus, nec in iſtam, aliqua rotunda ſunt exercitus, quia poſſibile eſt exercitum eſſe rotūdum nulla re exiſtente rotunda, quæ eſt in exercitu. ¶ Quinto iſta eſt vera. Marcus, & Tullius ſunt, poſito quod iſta nomina. Marcus & Tulius ſint ſynonima, & tamen ſua conuertens eſt falſa, ſcilicet entia ſunt Marcus & Tullius, quia eadē res eſt. Marcus & Tulius, niſi poneretur quod duæ medietates eſſent Marcus & Tullius, ſed hoc non valet, ſuppoſito, quod iſta nomina ſupponunt pro vna re indiuiſibili. ¶ Sexto dubitatur de conuerſionibus propoſitionum, in quibus ponuntur pronomina primæ vel ſecundæ perſonæ, vt dicendo, ego curro, tu legis, & huiuſmodi. ¶ Oppoſitum arguitur per Ariſtotelem in iſto cap. 2.

Notandum, quod duplex inuenitur propoſitio particularis affirmatiua quędam cuius prędicatum eſt terminus diſcretus, vt dicendo, quidam homo eſt Sortes, & talis particularis ſine aliquo addito non poteſt conuerti ſimpliciter ſed per accidens in vnam ſingularem, vt in iſtam, Sor. eſt homo. Et dico notabiliter ſine aliquo addito, quia ſi addantur iſtæ dictiones, quod eſt, tunc bene conuertitur ſimpliciter in particularem affirmatiuam, vt in iſtam. Aliquid quod eſt Sortes eſt homo. ¶ Tunc ſit prima concluſio, quod talis particularis infert vnam vniuerſalem de terminis tranſpoſitis excepto vno caſu verbi gratia', ſequitur quidam homo eſt Sortes, ergo omne quod eſt Sor. eſt homo, tamen vnus caſus eſt excipiendus, vbi vna res eſt eadem cuilibet plurium rerum, ſicut in diuinis, quia non ſequitur, hæc eſſentia eſt pater, vel econuerſo, pater eſt hæc, eſſentia diuina, non ſequitur, igitur omne quod eſt hæc eſſentia diuina eſt pater quia filius eſt hæc eſſentia di-

uina

lúna,& tamen filius nō est pater,& propter istum casum debet dici,quod consequentia non valet de forma,licet bene valeat e contra,sicut sequitur.Omne quod est sortes, currit,igitur Sortes currit.¶ Alia est propositio particularis,cuius prædicatum,distribuitur,vt ista,quædam luna est omnis luna,& infert quandam vniuersalem de terminis transpositis,vt istā, igitur omnis luna est luna,cuius signum est,quia dicta particularis significat prædicatum pro quolibet suo supposito dici de subiecto pro vno supposito subiecti, igitur econtra ad subiectum pro vno suo supposito potest dici de prædicato pro quolibet suo supposito , & dico notabiliter infert , quia non conuertitur in istam,eo quod aggregatum ex signo vniuersali,& termino communi erat prædicatum in prima , & tamen solus terminus communis est subiectum in secunda, & ideo non conuertitur in istam,igitur aliquid quod est omnis luna est luna,quæ est particularis affirmatiua. ¶ Item alia est propositio particularis , cuius prædicatum est terminus communis non distributus,v t quidam homo est animal ¶Et tunc est secunda conclusio,quod talis propositio particularis affirmatiua conuertitur simpliciter in particularem affirmatiuam,probatur capiendo istam particularem,quidam homo est animal, prob o : quia si non sequitur, sit iste homo,qui est animal Sortes,tunc arguitur sic, Sortes est homo. Sortes est animal:igitur animal est homo, quod est propositum, & tenet consequentia per illam.Quæcunque vnt , & eidem sunt eadem inter se sunt eadem. ¶ Secundo ista consequentia est bona,ex cuius opposito consequentis sequitur oppositum antecedentis,sic est ista v t patet,igitur. Dubitatur qualiter conuertitur ista,homo est subiectum si dicatur,quod in istum subiectum est homo,iam antecedens est verum,consequens falsum:quia ly homo est prædicatū in consequente.¶ Secundo, si significat iste terminus a. hominem quando ponitur a parte subiecti,& asinum quando ponitur a parte prædicati,tunc cōuertatur ista a.est homo quæ est vera,quia per casum positum significat idem positione, quod ista, homo est homo, & tamen sua conuertens est impossibilis,scilicet, ista, homo est a.quod significat idē qđ est asinus.¶ Tertio peto a te conuerto re primam propositionem proponendam a me tunc propono tibi istam tu non conuertes aliquam propositionem, si cō uertis eam,quia ipsa est particularis negatiua, quæ non po-

test conuerti, si non, hic est contra positum, quia positum erat quod debebas conuertere primam propositionem proponēdam a me, & ista erat primo proposita. ¶ Tertio dubitatur de conuersione istius Regis interest benefacere. Item de ista. Te decet hymnus Deus in Siō & huiusmodi in quibus ponūtur verba defectiua.

¶ Ad ista ad primam dico, quod ista, homo est subiectum, verificatur prout terminus homo supponit materialiter pro seipso subiecto in propositione conuersa, & ideo in propositione conuertente debet cōsimiliter accipi, & propter hoc oportet conuertere circumloquendo per verbum de præterito. s. in istam quod fuit subiectum scilicet in propositione conuersa est iste terminus homo. ¶ Ad secundum dico, quod casus non debet admitti, vbi significatio termini dependet ex veritate, vel falsitate propositionis, vel ex diuersa situatione huius termini: aut aliqua consimili conditione propositionis, vel termini, quia naturale est quod veritas, & falsitas propositionis & huius conditiones dependeant ex significatione termini, & non econtra. ¶ Ad tertium dico, quod huius positio seu petitio dependens non debet admitti nisi sub conditione, quod non ponatur aliquid repugnans positioni, vel posito. modo, huic positioni repugnans est, quòd sit particularis negatiua, igitur non est admittenda, alijs duobus dicetur postea quando agetur de obliquis. Tunc ad rationes, ad primam dico, quod loco termini connotati, qui ponitur a parte subiecti, a qua parte non appellat suam formam, debet accipi pronomen demonstratiuum, per quod demonstretur illud, pro quo prius supponebat terminus connotatus, & ideo ista monstrum intenditur a natura, conuertitur in istam aliquid, quod intenditur a natura est hoc demonstrato illo, pro quo prius supponebat iste terminus monstrum. ¶ Ad secundam dico, quod a parte prædicati huius propositionis sub intelligitur aliud, quod debet exprimi. v.g. Per istam aliqua species est homo, subintelligitur, & aliqua species est iste conceptus hō, & tunc conuertitur in ista, iste cōceptus homo est aliqua ista species. ¶ Ad aliam tantum aliquod animal &c. dico, & æquipollet vni particulari negatiuæ. s. isti, aliquod animal non est homo, modo particularis negatiua non conuertitur, vel potest dici, quod conuertitur in istam veram. igitur, quod tantum est homo est animal. ¶ Ad aliam dico, quod ista popu-

populus currit, conuertitur in istam, currentia sunt populus. Et ista, exercitus est rotundus, dico ꝙ ibi dēt suppleri exercitus est rotundus exercitus, & facile est conuertere. Ad aliam dico, quod conuertitur in istam. Ens est Marcus & Tullius, vnde in illa copula, &, non denotat diuersitatem rerum significatarum, sed terminorum significantium. ¶ Ad aliam dico, ꝙ tales propositiones conuertuntur a proferentibus, v.g. Dicens istam tu legis, debet eam conuertere in istam, legens es tu: nec ulla est difformitas quantum ad personam tactam in conuertente, eo quòd persona sequitur verbum. Sed si tales propositiones debeant conuerti ab alijs quam a proferentibus verbi gratia dicens istam. Alicui tu legis, ille audiens, cui loquetur, debet eam conuertere in istam, legens est illud, ꝙ ego sum, sed vnus tertius audiens, cui non fit locutio debet eam conuertere in vnam, cuius prædicatum est pronomen tertiæ particulæ legens est ille demonstrando illum pro quo supponebat ly tu ante. Et sic sit dictum ad quæsitum.

QVÆSTIO XIIII.

QVæritur decimoquarto, vtrū oīs propō vniuersalis affirmatiua cōuertatur per accīs in particularem affirmatiuā, & nō simpliciter in vniuersalē affirmatiuā. Arguitur, ꝙ non. Primo, quia propositio exclusiua est vniuersalis affirmatiua, & tamen conuertitur simpliciter in vniuersalē affirmrmatiuam, igitur aliqua vniuersalis affirmatiua conuertitur simpliciter in vniuersalem affirmatiuam Arguīt primo, ꝙ sit vniuersalis, quia infert vniuersalem, & affirmatiua, quia infert affirmatiuam, & minor apparet, quia sequitur tantum, aialē, hō igitur oīs hō est aīal. Secundo quia propō exceptiua est vniuersalis affirmatiua, vt ista. Oīs præter sorē currit. & tñ non conuertitur in ꝑticularē affirmatiuā quia ista est incongrua, aliquod currens ꝑter sortē est homo, quia dictio exceptiua signāt per modū excipientis a toto vniuersalī distributo, aut a toto integrali, & ideo ab vno particulari non potest fieri exceptio. ¶ Tertio, quia propositio reduplicatiua est vniuersalis affirmatiua, vt omnis homo inquantum animal est sensibile, & tñ non conuertitur in particularē affirmatiuam, vt in istam, quoddam sensibile est homo inquantū animal: quia propositio cuius prædicato additur dictio reduplicatiua est falsa, & in intelligibilis, vt patet in illo primo.

¶ Oppositum arguitur per Arist. in isto primo cap. 2.

Notandū quòd quadrupliciter inuenitur propositio vniuersalis. Quædam cuius prædicatum est terminus discretus, & illa conuertitur tripliciter. Vno mō in singulare, vt ista. oīs hō est sor. cōuertitur in istā. sor. ē homo, vel et de p̄dicato distributo vt sor. est oīs homo. Alio modo in particulare affirmatiuam additis istis actionibus quod est vt in istam, aliquid quod est sor. est homo. ¶ Tertio modo in vniuersalem affirmatiuam, vt in istam, omne q̄ est sor. est hō, & hoc est verū, nisi in vno casu. s. q̄n vna res est eadem cuilibet diuersarum rerum. ¶ Alia est propositio vniuersalis, cuius prædicatū est terminus cōis distributus affirmatiuè, vt omnis homo est omnis homo, & talis conuertitur dupliciter. Vno modo in particularem affirmatiuam, vt in istam, aliquid quod est omnis homo est homo, & ponuntur ibi istę dictiones, q̄ est ad denotandum, quod istud totum omnis homo se tenet ex parte subiecti in cōuertēte, sicut se tenuit a parte prædicati in conuersa. ¶ Secundo modo cōuertitur in vniuersalem de terminis transpositis. s. in istā, omnis homo est homo, q̄ probatur capiendo exēpla in istis terminis. Oē b, ē omne a. igitur oē a. est b. quia si non sequitur, detur oppositum consequentis s. quoddam a. nō est b. tunc ista hēt duas causas veritatis. Vnā, q̄ alter istorum terminorum pro nullo supponat, & tunc sic ista est uera, quoddam a. non est b. ita econtra quoddam b. nō est omne a. quæ est opposita añtis. Alia cā veritatis est, quod quoddam b. sit, & tñ non est oē a. uel econtra, & tunc sequitur oppositū añtis. s. q̄ non oē b. est oē a. & per consequens consequentia erat bona. ¶ Alia est vniuersalis affirmatiua, cuius prædicatum est terminus cōis distributus negatiue, vt omnis homo est nullus asinus, q̄ conuertitur dupliciter. Vno mō in particularem affirmatiuam, vt in istam, igitur aliquis qui est nullus asinus est homo.

¶ Alio modo in vniuersalem negatiuam, vt istam, nullus asi[nus] est homo probo consequentiam ad affirmatiuam de præ[dicato] infinito, sequitur negatiua de prædicato finito, vt p[atet] ihe. igitur ad istā, omnis homo est nullus asinus. q̄ est [p̄]dicato infinito, sequitur ista negatiua de p̄dicato finito [nullus] asinus, omnis homo non est asinus. q̄ equipollet isti, nullus [homo] est asinus. ¶ Alia est vniuersalis affirmatiua, cuius p̄[dicatum] est terminus cōis nō distributus, & de ista intelligit

Ari.

Arī. Tū ponūtur cōclusiones. Prima ē, ꝙ nulla vniuersalis affirmatiua cuius p̄dicatum est terminus cōis non distributus conuertitur simpliciter in vniuersalem affirmatiuam, probatur intelligēdo conn̄cia formali, quia nō sequtur omnis hō est animal est homo, quia antecedens est verum, & consequens falsum, & dico norabiliter consequentia formali, quia in tribus casib. potest cōuerti simpliciter gratia materiæ. ¶ Primus casus est, qn̄ antecedens est impossibile, & iō sequitur omnis homo est asinus, igitur omnis asinus est homo, quia ad impossibile sequitur quodlibet. ¶ Secundus casus est qn̄ subiectum & prædicatum sunt termini conuertibiles, & ideo sequitur, omnis homo est risibilis, igitur omne risibile est hō. ¶ Tertius casus est, qn̄ inferius prædicatur affirmatiue de suo superiori vniuersaliter sumpto, & iō sequitur oē aīal est hō igit oīs hō est, aīal. Secūda cōclusio est, ꝙ oīs vniuersalis affirmatiua, cuius, p̄dicatum est terminus cōis distributus cōuertitur gratia formæ in particularem affirmatiuā, vt sequitur, omnis homo est animal, igitur quoddam animal est homo, probatur, quia qn̄ ad añs sequitur cōsequens, quicquid sequitur ad consequens sequitur ad antecedens, & ideo ad vniuersalem affirmatiuam sequitur particularis affirmatiua sibi subalternata, ad quā particularem sequitur alia particularis affirmatiua, quæ est sua conuertens, igitur illa sequebatur ad uniuersalem. v.g. sequitur. omnis homo est animal, ad quam per conuersionē particularis affirmatiuæ sequitur, quodam animal est homo, igitur ista sequebatur ad vniuersalem. Secundo, quia ista consequētia est bona, ex cuius opposito cōsequentis sequitur oppositum antecedentis, sed sic est in prædicta consequentia, vt patet. ¶ Tertia conclusio est, ꝙ omnis propositio vniuersalis affirmatiua de terminis rectis infert exclusiuā de terminis transpositis probatur, quia quilibet talis vniuersalis infert exponētes exclusiuē de terminis trāspositis. igitur etiam infert exclusiuam, tenet cōsequētia, quia exclusiua infertur ex suis exponentib. modo q̄cquid sequitur ad consequens, sequitur ad antecedens, probatur antecedens, quia ad istam, omnis homo est animal. sequitur ista, igitur animal est homo. per præcedentem conclusionem quæ est vna exponens exclusiue similiter sequitur, oīs homo est aīal, igitur nihil aliud ab animali est hō, quia detur oppositū. s. aliquid aliud ab aīali est hō tūc sequit, ꝙ aliquis hō nō est

animal, quæ est opposita antecedentis. ¶ Et duo notabiliter i conclusione de terminis rectis, quia in terminis obliquis non valet consequentia. sicut non sequitur, cuiuslibet hominis animal est asinus. igitur tñ asinus est aial hois, quia posito ꝙ quilibet hō hēat asinum & bouem, tunc antecedens est verum, & consequens falsum. ¶ Secundo dico, quod consequentia non valet, quando vniuersalis affirmatiua includit aliquam negationem, & ideo licet ista sit vera, omnis homo est non omnis homo, propter hoc non sequitur. igitur tantū non omnis homo est homo, quia prima exponens esset falsa. ¶ Tunc ad rationes. ad primam dico, quod exclusiua non est propriè vniuersalis, nisi ratione suarum exponētium, vt dictum fuit prius. Vnde exclusiua conuertitur in vniuersalem de terminis transpositis, & econtra. ¶ Ad secundam de exceptiua debet sic conuerti omnis hō prēter sor. currit igitur quoddam currens aliud a sor. est homo. ¶ Ad tertiam de reduplicatiua ista debet conuerti sic. Omnis homo inquantum animal est sensibile. igitur aliquid quod inquantum animal est sensibile, est homo. Et sic ad quęsitum.

QVÆSTIO XV.

QVęritur 15. Vtrū propositio particularis negatiua possit conuerti simpliciter in particularem negatiuam? Arguitur, quod sic, quod nisi ita esset sequeretur, quod vniuersalis negatiua non posset conuerti simpliciter, consequens est falsum, vt patuit prius. probatur consequentia, quia quando ad antecedens sequitur consequens, quicquid repugnat consequendi, repugnat antecedenti, sed particularis negatiua sequitur ad vniuersalem negatiuam, igitur cum nō conuerti repugnat consequenti sequitur ꝙ repugnet antecedenti, scilicet vniuersali negatiuæ, & per consequens vniuersalis negatiua non conuertitur. ¶ Secundo, quia sicut se habet ista, nullus homo currit. ad istam, homo non currit. ita se habet ista, nullum current est homo, ad istam, quoddam currens non est homo. igitur permutatim. s. per locum a permutata proportione. sicut se habet primum ad tertium, ita se habebit secundum, ad quartum. ideo sicut ista, nullus homo currit. conuertitur in istam. nullum currens est homo, ita ista, quidam hō non est currens. conuertitur in istam differētiam, quoddam currens non est homo. & habetur propositum. ¶ Tertio sicut

est

est de particulari affirmatiua, ita videtur de particularib. negatiua. sed particularis affirmatiua conuertitur. igitur &c. ¶ Quartò, quia singularis negatiua cõuertitur simpliciter, vt dicendo, fortes nõ est pla. igit plã nõ est for. igitur particularis negatiua similiter cõuertitur. quia de particularib. negatiua & singularib. idẽ est iudicium. ¶ Oppositum arguitur per Ari. in isto primo, capitulo 2. vbi ponit istam conclusionem. ꝙ particularis negatiua non potest conuerti. 4

Notãdum, quòd ex parte suppositionis terminorum duo sunt impedimenta, propter quæ consequentia nõ valet. ¶ Primum impedimentum est, quando arguitur a termino non distributo .i. supposito determinatè vel confusè tantum ad ipsummet sumptum distributiuè, & ideo non sequitur, homo currit, igitur omnis homo currit. ¶ Secundum impedimẽtum est quando arguitur a termino stante confusè tantum ad eundem supponentem determinate manere in consequente, quę faciebat ipsum stare confusè tantum in antecedente, & ideo non sequitur, omnis homo animal non est, igitur omnis homo istud animal non est, quia in antecedente iste terminus animal supponebat confusè tantum, & in consequente determinatè vel discretè, & notabiliter dico in antecedente dictione &c. quia si remoueretur ista dictio omnis, tunc consequentia esset bona, quia sequitur, omnis homo animal non est, igitur homo hoc animal non est. ¶ Istis præmissis dicendum est de conuersione propositionum singularium, secundo de conuersione particularis negatiuæ.

Quantum ad primum notandum, quod quædam est singularis de prædicato discreto, quædam de prædicato communi. Item quædam est affirmatiua, quædam negatiua. ¶ Tunc prima conclusio est, quòd omnis propositio singularis affirmatiua de prędicato discreto conuertitur simpliciter in singularẽ de prædicato discreto, patet quia sequitur, for. est iste homo: igitur iste homo est for. ¶ Secunda conclusio est, quòd singularis affirmatiua, cuius prædicatum est terminus communis, conuertitur non simpliciter, sed per accidens in vnam indefinitam vel particularẽ, sicut sequitur for. est homo, igitur homo est for. vel quidam homo est for. ¶ Tertia conclusio est, ꝙ singularis negatiua de prædicato discreto conuertitur in singularem negatiuam, sicut sequitur for. non est pla. igitur pla. non est for. quia ibi non variatur suppositio alicuius termini:

cuius ratione impediatur consequentia, & ideo in terminis singularibus non refert, quòd negatio præponatur, vel postponatur, & ideo istæ æquipollent, non sor. est pla. & sor. non est pla. quæ tamen non æquipollerent de terminis communibus, immo vna esset vniuersalis: & alia particularis. ¶ Quarta conclusio est, quòd singularis negatiua cuius prædicatum est terminus communis conuertitur dupliciter. s. in particularem negatiuam, & etiam in vniuersalem negatiuam & in vtranque conuertitur per accidens, & non simpliciter, probatur, quia sequitur sor. non est asinus, igitur quidam asinus nō est sor. quia in antecedente iste terminus asinus erat distributus negatiuè virtute negationis præcedentis, modo ex distributo bene sequitur non distributum, licèt non e contra, similiter conuertitur in vniuersalem negatiuam ideo sequitur sor. non est asinus, igitur nullus asinus est sor. quia detur oppositum consequentis. s. quidam asinus est sor. sequitur per conuersionem particularis affirmatinæ oppositum antecedentis. s. sor. est asinus, & sic patet qualiter conuertitur propositio singularis.

Quantum ad secundū de particulari negatiua, notandum, quòd quędam est particularis negatiua, cuius prędicatum est distributum. s. quando prædicatum sequitur negationem vt dicendo, quidam homo non est asinus. Alia est cuius prædicatum non distribuitur, eo quòd præcedit negationem, vt dicendo, quidam homo animal non est. ¶ Secundo notandum, quòd in proposito intelligimus de conuersione proprie dicta, in qua manent ijdem termini, & ideo non intelligitur de conuersione per contrapositionem, nec de ea curat Aris. propter duo, quia non manent ijdem termini in antecedente & in consequente, immo mutantur termini finiti in infinitos, secundo, quia ista conuersio non est consequentia formalis, qđ patet primo de vniuersali affirmatiua, quia non sequitur, omnis homo est ens, igitur omne non ens est non homo, quia accidens est verum, & consequens falsum, nam subiectum consequentis pro nullo supponit, modo propositio affirmatiua est falsa, cuius alter terminorum pro nullo supponit, hoc idē patet de particulari negatiua, quia non sequitur, quędam chimera non est homo, igitur quidam non homo non est nō chimera, quia antecedens est verum, & consequens falsum, quia suum contradictorium est verum, s. istud. Omnis non homo

est

est non chimera. ¶ Nunc ponuntur conclusiones. Prima est, quòd particularis negatiua, cuius prædicatum non distribuitur, conuertitur in particularem negatiuam cuius etiam prædicatum non distribuitur, sicut sequitur. Quidam homo animal non est, igitur quoddam animal homo non est, quia datur oppositum consequentis. s. Omne animal homo est, sequitur oppositum antecedentis. s. quidam homo animal est, immo etiam sequitur vniuersalis, s. quòd omnis homo est animal. ¶ Secunda conclusio est, quòd omnis particularis negatiua, siue sit de prædicato distributo, siue non distributo, conuertitur in particularem negatiuam, cuius prædicatum non est distributum, sicut sequitur, quidam homo non est asinus, igitur quidam asinus homo non est similiter sequitur, quoddam animal non est homo, igitur quidam homo animal non est. Verum est tamen, ꝙ ista conuersio non est mutata, quia licet ad istam, quoddam animal non est homo, sequatur ista, quidam homo animal non est, tamen non sequitur e contra. ¶ Tertia conclusio est, quòd nulla propositio particularis negatiua de prædicato distributo conuertitur in particularem negatiuam de prædicato distributo gratia formæ sicut non sequitur, quidam homo non currit, igitur quidam currens non est homo, probatur, quia nunquam est bona cõsequentia formalis, vbi ex termino non distributo infertur idem terminus distributus, vt patuit prius, modo sic est in tali conuersione, quia in prædicta consequentia iste terminus homo supponebat determinate in antecedente, sed in consequente supponit confusè & distributiuè, secundo patet per instãtiam, quia non sequitur, quoddam animal non est homo, igitur quidam homo non est animal. Et dico notabiliter consequentia formali, quia in aliquibus terminis sequitur gratia materiæ siue consequentia materiali. ¶ Primus casus est, quando vterque terminus est conuertibilis cum reliquo, & ideo sequitur, quidam homo non est risibilis, ergo quoddam risibile non est homo. ¶ Secundus casus, quando superius negatur de inferiori, & ideo sequitur, quidam homo non est animal, igitur quoddam animal non est homo. ¶ Tertius casus quãdo subiectum & prædicatum sunt termini disparati, & ideo sequitur quidam homo non est asinus, igitur quidam asinus non est homo. ¶ Quartus, quando antecedens est necessarium. ¶ Ad rationes ad primam negatur consequentia, ad probationem dico,

co, quod ista regula, quicquid repugnat consequenti repugnat antecedenti, intelligitur antecedente & consequente sumptis significatiuè, & non tenet consequente materialiter sumpto, & ideo licet conuerti repugnaret particulari negatiuæ, non oportet propter hoc, quòd repugnet vniuersali negatiuæ. ¶ Ad secundam dico, quòd locus a transmutata proportione non tenet nisi in terminis significantibus quantitatem continuam vel discretam, vel aliud commẽsurabile, quod est reducibile in quantitatem, vt pura intensionem, vel remissionem, & huiusmodi. ¶ Ad tertiam non est simile de particulari affirmatiua, quia in cõuersione particularis affirmatiuæ nõ mutatur suppositio alicuius termini. ¶ Ad quartam dico, q̃ non est idem iudicium de particulari & singulari, sed est idẽ iudicium de indefinita & particulari. Vnde singularis negatiua bene conuertitur, & particularis negatiua non. Item ex singularibus bene fit syllogismus sed non quam ex particularibus. Et sic dictum ae quæsitum.

QVÆSTIO XVI.

QVæritur decimo sexto, vtrum subiectum possit ampliari per prædicatum ad suppponendum pro alijs, quam pro suppositis, v. g. in ista propositione, aliquis homo est mortuus, vtrum iste terminus homo, amplietur per prædicatum, quòd est præteriti temporis ad supponendum pro præteritis, vel solum supponat pro præsentibus quemadmodũ designat copula verbalis? Arguitur primo, quòd suppouat pro præsentibus solum, & per consequens illa propositio est falsa, quia subiectum non ampliat prędicatum ad supponẽdum pro suppositis subiecti, igitur nec econtra, tenet cõsequentia, quia idem videtur indicium quo ad hoc de subiecto & prædicato, antecedens patet, quia dicendo, quoddam mortuum est homo. Iste terminus homo non ampliatur per subiectum ad præterita, sed præcisè supponit pro præsentibus, & propter hoc illa propositio est falsa. ¶ Secundo, quia in omni propositione prædicatum debet appellare suam formam, scilicet referri ad suppositum verbi secundum significatum & etiam secundum connotatum, igitur in ista propositione, homo est mortuus iste terminus mortuus, qui est prædicatum præcisè supponit pro suppositis verbi, scilicet pro præsentibus, antecedens apparet, quia dicendo, nigrum erit

erit album, iste terminus album, appellat suam formam, & restringitur ad suppositum verbi, tam secundum significatum, quam secundum connotatum, sed nō sic est de subiecto quia ad hoc, quòd ista sit vera, non requiritur quòd subiectum sit nigrum cras, sed sufficit, quòd nunc sit nigrum, licet cras nō, sed tantum requiritur, quòd cras sit album. ¶ Tertio, si subiectum sic ampliaretur, sequeretur quòd secundus modus primæ figuræ non valeret, consequens est falsum, probatur consequentia sic arguendo. Nullus homo qui est, est mortuus. Omnis homo est homo qui est, igitur nullus homo est mortuus, præmissę sunt verę, & conclusio contradicit propositioni, de qua quęritur, igitur vel subiectum illis propositionis non ampliatur, vel iste syllogismus non valet. ¶ Quarto sequeretur, quòd duo primi modi secundę figurę nō valerent probatur consequentia arguendo sic, nullum mortuum est viuum, omnis homo est viuus, igitur nullus homo est mortuus, quę contradicit dictę propositioni, & ita potest exemplificari de Camestres. ¶ Quinto sequeretur, quòd particularis affirmatiua non posset conuerti simpliciter, consequens est falsum, vt patet prius, & probatur consequentia, & sit iste terminus a. conuertibilis cum isto termino homo, & iste terminus b. conuertibilis cum isto termino mortuus, per te ista est vera, quoddam a est b. quia quidam homo est mortuus, & tamen sua conuertens est falsa. s. quoddam b. est a. s. quoddam mortuum est homo. ¶ Oppositum arguitur per communem modum loquēdi. s. quòd respectu partium præteriti tēporis in prędicato, subiectum supponit pro his quæ sunt, vel pro his quæ fuerunt. ¶ Ista quæstio mota est propter conuersiones propositionum de præterito & de futuro, & ideo vidē dū est, quid est, terminus ampliatus, & quid ampliatiuus, qui sint termini ampliatiui. qualiter subiectū ampliatur per prædicatum, & non econtra.

Notandum igitur quod terminus ampliatus dicitur iste, qui ampliatur passiuè, ita quòd pluribus, supponat quam ante, sed terminus ampliatiuus, est iste, qui ampliat. Verbi gratia prædicatum, vel copula. si fuerit præteriti vel futuri temporis, aut de possibili ampliat subiectum ad supponendum pro suppositis præteriti, vltra ea pro quibus supponit ratione copulæ verbalis de præsenti. ¶ Secundo notandum, q̄ termini ampliatiui sunt in multiplici differentia, quidam sunt

vt verba præteriti, vel futuri temporis, alia sunt vt participia præteriti, vel futuri temporis. Item alia sunt, vt ista verba, potest, contingit, & nomina deriuata, ab istis. ¶ Item ista verba, significo, intelligo, promitto, & huiusmodi, & vniuersaliter omne verbum, cuius actus potest transire indifferenter in rē præteritam vel futuram, sicut in rem præsentem cuiusmodi sunt verba prædicta in actiuo genere respectu accusatiuorū, quos regunt post se, & in passiuo genere respectu nominatiuorum casuum, qui supponunt eis, vt dicendo antichristus intelligitur. ¶ Tertio notandum, quòd talis propositio, homo est mortuus, cuius subiectum ampliatur, habet duas causas veritatis, quando est indefinita, scilicet quòd homo qui est mortuus, vel quòd homo qui fuit est mortuus, & si sit vera in vno istorum sensuum, ipsa est vera simpliciter. ¶ Alij tamē dicunt, quod ista propositio non habet duas causas veritatis, immo est distinguenda per illos duos sensus, vt patet primo elenchorum de ista laborans sanabitur. ¶ Quarto notandum, quòd prædicatum dicitur appellare suam formam, & restringere ad supposita verbi, tam secundum significatum, quam secundum connotatum, ita quòd propositio est vera pro suppositis illius temporis cuius temporis est verbum seu copula verbalis, & hoc est verum quando prædicatum est participium præsentis temporis, aut nomen significans sine tempore, vt dicendo, homo est albus, iste terminus albus supponit pro illo quod de facto est album similiter dicēdo homo erit albus, ly albus supponit non pro illo qui nunc est albus, sed qui erit albus, in futuro, & ita respectu verbi de præterito, & dico notabiliter si prædicatum sit participium præsentis temporis, aut nōmen significās sine tempore, quia si prædicatum sit præteriti temporis non oporret quòd supponat pro suppositis de tempore verbi. Sed pro suppositis quæ de tempore verbi erunt vel fuerunt præterita. Vt dicendo. Sortes erit generatus, nō oportet, quòd istud prædicatum generatus supponat pro eo qui erit, sed pro illo de quo erit verum dicere in futuro, quòd ipsum fuit. Similiter dicendo. Sor. fuit generandus, istud participium generandus non supponit pro eo qui fuit, sed pro eo quod de tempore verbi erat futurum. Et sic patet qualiter prædicatum restringitur per copulam ad supponendum pro alijs & alijs suppositis: sed subiectum nō, quia copula sequitur subiectum igitur copula non agit in ip-

sum:

sum: Sed prædicatum ampliat subiectum, secundum quod ipsum est vnius temporis, vel alterius, eo quòd subiectum non appellat suam formam, si non restringitur ad sua suppositasecundum exigentiam copulæ. ¶ Tunc ponitur ista conclusio, quod subiectum ampliatur per prædicatum præteriti temporis, scilicet ad supponẽdum, pro his quę sunt, vel pro his quæ fuerunt in propositione indefinitæ vel particulari, & hoc disiunctiuè, sed in vniuersali copulatiuè probatur ex communi modo loquẽdi, quia aliter multæ propositiones essent falsæ: quæ tamen sunt concedendæ, vt aliquid est possibile quod non erit, aliquid est generandum, aliquid est præteritum: qđ non est. Nulla rosa existente rosa intelligitur, quæ omnes essent falsæ nisi subiecta ampliarentur ad supponendum pro aliis, quam pro suppositis de tempore verbi. ¶ Nunc ad rationes. Ad primam negatur consequentia, nec est simile de subiecto & prædicato, quia prædicatum restringitur ad suppositade tempore verbi secundum exigentiam verbi, & subiectum non. ¶ Ad secundam prædicatum debet &c. concedo. Et ideo si prædicatum sit præsentis temporis, vel nomen non ampliatum vt album, tunc supponit præcisè pro suppositis de tempore verbi Sed si prædicatum sit participium præteriti temporis, tunc supponit pro suppositis quæ erant præterita de tempore verbi, si verò prædicatum sit futuri temporis, tunc supponit pro suppositis quæ in tempore verbi sunt, vel fuerunt futura. Ad tertiam negatur consequentia. Ad probationem dico, quod iste syllogismus non valet, quia in præmissis ponitur aliqua restrictio, ratione cuius illæ præmissæ sunt veræ, quæ restrictio admitur, non explicata in conclusione. Et si quæratur quid tunc debeat concludi, dico, quod eadem restrictio, quæ ponitur ad medium debet in conclusione apponi minori extremitati, & ideo debet concludi ista, igitur nullus homo qui est, est mortuus. ¶ Ad quartam dicitur consimiliter. ¶ Ad quintam negatur consequentia, quia de conuersionibus talium propositionum dicetur in alia quæstione, & sic ad quęsitum.

QVÆSTIO XVII.

QVęritur decimo septimo. Vtrum propositiones de præterito & de futuro similiter conuertantur cum illis de præsenti? Arguitur quod non, quia non sequitur Aristoteles

stoteles est homo mortuus, igitur homo mortuus est Aristoteles, quia antecedens est verum, & consequens falsum. ¶ Secundo, non sequitur, nullus homo est mortuus, igitur nullum mortuum est homo, vel saltem conuersio non valet cõsequentia. ¶ Tertio, quia ista est vera, sortes fit, & tamen ista est falsa, quod fit est sortes, quia quod, fit non est, primo perihermenias. Et patet ex alio, quia quod fit, iam factum est, & per consequens amplius non fit. ¶ Oppositum arguitur, quia sicut se habet præsens ad præsens, ita præteritum ad præteritũ, & futurum ad futurum, igitur sicut ista de præsenti conuertitur in istam de præsenti, ita ista de futuro conuertitur in istã de futuro, & ita de præterito. ¶ Secundo aliter sequeretur, q̃ syllogismi imperfecti facti ex propositionibus de præterito & de futuro non possent perfici per primam figuram, consequens est falsum, quia ista reductio habet fieri per conuersionem. ¶ Tertio per Aristotelem, qui dat artem generaliter conuertendi propositiones sine exceptione alicuius propositionis de præterito vel de futuro.

Notandum quod quatuor modis aliqua propositio potest pertinere ad præteritum vel futurum. Vno modo, si eius prædicatum aut subiectum sit participium præteriti, vel futuri temporis. Secundo modo, si copula verbalis sit præteriti aut futuri temporis. Tertio, si copula verbalis significet vel connotet motum vel mutationem, vt ista verba fieri vel generari, corrumpi, incipere, & desinere, & huiusmodi, bene talia verba non possunt exponi sine altera exponentium de præterito vel futuro. Quarto, quãdo in propositione ponitur nomen vel verbum ampliatum, cuius. s. verbi actus transit in rẽ præteritam vel futuram vel possibilem, sicut in rem præsentem, sicut ista verba significo, intelligo, appeto, promitto, & ista nomina causatum, causa, calefactiuum & huiusmodi. Vnde dicimus de sanitate, quòd sit causa laborum, quando tamẽ nondum sanitas est. ¶ Tunc suppositio, quod propositiones de præterito vel futuro consimiliter conuertantur, sicut illæ de præsenti propter rationes, post oppositum, dicendum est de conuersionibus propositionum de quolibet dictorum quatuor modorum.

Quantum ad **primum** notandum, q̃ participium præteriti vel futuri **temporis aut** ponitur a parte subiecti, aut a parte prædicati. **Si ponitur a parte** subiecti, aut affirmatiue omnino

nino simpliciter conuertuntur, sicut illæ de præsenti in quib. nihil est de futuro, vel de præterito sicut ista. Aliquod mortuum est homo, simpliciter conuertitur in istam, aliquis homo est mortuus, & huiusmodi, consequentiæ, antecedens est falsum, & consequens verum. Et dico notabiliter affirmatiue, quia negatiue non simpliciter cõuertuntur. Vnde ista nullum mortuum est homo, non conuertitur in istam: nullus homo est mortuus, quia antecedens est verum, & consequens falsum. Cuius causa est, quia participium a parte subiecti supponit præcisè pro illis, quæ sunt de tempore verbi, & similiter prædicatum, s. homo, sed quando de ipso fit subiectum, tunc supponit pro illis, quæ sunt, & pro illis, quæ fuerunt copulatiuè in vniuersali, & disiunctiuè in indefinita vel particulari, & ideo illa propositio, nullum mortuũ est homo, debet conuerti in istam, nullus homo qui est mortuus, quia in consequente iste terminus homo debet restringi ad supponendum pro his præcisè pro quibus supponebat in antecedẽte. Si autem participium fuerit prædicatum, ita quòd sit præteriti temporis, tunc subiectum ampliatur in vniuersali pro his quæ sunt, & pro his quæ fuerunt copulatiuè & in indefinita vel particulari disiunctiuè, & secundum exigentiam illius habet illa propositio conuerti. v. g. ista, quidam homo est mortuus, significant idem quod ista disiunctiua, quidam homo, qui est mortuus, vel quidam homo, qui fuit est mortuus & ideo debet conuerti in istam. Quoddam mortuum est, vel fuit homo. ¶Item de negatiua, vt nullus homo est mortuus, ista significat, quòd nullus homo qui est mortuus, nec aliquis homo qui fuit, est mortuus, & ideo conuertitur in istam, nullum mortuum est, nec fuit homo, & tam antecedẽs quam consequens sunt falsa.

Quantum ad secundum, notandum, quòd copula præteriti, vel futuri temporis ampliat subiectum ad supponendum pro his disiunctiuè in indefinita, & copulatiuè in vniuersali, & ideo secundum exigentium ampliationis subiecti istę propositiones sunt conuertendę, ita quod vniuersalis est conuertenda in vnam de prædicato copulato. Exempla possunt formari, quare sicut prius suo modo. ¶Sed si quęratur de conuersionibus illarum de præterito, in quib. alter terminus est participium præteriti vel futuri temporis. Secũdo de illis in quibus vterque terminus est participium præteriti vel futuri tẽ

poris:

poris: Exemplum primi sor. fuit generandus, dico, quod conuertitur in istam, igitur aliquid quod fuit generandum, fuit sortes, nec oportet in illis prædicatum esse distributum. Exēplum secundi, quoddam mortuum fuit generandum, igitur quoddam quod fuit generandum fuit mortuum. Patet igitur qualiter conuertuntur propositiones, in quibus ponitur verbum aut participium præteriti vel futuri temporis. Et hæc de secundo.

Quantum ad tertium notandum, quod huiusmodi verba incipit, desinit, fit generari, & huiusmodi habent exponi per duas exponentes, quarum altera est de præterito, & alia de futuro. ¶Ideo sciendum de hoc verbo, fit, quod aliquid dicitur fieri dupliciter, vno modo simpliciter loquendo, vt dicendo homo fit, alio modo loquendo cum additione, & hoc dupliciter, quia vel terminus qui additur est concretum de genere accidentis, vt dicēdo homo fit albus, vel est terminus de genere substantiæ, vt dicendo sor. fit homo. ¶Item sciendum, quod aliqua fiunt subito sicut est illuminatio medij: posito quod luminosum esset subito approximatum. Alia fiunt successiuè, vt asinus, equus & huiusmodi, modo ista quę fiunt subito sunt dum fiunt, & ista quæ fiunt successiuè, non sunt dū fiunt, & ideo propositiones sunt diuersimodè conuertendæ. Vnde ista, homo fit posito, quòd generatio hominis fit subitanea, conuertitur in istā, quod fit est homo, sed si generatio hominis fit successiua, conuertitur in istam, quòd fit erit homo. ¶Item propter remouere ambiguitatem exponendi expedit conuertere in vnam de prædicato disiuncto, verbi gratia, ista, homo fit conuertitur in istam, quod fit est vel erit homo, & ista homo generatur in istam, quòd generatur est vel erit homo. ¶Item ista a, incipit esse, cōuertitur in istam, igitur quod incipit esse est vel erit a. ¶Si autem istud verbum, fit, accipiatur cum aliquo termino sequente: vt dicendo sor. fit homo, tunc ista conuertitur simpliciter, si prædicatum sit terminus quidditatiuus de genere substantiæ sine aliqua resolutione, vt ista, sor. fit homo, igitur homo fit sor. ¶Item si prædicatum sit abstractum de genere accidentis, quod non æquipollet cōcreto, idem est iudicium, vt si prædicatum esset de genere substæ, vt ista, albedo fit color. conuertitur in istam, color fit albedo, sed si prædicatum sit terminus concretus de genere accidentis, tunc non potest sic conuerti simpliciter, vt probatum

fuit

fuit ante oppositum, v. g. ista, aer fit lucidus, conuertitur in istam, lucidum est, vel erit aer, & pono disiunctiuè prædicatum: quia aer potest simul incipere esse, & incipere esse lucidus. ¶ Et quemadmodum est de istis verbis fieri: incipit. ita oppositio modo sunt conuertendæ propositiones de istis verbis desinere: & corrumpi, v. g. ista. sor. desinit esse, conuertitur in istam: igitur quod desinit esse nunc est sor. vel prius fuit sor. Vnde supposito, quod nullius rei permanentis in esse sit dare vltimum instans esse, tunc de omni permanente ista est bona consequentia a, desinit esse: igitur quod desinit esse prius fuit a, & nunc non est a, quia instans desinendi esse alicuius rei permanentis est primum instans non esse ipsius. Eodem modo ista, sor. corrumpitur, conuertitur in istam, igitur quod corrumpitur est vel fuit sortes. Et ista sor. desinit esse albus, non conuertitur in istam, album desinit esse sor. sed in istam. igitur quod desinit esse album est, vel fuit sor. Et sic patet qualiter propositiones de verbis significantibus motum vel mutationem sunt conuertendæ, & hæc de tertio.

Quantum ad quartum: notandum, quòd ista verba significo, intelligo, memoro, cognosco, opinor, & huiusmodi: quorum actus transit in rem præteritam, præsentem, & futuram, ampliant terminos quos regunt ad supponendum: non solùm pro præsentibus: immo etiam pro præteritis vel futuris. Et ideo in cõuertendo propositiones, in quibus ponuntur, oportet exprimere huiusmodi ampliationes. Vnde homo intelligit rem quæ est futura: & etiam rem quæ est præterita, & ideo non sequitur a, cognoscitur a sorte. igitur aliquid cognitum a sor. est a. ¶ Item ista nomina causa, causatum & quædã alia nomina denotantia aptitudinem, ampliant terminos sequentes ad supponendum pro aliquam pro præsentibus: vt verbi gratia, non sequitur a, est causa effectiua b, igitur b, est, non valet consequentia, quia dum b, fit a, est causa effectiua ipsius, & tamen quando b, fit b, non est, sed erit. Tunc dico, ꝙ in conuersione huiusmodi propositionum ista ampliatio debet explicari, verbi gratia, antichristus significatur hoc nomine antichristus: igitur aliquid quod significatur hoc nomine antichristus est antichristus: non valet consequentia, sed conuertitur in istam: igitur aliquid quod significatur hoc nomine antichristus est vel fuit, vel erit, vel potest esse antichristus, quia hoc verbum significare, ampliat terminum ad

supponendum tam pro præsentibus, præteritis, & futuris: quam pro possibilibus. ¶ Item ista, sanitas causatur a labore: igitur quod causatur a labore est vel erit sanitas. Item ista alicui promittitur equus: igitur aliquis cui promittitur equus est, fuit, erit, vel esse potest aliquis. ¶ Sed cum objicitur, quia si huius modi propositiones sic conuerterentur, sequitur, q̃ nullum impossibile posset intelligi, consequens est falsum; quia de impossibilibus enunciamus multa præterita, vt de vacuo, infinito, chimera, & huiusmodi consequentia probatur, quia si dicatur, vacuum intelligitur per te, debet conuerti in istam, igitur quod intelligitur est vel fuit, vel potest esse vacuum, modo antecedens est verum, & consequens falsum. ¶ Respondetur pro nunc quod nullum impossibile potest intelligi, & ideo intelligendo vacuum, intelligo res quę sunt: vt puta locum & corpus, tamen intelligo illa illo modo, quo non possunt esse. Similiter intelligendo infinitum intelligo res infinitas, sed qualiter non sunt. i. sine termino. ¶ Item intelligendo chimeram intelliguntur partes diuersorum animalium eo modo tamen compositę qualiter non est possibile ipsas componi. Tunc rationes sunt solutæ. Et sic sit dictum ad quęsitum.

QVÆSTIO XVIII.

QVæritur decimo octauo, vtrum propositiones de terminis obliquis similiter conuertantur illis de rectis? Arguitur, quod non, quia non sequitur homo differt ab aliquo homine, igitur aliquis homo differt ab homine, nam antecedens est verum, quia mulier quæ est homo, differt ab aliquo homine, quia ipsa non est aliquis homo, & tamen consequens est falsum, quia quilibet homo est homo, igitur nullus homo differt ab homine. ¶ Secundo, ista est vera, totus sortes est pars sortis, tamen sua conuertens est falsa. i. ista, pars sortis est sor. aut etiam ista, pars sortis est totus sortes. ¶ Oppositum arguitur per Ari. qui dat regulas generales de conuersionibus excipiendo propones aliquas, aut de rectis aut de obliquis.

Notandum est, quòd in propositione, in qua ponitur obliquus ponitur post copulam, vt dicendo, lapis est in muro, & tunc semper subintelligitur rectus. i. participium verbi, vt dicendo, lapis est ens in muro, aut obliquus præcedit copulam, & hoc aut pliciter, quia vel totus obliquus præcedit copulam,

vt

vt dicendo, hominis est asinus, aut rectus cum obliquo præcedit copulam: & tunc vel obliquus præcedit rectum, aut econtra rectus obliquum, modo quando rectus præcedit obliquū a parte ante, copulæ tunc omnes concordant in hoc, quod aggregatum ex recto & obliquo sit subiectum, sed si obliquus præcedat rectum, aut solus obliquus præcedat copulam, tunc ponit quædam opinio, quod rectus est subiectum expressus vel subintellectus vel ad minus aggregatum ex recto & obliquo, principalius tamen ratione recti, quam obliqui. ¶ Alia opinio ponit, quod si solus obliquus præcedat copulam, aut obliquus cum recto, ita quod obliquus præcedat rectum, tūc obliquus est subiectum & totum residuum se tenet a parte prædicati, quam teneo ad præsens in conuersionibus istarum propositionum de obliquo, & videbitur postea. ¶ Secundo notandum, quod aliquando obliquum præcedit signum vniuersale, quod si fuerit in obliquo, tunc solus obliquus est subiectum, vt dicendo. Cuiuslibet cōtradictionis altera pars est vera. Quandoque signum est in recto, & terminus sequēs in obliquo, vt dicendo. Quilibet hominis asinus currit, & tūc non oportet quod solus obliquus sit subiectum, immo aggregatum ex recto & obliquo. ¶ Tertio notandum, quod sicut aliquando in propositionibus de terminis rectis prædicatum aut pars prædicati copulam, vt dicendo, omnis homo animal non est, ita quandoque in propositionibus de terminis obliquis, vt dicendo, homo ad homine differt, iste obliquus ab homine se tenet a parte prædicati, & non a parte subiecti, eo qđ non est determinatio subiecti, nec construitur cum subiecto, nec aliquam vnionem habet cum subiecto, ratione cuius cum recto possit facere vnum extremum propositionis, & ideo in isto casu deficit ista regula, quod quando rectus cum obliquo ponuntur a parte subiecti, ita quod rectus præcedat obliquum, aggregatū ex recto & obliquo est ibi subiectum, quia intelligenda est vbi obliquus construitur cum subiecto, & est determinatio subiecti, ita quod habeat vnionem cum recto, ratione cuius ex ipsis possit fieri vnum extremorum propositionis. ¶ Quarto notandum, quod propositiones in quibus termini obliqui sunt subiecta resoluendæ sunt in quasdam alias de subiecto recto per istud pronomen, quod, ponendo ipsum in eodem casu, in quo prius erat terminus obliquus, faciendo de obliquo rectum,

v. g. hominis asinus currit, resoluenda est in istam, homo est cuius asinus currit, & ista, homo differt ab homine, resoluenda est in istam, homo est aliquid a quo homo differt, & ista, cuiuslibet contradictionis altera pars est vera, resoluitur in istam, quælibet contradictio est, cuius altera pars est vera. Tunc ponitur ista conclusio, quod propositiones de terminis obliquis consimiliter conuertuntur cum illis de terminis rectis, probatur conclusio ¶ Ad hoc, quod vniuersalis negatiua conuertitur in vniuersalem negatiuam, vniuersalis affirmatiua in particularem affirmatiuam, & particularis affirmatiua in particularem affirmatiuam, probatur, quia aliter sequeretur, quod non posset fieri syllogismus ex propositionibus de terminis obliquis in secunda vel in tertia figura, consequens est falsum, vt patet per Aristotele, versus finem huius primi, consequentia probatur, quia syllogismi secundæ & tertiæ figuræ non reducuntur, nisi per conuersionem, & ideo nisi consimiliter conuerterentur, sicut illæ, de terminis rectis Aristot. minus sufficienter determinasset.

Tunc sunt aliquę regulę in conuersionib. propositionum de obliquo obseruandę. ¶ Prima regula est ista, quod propositiones in quibus subijcitur terminus obliquus resoluendę sunt in quasdam, vbi subijcitur terminus rectus, ita, quod signum cum obliquo deberet poni in recto, quod quidem signum prius fuit in obliquo. Et hoc pronomen, quod, debet poni in eodem casu, in quo obliquus ponebatur prius, verbi gratia, ista, cuiuslibet contradictionis altera pars est vera, primo resoluęda est in istam. Quęlibet contradictio est aliquid, cuius altera pars est vera, & tunc conuertenda est in istam. Aliquid cuius altera pars est vera est cōtradictio. ¶ Item ista, nullo homine currente tu es asinus, conuertitur in istam, nihil quo currente tu es asinus, est homo. ¶ Item ista, neutrum oculum habendo tu potes videre, conuertitur in istam. Neuter quem habendo tu potes videre, est oculus. ¶ Item ista, omnium oppositorum eadem est disciplina igitur aliqua quorū eadem est disciplina sunt opposita. ¶ Item ista, cuiuslibet hominis asinus currit, conuertitur in istam, igitur aliquid cuius asinus currit est homo. ¶ Item istę. ¶ Vterque istorum currit, conuertitur in istam. Aliqui quorum alter currit sunt isti. Et ista, vtriusque istorum quilibet asinus currit conuertitur in istam igitur, Aliqui quotum quilibet asinus currit, sūt isti.

¶ Secun-

¶Secũda regula est ista, quod propositio in qua obliquus implicatur in aduerbio, vel in coniunctione, debet explicari, & facta explicatione de subiecto debet fieri prædicatum, verbi gratia dicendo. Omnino sortis est albus, in isto aduerbio, omnino implicatur obliquus, quia dicendo omnino sor. est albus, valet tantum dicere, sicut in omni parte sortes est albus, & tunc conuertitur in istam, aliquid in quo sor. est albus, est pars sortis. ¶Item dicendo, ter comedi panem, in isto aduerbio, ter, implicatur obliquus, qui debet explicari, vt dicendo terna vice comedi panem, & tunc debet conuerti in istam, aliquid, in quo comedi panem sunt, vel fuerunt tres vices, eodẽ modo debent conuerti alię propositiones, in quibus a parte subiecti ponitur aduerbium numerandi. ¶Item ista, vicissim contraria se expellunt, resoluenda est in istam, temporibus discontinuis contraria se expellunt, & tunc conuertitur in istam, igitur cõtraria in quibus se expellunt sunt tempora discontinua. ¶Item ista, infinities fuit eclipsis, resoluenda est in istam. Quotlibet vicibus plus fuit eclipsis, & conuertitur in istam, igitur aliqua quibus pluries fuit eclipsis sunt vel fuerunt vices. ¶Tertia regula est, quod quãdo obliquus ponitur a parte prædicati, semper subintelligitur aliquis rectus, & tũc aggregatum, quod fuerit prædicatum conuersè debet fieri subiectum conuertentis, verbi gratia, asinus est hominis, conuertitur in istam ens hominis est asinus. ¶Item iste panis coquitur in furno: conuertitur in istam, quod coquitur in furno est, vel erit panis, & pono prædicatum disiunctiuè, pro tãto, quod hoc verbum coquitur significat motum alterationis passæ ad panem. ¶Quarta regula est, quod aliquando loco relatiui oportet ponere antecedens & econtra, verbi gratia, dicendo, omnis habens filium diligit illum, male conuerteretur in istam, diligens illum est habens filium, quia ipsa non est intelligibilis, ex quo non est antecedens ad quod refertur istud relatiuum. igitur debet conuerti in istam. Aliquis diligens filium habet illum: ita quod loco relatiui ponitur antecedens contra. Tunc rationes solutæ sunt per prædicta. Et sic finis ad quæsitum.

QVÆSTIO XIX.

QVæritur decimonono. Vtrum obliquus possit esse subiectum propositionis, vt verbi gratia in ista propositio-

ne, hominis asinus currit, iste terminus hominis præcisè sit subiectum? Arguitur, ꝙ non, quia semper determinatio, & determinabile positæ ab eadem parte copulæ debent esse idem extremum propositionis, sed obliquus est determinato recti, igitur quando obliquus, & rectus præcedunt copulam, aggregatum erit subiectum, minor patet exẽplariter in aliis, quia dicendo, homo albus currit, aggregatum ex determinatione, & determinabili est huic subiectum: & minor, patet, quia iste terminus asinus, quantum est ex parte sui supponit indifferẽter pro omni asino, sed quando additur sibi obliquus: vt hominis, determinatur ad supponendum præcisè pro asinis, qui sunt asini hominum. ¶ Secundo, quia idem est subiectum conuertentis, quòd prius erat prædicatum conuersæ: sed in ista, currens est hominis asinus, hoc totum hominis asinus est prædicatum, igitur similiter hoc totum hominis asinus erit subiectum in ista, hominis asinus currit.

¶ Tertio, quia subiectũ est, de quo aliquid dicitur, modo prædicatum dicitur de isto toto hominis asinus, in ista hominis asinus currit, quemadmodũ dicitur de aggregato in ista, asinus hominis currit, igitur sicut in vna aggregatum, est subiectũ, ita & in reliqua. ¶ Quarto sequitur, quod copula propositionis non implicaretur in verbo, immo in obliquo posito a parte subiecti consequens est falsum, quia copula significat cum tempore, & nomen non, vt patet primo perihermenias, probatur consequentia quia ista, hominis asinus currit, explicatus per istam, homo est cuius asinus currit, modo ista copula est, implicabatur in obliquo, & nõ in verbo, quia verbum manet integrum, sicut ante. ¶ Quinto, quia verisimile est, quod ista propositio, hominis asinus est, sit de verbo secũdo adiacente, quia nihil sequitur copulam, quod non esset nisi aggregatum, ex recto & obliquo esset subiectum. ¶ Sexto, quia quando rectus præcedit obliquum, aggregatum ex recto & obliquo est subiectum, igitur eodem modo, quando obliquus præcedit rectum, tenet consequentia, quia præcedere non arguit, quod debeat, esse subiectum plus quam ante. quia quandoque totum prædicatum præcedit copulam, vt dicendo, homo animal est. ¶ Septimo, quia in ista, quilibet hominis asinus currit. hoc totum hominis asinus, est subiectum, igitur similiter in istis. hominis asinus currit, tenet consequẽtia, quia propter illud quod non est subiectum nec pars subiecti,

biecti, non videtur quod debeat variari subiectum siue addatur siue remoueatur, modo signum non est subiectum, nec pars subiecti. ¶ Octauo, quia nomen obliquum non est nomen, vt patet primo perihermenias, & non propter aliud, nisi quia non potest esse subiectum propositionis, vel prædicatum, igitur &c. ¶ Nono, quia rectus apud gramaticos est principalis pars orationis, igitur si rectus & obliquus præcedant copulam, sequitur, quod sicut rectus principalius supponit verbo, ita etiam principialius erit subiectum.

¶ Oppositum arguitur, quod in omni bono syllogismo facto in prima figura, illud est subiectum maioris, quod est prædicatum minoris, sed iste est bonus syllogismus in prima figura, cuiuslibet hominis asinus currit. Sor est homo, igitur sortis asinus currit, sed in minori iste terminus homo est prædicatum, igitur in maiori iste terminus hominis præcisè erat subiectum. ¶ Secundo, quia in ista propositione, regis interest benefacere, iste terminus regis, est subiectum, quia non apparet aliud quod reddat suppositum verbo, similiter sequitur in ista, vterq; istorum currit, iste terminus istorum est ibi subiectum, quia ly vterque non includit aliquod cathegorema, cum sit signum vniuersale. ¶ Tertio per diffinitionem subiecti, quia subiectum est de quo aliud dicitur, sed de aliquo obliquo dicitur aliud scilicet prædicatum, in dicendo, hominis est asinus, igitur &c. ¶ Quarto per Aris. in isto primo versus finem, vbi ponit, quod ex maiore derecto & minore de obliquo sequitur conclusio, cuius subiectum est de obliquo, vt arguendo sic, omnis disciplina est sophia, boni est disciplina, igitur boni est sophia.

Notandum quòd logicus & grammaticus diuersimodè cõsiderant de nomine, & verbo, siue de partibus orationis, quia grammaticus considerat de eis in ordine ad congruitatem, modo de alijs partibus orationis a nomine, & verbo, possunt fieri orationes congruæ, licet imperfectæ, vt dicendo de domo ad tabernam. Sed logicus considerat de istis in ordine ad veritatem & falsitatẽ, scilicet prout possunt esse partes principales enunciationis veræ vel fallæ, scilicet subiectum prædicatum, vel copula, & tales partes sunt præcisè nomina & verba. Nam aliæ partes orationis non sunt nisi determinationes, vel dispositiones designantes significationem, vel suppositionem terminorum, scilicet nominis & verbi, aut modum signi

ficandi, vel supponendi, aut diuersum modum sequẽdi vnius ex altero, vel diuersum modum copulandi diuersa ab inuicem, & ita de alijs.

Secundo notandum, quod quando obliquus præcedit copulam, aliquando ponitur, solitariè, vt dicendo, hominis est asinus, aliquando cum recto sequente vt hominis asinus currit, aut cum recto præcedente, & hoc dupliciter, quia vel rectus præcedens est sine syncathegoremate, vt dicendo, asinus hominis currit, vel est cũ syncathegomate, vt est signum vniuersale vel particulare, & tunc semper refertur vel ad rectum præcedentem obliquum dicendo.

Quilibet asinus hominis currit, vel subintelligitur antecedens rectus, vt dicendo, vterq; istorum currit, vnde ibi subintelligitur, quod vterque homo istorum currit, non de significatione huius signi vterque quia illud signum nullum cathegorema includit, & ideo iste rectus subintelligitur ratione obliqui sequentis.

Tunc ponuntur cõclusiones, prima conclusio est ista, quod quando solus obliquus præcedit copulam aut obliquus cum recto, ita quod obliquus p̃cedat rectum, tunc solus obliquus est subiectum propositionis vt in ista, hominis asinus currit, probatur, quia illud solum est subiectum, quod adueniente signo vniuersali distribuitur, sed in isto casu solus obliquus distribuitur per aduentum signi uniuersalis positi a parte ante totius propositionis, igitur solus obliquus est hic subiectum, maior patet, primo ex diffinitione propositionis vniuersalis, secundo, quia ista est indefinita, hominis asinus currit, igitur potest fieri vniuersalis per oppositionem signi, & per consequens illius vniuersalis iste terminus est subiectum, qui signo vniuersali distribuitur, & minor patet, quia dicendo, cuiuslibet hominis asinus currit, iste terminus hominis precisè distribuitur, quod probatur posito casu, quod quilibet homo habeat asinum qui currat, & sit vnus asinus communis omnibus qui non currat, vel distribuitur iste terminus homo precisè, & habetur intentum, vel distribuitur iste terminus asinus, & hoc non, quia tunc sequeretur, cuiuslibet hominis asinus currit, asinus cõmunis est asinus, igitur asinus communis hominis currit, quod est contra casum, & per idem probabitur, qd aggregatum non distribuitur, secundo probatur per rationes post oppositum.

¶ Ex

¶ Ex ista conclusio sequitur, q̄ ista consequentia nō valet. Omnem hominem videns est vnum solum hominem videns. Sed asinus est hominem videns, igitur est vnum solum hominem videns, quia posito casu, quòd quilibet homo videat seipsum, & quod asinus videat omnem hominem, tunc præmissæ sunt veræ, & conclusio falsa, & ideo si fiat debita sūptio subiecti, debet tunc sic argui. Omnem hominem videns, est vnum solum hominem videns, sed sortes est homo, igitur Sortem videns est vnum solum hominem videns, quæ est vera, & etiam sua sub contraria. s. Sortem videns non est vnum solum hominem videns, vt patet de asino. Et si quæratur de contradictoria illius vniuersalis, dico, quod est ista, aliquem hominem videns nō est vnum solum hominem videns, quod est falsum. ¶ Secundo sequitur, quod ista consequentia non valet. Cuiuslibet contradictionis altera pars est vera, sed hic homo est asinus, est cōtradictionis altera pars, igitur hic homo est asinus, est vera, quia hic non fit sumptio sub subiecto, sed sub parte prædicati, quæ non distribuitur. Et ideo debere sic argui, cuiuslibet contradictionis altera pars est vera, hæc est contradictio, igitur huius contradictionis altera pars est vera. ¶ Secunda conclusio est, quod si a parte subiecti, scilicet a parte ante copulæ rectus præcedat obliquum aggregatum ex recto & obliquo erit subiectum, vt dicendo. Asinus hominis currit, istud totum asinus hominis est subiectum probatur quia illud est subiectum in indefinita, quod per signum vniuersale oppositum distribuitur in vniuersali, & hoc est aggregatum ex recto & obliquo, igitur &c. maior est nota, vt prius quia aliter ex indefinita non posset fieri vniuersalis, & minor patet posito casu, quod sit vnus asinus syluester, qui nullius hominis sit possessio, & ponitur vltra, quod aliqui homines habeant asinos, & aliqui non, & quod asinus currat excepto syluestri, tunc ista est vera. Quilibet asinus hominis currit vt patet inductione, & tamen non distribuitur iste terminus asinus præcisè, quia tunc quilibet asinus curreret, & non tantum hominis asinus, ideo aggregatum illud distribuitur.

¶ Ad rationes negatur maior. quia non oportet, quod determinatio & determinabile faciant vnum extremum, quando determinatio potest distribui sine hoc, quod determinabile distribuitur, vel econtra, vel dicitur quod obliquus non est determinatio recti sequentis. ¶ Ad secundam concedo maiorem,

rem, nego minorem, quia ista hominis asinus currit nõ conuertitur in illam. sed in ista aliquis cuius asinus currit, est hõ. ¶ Ad tertiam concedo diffinitionem subiecti, & dico, quod non est simile quando obliquus præcedit, & quando sequitur, quia quando obliquus præcedit, tunc per signum appositum solus obliquus distribuitur, sed quãdo sequitur aggregatum ex recto & obliquo distribuitur. & ideo in ista hominis asinus currit, prædicatũ dicitur de isto obliquo hominis, vt patuit in alia quæstione resoluendo ipsam.

¶ Ad quartam concedo, quod copula includitur in obliquo sed propter hoc non sequitur, quod si copula significet cum tempore, quod tũc propter hoc obliquus significet cum tempore. ¶ Ad quintam dico, quod ista non est de secundo adiacente. immo nõ plus quam ista homo est animal, & ideo prædicatum potest præcedere copulam. ¶ Ad sextam concedo antecedens, sed negatur consequentia. & causa est dicta in solutione tertiæ rationis. ¶ Ad septimam dico, quod in ista quilibet hominis asinus currit. istud totũ. hominis asinus est subiectum, & hoc propter signum. in recto, quod præcedit. quod signum licet non sit subiectum, aut pars subiecti, attamen est syncathegorema designans modum supponendi ipsius subiecti. & ideo propter ipsũ variatur subiectũ in indefinita & vlt. ¶ Ad octauã reñdetur quod duplex, est subiectũ. Quoddã est subiectũ locutionis, & aliud propositionis. modo obliquus est subiectũ propositionis. licet non subiectũ locutionis, propter hoc quod non constituitur a parte, vbi est secundo adicente. ¶ Ad nonam sicut ad præcedentẽ consimiliter. Et sic ad quæsitum.

QVÆSTIO XX.

QVæritur vigesimo, vtrum ex puris particularibus vel indefinitis possit fieri syllogismus; Arguitur quod sic, quia ex præmissis vniuersalibus potest fieri syllogismus ad conclusionem vniuersalem. igitur ex particularib ad particularem tenet cõsequentia, quia sicut se habent præmissæ vniuersales ad conclusionem vniuersalẽ, ita particularis
2 ad particularem. ¶ Secundo, quia ex vna particularis, sequitur conclusio gratia formæ. igitur ex pluribus particularibus tenet consequentia, quia plures particulares videntur esse potentiores in inferendo quam vna, & antecedens apparet:

quia

quis per conuersionem ex vna particulari infertur alia, similiter per æquipollentiam.¶ Tertio, quia ad impossibile sequi 3
tur quodlibet. sed aliqua est particularis impossibilis. igitur ad aliam sequitur quælibet alia propositio necessaria particularis, & alia sequitur ad quamlibet aliam.¶ Quarto patet ar- 4
guendo hypotheticè isto modo. Si quidam hō currit, quoddā animal mouetur, sed quidam homo currit ergo quoddam animal mouetur, hic arguitur ex pluris particularibus.¶ Oppositum arguitur per Aristotelem in isto primo tractatu secundo.¶ Notandum est, qđ quædam est consequentia enthymematica, & quædam syllogistica. consequentiarum enthymematicarum quædam sunt formales, quędam materiales. Materialium quædam sunt similes, quędam vt nunc. Quarum diffinitiones ponendæ sunt ex prædictis.¶ Secundo notandum, quod ex vna particularis sæpe sequitur alia in dona cōsequentia: & primo gratia formæ per conuersionem. vt quidam hō est animal. igitur quoddam animal est homo.¶ Secundo per æquipollentiam, vt quidam homo nō currit. igitur non hominis homo currit. Tertio, quando prædicatum variatur secundum finitum, & infintum. verbi gratia. Ad affirmatiuam de prædicato infinito sequitur negatiua de prædicato finito. similiter ad affirmatiuā de prædicato finito sequitur negatiua de prædicato infinito: vt patet secūdo perihermenias.¶ Quarto, quando antecedens, quæ est particularis, est impossibilis, vt quidam homo est asinus. igitur tu curris.¶ Quinto, quando consequens est necessarium.¶ Sexto quando arguitur ex hypotheticis licet non syllogisticè, vt arguitur a disiunctiua cū opposito vnius partis ad alteram partem.¶ Septimo, quando arguitur ex conditionali facta ex partibus cum antecedente posito inesse ad suum consequens, vt arguebatur ante oppositum.¶ Octauo, quando arguitur a copulatiua ad alteram partem, & ita ex diuersis modis arguendi ex hypotheticis nō syllogisticè.¶ Tunc quātum admodum syllogisticū ponitur conclusiones prima cōclusio est ista. Quod ex puris particularib, vbi medium est terminus discretus, bene pōt fieri syllogismus verbi gratia bene sequitur. Quidam homo est sort. quoddam album est sor. igitur quoddam album est homo, & licet iste processus prima facie nō sit simpliciter euidens, attamen per conuersionem præmissarum fit bona forma.¶ Secunda conclusio est, q̄ in omni dispositione in qua valet syllogismus ex

posito-

positorius, valet. Et syllogismus ex puris particularib. vbi me-
dium in illa præmissa tumitur cum relatiuo identitatis. verb
gratia. sequitur euidenter. quoddam album est sor. & illud
album currit. igitur currens est sor. patet: quia per relatiuum
identitatis fit vnio extremorum cū medio in præmissis ratione
vnius & eiusdem suppositi, & ideo vnio extremorum in præ-
missa cum medio est sufficiens ad cōcludendum extrema de
se inuicem in conclusione. ¶ Tertia conclusio, quod ex puris
particularibus affirmatiuis fit bonus syllogismus in se cunda
figura. vbi vtriusque præmissæ prædicatum est terminus cō-
munis distributus affirmatiuè. verbi gratia. bene sequit. qd-
dam motum circulariter est omnis luna. quoddam lucēs est
omnis luna. igitur quoddam lucens est motum circulariter.
& illud tenet in omnibus, nisi vbi per præmissas significatur
vna res aliqua numero, quæ est eadem cuilibet diuersarum
rerum. quia in isto casu consequentia non valeret: quia non
sequitur, quidam pater in diuinis est omnis essentia diuina,
quidam filius in diuinis est omnis essentia diuina, igitur qui-
dam filius est pater, propter hoc, quod per istum terminum
essentia diuina significatur vna res numero, quæ est eadem
cuilibet diuersarum rerum. Et ideo si mediū sumeretur sub
ista forma, quoddam b. est omne quod est a. quoddam c. est
omne quod est a. igitur quoddam c. est b. tunc valeret syllo-
gismus in omnibus sine aliqua exceptione. ¶ Quarta conclu-
sio est, quod ex puris particularib. ambabus negatiuis fit syl-
logismus ad concludendum particularem negatiuam, cuius
extremum in conclusione. s. maior extremitas præcedit copu-
lam & negationem, sicut sequitur. ¶ Quoddam animal non
est homo, quoddam animal non est album. igitur quoddam
album homo non est. ita quod maior extremitas præcedat ne-
gationem in conclusione. ¶ Quinta conclusio est, quod excep-
tis prædictis casibus, nunquam ex puris particularibus po-
test fieri syllogismus. probatur conclusio per instantiā in ter-
minis: quia non sequitur, quoddam animal est homo. quod-
dam animal est equus. igitur quidam equus est homo. nec se-
quitur negatiuè. quoddam animal non est homo. quoddam
animal non est risibile, igitur quoddā risibile non est homo.
¶ Tunc rationes sunt solutæ ex præcedentibus. Et sic patet
quid sic dicendum ad quæsitum.

QVÆ-

QVÆSTIO XXI.

QVærit 21. vtrũ ex puris negatiuis possit fieri syllogismꝰ? Arguitur quod sic: ꝙ ex vna negatiua bene fit syllogismus. igitur ex pluribus tenet consequentia: quia plures sunt potentiores ad inferendum, quã vna, & antecedens patet. ꝙ ex vna negatiua sequitur alia p subalternationẽ & cõuersionẽ. ¶ Secũdo, ꝙ ex puris affirmatiuis sequit cõclusio igit ex puris negatiuis: quia sicut se habent affirmatiuę ad affirmatiuam: ita negatiuę ad negatiuam. ¶ Tertio per Aristotelem in isto primo, qui ponit: quod ex duabus negatiuis de contingenti bene fit syllogismus. ¶ Quarto, quia ille est bonus syllogismus: scilicet nullum animatũ currit, nullum animal currit. si nullum animal currit, nullus homo currit. igit, si nullum animatum currit: nullus homo currit. ¶ Oppositũ arguitur per Aristotelem in isto primo. ¶ In quæstione primo videbitur, vtrum ex aliqua negatiua possit sequi aliqua affirmatiua. Secundo qualiter ex vna negatiua possit sequi aliqua negatiua. Et tertio qualiter ex pluribus negatiuis possit sequi aliqua conclusio. & qualiter non.

Quantum ad primũ sit prima conclusio ista: quod ex vna hypothetica negatiua sequitur formaliter aliqua affirmatiua: immo plures cathegoricæ affirmatiuæ. probatur sic capiendo vnam disiunctiuam compositam ex duabus cathegoricis negatiuis, vt sortes non currit, vel homo non est albus: tunc capiatur contradictoria istius disiunctiuæ præponendo negationẽ, deinde capitur eius contradictoria per copulatiuam factam ex partibus contradictorijs, quæ erit ista. sortes currit, & omnis homo est albus. tũc arguitur sic. quicquid sequitur ad istam copulatiuam affirmatiuam sequitur ad istam disiunctiuam negatiuam. sed ad istam copulatiuam sequitur formaliter quælibet suarum partium, quæ est affirmatiua. igitur ad istam disiunctiuam negatiuam sequitur quælibet pars illius copulatiuæ. maior patet. quia illud quod sequitur ad vnam æquipollentiam sequitur ad aliam modo illæ æquipollent. & minor patet quia quælibet pars copulatiuæ sequitur formaliter ed totam copulatiuam. ¶ Secunda conclusio est, quod ad vnam cathegoricam de ineſſe negatiuam sequitur formaliter vna hypothetica affirmatiua. probatur. quia

quælibet

quælibet propositio infert ipsam formaliter cũ quacunque alia subdisiunctione. sicut sequitur formaliter, nullus homo currit. igitur nullus homo currit vel Deus non est. & tamen antecedens est vna cathegorica negatiua, & consequens vna hypothetica affirmatiua.

¶ Tertia conclusio est, quod nunquam ex vna cathegorica negatiua sequitur formaliter vna cathegorica affirmatiua, probatur, quia nunquam est bona consequentia, arguẽdo a propositione habente plures causas veritas, ad propositionẽ habentem vnam solam causam veritatis, sed semper negatiua hẽt plures causas veritatis: quia potest esse vera ex eo, quod subiectum pro nullo supponit, vel ex eo, quod prædicatum pro nullo supponit, vel dato, quod vtrunq. supponat pro aliquo, tñ non est idem pro quo supponit vnum & reliquum, sed affirmatiua nunquam verificatur, nisi vtroque termino supposito pro aliquo.

¶ Secundo patet inductione, quia ex ista nihil est nunquã sequitur ista: aliquid est. Nec ex ista, Deus non est: sequitur aliqua affirmatiua: & sic de singulis. ¶ Contra istam conclusionem dr, quia quælibet propositio modalis est cathegorica, & tñ ex vna modali negatiua sequitur vna modalis affirmatiua gratia formæ, maior est vera, quia cathegorica diuiditur in modalem, & in istam de inesse & minor probatur, quia æquipollentia est consequentia formalis, & tamen vna negatiua æquipollet affirmatiuæ, vt dicendo. Deum esse non est impossibile. igitur Deum esse est possibile.

¶ Respondetur concedo maiorem, & nego minorem.

¶ Ad probationem dico, quod istæ non æquipollent. Deũ esse non est impossibile, & Deum esse est possibile, sed istæ duæ æquipollent. Deum esse non impossibile est, & Deum esse possibile est esse, & tunc prima est sicut & secunda.

Et causa diuersitatis est, quia quando iste modus impossibile cum negatione cadente super copulam præcedit copulam, tunc propositio redditur affirmatiua virtute negationis inclusę in hoc modo impossibile, sed qñ negatio sola pcedit, & iste modus impossibile non, tunc propositio est negatiua.

Quantum ad secundum, prima conclusio est, quod ex vna negatiua bene potest sequi alia negatiua gratia formæ, probatur propositionib. negatiuis, in quib. antecedens, & consequens participant vtroque termino.

Primo

Primo per conuersionem, vt nullum b. est a. igitur nullum a. est b.

Secundo per æquipollentiam, vt nullus homo currit, igitur omnis homo non currit.

Tertio per subalternationem, vt omnis homo non curris, igitur quidam homo non currit.

¶ Secunda conclusio est, quod ex vna negatiua potest seq. alia negatiua gratia materiæ, & hoc patet in multis locis dialecticis, quia sequitur nullum animal est, igitur nullus hō est.

Quantum ad tertium sit prima conclusio, quod per syllogismum siue per modum arguendi ex terminis trib ex puris negatiuis bene sequit conclusio absque hoc q propositiones participent vtroq; termino, probatur in multis casibus, qui tacti fuerunt ante oppositum. ¶ Primo, si medium quod simpliciter sumitur in maiori sumatur cum relatiuo diuersitatis minori, tunc ex puris negatiuis bene sequitur cōclusio. v.g. sequitur, nullus homo currit, nullum album est aliud ab homine, igitur nullum album currit. ¶ Secundo potest argui in terminis singularib. Vt sortes nō currit nullus homo est alius a sorte. igitur nullus homo currit.

¶ Secundus casus est quando in vna præmissa vnus terminus finitè sumptus negatur de aliquo termino, & ille idem terminus in secunda præmissa infinitè sumptus negatur de eodem termino, tunc ex illis duabus præmissis sequitur negatiua de hoc verbo est secundo adiacenti. v.g. sequitur. Nullus homo est lapis, nullus homo est non lapis, igitur nullus homo est & tenet per illud mediū oē quod est, est lapis, vel non lapis, sed nullus homo est lapis, vel non lapis sequitur in Camestres. igitur nullus homo est. ¶ Tertius casus est quando ad similitudinē primæ figuræ medium uariatur secundū finitum & infinitum, vt arguendo sic. Nullum non b. est a. Nullum c. est b. igitur nullum c. est a. ¶ Quartus casus est, q copulatiua negatiua æquipollet disiunctiuæ affirmatiuę, modo ex ista disiunctiua cum vna suarum partium negata sequitur alia pars, igitur etiam ex copulatiua negatiua cum secunda parte disiunctiuæ negatiua sequitur alia pars disiunctiuę. & per cōsequēs ex puris negatiuis sequit conclusio. ¶ Secūda conclusio, q per syllogismū ex terminis præcisè absq. hoc, q aliqua propositionū participet cū alia in vtroq. termino. nunquam ex puris negatiuis sequitur conclusio. & istam conclu-

sionem

sionem declarat philosophus in textu. & sunt termini in quibus omni in qualibet trium figurarum, animal, lapis, homo, & termini in quibus nulli, lapis equus, homo. ¶ Tunc ad rationes. ¶ Ad primã conceditur, vbi antecedens & consequens participãt vtroq; termino, sed negatur consequentia. ¶ Ad secundum dico quod, non est simile, quia ista est vera. Quæcunque vni & eidem sunt eadem inter se sunt eadem, & ideo ex affirmatiuis bene sequitur affirmatiua. sed ista regula est falsa. Quæcunque differunt ab eodem, illa a se inuicem differunt, & ideo ex negatiuis nulla sequitur negatiua, v.g. licet homo & risibile differãt ab equo, non propter hoc sequitur, q̃ differant a se inuicem. Item ista regula est falsa. Quęcunq; ab aliquo differunt inter se sunt eadẽ, & ideo licet homo & equus differant ab asino. non propter hoc sequitur, quod sint idem inter se. ¶ Ad tertiam dico, quod illæ non sunt negatiuæ. Et sic ad quæsitum.

QVÆSTIO XXII.

QVæritur vigesimosecundo. Vtrum quatuor primi modi primæ figuræ teneant gratia formæ. ¶ Primo contra primum modum, quia non sequitur. Omne animal si est risibile est homo. omne brutũ est animal si est risibile. igitur omne brutum est homo, quia præmissæ sunt veræ, & conclusio falsa. ¶ Secundo, quia non sequitur, omnis homo vel asinus est asinus. sed oẽ rõnale est homo vel asinus. igit omne rationale est asinus. maior probatur inductiuè, quia iste homo vel asinus est asinus: & iste homo vel asinus est asinus. & sic de singulis, igitur &c. ¶ Tertio, quia non sequitur. cuiuslibet contradictionis altera pars est uera, sed quęlibet propositio est cõtradictionis altera pars igitur quælibet propositio est vera. conclusio est falsa, & præmisse sunt veræ, igitur modus arguendi est falsus. ¶ Item non sequitur. Omnia animalis sunt rõnalia vel irrationalia, sed homo & asinus sunt aĩalia. igitur &c. ¶ Item non sequitur cuiuslibet hominus asinus currit. omnis asinus est hominis igitur omnis, asinus currit. quia prẽmissæ sunt ueræ, & conclusio falsa, posito casu, q̃ quilibet homo hẽat duos asinos, quorum unus currat, & alter non currat. ¶ Deinde arguitur contra secundem modũ, quia nõ sequitur. Nullum viuum est mortuũ. Omnis homo est viuens. igitur nullus homo est mortuus, quia prẽmisse sũt

verę, & conclusio falsa, quia significat, ꝙ nullus homo qui est, nec aliquis homo qui fuit, est mortuus. ¶ Item non sequitur. Nullus homo dum dormit, vigilat. omnis homo est homo dum dormit, igitur nullus homo vigilat. prę̃missæ sunt veræ & conclusio falsa. ¶ Item non sequitur arguendo theologicè. Nullus pater est filius. Omnis essentia diuina est pater. igitur nulla essentia diuina est filius. ¶ Eodẽ modo potest argui contra primum modum sic. Omnis essentia diuina est pater. Omnis filius est essentia diuina. igitur oĩs filius est pater. p̃missæ sunt veræ & conclusio falsa. ¶ Deinde contra tertium modum, quia nõ sequitur. Omnis homo est totum in quantitate, aliquis homo est homo, igitur aliquis homo est totum in quantitate. ¶ Deinde contra quartum modum, quia non sequitur. Nullum viuum est mortuum. Aliquis homo est viuus. igitur aliquis homo non est mortuus, vel sic, nullum mortuum est viuum, aliquis homo est mortuus, igitur aliquis homo non est viuus, quæ cõclusio est falsa, quia sua contradictoria est vera. s. omnis homo est viuus.

¶ Item solet argui per tertium modum. Quicquid heri emisti, hodie comedisti, sed crudum emisti, igitur crudum comedisti.

¶ Item non sequitur, omne album est coloratum, aliquis homo incipit esse albus, igitur aliquis homo incipit esse coloratus. ¶ In oppositum est Arist.

De ista quæstione dicuntur aliqui, ꝙ isti modi tenent gratia formæ exceptis duob. casib. Primus est, qñ arguitur in terminis diuinis. Secundus, qñ arguit ex terminis, qui ampliantur ad præteritum, vel ad futurum, & ideo non sequitur, nullum viuum est mortuum, omnis homo est viuus, igitur, &c. ¶ Sed contra obijcitur supponẽdo, ꝙ signum vniuersale additum termino cõi distribuit ipsum pro omni suo supposito, pro quo est dicibilis ille terminus communis non demõstrando pluralitatem aut paucitatem suppositorum, aut aliquod huiusmodi, hoc supposito probatur, ꝙ dicta consequẽtia sit bona, quia iste terminus communis viuum distribuit ad supponendum pro omni eo, de quo dicitur, sed per te nõ solum dicitur de his quæ sunt, sed etiam de his quæ fuerunt pp participium præteriti temporis, igit iste terminus viuũ, distribuitur ad supponendum non solum pro his quæ sunt, sed etiam pro his quæ fuerunt, sed certum est, ꝙ talis consequentia

quentia est bona, nullum quod est viuum, vel fuit viuum, est mortuum, sed omnis homo est viuus, igitur nullus homo est mortuus, quia regulatur per dici de nullo, igitur prima consequētia erat bona: quia maior primi syllogismi æquipollet maiori illius secundi, ex quo vtrobiq. subiectum distribuit tam pro his quæ sunt, quam etiam pro his quæ fuerunt. ¶ Itē aliter respondeo, quod isti quatuor modi tenent gratia formæ in omnib. terminis, quorum nullus significat aliquam rē, quæ est eadem plurium diuersarum rerum, & hoc probāt instantiæ de terminis diuinis factæ ante oppositum, & exceptis illis terminis tenent in omnibus terminis, siue sint termini ampliatiui ad præteritum vel futurum, vel quomodocūq. aliter, & ideo ista consequentia est bona, nullum viuum est mortuum, omnis homo est viuus, igitur nullus homo est mortuus, quia maior significat, quod nullus homo qui est, nec aliquis homo qui fuit, est mortuus. ¶ Secūdo dico, quod isti quatuor modi tenēt gratia formæ sine aliqua exceptione accipiendo subiectum maioris cum istis dictionib. quod est, & ideo bene sequitur, oē quod est essentia diuina est pater, omnis filius est essentia diuina, igitur omnis filius est pater, quia ibi tenent syllogismi per dici de omni & de nullo, sed in dicto syllogismo dico, quod est falsa ista maior, qa aliquid est essentia diuina, quod non est pater. ¶ Tertio notandum, ꝙ distinctio istorum modorum directè concludentiū non debet sumi penes diuersitatem cōclusionis, quia sic essent plures modi. Nam barbara sicut concludit vniuersalem affirmatiuam directè ita etiam concludit particularem affirmatiuam sibi subalternatam. Ideo distinctio & sufficientia istorum modorum sumitur penes præmissas, & tunc dico, quod non sunt plures modi directè concludentes in prima figura, quam isti quatuor, vbi fit syllogismus ex terminis simplicib. & rectis, ita quod termini sint communes & non discreti, quod nihil addatur medio in vna præmissa plus quam in alia. Et dico notabiliter hoc propter aliquos casus, in quibus sequitur euidenter conclusio, & non in aliquo dictorū modorum. ¶ Primus casus est qñ medium est terminus discretus. Secundus casus, qñ medium in minori fuerit cum relatiuo identitatis, vt arguēdo sic quoddam album currit sortes est illud album, igitur &c. Tertius casus, qñ medium variatur secundum finitum & infinitum secundum similitudi-

nem

nem primæ figuræ, vt nullum non b. est a. nullum c. est b. igitur nullum c. est a. ¶ Quartus casus est, qñ ad similitudinem primæ figuræ fit sumptio sub parte subiecti obliqua, vt arguendo sic, homo omnem asinum videt brunellus est asinus, igitur homo non videt brunellum, vel sic. Asinus cuiuslibet hominis currit, sed musicus est homo, igitur alicuius musici asinus currit. Et pōt et recipi argumentum ex puris negatiuis de cōtingenti. Verum est tamen, quod iste modus non est euidens in hac figura, donec fiat conuersio minoris in oppositam qualitatem.

Ex prædictis sequuntur tres conclusiones ad quæsitum. Prima est, quod isti quatuor modi non tenent in illa forma, omne b. est a. in terminis quorum aliquis supponit pro vna re eadem cuilibet plurium rerum. Secunda conclusio est, & sub ista forma. Omne quod est b. est a. tenet in omnibus gratia formæ nulla exceptione facta. ¶ Tertia cōclusio est, quod exceptis terminis, quorum aliquis supponat pro aliqua re eadem cuilibet plurium rerum tenet formaliter in prima figura. ¶ Tunc ad rationes. Ad primam omne animal. Dico, quod consequentia est bona, sed maior est falsa, quia significat, ꝙ de quocunq. dicitur hoc subiectum animal, si est risibile, ꝙ de eodem dicatur hoc prædicatum homo, & hoc est falsum, vel ad maiorem expressionem potest distingui maior: quia vel est de conditionato extremo, tunc maior est falsa, & modus arguendi est bonus vel conditionalis, tunc maior est vera, & consequentia non valet. ¶ Ad secundam negatur maior, sicut prius ad inductionem potest dici probabiliter, quod quælibet singularis est falsa, inquantum est de disiuncto extremo licet esset vera, si esset disiunctiua, & sic modus arguendi non valet. ¶ Ad tertiam dico, quod non fit debitè sumptio sub subiecto sed debet fic sumi, ista est contradictio, igitur &c. Ad quartam siue sumatur de disiuncto extremo extrema, siue disiunctiua ipsa, maior negatur tñ ista esset vera de disiuncto extremo sumpto subiecto in numero singulari. ¶ Ad quintam dico quod indebitè sumitur minor extremitas sub medio, quia præcisè sub isto termino homo, quia iste solus distribuitur, & est subiectum, sed ibi sumitur sub isto hominis asinus, & ibi non valet consequentia. ¶ Ad sextam, nullum viuum, &c. Dico, ꝙ consequentia est bona: sed maior est falsa, quia significat, ꝙ nullum quod

est mortuum, nec aliquid quod fuit viuum, est mortuum, & pro ista secunda parte est falsa. ¶ Ad aliam negatur maior. ad consequentiam conceditur in quæstione. ¶ Ad aliam omnis homo &c. Dico, ꝙ maior est vera, nisi terminis sumptis naturaliter, & sic sumptis terminis consequentia non valet. ¶ Ad aliam dictum est. ¶ Ad aliam quicquid &c. Dico, ꝙ cõquentia non est bona. ¶ Ad vltimam dico, ꝙ in minori sumitur verbum includens negationem modo minore includente negationem non valet syllogismus in prima figura. Et sic patet ad quæsitum.

QVÆSTIO XXIII.

QVæritur vigesimotertio. Vtrum in secunda figura sint quatuor modi directè concludẽtes, & non plures, nec pauciores? ¶ Arguitur primo, ꝙ sint plures, quia sicut in Barocho & Festino ex maioribus vniuersalibus & minoribus particularibus sequuntur conclusiones Ita econuerso si maior sit particularis: & minor vniuersalis, & sicut ex tũc duo modi alij ab istis quatuor, sed ꝙ consequentia sit bona, probo, quia transpositio præmissarum non impedit bonitatem consequentiæ, aliter. n. Camestres nõ reduceretur ad primam figuram. ¶ Secundo arguitur contra Barocho, quia ille syllogismus imperfectus nõ est bonus, quia non põt reduci ad primam figurã, sed iste nõ põt, quia si reduceret, hoc esset per impossibile, tũc igitur vel dr, impossibile, quia impossibile est ipsum reduci, & habetur intẽtum, quia vel propositio per q̃ reducitur est impossibilis, & probo ꝙ non, quia posito casu, quod in Barocho concludat conclusio impossibilis: tũc sua contradictoria per q̃ fiet reductio erit necessaria, igit̃ potius dẽt dici reductio per necessariũ, q̃ reductio per impossibile. ¶ Tertio, quia ex puris negatiuis sit bonus syllogismus in p̃dicta figura, & tñ non aliquo dictorũ quatuor modorũ, vt notum est igit̃ &c. maior est nota, q̃a sequit̃. Nullũ b. est a. nullũ c. est nõ a. igit̃ nullũ c. est b. Itẽ sequit̃ adhuc medio nõ variato fm finitũ & infinitũ, q̃a, sequit̃. Nullũ b. est a. nullũ nõ b. est a. igit̃ nullũ a. est. ¶ Oppositũ arguit̃ per Ar. in litera. ¶ In qõne primo videbitur de modis directis istius figuræ. Secundo videbitur de modis qui possunt cõcludere indirectè.

Quatum ad primum, notandum, quod distinctio modorũ istius figuræ non attenditur penes diuersitatẽ cõclusionis, quæ infertur: sed penes diuersitatem præmissarum. Nam si

sic

fic antecederetur: iam essēt plures modi. Nam cæsare & Camestres, sicut concludunt duas, vniuersales negatiuas: ita possunt directè concludere particulares negatiuas sibi subalternas. ¶ Secundo notandum, quòd quando medium in ista figura est terminus discretus, vel aliqd additur medio ī vnæ præmissa, quando non additur in alia. vt relatiuum vel negatio infinitans vel negans. aut etiam quando extremum non concluditur de extremo. aut quando concluduntur particulares negatiuæ maiori extremitate præcedente negationem in conclusione possibile est, quòd sit bonus syllogismus in ista figura, & non in aliquo dictorum quatuor modorum probatur per aliquos casus. ¶ Primus casus est, quando ex particularibus affirmatiuis respectu medij quod est terminus discretus. Vt album est sor. currens est sor. igitur currens est album. ¶ Secundus, quando medium sumitur in minori cum relatiuo idētitatis. Et ideo sequitur, omnis homo est albus. omne currens est idem album. igitur omne currens est homo. Tertius casus quando arguitur ex duabus affirmatiuis vniuersalibus cum relatiuo diuersitatis posito ad medium in minore ad concludendum vniuersalem negatiuum. & iō sequitur, omnis homo est animal. omnis lapis ē aliud ab animali. igitur nullus lapis est homo. ¶ Quartus casus quādo nō concluditur extremū de extremo, tunc consequentia est bona, ad inferendum quodcunque prędicatum de medio termino. verbi gratia. sequitur nullum b. est a. nullum non b. est a. igitur nullum a. est animal. igitur nullum a. currit. & sic de quocunque alio prædicato. ¶ Quintus, quando arguitur ex puris particularibus maiori negatiua & minori affirmatiua ad cōcludendū maiorem extremitatē de minori extremate ante negationē in cōclusione, & iō sequit. Quoddā a. nō est b. quoddā c. est. b. igit quoddā c. a. nō est. ¶ Sextus, qñ ad similitudinem secundæ figure variatur medium secūdum finitū. & infinitum, & ideo sequitur nullum a. est a. nullum c. est nō a. igitur nullū c. est b. Itē alius casus, vt nullū b. est a. nullū b. est nō a. igitur nullum b. est. ¶ Septimus casus, qñ ad similitudinem secundæ figuræ sit sumptio medij a parte prædicati distribuit, & tūc sic bonus syllogismus ex puris particularibus, & non in aliquo dictorum modorum v. g. Quidam homo videt omnem asinum. brunellus est asinus. igitur quidā homo videt brunellum. ¶ Tertio notandum, quòd quando

arguitur ex terminis rectis, vbi nihil additur in una præmissa plusquam in alia nec medium necessarium conclusionis variatur, sed vnum extremum cõcluditur de reliquo, ita ꝙ ambo extrema sunt termini cões, & maior extremitas concludi tur negatiuè de minori extremitate in conclusione, tunc sem per fit bonus syllogismus gratia formæ in ista figura ad concludendum directe in aliquo istorum quatuor modorum, & non aliter excepto vno casu, quando arguitur ex terminis, quorum vnus supponit pro aliqua re quæ est eadem cuilibet plurium rerum. & per hoc soluitur instãtia prius facta de terminis diuinis. nec oportet excipere, sicut quidam excipiunt terminos, in quibus fit ampliatio alicuius termini ad præteritum vel ad futurũ. quia vt patuit prius talis terminus distributus copulatiue tã ꝙ his quæ sunt, q̃ ꝙ his q̃ erũt, si fit respũ verbi, aut participij de futuro. & suo modo de præterito. & ideo in prædicta instantia vbi termini connotabant aliud de præterito, debet concludi additis istis dictionibus qui est ad subiectum conclusionis, arguendo sic. nullum mortuũ est viuum. omnis homo, est viuus. igitur nullus homo est qui est mortuus. cuius causa est quia subiectum minoris supponit præcisè de his q̃ sunt & pro eis verificatur minor, & ideo vt seruetur suppositio per eũdem in minori, & in conclusione oportet addere istas dictiones, quæ est in subiecto conclusionis ad recipiendum suppositionem pro eisdem, pro quibus supponebat in minore. ¶ Ex quo sequitur, ꝙ conuenienter potest addi in conclusione ꝙ non addebatur explicitè in præmissis, & tenẽdum vniformitatem suppositionis, & dico notabiliter explicite. nam ista restrictio, qui est, qui explicabitur in conclusione importabatur implicite in præmissis. ¶ Tunc ponitur ista conclusio, quod sunt in secunda figura quatuor modi directe concludentes prædictis casibus re lerua tis, & non plures nec pauciores. probatur ex trib. regulis requisitis ad i am. ¶ Prima est, quòd ex puris affirmatiuis nihil sequitur in ista figura. ¶ Secunda est, quod maiore particulari existente nihil sequitur &c. ¶ Tertia est, quod ex puris negatiuis nihil sequitur, modo tamen in qualibet figura sint 16. combinationes, vt patuit supra textum, inter quas in ista figura inuenientur. 12. quarum quælibet peccat contra dictarum trium regularum aliquam. igitur sequitur, quod præcisè manent quatuor modi recti & euidentes, quod est propositum.

Causa

Causa primæ regulę est, quòd si præmissæ sint affirmatiuæ, & medium non distribuitur in aliqua præmissarum, potest verificari pro vno supposito medij, & alia pro alio, & sic nulla est conceptio in præmissis extremorum cum medio, ratione cuius debeat sequi connexio extremorum in cõclusione. Causa secundæ regulæ est, quia in secunda figura semper debet cõcludi negatiue, ex quo oportet alteram præmissam esse negatiuam, modo si maior sit particularis, tunc maior extremitas in maiori manet non distributa, quæ tamen in conclusione distribuitur per negationem præcedentem, modo ex non distributo nunquam sequitur distributum. Causa tertiæ regulæ est quod ex puris negatiuis non potest sequi conclusio negatiua, quia ista regula est falsa. Quæcunque ab vno eodem sunt diuersa inter se sunt diuersa, quia licet homo & risibile sint diuersa ab equo, non tamen oportet, quod sint diuersa inter se, nec sequitur conclusio affirmatiua, quia ista regula est falsa. Quæcunque ab aliquo tertio sunt diuersa inter se sunt eadem quia licet homo & equus sint diuersa ab asino, non tamen sũt eadem inter se, igitur cum non sequatur conclusio affirmatiua, nec negatiua sequatur, quòd nulla conclusio sequatur. Patet igitur qui & quot sunt modi in secunda figura directè concludentes. Et hoc de primo.

De secundo de modis indirecte concludẽtibus, nota quòd in secunda figura sunt quatuor modi, quorum duo primi sunt indirectè concludentes, quia conclusiones in Cæsare & Camestres conuertuntur simpliciter, & ideó sicut conuersæ sequuntur directè ad præmissas in illis modis, ita conuertentes sequuntur ad easdem præmissas indirectè per illam regulam. Ad quæcunque sequitur antecedens, ad eadem sequitur consequens. Et igitur cum ad præmissas in Cæsare sequatur vniuersalis negatiua directè, igitur sequitur, quòd illa eadem cũ antecedit ad suam conuertentem, quòd sua conuertens sequatur ad easdem præmissas. ¶ Tertius modus & quartus indirectè concludentes sunt Festino & Barocho, habentes præmissas transpositas, quia transpositio præmissarum non impedit bonitatem consequentię. Ideo conclusio quæ prius sequebatur directè in Festino, maiore vniuersali negatiua & minore particulari affirmatiua, ita eadem sequetur indirectè quando de minori fit maior, & econtra, cuius causa est, quia quando de minori fit maior, illa quæ prius erat maior extre-

mitas, iam facta est minor extremitas, & ideo conclusio, quæ prius erat directa, iam facta est indirecta. ¶ Tunc ponitur ista conclusio, quod in secunda figura non sunt plures modi indirectè cõcludentes, quàm isti quatuor prædicti probatur, quia in qualibet figura sunt 16. combinationes, de quibus inueniũtur 10. quarum quælibet peccat contra aliquam prædictarum trium regularum, & postea sunt aliæ duæ, scilicet Festino & Barocho, quæ non valent ad concludendum indirectè, igitur cum prędicti quatuor modi sint boni, & duodecim inuenian tur inutiles, sequitur propositum, quod autem Festino & Barocho non valeant ad concludendum indirectè, probatur per terminos. Primo in Festino, quia non sequitur, nullus homo est asinus, quoddam animal est asinus, igitur quidam homo non est animal, quia præmissæ sunt veræ & conclusio falsa, sed termini in quibus nulli, sunt homo asinus brunellus arguẽ do sic, nullus hõ est asinus, q̃dã brunellus est asinus, cũ hoc tñ stat, quo nullus hõ est brunellus. Itẽ in Barocho sunt termini cõsimiles sicut prius. ¶ Tunc ad rõnes. Ad primã cõceditur, q̃ Festino & Barocho transpositis præmissis sunt boni modi, nõ tamen ad concludendum directè, sed ad concludendum indirectè. ¶ Ad secundam concedo maiorem; nego autem minorem, ad probationem dico, quòd neutro modo, sed vocatur reductio per impossibile pro tanto, quia ista regula est vera, quod si prima consequẽtia est bona, impossibile est præmissas esse veras, quando conclusio est vera, & necesse est, q̃ si impossibile sit conclusionem esse falsam. quando aliqua sit falsa, quod prima consequentia sit bona. ¶ Ad sequentes soluuntur per casus prius exceptos & possent fieri argumenta de omnibus casibus exceptis. Et hæc ad quæsitum.

QVÆSTIO XXIV.

QVæritur vigesimoquarto. Vtrum in tertia figura sint solum sex modi directè cõcludentes? Arguitur quod nõ, quia prima figura videtur esse potior quam tertia, & tamen prima figura solum infert quatuor modos. ¶ Secundo per instantiam in terminis diuinis. ¶ Tertio de syllogismo expositorio, qui optimè valet in ista figura. ¶ Oppositum arguitur per Aristot. in isto primo. ¶ In quæstione primo videbitur de modis directis tertiæ figuræ, secundo de modis indirectis eiusdem, & tertio de modis indirectis primæ figuræ, de quibus

bus omissum fuit prius.

Quantum ad primum notandum, quod in ista figura sunt supponendæ duæ regulæ quantum ad modos directos. ¶ Prima est, quòd ex puris particularibus nihil sequitur. Causa est quia maior potest verificari pro vno supposito medij, & minor pro alio, & sic in præmissis nulla est connexio extremorũ cum medio, ratione cuius extrema deberent connecti in conclusione. ¶ Secunda regula est, quòd minore negatiua nihil sequitur in ista figura. Causa est, quia si cum hoc maior sit negatiua, tunc sieret syllogismus ex puris negatiuis, qui non valet. Item si maior esset affirmatiua, opporteret conclusionem esse negatiuam, ex quo minor est negatiua, & per consequens maior extremitas distribueretur in conclusione, quę tamen non erat distributa in maiore, modo ex non distributo nunquam gratia formę sequitur distributum ¶ Secundo notandũ quod ad similitudinem huius figurę, vel etiam in ista figura in aliquibus casibus possunt fieri syllogismi, & non in aliquo dictorum modorum.

¶ Primus casus est arguendo ex puris particularibus cum relatiuo identitatis in minori propositione, vt dictum fuit in alijs figuris. ¶ Secundus casus, quando arguitur ex terminis discretis. Nam in ista figura euidentissimè tenet syllogismus expositorius, eo modo, quo dictum fuit in principio huius libri. ¶ Tertio casus, quando concluditur medium negatiuè de seipso, non tamen distribuendo prædicatum in conclusione, & hoc si in præmissis maior extremitas & minor solum differant secundum finitum & infinitum, arguendo sic. Quoddam animal est homo, quoddam animal est non homo, igitur quoddam animal non est, vel sic, igitur quoddam animal a quoddam animali est aliud, & tenet ista consequentia virtute istius, quod impossibile est esse animal quod est homo & non homo ¶ Quartus casus, quando ex vniuersalibus negatiuis fit syllogismus a concludendum quodcunque prædicatũ negatiuè de medio, vbi extremitates differant solum secundum finitum & infinitum, vt arguendo sic. Nullum b. est a. nullum b. est non a. igitur nullum b. est, & ita potest inferri quodcunque aliud prædicatum. ¶ Tertio, notandum, quod in ista figura sunt solum sex modi directè concludentes aliquibus conditionibus primo suppositis, quas etiam Aristote. intelligit præsupponi in litera. ¶ Primam cõditio est, quod fiat syl-

syllogismus ex communib. terminis, & non discretis, & per hoc excluditur syllogismus expositorius. ¶ Secūda conditio, quòd nihil sumatur sub medio in vna præmissa, quod non sumatur cum eodem in alia, & per hoc excluditur syllogismus, cuius medium sumitur cū relatiuo identitatis in minori præmissa. ¶ Tertia conditio, quòd fiat syllogismus ex terminis finitis. ¶ Et quarta, quòd inferatur in conclusione extremum de extremo, & non debet inferri aliud de medio. ¶ Istis præmissis ponitur ista cōclusio, quod in tertia figura sunt sex modi directè concludentes, & non plures nec pauciores, probatur quia in ista figura inueniētur decem combinationes, quarum quælibet peccabit contra aliquam de prædictis regulis, igitur isto modo decem sunt inutiles, & per consequens remanēt sex vtiles, & nō plures, nec pauciores. Et hęc de primo.

Quantum ad secundum de modis indirectis tenet hæc figura. Dico primo, quòd tres sunt modi indirectè concludentes, seruatis eisdem præmissis, & in eodem ordine quo concludūt directè, verbi gratia. Isti tres Darapti Disamis, &, Dat si probatur, quia in quolibet istorum modorum conclusio conuertitur simpliciter modo ad quæcunque sequitur antecedens, ad eadem sequitur consequens sed conuertens conclusionis sequitur ad conclusionem, quę sequitur ad illas præmissas sequitur conuertes cōclusionis, quę & indirecta. ¶ Secundo dico, quod sunt alij tres modi indirectè concludentes in tertia figura, in quibus non manent præmissæ eodem ordine quo concludunt directe, verbi gratia, si præmissæ istorum trium modorum Felapton, Brocardo, Ferison, transponātur adhuc fit syllogismus ad concludendū eādem conclusionē q̄ prius sequebat, q̄ tñ postea erit indirecta facta transpositione præmissarum. ¶ Tertio dico, q̄ in ista figura non sunt alij modi concludentes indirectè ab istis sex modis, probatur, quia vt dictum est in qualibet figura inueniuntur. 16. combinationes, modo in ista figura inueniuntur decem coniugationes, quarum quælibet est ex particularibus vel negatiuis, & ideo nulla earum valet in ista figura. Item præter istas inueniūtur alij tres modi inutiles ad concludēdum indirectè, scilicet Felapton, Brocardo, Ferison, quod autem non valeant, patet per terminos, & sunt termini, in quibus omnis lapis substantia homo, ita quòd iste terminus lapis sit maior extremitas, & iste terminus homo medium termini, in quibus nulli sunt la-

pīs

pis animal homo, ex quibus sequitur, quod cum decem inue niãtur inutiles, & dicti sex sint boni; quod in illa figura sunt sex modi indirectè cõcludentes, & non plures, nec pauciores. Et hoc de secundo.

Quantum ad tertium notandũ, quòd in prima figura sunt tres modi concludentes, indirectè qui tenent virtute istius regulæ. Ad quæcunque sequitur antecedens, ad eadem sequitur & consequens, modo ad conclusionem quæ directè sequitur in prima figura in aliquo istorum trium modorum. Barbara: Celarent: Darij, sequitur sua conuertens, igitur illa eadem cõuertens sequetur ad præmissas de modis directè. ¶ Secundo sciendum, quòd præter istos tres modos, adhuc sunt duo alij modi, scilicet Fapesmo, & Frisesomorum, qui tenet virtute istius regulę, quicquid sequit ad consis, sequit ad añs, qđ declaratur isto modo, quia ad maiorẽ de Fapesmo sequitur per conuersionem minor de Ferio, & ad minorem de Fapesmo sequitur per conuersionem maior de Ferio. Ideo duæ præmissæ in ferio sequuntur ad duas præmissas in fapesmo. Eodem modo potest declarari de frisesomorum, quia premissæ de ferio sequuntur ad præmissas de frisesomorum, scilicet minor ad maiorem, & maior ad minorem. Ex quibus sequitur, quòd si modus concludens indirectè debet reduci ad modum perfectum, hoc potest esse dupliciter, scilicet, aut per conuersionem conclusionis syllogismi, aut per conuersionem alicuius præmissarum, si primo modo, tunc semper conclusio modi perfecti est conuertẽda in conclusionem modi imperfecti, & non econtra, sed si debeat fieri reductio per conuersionem alicuius præmissæ aut præmissarum, tunc semper præmissa modi imperfecti conuertenda est in præmissas modi perfecti, & hoc de tertio. ¶ Ad rationes, ad primam dico, quòd prima figura est potentior in inferendo, quam tertia, quia potentius est inferre quatuor modis euidẽter, quam pluribus modis minus euidenter. Aliæ sunt solutæ per prędicta. Et hoc ad quæsitum.

QVÆSTIO XXV.

QVæritur vigesimoquinto. Vtrum propositiones modales in sensu composito consimiliter conuertantur illis de inesse? Arguitur primo, quòd non, quia non sequitur contingit ad vtrumlibet, quod omne intelligens sit Deus: igitur con-

contingit ad vtrumlibet, quòd Deus sit intelligens, antecedens est verum & consequens falsum, vnde necesse est Deum esse intelligentem. ¶ Secundo quia hæc est vera impossibile est omnem hominem animal esse, & tamen ista in qua conuerteretur si esset de ineſſe, esset falsa, scilicet ista, impossibile est, quendam hominem esse animal. ¶ Oppositum arguitur per Aristot. in isto primo, qui ponit, quòd propositiones modales consimiliter conuertantur in illis de ineſſe in sensu cõposito. In quæstione primo videbitur, quomodo modales in sensu composito conuertuntur quantum ad totam propositionem, secundo qualiter conuertuntur ad dictum propositionis non transposito modo de subiecto ad prædicatum, aut econtra.

Quantum ad primum, notandum, quòd propositio non dicitur modalis, nec de necessario aut possibili, eo quod sit necessaria vel possibilis, sed eo, quòd in ea ponitur iste mõdus necessarium, vel possibile. Et quia modum contingit dupliciter poni in propositione, scilicet vel ad copulam, vel ad subiectum, aut prædicatum. Ideo propositio modalis denominatur dupliciter, scilicet in sensu diuiso, vt quando modus ponit, vt sit determinatio copulæ, vel in sensu cõposito, vt qñ modus ponitur a parte subiecti, vel a parte prædicati, & istæ propones multum differunt, & quantũ ad syllogizãdum, & quantum ad conuertendum. ¶ Item differunt, quia illa de sensu composito est propositio de ineſſe, & illa de sensu diuiso est modalis, cuius causa est, quia semper propositio est denominanda a copula, per quam fit vnio extremorum illius propositionis, verbi gratia, in hypotheticis, hypothetica denominatur a cõiunctione per quam vniuntur duæ cathegoricæ. ¶ Item propositio cathegorica denominatur de ineſſe a verbo est, ex quibus patet, cum in propositione de modo de sensu composito copula sit hoc verbum est, vel sibi æquiualens, sequitur, q ipsa erit de ineſſe, & non modalis. ¶ Secundo notandum, q tales propositiones in sensu composito quandoque habẽt modum a parte subiecti, vt possibile est hominem currere, quandoque a parte prædicati, vt hominem esse animal est necesse, & vtroque modo semper sumendum est dictum materialiter in proposito, scilicet, prout supponit pro propositione sibi correspondente aliàs significatiue sumpta, quia si dictum sumeretur significatiuè, tunc quæ res esset huiusmodi

iusmodi dictum dicebatur prius in vna quæstione de dici de omni. ¶ Tertio notandum, quòd vt in pluribus propositiones de modo in sensu composito sunt indefinitæ, vt verbi gratia. Ista est indefinita, possibile est sortem currere, quia sua vniuersalis est ista. Omne possibile est sortem currere, sua contradictoria ista. Nullum possibile est sortem currere, & eius subcontraria ista, possibile est sortem currere. Et sicut dicitur de illis, in quibus modus subijcitur, ita conformiter dicitur de illis in quibus modus prædicatur. Verbi gratia: Ista est indefinita. Omnem hominem esse animal est necessarium, quia significat, q̃ aliqua talis propositio omnis homo est animal est necessaria. ¶ Item sumenda est oppositio in istis, sicut vbi modus subijcitur, quia sua contradictoria est ista. s. quædam talis propositio, omnis homo est animal, non est necessaria, & sua contraria nulla talis propositio &c. ¶ Verum est tamen, quòd ille modus sumendi oppositionem non est vsitatus ex eo, q̃ de ista propositione. Omnis homo est animal, & de omni sibi consimili est idem iudicium, quantum ad veritatem, falsitatẽ, necessitatem, & possibilitatem. ¶ Ex quibus sequitur ista conclusio, quòd propositiones de modo in sensu composito conuertuntur omnino similiter, sicut illæ de inesse, ita quòd particularis, vel indefinita affirmatiua in particularem, vel indefinitam affirmatiuam, vniuersalis negatiua in vniuersalem negatiuam, vniuersalis affirmatiua in particularem affirmatiuã, probatur, quia istæ de modo in sensu composito sunt propositiones de inesse, igitur similiter conuertuntur illis de inesse, & patet manifestè considerata quantitate propositionum de modo in sensu composito, eo modo quo dictum est. Et hoc de primo.

Quantum ad secundum ponuntur conclusiones. ¶ Prima, quòd omnes propositiones de modo in sensu composito. s. de istis modis necessarium per se, verum possibile contingẽs loquendo de contingenti pro possibili communi consimiliter conuertuntur in illis de inesse quantum ad dictum, vt ista. omnem hominem esse animal est necessarium, igitur quoddam animal esse hominem est necessarium, similiter sequitur sortem currere est possibile, igitur quoddam currens esse sortem est possibile. Et tenent omnes istæ consequentiæ per istas regulas, si antecedens est necessarium, si antecedens est per se, consequens est per se, & ita de aliis modis. ¶ Secunda

con-

conclusio, quòd propositiones de modo in sensu composito de istis modis impossibile falsum dubium nō conuertuntur, sicut illæ de inesse, probatur quia si sic, tūc istæ regulæ essent veræ. Si antecedens est impossibile, consequens est impossibile, si antecedens est dubium consequens est dubiū modo hoc est falsum, quia ex impossibili bene sequitur necessarium, ex dubio euidens, ex falsis verum, vt patet in secundo huius. Et ideo istę regulę potiùs essent verę econuerso. Si consequens est impossibile, antecedens est impossibile. ¶ Tertia cōclusio, quòd propositiones de modo de istis modis scitum opinatū apparens notum volitum, & dilectum non conuertuntur; similiter sicut illæ de inesse, probatur, quia si sic, tunc istæ regulę essent verę, si antecedens est scitum, consequens est scitum, modo hoc est falsum, quia possibile est, quod consequens neciatur. ¶ Ex quibus patet qualiter propositiones de modo in sensu composito debeant conuerti. Tunc ad rationes solutę sunt per conclusiones. Et sic sit dictum ad quęsitum.

QVÆSTIO XXVI.

QVæritur vigesimosexto, vtrum propositiones modales in sensu diuiso consimiliter cōuertantur illis de inesse?

Arguitur, quòd nō: primo in illis de necessario, quia posito quòd Deus nunc de facto sit creans, tunc ista est vera. Nullus Deus de necessitate est creans, & tamen sua conuertens est falsa, scilicet nullum creans de necessitate est Deus, quod probat expositoriè sic, hoc de necessitate est Deus, hoc est creans, ergo aliquod creans de necessitate est Deus quæ est contradictoria consequentis, & quod antecedens sit verum, patet, quia quemlibet Deum possibile est creare. Deinde arguitur in illis de possibili, quia non sequitur. Quidam puer potest esse senex, igitur quidam senex potest esse puer. Et sic de cęco, & vidente, quia præmissæ fuut veræ, & conclusio falsa. Eodem modo de vniuersali negatiua, quia non sequitur. Nullus senex potest esse puer, igitur nullus puer potest esse senex. ¶ Oppositum arguitur per Aristotelem in isto primo, qui dicit, quod propositiones modales similiter conuertuntur illis de inesse, & intelligit de illis in sensu diuiso, vt patebit postea.

Notandum, quod de propositionibus de possibili duplex est opinio. Vna ponit quod subiectum respectu verbi de possibili

sibili in propositione indefinita vel particulari supponit disiunctiuè pro his quæ sunt, vel pro his quæ possunt esse, & in vniuersali siue affirmatiua siue negatiua supponit copulatiuè pro his quę sunt, & pro his quę possunt esse. v. g. Sicut ista a. potest esse b. significat, quod illud quod est a. potest esse b. vel illud, quod potest esse a. potest esse b. per quamcunque illarum partium illa indefinita est vera, ipsa est vera simpliciter, sed ista, omne b. potest esse a. significat copulatiuè, quod omne quod est b. potest esse a. & quod omne quod potest esse b. potest esse a. & eodē modo in vniuersali negatiua. ¶ Sed alia est opinio, quæ ponit, quod illa de possibili est distinguēda, quia vel eius subiectum supponit pro his quæ sunt, vel pro his quæ possunt esse. Et sicut dicitur de possibili, ita etiā potest dici de necessario & impossibili, quia cuilibet de possibili æquipollet vna de necessario, & ita de impossibili. ¶ Ideo in ista quæstione primo videndum est de conuersionib. modalium in sensu diuiso, secundum primam opinionem, secundo secundum secundam, quia secundum vtramq; opinionem erit prosecutio de similibus modalibus & mixtis.

Quantum ad primum notandum, quod in modalibus modus est determinatio copulæ, vt dicendo b. possibile est esse a. B. est subiectum a. prædicatum & totum residuum se tenet a parte copulæ, & ideo in conuertente patet fieri transpositio prædicati ad subiectum, sine hoc quod modus transferatur de copula ad subiectum, aut ad prædicatum, sed semper debet remanere ad copulam, vt determinatio copulæ. ¶ Secundo notandum, quod triplex est propositio de necessario quędam de necessario conditionali, vt vacuum, si est de necessitate, est locus, alia de necessario quando, vt grammaticum, quándo est de necessario est homo, sed tertia est de necessario simpliciter, & talis est duplex, quia quędā est de necessario, vt nūc solū, suppositō, ꝙ luna nunc nō fit eclipsata, ista est de necessario, vt nunc lucens de necessitate est luna, & dicitur pro nunc eo, quòd est contingens, quia quandoque est vera, & quandoq; falsa, sed alia est de necessario simpliciter pro sēper, vt ista, Deus de necessitate est iustus, & dicitur pro semper, eo quod ista propositio est necessaria. ¶ Tunc ponuntur conclusiones de propositionibus de necessario. Prima conclusio est ista, quod propositiones de necessario conditionali, aut etiam de necessario quando, non conuertuntur. Probatur

batur per instantias, quia non sequitur, vacuum si est de necessitate ē locus, igitur locus de necessitate ē vacuus, si est, quia posito per imaginationem quod locus esset vacuus, adhuc nō de necessitate esset vacuus, quia potest repleri corpore. Secundo patet de necessario quando, quia non sequitur, grammaticus quando est de necessitate est homō, igitur homo de necessitate est grammaticus, quando est, quia quilibet grammaticus potest fieri non grammaticus, adhuc ipso existente. ¶Secunda conclusio, quod propositiones modales de necessario in sensu diuisio scilicet pro nunc non conuertuntur propriè, probatur, quia non sequitur lucens de necesitate est luna, igitur luna de necessitate lucet, nec sequitur, creans de necessitate est Deus, igitur Deus de necessitate creat: quia antecedens est verum, vt patet expositoriè, & tamen consequens est falsum, quia luna potest non lucere, & similiter de alio. ¶Tertia conclusio, quod tales propositiones possunt conuerti impropriè per resolutionem ad quasdam de inesse, probatur, quia sequitur, lucens de necessitate est luna, igitur quod de necessitate est luna est lucens, & sic de alijs. ¶Quarta conclusio, quod talis conuersio propositionum de necessario secundum resolutionem ad quasdam de inesse non est propria conuersio. ¶Probatur primo: quia in cōuersione propria propositionum modalium propositio modalis debet conuerti in modalem, sed sic faciendo modalis conuertitur in vnam de in esse, igitur. ¶Secundo quia in conuertente plus est subiectum quam in conuersa, vnde in conuersa iste terminus lucens est subiectum, & iste terminus luna est prædicatum, sed in conuertente hoc totum quod de necessitate est luna, ibi subiectum. ¶Tertio, quia modus qui in illis de sēsu diuiso debet esse determinatio copulæ in conuertendo, sic efficit pars subiecti. ¶Quarto, quia conuersio fit finaliter propter reductionem syllogismorum in secunda & in tertia figura, ad primam figuram, sed talis conuersio non valet ad syllogismos modales imperfectos reducendum igitur, &c.

¶Quinto, quia de ipsa non intellexit Aristoteles: vt postea patebit in mixtionibus. ¶Quinta conclusio, quod propositiones modales in sensu diuiso de necessario simpliciter pro semper similiter conuertuntur illis de inesse: ita quod vniuersalis affirmatiua de necessario conuertitur in particularem affirmatiuam de necessario, & vniuersalem negatiuam, & particularis

laris affirmatiua in particularem affirmatiuam, sed particularis negatiua non conuertitur, probatur, quia sequitur: Deus de necessitate est iustus, igitur iustum de necessitate est Deus, & probatur expositorie demonstrato Deo, qui de necessitate est iustus, hoc de necessitate est Deus, hoc de necessitate est iustum: igitur quoddam iustum de necessitate est Deus, quod fuit probandum, & consimiliter potest probari de aliis propositionibus, & sic patet qualiter modales de necessario in sensu diuiso conuertuntur, & non conuertuntur. ¶ Deinde dicendū de modalibus de possibili, quod ipsæ in sensu diuiso similiter conuertuntur illis de inesse. s. quantum ad hoc, quòd vniuersalis affirmatiua conuertitur in particularem affirmatiuam, & similiter particularis affirmatiua, & vniuersalis negatiua in se ipsam conuertitur in vniuersalem negatiuam &c. sicut sequitur quoddam b, potest esse a, igitur quoddam a, est vel potest esse b, & debet prædicatum esse disiunctum ex eo, qđ subiectum in antecedente supponit disiunctiuè pro his quæ sunt, vel pro his quæ possunt esse. Similiter ista, omne b, potest esse a, conuertitur in istam: igitur quoddam a, potest esse b, vel etiam in istam copulatiuam: igitur quoddam a, potest esse illud quod est b, & illud quod potest esse b, & similiter de negatiua, & tenent omnes virtute istius, quod in vniuersali subiectum respectu verbi de possibili supponit copulatiuè pro his quæ sunt, & pro his quæ possunt esse. Secunda conclusio quod propositiones in sensu diuiso in istis modis impossibile falsum contingens ad vtrumlibet nō conuertuntur, similiter in illis de inesse, probatur. Primo de impossibili, quia non sequitur quoddam animal impossibile est esse hominē, quia asinum impossibile est esse hominem: igitur quendam hominem impossibile est esse animal, quia antecedens est verum, & consequens falsum. Similiter patet in isto modo falsum in eodem exemplo. Tertio patet de hoc modo contingens ad vtrumlibet, quia non sequitur, omnem planetam lucentem cōtingit esse solem, igitur solem contingit ad vtrumlibet esse lucentem, vel sic, non sequitur, omne intelligens cōtingit ad vtrumlibet esse Deum, igitur Deum contingit ad vtrumlibet esse intelligentem, quia antecedens est verum, & consequens falsum, vnde necesse est Deum esse intelligentē. ¶ Tertia cōclusio, qđ modales in sensu diuiso de istis modis, cognosco apparet & huiusmodi, non conuertuntur propriè,

pbatur, quia nõ sequitur, venientem cognosco esse coriscum igitur coriscum cognosco esse venientem, quia antecedẽs est verum, & consequens falsum, & similiter, patet qualiter propositiones modales secundum primam opinionem sunt conuertendæ, & qualiter non. Et hæc de primo.

Quantum ad secundum restat dicendum solum de illis de necessario & possibili. Vbi nota pro quadrupliciter potest fieri propositio de possibili. Vno modo sine aliqua negatione, vt dicendo b. potest esse a. ¶ Alio modo cum duplici negatione scilicet vna posita ad modum, & alia ad dictum. Vt nullũ b. possibile est non esse a. ¶ Tertio modo cum vna negatione posita ad modum. Vt nullum b. possibile est esse a. ¶ Quarto modo cum negatione precedente dictum modo affirmato: vt quoddam b. possibile est non esse a. & sic patet, quod sunt octo propositiones de possibili. s. quatuor vniuersales, & quatuor particulares. ¶ Secundo notandum, quod cuilibet propositioni de possibili equipollet de necessario, vt patet secundo perihermenias, & hoc per istum modum, quod in illis quarũ vna est de possibili, & alia de necessario, in eisdem terminis seruetur eadem quantitas propositionum, sed mutetur qualitas, tam ex parte modi, quam dicti, verbi gratia, si in illis de possibili tam modus quam dictum affirmentur vt b. potest esse a. tunc in ista de necessario sibi equipollente negabitur tam dictum quam modus, vt b. non necesse est non esse a. ¶ Item si in illa de possibili modus sit negatus & dictum non: econtra debet esse in illa de necessario, quę sibi equipollet, vt isti b. non possibile est esse a. equipollet ista de necessario b. necesse est non esse a. & sic patet, quod sicut sunt octo de possibili: sic octo de necessario sibi equipollentes: & per consequens erunt sexdecim in toto. ¶ Tertio notandum, quod sicut illa de possibili est distinguenda; ex eo quod subiectum potest supponere pro his quę sunt: vel pro his quę possunt esse, ita similiter est distinguẽda ista de necessario, quę sibi equipollet, aliter enim non æquipollent adinuicem, & ideo illius de necessario subiectum supponit, vel pro his quæ sunt, vel pro his quæ possunt esse, ex quo sequitur, quod secũdum quemlibet prædictorum sensuum sunt octo propositiones de necessario & octo de possibili, & per consequens in vniuerso sunt. 32.

Quarto notandum, quod illa de necessario de modo negato, non dicitur propriè de necessario: sed de possibili, ex eo, quod

quod æquipollet vni de possibili habenti modum affirmatū & econtra, illa de possibili de modo negato non dicitur propriè de possibili, sed de necessario, quia æquipollet vni de necessario habenti modum affirmatum. Ideo dimissis illis tam de necessario, quam de possibili de negato modo dicendum est solum de habentibus modum affirmatum, & sic remanent octo de possibili de modo affirmato, & 8. de necessario de modo affirmato, quarum conuersiones sunt assignandæ. Et primo dicendum est de illis de possibili, secundo de illis de necessario. ¶ Quantum ad illas de possibili sit prima conclusio ista, quod affirmatiuæ de possibili pro his quæ sunt in sensu diuiso non conuertuntur propriè, probatur, posito quod omne currens sit asinus de facto, tunc ista vera, omnis homo potest currere secundum istum sensum, omne quod est homo potest currere, & tamen sua conuertens est falsa, quoddam currens potest esse homo, secundum illum sensum eundem, quia significatur, quod quoddam quod est currens, potest esse homo, Et dico notabiliter propriè, quia possunt impropriè conuerti in illas de ineſſe, verbi gratia, omnis homo potest currere, igitur quoddam quod potest currere est homo, & quod ista conuersio sit impropria, patet per causas dictas in primo articulo. ¶ Secunda conclusio est de illis de possibili de dicto negato, sed modo affirmato, quod tales negatiuæ de possibili non conuertuntur propriè loquendo de illis de possibili, in quibus subiectum supponit pro his quæ sunt: quia non sequitur, posito quod Deus nunc sit creans, omnis Deus potest non creare, igitur quoddam creans potest non esse Deus, nam antecedens est verum, & consequēs falsum, nam omne, quod est creans necesse est esse Deum, tamen tales possunt conuerti in quasdam de ineſſe: sed illa non est conuersio propriè dicta. ¶ Tertia conclusio est de affirmatiuis de possibili, in quibus subiectum supponit pro his quæ potest esse: quia tales affirmatiue similiter conuertuntur illis de ineſſe, ita quod vniuersalis affirmatiua conuertitur in particularem affirmatiuam &c. verbi gratia: quia sequitur, quoddam a. potest esse b. igitur quoddam b. potest esse a. quia antecedens significat, b. quoddam quod potest esse a. potest esse b. & tunc signetur illud: & sic probatur conuersio expositoriè sic, hoc c. potest esse a. c. potest esse b. igitur quod potest esse b. potest esse a.

¶ Quarta conclusio est, quod negatiua de possibili de modo

affirmato pro his, que potest esse, non conuertitur, quia non sequitur. omnis Deus potest non creare, sub isto sensu, omne quod potest esse Deus potest non creare, igitur quoddã creãs potest non esse Deus sub isto sensu, quoddam quod potest esse creans potest non esse Deus, immo quodlibet quod potest esse creans, nece esse est esse Deum, & sic patet qualiter propõnes affirmatiuæ de possibili de modo affirmato conuertũtur, & non conuertuntur, & per consequens patet qualiter negatiuæ de necessario de modo negato quæ illis æquipollẽt, sunt conuertendæ, & hoc illis de possibili. ¶ Tunc quãtum ad istas de necessario, & primo de illis in huiusmodi sensum intelligitur supponere pro his quæ sunt. Et sit prima conclusio ista, quod affirmatiuè de necessario in quibus subiectum intelligitur supponere pro his quæ sunt, non conuertuntur, quia nõ sequitur posito, quod Deus sit creans omne creans de necessitate est Deus, igitur quidam Deus de necessitate est creans. Verum est tamen, quod tales propositiones possunt conuerti in propositione secundum resolutionem ad quasdã de inesse, vt omne creans de necessitate est Deus, igitur quod de necessitate est creans, est Deus, tamen ista non est conuersio propriè dicta propter causas prius assignatas. ¶ Quinta conclusio est, quod negatiuæ de necessario pro his quæ sunt, non conuertuntur, quia posito quod Deus non creet, hæc est vera, omne creans necesse est non esse Vnum intelligẽdo subiectum supponere pro his quæ sunt, & tamen sua conuertens est falsa. ſ. ista, quendam Deum necesse est non creare, & quia aliqui negant antecedens. ſ. istam omne creãs necesse est non esse Deũ, ideo probatur, quod hæc est vera, nullum creans potest esse Deus, igitur hæc est vera, omne creans necesse est, nõ esse Deũ, tenet consequentia per æquipollentias prius assignatas, & antecedens patet resoluendo subiectum, vt intelligitur supponere pro his quæ sunt. ſ. in istam nullum quod est creans potest esse Deus. ¶ Sexta conclusio, quod affirmatiuæ de necessario pro his, quæ possunt esse non cõuertuntur propriè, quia non sequitur omne creans de necessitate est Deus secundum istum sensum, omne quod potest esse creans de necessitate est Deus, igitur quidam Deus de necessitate est creans, nam consequens est falsum secundum vtrunque sensum. Verum est tamen quod tales propositiones sunt conuertendæ secundum resolutionem ad quasdam de inesse, sed talis conuersio est inutilis

utilis ad reductionem syllogismorum imperfectorum ad perfectos. ¶ Septima conclusio de illis de necessario pro his quæ possunt esse, quod vniuersalis negatiua conuertitur simpliciter, sed particularis negatiua non, probatur, quia vt dicti fuit prius particularis affirmatiua de possibili pro his quę possunt esse conuertitur simpliciter, & illa contradicit vniuersali negatiuæ de necessario pro illis quę possunt esse modo si vnum contradictoriorum conuertitur simpliciter, & reliquum, ex eo, quod si ad antecedens sequitur consequens, ad oppositum consequentis sequitur oppositum antecedentis. Secunda pars conclusionis apparet, quia non sequitur, quoddam ens, vt asinitatem, necesse est non esse Deum & sua conuertens esset falsa quendam Deum necesse est non esse ens, & sic patet qualiter propositiones modales de necessario demõ affirmato cõuertuntur, & qualiter non. Rationes sunt solutæ per p̃dicta. Et hoc ad quæsitum.

QVÆSTIO XXVII.

QVæritur vigesimo septimo. Vtrum valeãt syllogismi de necessario in qualibet figura, sicut valent syllogismi de inesse? ¶ Arguitur primo, quod non, quia in prima figura non valent syllogismi de possibili, igitur nec valent syllogismi de necessario, tenet consequentia, quia quælibet de possibili æquipollet vni de necessario, & econtra, probatur antecedens, posito quod de facto nihil currat, nisi equus, tunc arguitur sic sumendo subiectum in illis de possibili pro his q̃ sunt. Omne currens potest esse equus quia de facto, ita est qđ omne currens est equus, sed omnis homo potest currere, igitur omnis homo potest esse equus, præmissæ veræ & conclusio falsa, igitur &c. ¶ Secunda arguitur contra Baraliptõ, qa nõ sequitur. Omnis Deus de necessitate est iustus, omne creas de necessitate est creans, igitur quoddam iustum necesse est esse creans, præmissæ sunt veræ & conclusio falsa, igitur consequentia non valet. ¶ Tertio arguitur contra Camestres, qa non sequitur, omne intelligens de necessitate est Deus, omnem creaturam necesse est non esse Deum igitur omnẽ creaturam necesse est non esse intelligentem, maior est vera, posito, quod omne intelligens de facto sit Deus, & minor similiter, & tamen conclusio est falsa, igitur &c.

¶ Quarto arguitur contra Darapti, quia non sequitur necesse

est omnē grāmaticum esse scientem, necesse est omnem grā maticum esse hominem, igitur quendam hominem necesse est esse scientem. ¶Oppositum arguitur per Aris. in isto primo. ¶In quæstione primo videbitur de syllogismis factis in prima figura ex propositionibus de necessario, secūdo de eisdem factis in prima figura concludentibus indirectè, tertio de eisdem in secūda figura, quarto de eisdem in tertia figura.

Quantum ad primum, prima conclusio est, quod syllogismi directè concludentes in prima figura valent ex propositionibus de necessario in sensu composito sumendo modum & figuram quantum ad dictum solum, probatur, quia sequitur. Necessarium est omne animal esse substantiam, necessarium est omnem hominem esse animal, igitur necessarium est omnem hominem esse substantiam, & tenet consequentia per illam regulam. Si præmissæ sunt necessariæ, conclusio erit necessaria. ¶Secunda conclusio est, quod ex duabus de possibili in sensu composito non valet syllogismus in prima figura, sumendo modum, & figuram secundum dictum solū, probatur, quia non sequitur, possibile est omne currens esse asinum, possibile est omnem hominem esse currentem, igitur possibile est omnem hominem esse asinum. ¶Sed contra objicitur, quia sicut ista regula est vera, si antecedens est necessarium, consequens erit necessarium, ita similiter ista regula si antecedens est possibile, consequens erit possibile, igitur sic, ex illis de necessario fit syllogismus, ita etiam ex illis de possibili. ¶Respondetur negando consequentiam, & causa est, quia non omnis propositio de possibili cuilibet alteri de possibili est compossibilis, & ideo si antecedēs in syllogismo sit copulativa composita ex duabus præmissis incompossibilibus etiam non potest sequi conclusio possibilis, sed quælibet propositio necessaria cuilibet alteri necessariæ est connecessaria. Ideo non est simile de præmissis necessarijs & de præmissis possibilibus. ¶Tertia conclusio, quod modi directi de necessario in sensu diuiso valēt in prima figura. Et isti modi non indigent probatione sed de se sunt euidentes. Nam si modus de necessario sit affirmatus, siue dictum sit affirmatū, siue negatum, semper tenet syllogismus per dici de omni, vt arguendo sic. Omne b. necesse est esse a. omne c. necesse est esse, igitur omne c. necesse est, esse a. ¶Item si dictum sit negatum, arguitur sic, omne b. necessa est non esse a. omne c. necessa

se

se est non esse b. igitur omne c. necesse est non est a. & vterq; modus tenet per dici de omni. Si modus de necessario sit negatus, siue dictum sit affirmatum, siue non, tunc tenẽt syllogismi per dici de nullo. Exemplum de dicto affirmato. Nullũ b. necesse est esse a. omne c. necesse est esse b. igitur nullum c. necesse est esse a. Exemplum de dicto negato. Nullum b. necesse est non esse a. omne c. necesse est esse b. igitur nullum c. necesse est nõ esse a. & tenet directè per dici de nullo. ¶ Quarta conclusio, quod dicti modi non valent de possibili in sensu diuiso, si subiectum sumatur pro his quæ sunt. Probatur. Sit ista, quod de facto omne currens sit equus, tunc arguitur sic, omne currens potest esse equus, omnibus homo potest esse currens, igitur omnis homo potest esse equus, consequentia non valet, quia præmissæ sunt veræ & conclusio falsa. ¶ Secũdo probatur de modis negatiuis posito, quod de facto Deus non creet, tunc hęc est vera. Nullum creans potest esse Deus, qua significatur quòd nullum quod est creans, potest esse Deus, & hoc est verum, quia nihil est creãs, sed omnis prima causa potest esse creans, vt notum est, & tamen non sequitur, igitur nulla prima causa potest esse Deus. Quinta conclusio est, quòd prædicti modi de possibili valent in sensu diuiso, si subiecta sumantur pro his quæ possunt esse. Et ista conclusio non indiget probatione, quia illi modi tenet directè p duci de omni, & per dici de nullo, vt patet resoluendo subiecta, vt supponant pro his quæ possunt esse, & sic patet de modis directè concludentib. in prima figura de necessario & de possibili, qualiter valent, & qualiter non. Et hoc de primo.

Quantum ad secundum notandum, quod ex propositionibus de necessario in sensu composito valent modi indirecti primæ figuræ ad concludendum de necessario sumendo modum & figuram penes dictum, & non penes modum, & tenet per istam regulam, si antecedens est necessarium, & consequens erit necessarium. Et non solum tenet isti modi in illis de sensu composito, sed etiam in quibusdam de necessario in sensu diuiso, videlicet quando ambæ præmissæ de necessario sunt necessariæ: vel sub alio modo loquendi, quando sunt de necessario secundum connexionem terminorum pro sensi per quia huiusmodi propositione necessariæ de necessario similiter conuertuntur illis de inesse, vt dictum fuit prius. Et ideo modi indirecti reducuntur ad modos directos eodem

modo, sicut in illis de inesse per conuersionem, & ideo de istis non est difficultas, sed de illis de necessario, quæ sunt contingentes, vt creans de necessitate est Deus, vel secundum alium modum loquendi de illis, quæ sunt de necessario secundum connexionem terminorum simpliciter pro nunc solũ. ¶Et de istis ponuntur conclusiones. Prima est, quod ex duabus de necessario non fit syllogismus ad concludendum de necessario indirectè: vt in Baralipton. probatur posito, quod nunc Deus sit creans tunc arguitur omnis Deus de necessitate est iustus, omnis creans de necessitate est Deus, igitur in directè quoddã iustum de necessitate est creans, præmissæ sunt veræ & conclusio falsa, igitur consequentia non valet. ¶Secũda conclusio quod modi negati de modo negato, scilicet de hoc modo necessarium non valent ad concludendum indirectè in ista figura. ¶Probatur per instantia in celantes posito, quod Deus sit creans, tunc arguitur sic, nullus iustus de necessitate est creans, omnis Deus de necessitate est iustus, igitur nullus creans de necessitate est Deus, præmissæ sunt veræ & conclusio falsa, prædicto casu posito, quod quoddam creans de necessitate est Deus, vt potest probari expositorie. ¶Secundo patet instantia in Fapesmo, arguẽdo, sicut omne creãs de necessitate est Deus, nullus iustus de necessitate est creans igitur quidam Deus de necessitate non est iustus, præmissæ sunt veræ, & coclusio falsa, igitur consequentia non valet & per eosdem terminos potest dari instantia in Frisesomorum. ¶Tertia conclusio, quod modi negati de modo affirmato. s. de hoc modo necessarium, affirmato, non valent si subiectum sumatur pro his quæ sunt. Probatur per instantias.

¶Primo in celantes, posito, quod sol luceat super nostrum hemisphærium: tunc arguitur sic, omnem solem necesse est non esse lunam, omne lucens super nostrum hemisphærium de necessitate est sol: igitur omnem lunam necesse est non lucere super nostrum hemisphærium, præmissæ sunt veræ per casum positum, & tamen conclusio est falsa, quia omnem lunam possibile est lucere super nostrum hemisphærium. ¶Secundo patet per instantiam in Fapesmo posito, quod Deus nunc non sit creans, tunc arguitur sic, omnis prima causa de necessitate est Deus, omne quod est creans, necesse est non esse primam causam, igitur quendam Deum necesse est esse nõ creantem, consequentia non valet, quia præmissæ sunt veræ,

& con-

& conclusio falsa, & causa est, quia in præmissis minor extremitas sumitur solum pro his quæ sunt, sed in conclusione ampliatur ad ea quæ possunt esse, quia sequitur hunc modum necesse, cuius est de necessitate ampliare terminum sequentem, scilicet a parte prædicati, licet non fit necesse ampliare terminum præcedentem, & hoc est ex eo, quod prædicatum debet appellare suam formam modo ex non ampliato, nunquam sequitur ampliatum negatiuè, quia est argumentare negatiuè ab inferiori ad superius. ¶ Quarta cõclusio est, quod dicti modi valent de modo affirmato, si subiectum capiatur pro his quæ possunt esse, quia tunc minor extremitas nõ magis ampliatur in conclusione quàm in præmissis. ¶ Secundo probatur conclusio specialiter de Celantes quælibet negatiua de necessario de modo affirmato, cuius subiectum supponit pro his quæ possunt esse, conuertitur simpliciter, vt dictũ fuit prius, igitur iste modus celantes reducitur ad celarent p conuersionem conclusionis. ¶ Tertio probatur de aliis duobus modis. s. Fapesmo, & Frisesomorum, quia reducuntur ad barbara, & darij per impossibile, & in ista reductione resultabit mixtio, quæ valet pro his, quæ possũt esse, cum maior fuerit de possibili: vnde primo fiat syllogismus talis de fapesmo, omne b. necesse est esse a. omne c. necesse est non esse b. igitur quoddam a. necesse est non esse c. modo sumatur oppositum conclusionis cum maiore, & sequetur oppositum minoris: nam oppositum contradictorium conclusionis est, omne a. potest esse c. tunc igitur fiat syllogismus talis, omne a. potest esse c. omne b. de necessitate est a. igitur omne b. potest esse c. & tunc conuertatur conclusio, quia affirmatiua de possibile, pro his quæ possunt esse conuertitur, sicut illa de inesse, vt declaratum fuit prius, tunc erit conuersa conclusionis, quoddam c. potest esse b. & ista repugnat primo minori, quę dicit, omnes c. necesse est non esse b. sic patet quomodo isti modi indirectè valent, & quomodo non valent, & hoc de secundo.

Quantum ad tertium & quartum simul notandum, quod ex propositionibus de necessario in sensu composito fit syllogismus, sicut in illis de inesse in secunda & tertia figura sumendo modum & figuram præcisè secũdum dictum. Et omnes modi probantur, sicut in aliis modis per illam. Si antecedens est necessarium cõsequens erit necessarium. ¶ Secnndo

notar.

notandum, quòd ex propositionibus de necessario secũdum connexionem terminorum pro semper. s. quæ sunt necessariæ fit syllogismus ad concludendum de necessario, sicut in illis de inesse in secunda & tertia figura. Causa huius est, quia tales propositiones de necessario conuertuntur, similiter illis de inesse, ideo modi imperfecti qui fiunt in secunda & tertia figura reducuntur ad syllogismos primę figuræ, sicut istæ de inesse exceptis Barocho & Brocardo, qui non probantur per conuersionem, sed per impossibile, vt verbi gratia in Barocho fiat syllogismus sic, omne b. necesse est esse a. quoddam c. necesse est non esse a. igitur quoddam c. necesse est non esse b. quia si non sequitur, detur oppositum conclusionis sic, omne c. potest esse b. tunc ex ista cum maiore infertur oppositum minoris arguendo sic, omne b. necesse est esse a. omne c. potest esse b. igitur omne c. potest esse a. & tenet syllogismus sumendo substantiam propositionum pro his quæ possunt esse, & tunc tenet syllogismus euidenter, vt patet explicando maiorem, arguendo sic, omne quod potest esse b. necesse est esse a. omne c. potest esse b. igitur omne c. potest esse a. & istam sequitur omne c. potest esse a. quæ contradicit minori primi syllogismi, quæ dicebat, quoddam c. necesse est non esse a. Et consimiliter potest probari Brocardo. ¶ Tunc ponuntur conclusiones. Prima conclusio est, quòd modi secundæ figuræ non valent sumendo subiecta pro his quæ sunt probatur per instantiam, posito quod nullum sit lucens modo super nostrum hemisphærium, tunc datur instantia de Cæsare isto modo, omne lucens super nostrum hemisphærium necesse est non solem, omnis planeta lucidissimus de necessitate est sol. igitur omnem planetam lucidissimum necesse est non lucere super nostrũ hemisphærium, præmissæ sunt veræ, vt patet ex casu, & tamen conclusio est falsa, & in eisdem terminis instatur contra sestino, faciendo minorem particularem, quæ prius fuit vniuersalis. ¶ Sed obijcitur contra secundum notabile, quia in exemplo ibi supponitur, quod subiecta supponant pro his quæ possũt esse, & tamen non debet esse ita. ¶ Respondetur, ꝙ illud debet supponi, immo sequitur virtute illius, quod supponebatus prius, videlicet, quod propositiones essent de necessario simpliciter secundum connexionem terminorum pro semper. ¶ Secunda conclusio est, quòd modi secundæ figuræ valent

lent si subiecta sumantur pro his quæ possunt esse, & omnes probantur impossibile, sicut exemplificabatur prius de Barocho. ¶ Tertia conclusio est, quod omnes modi tertiæ figuræ valent de necessario, sicut valent illi de inesse siue subiecta sumantur pro his, quæ sunt, siue pro his quæ possũt esse, & omnes probantur per impossibile eodem modo, sicut probatur de Barocho in secunda figura, excepto quod in tertia figura oppositum conclusionis debet fieri maior, quod quidem oppositum fiebat minor in secunda figura. ¶ Tunc ad rationes duæ primæ sunt solutæ. ¶ Ad tertiam, quæ fuit contra camestres, respondetur, quòd in illa figura non fit syllogismus quã do maior non est de necessario secundum connexionem terminorum pro semper, modo sic est in isto argumento. ¶ Ad quartam dicitur quod vbi ex propositionibus de sensu composito infertur propositio in sensu diuiso, consequentia non valet. Et sic sit dictum ad quæsitum.

QVÆSTIO XXVIII.

QVæritur vigesimooctauo. Vtrum ex vna de necessario, & alia de inesse fiat syllogismus ad concludendum necessario in prima figura?

¶ Arguitur primo quod nõ, quia non est connexio minoris extremitatis cum maiori in conclusione, nisi propter connexionem ipsius cum medio in præmissis, sed minor extremitas connectitur cum medio in præmissis solum pro vno tempore, quia hoc significat propositio de inesse, igitur debet inferri connexio minoris extremitatis cum maiore solum pro vno tempore, sed illa de necessario significat connexionem pro omni tempore, igitur nõ debet inferri illa de necessario, sed de inesse. ¶ Secundo arguitur per instantiam, quia non sequitur de necessitate, omnis homo est animal, album est homo, igitur de necessitate album est animal, quia præmissæ sũt veræ, & conclusio falsa. ¶ Tertio, quia nõ sequitur, omnis prima causa de necessitate est Deus, quoddam creans est prima causa, igitur quoddam creãs de necessitate est Deus, quia præmissæ sunt veræ & conclusio falsa, quod autem conclusio sit falsa, patet, quia sequitur, quoddam creans, de necessitate est Deus, igitur quiddam Deus de necessitate est creans: quia ista de necessario conuertitur simpliciter, sicut illa de inesse, vt dicit Aristo. in isto primo modo, & consequens est falsum, igitur

tur & antecedens. ¶Quarto, si ex vna de necessario, & alia de ineſſe ſequeretur cõcluſio de necessario, vel hoc eſſet ex maiore de necessario, & minore de ineſſe, vel econtra, non primo modo, vt probatum eſt, nec ſecundo modo, vt probat Ariſtot. in iſto primo. ¶Oppoſitum arguitur per Ariſtot. in iſto primo.

Notandum eſt quod duplex eſt propoſitio de ineſſe quantum ad propoſitionem pertinet, quædam de ineſſe ſimpliciciter, ſcilicet quæ eſt neceſſaria. vt iſta homo eſt animal, eſt de ineſſe ſimpliciter ſecundum Ariſt. qui ponit mundum æternum, & ſic neceſſario perpetuari, alia eſt de ineſſe, vt nunc, ſcilicet propoſitio contingens de ineſſe. Et proportionabiliter poteſt diſtingui de propoſitione de neceſsario, quia quædam eſt neceſsaria & illa vocatur de neceſsario ſimpliciter, & alia eſt contingens, & illa vocatur de neceſsario vt nunc. ¶Secundo notandum, quod ex vna de neceſsario, & alia de ineſſe non poteſt fieri ſyllogiſmus, niſi altero duorum modorum. ſ. vel ex maiori de neceſsario, & minori de ineſſe, vel econtra. ¶Ideo primo notandum eſt qualiter fit ſyllogiſmus ex maiori de neceſsario, & minori de ineſſe. ¶Secundo qualiter fit ſyllogiſmus econuerſo. ¶Tertio inferenda ſunt quædam correlaria.

Quantum ad primum ponuntur tres concluſiones. Prima eſt, quod ex maiori dẽ neceſsario in ſenſu compoſito & minori de ineſſe non fit ſyllogiſmus ad concludendum de neceſſario. Probatur per inſtantiam in Barbara, poſito, quod tantũ homo currat, tunc arguitur ſic, de neceſsitate, omnis homo eſt riſibilis, omne currens eſt homo, igitur de neceſsitate omne currens eſt riſibile, præmiſſæ ſunt veræ & concluſio falſa. ¶Secundo contra celarent, arguendo ſic, de neceſsitate nullũ album eſt nigrum, omnis homo eſt albus, poſito quod ita ſit, igitur de neceſsitate nullus homo eſt niger, præmiſſæ ſunt veræ, & concluſio falſa. ¶Tertio contra darij, patet per inſtantiã primam ante oppoſitum. ¶Secunda concluſio, quod ex maiori de neceſsario in ſenſu diuiſo & minori de ineſſe valent modi primæ figuræ directè concludentes ad concludendum de neceſsario, & iſta concluſio probatur per hoc, quod illi modi ſunt euidentes per dici de omni, & dici de nullo. Exemplum de barbara, omne b. neceſſe eſt eſſe a. omne c. eſt b. igitur omne c. neceſſe eſt eſſe a. præmiſſæ ſi ſint veræ, neceſſe eſt,

quod

quod conclusio sit vera: quia resoluendo maiorem, ille modus tenet euidēter per dici, de oī arguendo sic. cē quod est b. necesse est esse a. &c. ¶ Similiter potest exemplificari de modo negato, vt de celarent, nullum quod est b. necesse est esse a. omne c. est b. igitur nullum c. necesse est esse a. & tenet directè per dici de nullo, & cōsimiliter potest exemplificari de modis particularibus. ¶ Tertia conclusio, quod, modi indirectè concludentes primæ figurę non valent ex maiori de necessario, & minori de ineſſe. ad concludendum de necessario indirectè probatur per instantiam in terminis. & instatur contra baralipton per istos terminos Deus prima causa creans, posito, quod de facto Deus sit creans. tūc arguitur sic. omnis prima causa de necessitate est Deus. omne creans est prima causa. non sequitur concludendo indirectè, igitur quidā Deus de necessitate est creans. immo Deum possibile est non creare. & in eiusdem terminis potest instari contra celarent quia, non sequitur, nullus Deus de necessitate est creans omnis prima causa est Deus. igitur nullū creās de necessitate est prima causa. præmissæ sunt veræ & conclusio falsa, casu posito. igitur consequentia non valet.

Quantum ad ſm ponuntur conclusiones. Prima est, ꝙ ex maiore de ineſſe & minori de necessario in sensu composito non valet syllogismus ad concludendum de necessario. quia non sequitur, omnis homo currit. de necessitate omne risibile est homo. igitur de necessitate omne risibile currit. ¶ Secunda conclusio est, quod ex maiori de ineſſe & minori de necessario in prima figura fit syllogismus ad concludendum de ineſſe. probatur. quia ex maiori de ineſſe, & minori de ineſſe fit syllogismus ad concludendum de ineſſe. igitur ex maiori de ineſſe, & minori de necessario fit syllogismus ad cōcludendū de ineſſe, antecedens apparet in simplici conuersione syllogismorum de ineſſe. cōsequentia probatur: quia ad vnam de necessario sequitur illa de ineſſe. modo quicquid sequitur ad cōsequēs: sequitur ad antecedens. ¶ Tertia conclusio est, quod in modis negatiuis de modo negato ex maiore de ineſſe, & minori de necessario fit syllogismus ad concludendum de necessario. probatur, quia ex maiori de ineſſe, & minori de necessario in modo negatiuo fit syllogismus ad concludendum negatiuam de ineſſe. igitur etiam ad concludendum negatiuā de necessario de modo negato antecedens apparet per præce-

dentem

dentē conclusionē. & cōsequentia probatur: quia ad negatiuā de inesse sequitur negatiua de necessario de modo negato. vt ad istam nullum.b.est a. sequitur quod nullū b. de necessitate est a. ¶ Quarta conclusio est ista, quod modi affirmatiui primæ, figuræ, & etiam modi negatiui de modo affirmato non valent ad concludendū de necessario, ex minori de necessario & maiori de inesse. Probatur per instantiam in terminis, quia non sequitur, posito, quod Deus sit creans. omnis prima causa est creās. omnis Deus de necessitate est prima causa. igitur ois Deus de necessitate est creās. quæ præmisse sunt ueræ & conclusio falsa. ¶ Secundo contra celarent posito, quòd Deus nō sit creans: quia non sequitur. nullus Deus est creans. omnem primam causam necesse est esse Deum: igitur omnem primā causam necesse est nō esse creātem: quia præmissæ sunt veræ & conclusio falsa ¶ Quinta conclusio est, quod ex maiori de inesse simpliciter, & minori de necessario fit syllogismus ad concludendum de necessario tam in sensu composito, quam etiam diuiso. sicut sequitur: ois Deus est prima causa. quoddā iustum de necessitate est Deus. igitur quoddam iustum de necessitate est prima causa, nec est possibile inuenire instantiā. Et hoc de secundo.

Quantum ad tertium, ex prædictis sequitur primo, quod Arist. in proposito non intelligit de modalibus propositionibus in sensu. composito. quia sic pauca eius dicta essent vera, vt patet ex prædictis. ¶ Secundo sequitur, q; propositio de inesse sumpta cum illa de necessario sit de inesse simpliciter, quemadmodum aliquid exponit. ¶ Probatur: quia tūc æquualerent syllogismi ex maiori de inesse, & minori de necessario & econtra. cuius tamen oppositum determinat Arist. & patet consequentia ex prædictis. ¶ Secundò potest inferri, q; ista consequentia non valet ex maiori de inesse simpliciter, & minori de necessario sit syllogismus ad concludendum de necessario. igitur ex maiori de inesse & minori de necessario fit syllogismus a cōcludendum de necessario. probatur: quia sequitur propositio de inesse simpliciter. igitur propositio de inesse modo nō quicquid sequitur ad antecedēs sequitur ad consequens. sed contra est verum. quia quicquid sequitur ad consequēs. sequitur ad antecedens. ¶ Quarto sequitur quod nō est idem iudicium, vbi modus affirmatur. & vbi modus negatur. & hoc sequitur ex tertia & quarta conclusionibus. ¶ Tunc

ad.

ad rõnes. Ad primam dico, q̃ licet in præmissis minor extremitas cõnectatur cum medio: solum pro præsenti, tñ quia medium connectiur cum maiori extremitate pro omni tempore: ideo quicquid connectitur cum medio, oportet quod pro omni tempore connectatur cũ maiori extremitate. ¶ Ad 3m dico quod ille syllgismus fit ex maiori in sensu composito, & talis dispositio non valet, vt dictum est prius. ¶ Ad tertiam dico, quod consequẽtia est bona. ad probationem dico, q̃ conclusio non potest conuerti in illam de necessario, quia vt patuit prius, illa de necessario vt nunc non conuertitur similiter illis de inesse ¶ Ad quartam dico, q̃ vtroque modo, sicut prædictum est. Et hæc sint ad quæsitum.

QVÆSTIO XXIX.

QVæritur vigesimonono. Vtrum mixtio de necessario & de in esse valeant in secunda & tertia figura? Arguitur q̃ non: quia in secũda figura ex affirmatiua de necessario, & negatiua de inesse non valet syllogismus ad concludendum de necessario, igitur nec e contra ex negatiua de necessario & affirmatiua de inesse, ad concludendum de necessario antecedens apparet per Ari. in litera, & probatur consequentia, qa affirmatiua æquipollens est ad assimilandum sibi conclusionem sicut negatiua. ¶ Secundo arguitur contra Cæsare, quia nõ sequitur de necessitate, nullum album est nigrũ, omnis homo est niger, posito, quòd ita sit, igitur omnis homo de necessitate non est albus, præmissæ sunt veræ, & conclusio falsa, quia quemlibet hominem cõtingit esse album. ¶ Tertio arguitur contra camestres, quia non sequitur, omnis planea lucet, nulla luna de necessitate lucet, igitur nulla luna de necessitate est planeta, maior est vera, posito, quòd nullus planeta de facto eclipsatur, & minor est vera, quia possibile est lunam non lucere, vt patet in eclipsi: & tamen conclusio est falsa: quia omnem lunam necesse est esse planetam. ¶ Oppositũ arguitur per Ari. in isto primo. ¶ In quæstione primo videbitur, qualiter valeat mixtio de necessario & de inesse in secunda figura, si negatiua sit de necessario, & affirmatiua de inesse, secundo qualiter valet in illa secunda figura, si e contra, & tertio qualiter valet in tertia figura.

Quantum ad primum notandum, quod si illa de necessario sit in sensu composito, aut etiam de modo negato non valet

syllo-

syllogismus in secunda figura, patet de illi de sensu composito per secundam rationem ante oppositum, & de illis de modo negato patet per tertiam rationem, & ideo ista mixtio si valeat, solum valet si illa de necessario sit in sensu diuiso de modo assirmato. ¶ Secundo notandum, quòd in ista mixtione debet supponi, quod negatiua de necessario quæ cũ hoc, quod est de necessario est necessaria, conuertitur simpliciter in aliam de necessario. ¶ Similiter, quòd vniuersalis negatiua de necessario, dato, quod sit contingens, dum tamen subiectũ supponat pro his quæ possunt esse, conuertitur simpliciter in aliam de necessario & istius causa prius fuit dicta. ¶ Istis præmissis ponuntur conclusiones. ¶ Prima est quod Cæsare & Festino valent, dum tamen maior quæ est de uecessario, sit necessaria, vel etiam contingens, dum tamen eius subiectum supponat pro his quæ possunt esse, probatur, quia tunc vniueersalis negatiua per suppositum conuertitur simpliciter, ac si eẽt de inesse: ideo reducitur ad primam figuram tam Cæsare quam Festino omnino consimiliter, ac si fieret ex premissis de inesse. ¶ Secunda conclusio est, quòd si maior sit de necessario, & cum hoc sit contingens, ita quod subiectum supponat pro his quæ sunt, tunc non valetur Cæsare nec Festino, probatur per instantiam: quia non sequitur, omne lucens super nostrum hemispherium necesse est non esse planetam, omnis luna est planeta, igitur omnem lunam necesse est non lucere super nostrum hemispherium. præmissæ sunt veræ & conclusio falsa, vnde posito, quod omnis planeta sit sub nostro orizonte, tunc maior est vera, supposito, quòd eius subiectum supponat pro his, quæ sunt. ¶ Tertia conclusio est, quod camestres nullo modo valet siue negatiua de necessario sit necessaria, siue contingens, patet per instantiam quia non sequitur, omnis planeta lucens super nostrum hemispherium, est sol, omnem lunam necesse est non esse solem, igitur omnem lunam necesse est non lucere super nostrum hemispherium, præmissæ sunt veræ & conclusio falsa.

¶ Quarta conclusio, quod si maior in Camestres .s. de inesse sit necessaria, hoc est de inesse simpliciter, tunc valet camestres, aliter non, quod sic valeat, probatur, quia ex opposito conclusionis, & minori sequitur maiorem non esse necessariam, quod est contra positum antecedens, & fiat syllogismus in Camestres sic, omne b. est a. & sit ista necessaria omne c.

necesse

necesse est non esse a. igitur omne c. necesse est non esse b. qz non sequitur, detur oppositum conclusionis, scilicet quoddã c. potest esse b & ponatur inesse. s. quoddam c. est b. tunc ex minori, quæ dicebat, quòd omne c. necesse est nõ esse a. sequitur quòd nullum c. potest esse a. & tamen aliquod c. est b. vt iam reseruatum est ex oppositio conclusionis posito in esse, igitur aliquod c. est b. quod tamen non est a. & per consequẽs aliquod b. non est a. igitur maior, quæ dicebat omne b. est a nõ erat necessaria, quæ tamen ponebatur esse necessaria. ¶ Quinta conclusio est, quòd Barocho valet eodem modo, sicut Camestres & aliter non: ita quòd in Barocho sequitur conclusio de necessario, si maior sit de in esse simpliciter, sed maior sit de inesse, vt nunc qualitercunque fuerit minori de necessario, siue necessaria, siue contingens, non valet syllogismus. Et hoc de primo.

Quantum ad secundum, notandum, quòd in proposito nõ est dubium, an sequatur conclusio de inesse: quia ex duabus de inesse in omnibus quatuor modis secundæ figuræ valet syllogismus ad concludendum de inesse, igitur si vna fuerit de inesse, & alia de necessario, ad hæc valebit syllogismus ad cõcludendum de inesse, quæcunque præmissarum fuerit de necessario per illam regulam. Quicquid sequitur ad consequẽs sequitur ad antecedens, modo ad illam de necessario sequitur illa de inesse. ¶ Secundo notandum, quòd etiam in proposito non est dubium, an ex vna de necessario & alia de inesse sequatur conclusio negatiua de necessario de modo negato, qcunque prẽmissarum fuerit de necessario, siue affirmatiua, siue negatiua, quia ad præmissas sic dispositas, sequitur conclusio negatiua de inesse, modo ad negatiuam de inesse, sequitur negatiua de necessario, sicut sequitur, nullum b. est a. igitur nullum b de necessitate est a. igitur ista eadem conclusio sequitur ad præmissas, ad quas sequebatur negatiua de inesse, nam ad quæcunque sequitur antecedens, & consequens ideo solum restat difficultas de affirmatiuis de necessario, de modo affirmato. ¶ De quibus ponuntur conclusiones. Prima est, quòd cæsare & Camestres non valent, si affirmatiua sit de necessario ad concludendum de necessario. ¶ Probatur per instantiam cõtra cæsare, posito quòd, Deus non sit creans. Nullum creans est Deus omnem primam causam necesse est esse Deum igitur omnem primam causam necesse est non esse

creantem, præmisse sunt veræ, & conclusio falsa. ¶ Secundo instatur contra Cameſtres, posito, quòd nullus planeta luceat super nostrum hemisphærium, nisi sol. tunc arguitur sic, omne quod est lucens super nostrum hemisphærium de necessitate est sol, nulla luna est sol. igitur omnem lunam necesse est non lucere super nostrum hemisphærium, præmissæ sunt veræ, & conclusio falsa. ¶ Secunda conclusio est, quòd cæsare & Festino valent ad concludendum de necessario, si maior quæ est vniuersalis sit de inesse simpliciter & minor de necessario, probatur, quia per conuersionem minoris de inesse simpliciter fieret prima figura, modo dictum fuit, quòd in prima figura valet mixtio ex maiori de inesse simpliciter, & minori de necessario ad concludendum de necessario. ¶ Tertia conclusio est, quòd Cameſtres & Barocho valent ad concludendum de necessario, si maior sit de necessario pro his, quæ possunt esse & minor de inesse sit necessaria, licet non de necessario probatur: quia ex opposito conclusionis & maiori infertur opposita necessitas minoris. v.g. in Cameſtres syllogismus talis omne b. necesse est esse a. nullum c. est a. posito, q̃ hæc sit necessaria, igitur omne c. necesse est non esse b. qua si non sequitur, detur oppositum conclusionis. s. quoddam c. potest esse b. tunc accipiatur maior primi syllogismi. s. omne b. necesse est esse a. secundum illum sensum, omne quod potest esse b. necesse est esse a. Et tunc fiat syllogismus, omne quod potest esse b. necesse est esse a. quoddam c. potest esse b. igitur quoddam c. necesse est esse a. quæ contradicit minori primi syllogismi, quæ dicebat. quòd nullum c. est a. ¶ Quarta cõclusio, quòd si maior sit de necessario pro his quæ sunt non valent illi syllogismi ad concludendum de necessario suppositoadhuc, quòd minor de inesse sit necessaria, probatur suppositoquod plantea solus sol luceat super nostrum hemisphæriũ, tunc arguitur sic omnem planetam lucentem super nostrum hemisphærium necesse est esse solem, nullum carens luce est sol, igitur omne carens luce necesse est non lucere, conclusio est falsa, suppositio, quòd luna nunc de facto sit eclipsata per interpositionem terræ inter solem & lunam, & tamen maior est vera, quia omnem solem necesse est lucere, & similiter minor, sic patet qualiter in secunda figura affirmatiua præmissa existente de necessario, & negatiua de inesse sit syllogismus ad cõcludẽdũ de necessario, & qualiter nõ. Et hoc de secũdo.

Qua-

Quantum ad tertium ponuntur duæ conclusiones.

¶ Prima est, quòd omnes modi tertiæ figuræ valent ad concludendum de necessario & minor de inesse, & quatuor modi, in quibus maior est vniuersalis, probantur per conuersionem minoris, quæ est de inesse, quia illa minore conuersa fit prima figura, & illi quatuor modi sunt Darapti Felapton Datisi & Ferison, sed alij duo modi. s. Disamis Brocardo probantur dupliciter. ¶ Vno modo expositoriæ vt fiat syllogismus in Disamis sic, quoddam b. necesse est esse a. omne b. est c. igitur quoddam c. necesse est esse a. probatur consequentia, signando illud b. de quo dicitur in maiore, quòd necesse est ipsum esse a. & arguitur sic, hoc b. necesse est esse a. hoc idem b. est c. quia in minori dicitur quod omne, b. est c. igitur quoddam c. de necessitate est a. & habetur propositum. ¶ Consimiliter probaretur Brocardo, signando subiectum maioris, vt prius. Secundo isti modi probantur per impossibile, quia ex opposito conclusionis, & minore infertur oppositum maioris, & fit primus syllogismus, vt prius in Disamis, vt quoddam b. necesse est esse a omne c. est b. igitur quoddam c. necesse est esse a. quia datur oppositum, quod omne, c. potest non esse a. omne c. est b. vt dicebatur in minori igitur omne c. possibile est non esse a. Et consimiliter potest fieri in Brocardo. Secunda conclusio est ista, quòd si maior sit de inesse, & minor de necessario, non valent modi tertiæ figuræ ad concludendum de necessario, & quia magis, apparet de Darapti, & Disamis, & huiusmodi dispositio valet, igitur contra istos modos datur instantia. ¶ Primo in Darapti, vbi maior est de inesse, vt nunc, vt omnis Deus est creans, posito, quòd ita fit, omnem Deum necesse est esse primam causam, igitur quandam primam causã necesse est esse creantem, præmissæ sunt veræ, & conclusio falsa. ¶ Secundo in Statur, vbi maior est de in esse simpliciter arguendo sic, omnis pars zodiaci existêns in oriente nostro oritur nobis, hæc semper est vera, sed omnis pars zodiaci existens in oriente nostro de necessitate est pars zodiaci, igitur aliqua pars zodiaci de necessitate oritur nobis, præmissę sunt veræ, & conclusio falsa, igitur talis dispositio non valet. Et sic patet, qualiter in tertia figura valeat mixtio vna de inesse, & alia de necessario, & hoc de tertio. ¶ Rationes ante oppositũ sunt solutæ per conclusiones primi articuli. Et sic sit dictum ad quæstum.

QVÆSTIO XXX.

QVæritur trigesimo. Vtrum propositiones de contingenti possint conuerti in oppositam qualitatem? Arguitur primo, quòd non, quia non sequitur, contingens est ens, igitur contingens est non ens. Nam ad istam, contingens est ens, sequitur per æquipollentiam ista non necesse est non ens. sed ad istam contingens est non ens, sequitur ista non necesse est ens, sed ad illam non necesse est non ens, non sequitur illa, non necesse est ens, vt ad istam contingens est ens, sequitur ista contingens est non ens. ¶ Secundo nulla opposita possunt stare simul, sed conuertens & conuersa stant simul, igitur conuertens & conuersa non sunt opposita, & per consequens non sunt oppositæ qualitates. ¶ Tertio quia nõ sequitur, contingit quoddam ens esse sortem igitur cõtingit quoddam ens non esse sortem, quia antecedens est verum, & consequens falsum, vnde hæc est necessaria, quoddam ens non est sortes. ¶ Oppositum arguitur per Aristo. in isto primo in tractatu de contingenti.

Nota, quòd hoc nomen contingens, capitur dupliciter. Vno modo, vt conuertitur cum possibili, & isto modo sumendo omne illud est contingens, quod non est impossibile, & sic propositiones de contingenti non conuertuntur in oppoâsit qualitatem, quia non sequitur, Deum contingit esse iustum. igitur Deum contingit non esse iustum. Alio modo accipitur contingens prout restringitur ad possibile, non necessariũ & sic sumit Arist. contingens in isto primo, vbi dicit, quod cõtingens est, quo nõ existente necessario posito ineise nullum sequitur impossibile.

Secundo nota, quod propositio de contingenti potest cõuerti dupliciter. Vno modo in oppositam qualitatem, ita qd̃ de affirmatiua fiat negatiua, manente eodem subiecto & prædicato. Alio modo possunt conuerti illæ de contingenti ad vtrumlibet trasponendo terminos, sicut illæ de ineise.

Istis præmissis in quæstione. ¶ Primo videbitur, qualiter propositiones de contingenti ad vtrumlibet in sensu composito conuertuntur in oppositam qualitatem. ¶ Secundo, qualiter illę in sensu diuiso conuertuntur in oppositam qualitatem. ¶ Tertio, qualiter illæ in sensu composito conuertuntur trãsponendo terminos. ¶ Et quarto, qualiter illæ in sensu diuiso

uiso conuertuntur transponendo terminos.

Quantum ad primum. Prima conclusio est ista, quod nulla propositio de contingenti in sensu composito conuertitur in oppositam qualitatem seruata eadem quantitate antecedē tis, & consequentis, probatur per instantias, quia non sequit. contingit omne ens esse Deum, igitur contingit nullum ens esse Deum, quia antecedens est verum, secundum fidem, immo aliquando ita erat. ſante creationem mundi, quod omne ens fuit Deus, & tamen conclusio est falsa, & impossibilis. ¶ Secundo patet in vniuersali negatiua, quia hæc est vera, contingit nullum ens esse sortem, nunc mortuo sorte nullum ens est sortes, & tamen hæc est falsa, contingit omne ens esse sortem. ¶ Tertio patet de particulari affirmatiua per tertiam rationem ante oppositum. ¶ Quarto de particulari negatiua, quia non sequitur, contingit quoddam ens non esse Deum, igitur contingit quoddam ens esse Deum, quia antecedens est verum, & consequens falsum, nam hæc est necessaria, & non contingens, quoddam ens est Deus. ¶ Secunda conclusio est, quod omnis propositio de contingenti potest conuerti in oppositam qualitatem mutata quantitate antecedentis, & cōsequentis, ita quòd de vniuersali fiat particularis, & contra, & loquor de illis in sensu cōposito, probatur, quia sequitur, contingit omne b. esse a. igitur contingit quoddam b. non esse a. quia iltæ duę contradicunt, omne b. est a. & quoddam b. non est a. modo si vnum contradictorium est contingens & reliquum. Ex quo patet, quòd particularis negatiua conuertitur in vniuersalem affirmatiuam, & econtra, & vniuersalis negatiua in particularem affirmatiuam, & econtra. ¶ Secundo sequitur, quod quælibet duo contradictoria mutuo se inuicem consequuntur hucusque addito hoc modo contingēs. Et hoc de primo.

Quantum ad secundum notandum, quòd illarum de contingenti in sensu diuiso, quædam est de modo affirmato, & quædam de modo negato. ¶ Tunc ponuntur cōclusiones. Prima est, quod nulla propositio de contingenti de modo negato conuertitur in oppositam quantitatem, nec affirmatiua potest conuerti in negatiuam, de modo negato. probatur, quia non sequitur, nullum hominem contingit esse asinum: igitur omnem hominem contingit esse asinum. ¶ Item non sequitur, omnem hominem contingit currere: igitur nullum ho-

minem contingit currere, quia antecedens est verum, & consequens falsum. ¶ Secunda conclusio, ꝙ omnis propositio de contingenti affirmatiua, & omnis negatiua de modo affirmato in sensu diuiso conuertitur in oppositam qualitatem, sicut sequitur omne b. contingit esse a. igitur omne b. contingit non esse a. probatur, quia ad istam omne b. contingit esse a. sequitur ista: igitur nullum b. necesse est esse a. per diffinitionem contingentis. Similiter ad eandem sequitur: igitur nullum b. impossibile est esse a. per eandem diffinitionem, modo ad istam nullum b. necesse est esse a. sequitur quod omne b. contingit non esse a. sequitur igitur, quod omne b. contingit esse a. igitur prima implicabat vtranque, scilicet tam affirmatiuam, quam negatiuam, & sic istam conclusionem Arist. intendit inisto primo quando ponit, quod illæ de contingenti conuertuntur in oppositam qualitatem. Et hoc de secundo.

Quantum ad tertium. Prima conclusio est ista, ꝙ vniuersalis negatiua, & particularis affirmatiua de contingenti in sensu composito conuertuntur simpliciter in terminis sumendo conuersionem penes dictum, ita quod vniuersalis negatiua conuertitur in vniuersalem negatiuam, & particularis affirmatiua in particularem affirmatiuam, probatur, quia sequitur, contingit nullum b. esse a. igitur contingit nullum a. esse b. quia istæ duæ nullum b. est a. & nullum a. est b. mutuo se inuicem consequuntur; igitur si vna est contingens & alia, aliter ex necessario sequeretur contingens, & eodem modo probabiliter de particulari affirmatiua. Ex ista conclusione sequitur, ꝙ particularis affirmatiua conuertitur in vniuersalem negatiuam, & vniuersalis negatiua in particularem affirmatiuam, probatur, quia vniuersalis negatiua, & particularis affirmatiua de contingenti in sensu composito mutuo se inuicē consequuntur, vt patet ex primo articulo: igitur quicquid sequitur ad vniuersalem negatiuam, sequitur etiam ad particularem affirmatiuam, & econtra, sed ad vniuersalem negatiuā, sequitur vniuersalis negatiua cōuertens, vt probatum est, igitur illa eadem sequitur ad particularem affirmatiuam. ¶ Secunda conclusio, ꝙ vniuersalis affirmatiua de contingenti ad vtrumlibet in sensu composito conuertitur in particularem affirmatiuam de possibili, & in nullam aliam. Prima pars cōclusionis probatur, quia ad affirmatiuam de contingenti sequitur

quitur affirmatiua de possibili, & ista affirmatiua de possibili conuertitur in particularem affirmatiuã de possibili, vt prius patuit. Secunda pars conclusionis probatur: primo non conuertitur in vniuersalem, quia hæc est vera, contingit omnem lunam lucere, & tamen nulla conuertens sequitur ex ipsa, quia nec est necessarium, nec contingens, nec possibile, omne lucens esse lunam, nec in aliquam particularem, quia hæc est vera, omnem Deum contingit creare, posito, ꝙ Deus nunc creet de facto, & tamen sua conuertens est falsa, siue affirmatiuè siue negatiuè, quia omne creans necesse est esse Deum, quæ interimit quamlibet de contingenti. ¶ Ex ista conclusione sequitur, quod particularis negatiua de contingenti in sensu composito conuertitur in aliquam affirmatiuã de possibili: probatur, vniuersalis enim affirmatiua, & particularis negatiua mutuo se consequuntur, vt patet ex primo articulo: igitur in quacunq; vna cõuertitur, & reliqua. Et hoc de tertio.

Quantum ad quartum sit prima conclusio ista, quod nulla de contingenti in sensu diuiso conuertitur in aliam de contingenti. Probatur, posito, quod Deus nunc sit creans: tunc hæc est vera, omnem Deum contingit creare, & tamen quælibet conuertens istam esset falsa de contingenti: nã quilibet creãs de necessitate est Deus, vt patet ex alijs, quæstionibus, quæ interimunt illum de contingenti. ¶ Secundo patet conclusio de modo negato, quia non sequitur, nullum creans contingit esse Deum: igitur nullum Deum contingit esse creantem, quia antecedens est verum, & consequens falsum. ¶ Secunda conclusio est ista, quod omnes de contingenti conuertuntur in particularem affirmatiuã de possibili, exceptis illis de modo negato: probatur, quia ad affirmatiuas de contingenti, siue dictum sit affirmatum, siue negatum, sequuntur affirmatiuæ de possibili, modo quælibet affirmatiua de possibili conuertitur in particularem affirmatiuam de possibili. ¶ Tertia conclusio est, quod nulla de contingenti in sensu diuiso conuertitur in vniuersalem: probatur, quia hæc est vera, omnem lunam contingit lucere, & tamen quælibet sua cõuertens esset falsa, quia nec omne lucens contingit esse lunam, nec omne lucens possibile, aut necessarium est esse lunam. ¶ Quarta cõclusio, ꝙ nulla de contingenti in sensu diuiso conuertitur in aliquam negatiuam, quia posito, ꝙ Deus nunc sit creans, hæc est vera, omnem Deum contingit creare, sequitur ista, omnẽ

Deum contingit non creare, & tamen hęc est vera, oē creans de necessitate est Deus, quæ interimit quamlibet negatiuam, quæ potest esse conuertens illius, omnem Deum contingit creare, & hoc de quarto. ¶ Iunc ad rationes. ¶ Ad primam dico, quod istæ æquipollentiæ dantur de contingenti pro possibili, & non de contingenti ad vtrumlibet. ¶ Ad secundam cōcedo, quod nulla opposita possunt simul stare in veritate loquendo de oppositis contrariè vel contradictoriè, modo conuertens, & conuersa non sunt oppositæ secūdum veritatem, sed solum secundum qualitatem, eo q̄ vna est affirmatiua, & alia negatiua. ¶ Tertia fuit soluta prius. Et hoc ad quæsitum.

QVÆSTIO XXXI.

QVæritur trigesimoprimo, vtrum ex ambabus de contingenti fiant bonus syllogismus? Arguitur quod nō, quia non sequitur, contingit omne currens esse hominem contingit omnem equum esse currentem, igitur cōtingit omnem equum esse hominem, præmissæ sunt veræ & conclusio falsa. ¶ Secundo arguitur in illis de sensu diuiso, posito q̄ nihil currat nisi homo, tunc arguitur sic, omne currens contingit esse hominem, omnem equum contingit esse currentem, igitur omnem equum contingit esse hominem. ¶ Oppositum arguitur per Arist. in isto primo capitulo de contingeti.

Notandum, quòd ex duabus de contingenti ad vtrumlibet in sensu composito, vel etiam ex duabus de possibili communi non valet syllogismus, quia non sequitur, quòd si vtraque præmissa sit possibilis vel contingens, quòd propter hoc conclusio sit possibilis immo oportet vltra addere in antecedente, quòd vtraque præmissa sit possibilis, alteri compossibilis, modo possibile est, quod duæ præmissæ sunt ad se inuicem incompossibiles, & tamen vtraque est possibilis, vt patet in primo argumento. ¶ Ex quo patet, quando Arist. dat istā regulam, quando ad a. esse sequitur b. esse ad a. esse possibile, sequitur b. esse possibile, ipse intelligit per a. copulatiuam factam ex duabus præmissis, quæ non potest esse possibilis, nisi vtraque pars sit possibilis, & omnes simul sint compossibiles, quia aliter illa regula esset falsa.

Secundo nota, quòd ex duabus præmissis de possibili non fit syllogismus ad concludendum de possibili si subiectum ma-

maioris sumatur pro his quæ sunt, & non pro his quæ possunt esse, verbi gratia, non sequitur, omne currens potest esse homo, omnis equus potest esse currẽs, igitur omnis equus potest esse homo.

Istis præmissis primo ponuntur duæ cãclusiones, deinde mouebuntur dubia. Prima conclusio est ista, quòd quatuor modi primæ figurę valent ex duabus de possibili, sumẽdo subiectum maioris pro his, quę possunt esse, probatur, quia omnes illi modi tenent directè per dici de omni, vel de nullo, vt patet explicando maiorem. Exemplum in barbara, omne b. potest esse a. omne c. potest esse b. igitur omne c. potest esse a. iste syllogismus tenet directè per dici de omni, dum tamẽ explicetur maior dicendo: omne quod potest esse b potest esse a. quia directè fit sumptio, sub subiecto, dicendo, omne c. potest esse b. & conformiter potest explicari de alijs modis. ¶ Secunda cõclusio, quòd in ista figura non valet aliquis modus ex ambabus de contingenti, si illa de contingenti sumatur de modo affirmato in vtraque probatur, quia illa dispositio non valet ad concludendum de possibili, in qua est reperire terminos, in quibus fiat vniuersalis affirmatiua de necessario, & alios in quibus stat vniuersalis negatiua de necessario. Exemplum, sumendo terminos, in quibus nulli, omnis homo potest esse currens vel etiam nõ currens, omnis equus potest esse currens, vel etiam nõ currens, igitur omnis equus potest esse homo, non sequitur, immo stat vniuersalis negatiua de necessario, quia omnem hominem necesse est non esse equum, sed termini in quibus omni sunt isti, creans Deus prima causa ita quod iste terminus creans sit medium, vt patet exemplum intuenti. ¶ Tertia conclusio est, quòd quatuor modi secundæ figuræ valent ex ambabus de possibili in sensu diuiso ad concludendum de possibili sumendo subiecta propositionum pro his quæ possunt esse, probatur, quia in omnib. modis secundæ figuræ ex posito conclusionis, & maiori potest inferri oppositum minoris. v.g. arguendo sic. Nullum, qđ potest esse b. potest esse a. omne c. potest esse b. igitur nullum c. potest esse a. quia detur oppositum conclusionis, quòd aliquod c. potest esse a. & iungatur cum maiore arguẽdo sic. Nullum b. potest a. quoddam c. potest esse b. igitur quoddam c. non potest esse a. quæ contradicit præmissæ maiori. ¶ Quarta conclusio, quòd ex duabus de possibili pro his quæ sunt in

secun-

secunda figura fit syllogismus ad concludendum negatiuam de inesse, & non de possibili. probatur, quia sequitur, omne quod est b. potest esse a. nullum quod est c. potest esse a. igitur nullum b. est c. & potest probari per impossibile, sicut in præcedenti conclusione. ¶ Quinta conclusio est ista, ꝙ omnes modi tertiæ figuræ valent ex duabus de possibili in sensu diuiso ad concludendum de possibili. probatur, quia omnes illi modi probantur per syllogismum expositorium v. g. in darapti omne b. potest esse a. omne b. potest esse c. igitur quoddam c. potest esse a. quia signetur aliquod b. de quo dicitur in maiore, ꝙ ipsum potest esse a. tunc illud idem b. est c. quia in minori dicitur, ꝙ omne b. est c. igitur sequitur expositorie, ꝙ aliquod c. est a. & ita probatur de aliis modis, & dico notabiliter in conclusione sumendo subiecta pro his quæ possunt esse, quia si sumantur pro his quæ sunt: tunc nō valet syllogismus, quia non sequitur, posito, ꝙ nihil sit currens nisi asinus, omnis homo potest ridere, omnis homo potest currere: igitur quoddam currens potest ridere, quia sumendo subiecta pro his quæ sunt vtrobique: certum est, quod præmissæ sunt veræ, & conclusio falsa. Et omnes dictæ cōclusiones quæ positæ sunt de possibili possunt etiam poni de contingenti ad vtrumlibet, quia ad istas de contingenti ad vtrumlibet sequūtur istæ de possibili, modo quicquid sequitur ad consequens, sequitur ad antecedens, patet igitur qualiter in tribus figuris fit syllogismus de cōtingenti, & qualiter nō, & hoc de primo.

De secundo dubitatur de illa regula, quam ponit Aristo. in isto capitulo. l. cuiuslibet bonæ consequentiæ si antecedēs est possibile, consequens est possibile. ¶ Respondetur primo, qđ non oportet, quod si alicuius syllogismi præmissæ sint possibiles, quod propter hoc illa conclusio sit possibilis, quia fortè illæ præmissæ sunt sibi inuicem incompossibiles, vt argutum fuit ante oppositum. ¶ Secundo dico, quòd non valet, ꝙ si antecedens alicuius bonæ consequentiæ possit esse verum, quod propter hoc consequens possit esse verum, quia ista cōsequentia est bona, omnis propositio est affirmatiua, igitur nulla est negatiua, & tamen antecedens potest esse verum, & consequens impossibile est esse verum.

¶ Tertio dico, ꝙ illa regula sic intelligitur, ꝙ si alicuius consequentiæ totale antecedens fit possibile sic, quod omnes suæ partes sint possibiles, & quilibet altera compossibilis, necesse

est,

est, & consequens sit possibile, vt ponit Aristoteles in isto primo. ¶ Secúdo dubitatur, qualiter ista regula, quàm ponit ibidem sit intelligenda, scilicet, quod possibili posito in esse nullum sequitur impossibile, & apparet instantia in multis, vt in istis, in infinitum potest continuum diuidi, sortes curret in tempore futuro, & sic de similibus. ¶ Respondetur ad istud dubiũ secundum diuersitatem propositionum, quod si propositio sit de præsenti, & ponatur in esse, & sic sit sicut propositio significat esse tunc nullum sequitur impossibile. Item si sit de præterito, & ponatur sic fuisse, quomodo illa significat fuisse: tũc nullum sequitur impossibile, & proportionabiliter de illa de futuro, quæ si ponatur sic fore, qualiter illa significat fore, tũc si illa sit possibilis, nullum sequitur impossibile, verum est tamen, sicut patet ex solutione præcedenti dubij, quod non omnia possibilia possunt simul poni in esse ex eo, & aliqua possibilia sunt sibi inuicem incompossibilia. Et notandum, quòd ponendo propositiones possibiles in esse: non semper debet retineri eadem forma terminorum: immo aliquando vniuersalis debet poni in esse per suas particulares, & hoc diuersis temporibus, & aliquando loco subiecti debet sumi pronomẽ demonstratiuum, & ita diuersimodè secundum exigentiam propositionis possibilis, quæ debet poni in esse. ¶ Tunc rationes sunt solutæ per prædicta. Et sic patet quid sit dicendum ad quæsitum.

QVÆSTIO XXXII.

QVæritur trigesimo secundo. Vtrum ex vna de contingẽti, & alia de ineesse valeat syllogismus? Arguitur primo, & non in barbara, quia non sequitur, contingit omne currens esse hominem, omnis equus est currens: igitur cõtingit omnem equum esse hominem; præmissæ sunt veræ, & cõclusio falsa. ¶ Secundo arguitur contra cæsare, quia non sequitur; omnem hominem contingit non currere, omne risibile currit, igitur omne risibile contingit nõ esse hominem. ¶ Oppositum arguitur per Aristot. in isto primo. ¶ In quæstione primo videbitur de mixtione ex vna de cõtingenti, & alia de ineesse in prima figura, secũdo in secũda figura, tertio in tertia.

Quantum ad primum ponuntur cõclusiones. ¶ Prima est, quòd ex vna de ineesse, & alia de contingenti in sensu composito, non valet syllogismus: probatur per terminos, in quibus

omni

omni & nulli, & sunt termini in quibus omni: Deus, creans, prima causa posito de facto, quod Deus sit creans: tunc arguitur sic, omne creans est Deus, omnem primam causam contingit esse creantem, tamē cum istis stat, quod omnis prima causa est de necessitate Deus, sed termini in quibus nulli sunt currens homo equus, arguendo sic, contingit omne currens esse hominem, omnis equus est currens, posito, quod ita sit, cum istis stat, quod omnem equum necesse est non esse hominem, & quantum ad istam conclusionem idem est iudicium de illa de possibili, & de illa de contingenti. ¶ Secunda conclusio est, quod si illa de ineſſe sit de ineſſe simpliciter ex vna de ineſſe & alia de possibili in sensu composito, fit syllogismus ad concludēdum de possibili in sensu composito, & causa huius est, quia illa de ineſſe simpl'r, q̄ est necessaria, est possibilis, & cuilibet alteri possibili cōpossibilis, mō si ambæ p̄missæ sint & possibiles & cōpossibiles, necesse est conclusionem esse possibilem. ¶ Et notandum, quod quantum ad istam conclusionem differentia est inter illam de contingenti ad vtrumlibet, & illa de possibili, quia ex vna de contingenti ad vtrumlibet & alia de ineſſe simpliciter non sequitur conclusio de contingenti ad vtrumliber, sed de possibili communi, quia ad illam de contingenti ad vtrumlibet sequitur illa de possibili, modo quicquid sequitur ad consequens, sequitur ad antecedens. ¶ Deinde ponuntur conclusiones de sensu diuiso. Prima est, quod quatuor primi modi figuræ valent ad concludendum, si maior sit de possibili & minor de ineſſe, probatur, quia vel maior est de possibili pro his quæ sunt, vel pro his quæ possunt esse, si pro his quæ sunt: tunc syllogismus tenet immediate per dici de omni, arguendo sic, omne quod est b. potest esse a. omnem c. est b. igitur omne c. potest esse a. Si vero maior sit de possibili pro his quæ possunt esse, tunc si ad illam de ineſſe sequatur illa de possibili, sequitur, quod adhuc fiet syllogismus perfectus ex maiore de possibili pro his quæ possunt esse, & minore de possibili quæ sequitur ad illam de ineſſe. ¶ Modo quicquid sequit̄ ad consequens, sequitur ad antecedens. ¶ Secunda conclusio est illa, quod si maior sit de ineſſe, & minor de possibili, non valet syllogismus, quia non sequitur in barbara, omne currens est homo, omnis equus potest currere, igitur omnis equus potest esse homo, quia præmissæ sunt veræ, & conclusio impossibi-

lis.

lis: ¶ Secundo modo instatur contra celarent, quia non sequitur, nullum creans est Deus, omnis prima causa potest esse creans, igitur nulla prima causa potest esse Deus. ¶ Tertia cõclusio est ista, quod si maior sit de ineſſe simpliciter valet syllogismus, quia ad illam de ineſſe simpliciter sequitur vna de possibili pro his quæ possunt esse verbi gratia, sequitur, hæc est necessario omnis homo est animal, igitur omne quod potest esse animal modo ex maiori de possibili pro his quæ possunt esse, & minori de possibili valet syllogismus, vt prius patuit, igitur ex maiori de ineſſe simpliciter & minori de possibili valet syllogismus, quia quicquid sequitur ad consequẽs: sequitur ad antecedens. Et ista eadem conclusio potest poni de contingenti ad vtrumlibet, sed tunc inferetur cõclusio de cõpossibili, & non de cõtingẽti ad vtrũlibet. Et hoc de primo.

Quantum ad secundum ponuntur conclusiones. ¶ Prima est, quod mixtio ex vna de contingenti & alia de ineſſe non valet in secunda figura, qualitercunque combinando illam de ineſſe cum illa de contingenti: siue illa de ineſſe sit affirmatiua, siue negatiua, probatur, quia est reperire terminos, in quibus stat vniuersalis affirmatiua de necessario, & est reperire alios, in quibus stat vniuersalis negatiua de necessario, igitur talis dispositio non valet consequentia tenet in isto primo per totum, & antecedens probatur, & sunt termini in quibus, omni, creans: Deus, prima causa, quia posito quòd Deus sit creans, arguitur sic, omnis Deus est creans, omnem primã causam contingit non creare, cum istis stat, quòd omnem primam causam necesse est esse Deum. Item in cæsarę suppositio, quòd Deus non creat, nullus Deus est creans, omnem primam causam contingit esse createm, cum istis stat, quòd omnis prima causa de necessitate est Deus, & eodem modo si maior sit de contingenti sed termini in quibus nulli sunt: currens, homo, equus, quia si volumus, quod illa de ineſſe sit affirmatiua, tunc debet poni quod omnis homo sit currens, arguendo sic, omnis homo est currens, omnem equum contingit non esse currentem, cum istis fiat, quod omnem equum necesse est non esse hominem, sed si illa de ineſſe debet poni negatiua, tunc debet poni quod nec homo, nec equus currat, vt fiat syllogismus in eisdem terminis, & stabit vniuersalis negatiua de necessario. ¶ Secunda conclusio est ista, quod ex maiore de ineſſe simpliciter & minori de possibili sequitur con-

clusio

clusio de posſibili, in quatuor modis ſecundę figure, ita quod ſic valet illa mixtio, probatur per impoſſibile, quia in quolibet illorum modorum ex oppoſito concluſionis, cum maiore infertur oppoſitum minoris, vt v.g. in cameſtres ſit iſte primus ſyllogiſmus, omne b. eſt a. hęc eſt neceſſaria; omne c. contingit non eſſe a. igitur omne c. contingit non eſſe b. quia ſi non ſequitur, detur oppoſitum quod quoddam neceſſe eſt eſſe b. tunc arguatur ſic, omne b. eſt a. quoddam c. neceſſe eſt eſſe b. igitur quoddam c. neceſſe eſt eſſe a. quę contradicit minori primi ſyllogiſmi. Et quod iſte ſyllogiſmus valeat, patet, quia prius dicebatur, quòd ex maiore de ineſſe ſimpliciter, & minori de neceſſario in prima figura ſit bonus ſyllogiſmus, & per idem poteſt probari in alijs modis.

¶ Ex concluſione ſequitur, quod ex maiore per ineſſe ſimpliciter & minori de contingenti ad vtrumlibet in ſecunda figura ſit ſyllogiſmus ad concludendum de poſsibili, quia ex illa de contingenti ad vtrumlibet, ſequitur illa de poſsibili. Secundo poteſt inferri non ex concluſione, ſed ex primo articulo, quod non ſequitur concluſio de contingenti ad vtrumlibet: patet, quia talis concluſio non ſequebatur in conſimilitudini diſpoſitione primæ figuræ, ad quam iſtà reducitur. Tertio ſequitur, quod vltra modos de poſsibili in iſta mixtione poſſunt multiplicari modi de contingenti ad vtrumlibet, quia ſemper loco affirmatiuæ poteſt poni negatiua de contingenti ad vtrumlibet, & econtra propter eius conuerſionem in oppoſitam qualitatem.

¶ Tertia concluſio, quod mixtio de ineſſe, & de poſſibili non valet in iſta figura, ſi maior ſit de poſsibili, quamuis minor ſit de ineſſe ſimpliciter, probatur primo in cæſare, per terminos in quib. omni & nulli, & ſunt termini, in quib. omni oriri pars zodiaci, & pars zodiaci exiſtens in oriente, arguendo ſic, omnem partem zodiaci contingit non oriri, omnis pars zodiaci exiſtens in oriente oritur, hæc eſt neceſſaria, & tamen cum iſtis ſtat concluſio vniuerſalis affirmatiua, quod omnem partem zodiaci exiſtentem in oriente neceſſe eſt eſſe partem zodiaci, ſed termini in quibus nulli ſunt lucere, luna, ſol: quia omnem lunam contingit non lucere, omnis ſol lucet, hæc eſt de ineſſe ſimpliciter, cum iſtis ſtat vniuerſalis negatiua de neceſſario, quod omnem ſolem neceſſe eſt non eſſe lunam.

¶ Quarta concluſio eſt, quod mixtio de cõtingenti & de ineſ-

& de modo negato non valet, & loquor de contingenti ad vtrumliber, & sunt termini quibus omni Deus omnipotens, prima causa, quia nullum omnipotentem contingit esse primam causam, omnis Deus est prima causa, cum istis stat quod omnis Deus de necessitate est omnipotens, sed termini quibus nulli sunt prima causa lapis Deus arguendo sic, nullum lapidem contingit esse primam causam, omnis Deus est prima causa, cum istis stat, quod omnem Deum necesse est non esse lapidem. ¶ Quinta conclusio, quòd mixtio de ineſſe, & de possibili de modo negato valet, v.g. Nullum b. potest esse a. omne c. est a igitur nullum c. potest esse b. quia si subiectum maioris sumatur pro his quæ sunt, tunc valet ad concludendum negatiuam de ineſſe, sicut dicebatur in prima figura. Si vero subiectum sumatur pro his, quæ possunt esse, tunc maior conuertitur simpliciter, & ad minorem sequitur vna de possibili, & sic fit directè prima figura, vt dicebatur in primo articulo, & sic patet qualiter in secunda figura valeat mixtio ex vna de contingenti, & alia de ineſſe, & hoc de secundo. ¶ De tertio videatur in textu, quia ibi totum determinatur. ¶ Ad rationes solutæ sunt. ¶ Et sic patet ad quæstum.

QVÆSTIO XXXIII.

QVæritur trigesimo tertio. Vtrum valeat mixtio de contingenti & de necessario? Arguitur primo, quòd non, posito quod planetarum solus sol luceat super nostrum hemisphærium, tunc arguitur sic. Omnem planetam lucentem super nostrum hemisphærium necesse est esse solem, omnem lunam contingit esse planetam lucentem super nostrum hemisphærium, & tamen conclusio quæ infertur esset falsa, siue inferretur de ineſſe siue de necessario, siue de contingenti: quia nec lunam contingit nec necesse nec possibile est esse solem, igitur talis dispositio non valet. ¶ Secundo, quia in darapti ex veris sequitur falsum, igitur illa consequentia non valet, consequentia vero est antecedens probatur sic arguendo, omnem Deum contingit creare, omnem Deum necesse est esse primam causam, igitur quandam primam causam, necesse est creare, præmissæ sunt veræ & conclusio falsa. ¶ Oppositum arguitur per Aristotelem in isto primo.

Notandum quod in proposito non est dubium de sensu cõposito: quia ex vna de necessario in sensu composito, & alia

de

de possibili, vel etiam de contingenti fit syllogismus ad concludendum conclusionem de possibili : cuius causa est, quia tam illa de contingenti, quam illa de necessario est possibilis: quia ad quamlibet illarum sequitur illa de possibili, cum igitur illa de necessario cuilibet de possibili sit compossibilis, ne cesse est, quod ex præmissis, quarum vna est de necessario, & alia de contingenti in sensu composito, sequatur conclusio de possibili, quia si præmissæ sint possibiles, & ad inuicem compossibiles, necesse est conclusionem esse possibilem. Ideo solum dicendum est de sensu diuiso, & ideo in quæstione primo videbitur, vbi in modo negato præmissa negata habet modum affirmatum. Secundo, quando habet modum negatum.

Quantum ad primum, ponuntur conclusiones, de prima figura. ¶ Prima est, quod ex maiori de possibili vel de contingenti & minori de necessario valent omnes quatuor modi primæ figuræ ad concludendum de possibili, vel de contingenti, secundum exigentiam maioris, ita quod si maior sit de contingenti ad vtrumlibet, & si maior sit de possibili, conclusio debet fieri de possibili, probatur formando syllogismum in barbara : omne b. potest esse a. omne c. necesse est esse b. igitur omne c. potest esse a. quia vel subiectum maioris sumitur pro his, quæ fiunt, vel pro his quæ possunt esse, si pro his quæ sunt, & cum ad minorem, de necessario sequitur illa de inesse : tunc fiet syllogismus, qui directè tenet per dici de omni, vt patet explicando maiorem v. g. omne quod est b. possibile est esse a. omne c. est b. igitur omne c. possibile est esse a. Si verò dicatur, quòd subiectum maioris sumatur pro his q̃ possunt esse, tunc cum ad minorem de necessario sequitur vna de possibili, patet quod syllogismus tenet directè per dici de omni, explicando maiorem, arguendo sic, omne quod potest esse b. potest esse a. sed omne c. potest esse b. igitur omne c. potest esse a. ¶ Secunda conclusio est ista, quod si maior sit de necessario pro his quæ possunt esse, & minor de possibili, vel de contingenti, tunc omnes quatuor modi primæ figuræ valent ad concludendum de necessario, probatur, quia omnes illi modi tenent per dici de omni, vel de nullo directè quod patet, si maior explicetur, v. g. omne b. necesse est esse a. omne c. contingit esse b. igitur omne c. necesse est esse a. quod patet explicando maiorem isto modo, omne quod potest esse b. necesse est esse a. omne c. potest esse b. & tunc pa-

et, quod syllogismus est euidens.

¶ Tertia conclusio est ista, quod si maior sit de necessario solum pro hic quæ sunt, & minor de contingenti vel de possibili, non valet syllogismus, probatur per instantiam in terminis, & sunt termini planeta lucens super nostrum hemisphærium sol & luna, & fiat syllogismus sicut arguebatur in prima ratione ante oppositum, & hac de prima figura.

¶ Deinde de secunda figura, prima conclusio est, quod si vna præmissarum sit de necessario, & alia de contingenti vel de possibili, & quod subiecta sumantur pro his, quæ possunt esse, tunc omnes quatuor modi secundæ figuræ valent ad cõcludendum de necessario quæcunque præmissarum posita sit de necessario, siue maior siue minor, & quilibet istorum modorum probatur per impossibile, verbigratia in Cæsare prima sit maior de necessario arguendo sic, omne b. necesse est non esse a. omne c. possibile est esse a. igitur omne c. necesse est non esse b. quia si non sequitur, detur oppositum conclusionis, scilicet quoddam c. potest esse b. tunc arguatur in ferio ex maiore & opposito conclusionis sic, omne b. necesse est non esse a. quoddam c. possibile est esse a. igitur necesse est non esse a. quæ contradicit minori primi syllogismi, quæ dicebat quod omne c. potest esse a. & quod iste syllogismus vltimus valeat, probatur explicando subiectum maioris pro his quæ possunt esse, quia in cõclusione ponebatur, quod subiecta deberent sumi pro his quæ possunt esse.

¶ Secundo probatur conclusio, si minor sit de necessario, & maior de possibili, quia ex oppositio cõclusionis cum maiore infertur oppositum minoris, & patet exẽplum sicut prius.

¶ Secunda conclusio est, quod prædicta mixtio in secunda figura non valet ad concludendum de necessario, si subiecta sumantur pro his quæ sunt, probatur per instantias in terminis, posito, quòd solus sol de facto luceat super nostrum hemisphærium, & tunc fiat syllogismus, quia omnem planetam lucentem super nostrum hemisphærium necesse est non carere luce, omnem lunam contingit carere luce, igitur omnem lunam necesse est non lucere super nostrum hemisphærium vnde maior est vera per casum, si subiectum sumatur pro his quæ sunt similiter minor est vera, quia luna potest eclipsari & tamen conclusio falsa, igitur huiusmodi dispositio non valet, & hæc de secunda figura.

¶ De tertia figura conclusio prima est, quod si maior sit de necessario, & minor de contingenti vel de possibili valēt omnes sex modi tertiæ figuræ ad concludendum de necessario, dum tamen subiectum maioris sumatur pro his quæ possunt esse, & omnes isti modi probantur per syllogismos expositorios, verbi gratia in darapti, omne c. necesse est esse a. omne b. potest esse a. igitur quoddam b. necesse est esse c. quod sit bonus patet, signando aliquod c. quod virtute maioris necesse est esse a. tunc hoc c. de necessitate est a. hoc c. possibile est esse b. igitur quoddam quod potest esse b, necesse est esse a. quæ est eadem cum conclusione primi syllogismi. Nam ponebatur in conclusione, quod subiectum conclusionis sumeretur pro his quæ possunt esse, & hoc explicabatur in syllogismo expositorio. Eodem modo potest probari de alijs modis.

¶ Secunda conclusio, quòd si maior sit de possibili vel de contingenti, & minor de necessario, tunc omnes modi valent ad concludendum de possibili, & probantur omnes per syllogismos expositorios v. g. fiat syllogismus, in darapti omne c. potest esse a. omne c. necesse est b. igitur quoddam b. potest esse a. quia virtute maioris & minoris signetur idem c. quod potest esse a. & quod de necessitate est b. & arguatur sic, hoc c. potest esse a. hoc idem c. de necessitate est b. igitur quoddam b. potest esse a. & consimiliter potest probari in alijs modis huius figuræ. ¶ Tertia conclusio sit ista, quòd si maior sit de possibili, & minor de necessario, non valet syllogismus ad cōcludendum de necessario, probatur per instantias in terminis & sunt termini. Deus creans prima causa, arguendo sic, omnem Deum possibile vel contingens est creare, omnem Deū necesse est esse primam causam, igitur quandam primam causam necesse est creare, certum est, quod præmissæ sunt veræ, & conclusio falsa. Ideo talis dispositio non valet. Et hæc de primo.

Quantum ad secundum .s. quod valet ista mixtio in modis negatiuis; quando præmissa negatiua est de modo negato, & de hoc debent supponi regulæ generales. Prima est, quod ex duabus de modo negato, non fit syllogismus, quia ex puris negatiuis nihil sequitur. Secunda, quod in prima & tertia figura nihil sequitur minore existente de modo negato. ¶ Tertia, quod in prima & secunda figuris nihil sequitur maiore particulari. ¶ His præsuppositis ponuntur conclusiones de prima figura.

figura. ¶ Prima est. qđ si maior sit de possibili, vel de cõtingẽti negato & minori de necessario fit syllogismus i prima figura ad concludendum, de contingenti, vel de possibili de modo negato, secundum exigentiam maioris, probatur, quia oẽs quatuor modi primæ figuræ sunt perfecti explicatis maioribus. Nã si maior explicetur pro his quę sunt, vel pro his quę possunt esse, semper fit syllogismus sumpta minori de inesse, vel de possibili conformi maiori, quia vtraque sequitur ad minorem de necessario. Secunda conclusio est ista, quòd si maior sit de necessario negato pro his quæ sunt, & minor de possibili vel de contingenti non valet syllogismus.

¶ Probatur per instantias in terminis. posito, quod tota luna sit eclipsata. tunc hæc est vera. nullam quod est lucens necesse est esse infimum planetam. omnem lunam contingit lucere. & tñ conclusio est falsa, quod oẽm lunam possibile est esse planetã infimũ. immo valet lunã necesse est esse planetã infimum. & sic patet, quod non sequitur conclusio de possibili.

¶ Secundo probatur, quod nõ sequitur conclusio de contingẽti, posito quod nullus homo curat. arguitur sic nullum ꝙ est currens, necesse est ridere. omnem hoiem contingit currere. tñ hæc est falsa, nullum hoiem contingit ridere. ¶ Tertia conclusio est ꝙ si maior sit de necessario negato pro his quæ pñt esse. minor de possibili, vel de contingenti tunc erit syllogismus ad concludendum de necessario. & ista conclusio probatur per explicationem maioris in quodlibet quatuor modorum primæ figuræ, quia explicata maiore directè tenent illi modi per dici de nullo. verbi gratia. nullum b. necesse est esse a. omne c. potest esse b. igitur nullum c. necesse est esse a. vnde maiore sic explicata. nullum quod potest esse b. necesse est esse a. est syllogismus euidens. & minor directè sumitur sub maiori. ¶ Quantum ad secundam figuram sit prima conclusio. qđ si ꝓpositio negatiua sit de necessario negatiuo, & affirmatiua de possibili vel de contingenti non valet syllogismus, quia potest dari instantia arguendo sic. nulla prima causa de necessitate est creans, oẽm Deũ contingit creare. & tum cõclusio negata esset falsa, quia Deum necesse est esse primã causam. ¶ Secunda conclusio est, quod si negatiua sit de possibili negato pro his quę possunt esse, & affirmatiua de necessario, tunc valet secunda figura ad concludendum de possibili negato. & probatur per impossibile. verbi gratia. in Cæ-

cendum ad ista. Et hæc sufficiant de mixtionibus.

QVÆSTIO XXXIIII.

QVæritur trigesimoquarto, vtrũ omnis syllogismus, fiat in aliqua triũ figurarum; Arguitur primo, quod non ℙ est debita ordinatio trium terminorum secundum debitam subiectionem & prædicationem in duabus præmissis. igitur quot modis potest fieri huiusmodi ordinatio tot erũt figuræ. sed quatuor modis diuersis potest fieri huiusmodi ordinatio. igitur quatuor erunt figuræ. maior pater per diffinitionem figuræ. & minor probatur, quia vel medius terminus subijcitur in vtraq;, vel prędicatur in vtraque vel subijcitur in maiori, & prædicatur in minori. vel econtra prædicatur in maiori, & subijcitur in minori. ¶ Secundo, qui dicit, quod syllogismi ex hypothesi non reducunt in prædictas figuras.

¶ Tunc iste est bonus syllogismus, omnis homo est rationalis, vel irrationalis, sed nullus homo est irrationalis, igitur omnis homo est rationalis, & tamen non fit in aliqua trium figurarum, quia hic non est medium, vnde iste terminus, homo nõ est hic medium, cum ingrediatur conclusionem, nec aliquis alter, cum quilibet alter terminus sumatur præcisè semel. ¶ Quarto arguitur, quia iste est bonus syllogismus, nullũ non b. est a. nullum c. est b. igitur nullum c. est a. & tamen non fit in aliqua trium figurarum, quia nullus idem terminus ponit in vtraq; præmissa. Vnde in maiori præmissa ponitur iste terminus, non b. & in minori ponitur iste terminus b. ¶ Quinto arguitur per vnum syllogismum, quem ponit Ari. in secundo huius, s. cui nulli inest b. huic omni inest a. sed nullum c. est b. igitur omne c. est a. & tñ non est in aliqua trium figurarum, qa in qualibet earum si aliqua præmissarum sit negatiua, conclusio erit negatiua, & tñ non sic est in proposito. ¶ Sexto de syllogismis ex obliquis, v.g. vides omnem asinum currit, brunellus est asinus, igitur videns brunellum currit, iste syllogismus non fit in aliqua figurarum, quia medius terminus subijcitur nec prædicatur in maiori, quia solum est pars subiecti. ¶ Septimo, quia syllogismus ex oppositis est bonus syllogismus, vt patet in secũdo huius, v.g. Nulla disciplina est studiosa, omnis disciplina est studiosa, igitur nulla disciplina est disciplina, & tñ non est in aliqua trium figurarum, quia quæli-

bet trium figurarum fit ad minus ex trib. terminis, & iste syllogismus fit ex duobus tantum. ¶ Et per omnes prædictas rationes pōt probari, quod non omnis syllogismus fiat ex trib. terminis præcisè, quia in quolibet dictorum syllogismorum sunt quatuor termini ad minus excepto syllogismo ex oppositis, in quo sunt tantum duo. Et confirmatur de syllogismo, qui virtualiter est plures, vt v.g. Omne b. est a. omne c. est b & omne d. est c. igitur omne d. est a. patet manifestè, quia isti sūt quatuor termini. ¶ Oppositum arguit̄ per Ari. in isto primo.

Ponuntur conclusiones. Prima est, quod non oportet syllogismum hypotheticum fieri in aliqua trium figurarum, & vocatur syllogismus hypotheticas, qui habet alteram vel ambas præmissas hypotheticus, probatur, quia in syllogismo hypothetico non est debita subiectio, & prædicatio medij termini respectu extremorum in præmissis, igitur syllogismus hypotheticus non fit in aliqua trium figurarum, consequens tenet quia penes hoc attenduntur istæ figuræ, & antecedens apparet in syllogismo facto ex conditionalib. vel ex altera conditionali. Item patet de Syllogismo diuisiuo, sicut argutum fuit ante oppositum. ¶ Secunda conclusio est ista, quod syllogismus ex hypothesi non fit in aliqua trium figurarum, & hoc dico quantum ad totalem processum. Vbi nota, quod dr̄ia est inter syllogismum ostensiuum, & syllogismum ex hypothesi quia vocat syllogismus ostensiuus, qui immediatè infert conclusionem intentam, sed vocatur syllogismus ex hypothesi, qui immediatè non infert conclusionem intentam, sed vnam aliam primo. Et postea virtute alicuius conditionis suppositæ ex cōclusione q̄ prius inferē, infert conclusio principaliter intenta. & ponit Ari. exēplum, vt supponamus primo, q̄ idē sit iudiciū de istis duab. contrariorū est eadem ptās, & cōtrariorū est eadē disciplina. tunc si velimus probare, quod contrariorū est eadem disciplina, debemus nos transferre ad syllogizandū istam. Contrariorum eadē est potestas. & tunc ex ista virtute suppositionis factę possumus inferre conclusionem intentā, scilicet, quod contrariorum est eadem disciplina. Istis determinatis, probatur conclusio. quia syllogismus hypotheticus non fit in aliqua trium figurarum dictarum sed quilibet syllogismus hypotheticus est syllogismus est hypothesi saltē virtualiter, vt patet prædicto exemplo, quia est idem, sicut argueretur, si contrariorum eadem est potestas, est eadem disci-

plina

plina, sed contrariorum est eadem potestas, vt syllogizatum est ostensiue, igitur contrariorum est eadem disciplina, quæ fuit conclusio principaliter intenta. ¶ Tertia conclusio, quod ex terminis infinitis potest fieri syllogismus, qui non est in aliqua dictarum figurarum trium. probatur, quia vt patuit prius super isto primo iste est bonus syllogismus. Nullum non b. est a. nullum c. est b. igitur nullum c. est a. & tñ non est in alī qua dictarum figurarum nec in secunda, nec in tertia vt notū est, nec in prima. quia in maiori subijcitur iste terminus, nō b. & in minori prædicatur iste terminus b. ideo non est idem, quod subijcitur in vna, & prędicatur in alia, verū est tñ, quod ille syllogismus fit ad similitudinem primæ figuræ, quia idē subijcitur in maiori, & p̄dicatur minori, licet diuersimode acceptum, quia in maiori infinitè, & in minori finitè. Et eodem modo dicitur, quod ex terminis obliquis vel modalib. in sensu composito bene fit syllogismus ad similitudinē primæ figurę, vel alicuius aliarum, qui tamen non est in aliqua ipsarum, vt qñ obliquus est distributus, & non subiect. m vel prædicatū, sed pars subiecti, vel prædicati. Similiter qñ in modalib. de sē su composito fit sumptio sub dicto & non sub modo, & istorum exempla patuerunt in arguendo. Quarta cōclusio quod oīs syllogismus, qui non est ex hypothesi, nec hypotheticus, sed fit ex propositionib. categoricis cum terminis finitis & rectis, ita quod præmissæ non sint modales: tunc oīs talis syllogismus fit in aliqua dictarum trium figurarum, probatur, quia solum tribus modis pōt fieri debita ordinatio respectu extremorum sm subiectionem & prædicationem, igitur tres erunt figuræ & non plures, consequentia tenet, qa hoc intelligimus per figuram, & ars apparet, qa vel medium subijcitur in vtraq. vel prædicatur in vtraq. vel subijcitur in minori, & p̄dicatur in maiori, nec oportet istud tertium membū subdistinguere, sicut arguebatur in prima rōne qa pp solam transpositionē non peruenit diuersitas alicuius præmissæ nec cōclusionis: per consequens nec diuersitas figuræ. Et ideo concedendum est illum syllogismum fieri in prima figura, omne c. est b. omne b. est a. igitur omne c est a. quia præmissis transpositis est manifestè prima figura. ¶ Quinta conclusio est, quod exceptis prædictis conditionib. omnis syllogismus, qui nō est virtualiter plures syllogismi fit ex tribus terminis tantum, videlicet quod non sit hypotheticus, nec ex hypothesi: & quod

non fiat ex propositionibus modalib. in sensu composito: nec ex terminis infinitis aut obliquis, probatur, quia in omni syllogismo vno sunt præcisè duæ præmissæ, quod patet, quia si plures sumantur vel aliqua earum erit frustra, vel erit syllogismus virtualiter plures. ¶ Secundo supponitur, quod quælibet præmissarum debet conuenire cum conclusione in aliquo termino, probatur quia aliter esset impertinens ad inferēdum conclusionem gratia formæ. ¶ Tertio supponitur, quod nulla præmissa debet conuenire cum cōclusione in vtroq. termino: quia iam esset petitio principij, ex quo idem probaretur per idem. Ex quibus sequitur intentum: quia si duæ præmissę debent conuenire cum conclusione, quælibet in aliquo termino, & neutra duobus, oportet quod alter istorum terminorum bis sumatur, & in nulla præmissa, nisi respectu vnius extremi: igitur præcisè erunt duo extrema: & vnum mediū. ¶ Tunc ad rationes solutæ sunt præter illam de syllogismo ex oppositis, de quo dī, quod licet ibi solū sint duo termini differentes secundum speciem: attamen vnus illorum sumitur loco duorum, vt patebit in secūdo. Et sic sit dictum ad quæstū.

QVÆSTIO XXXV.

QVæritur trigesimoquinto. Vtrum propositio in qua reduplicatio additur ad prædicatum sit falsa & inintelligibilis. Arguitur, quod sit intelligibilis, quia illud est intelligibile, de quo intelligitur aliud affirmari: sed de tali propositione intelligitur aliud affirmari, igit &c. maior nota est; quia nullus affirmat, aut negat, nisi id quod intelligit, & minor patet: quia de tali propositione affirit, quod ipsa sit intelligibilis. ¶ Deinde arguitur, quod talis propositio non sit falsa. primo, quia hæc est vera, Sortes est risibilis, in quantum homo: & tamen hæc reduplicatio additur ad prædicatum. ¶ Item hæc est vera, Sortes in quantum homo risibilis. igitur & sua conuertens est vera. risibile est Sortes inquantum homo: & tamē hæc reduplicatio additur ad prædicatum. ¶ Tertio tot modis [illegible] secundum se: quod modis dicitur causa, vel etiam se- [illegible] vt patet 5. metaph. ita quodhęc dictio ſm, qđ pōt [illegible] iamcūq. causam: sed prędicatū propositionis po- [illegible] re causam, quando tali prędicato potest conue- [illegible] li dictio reduplicativa vt dicendo: Domus fit a do [illegible] re secundū quod domificat, modo ista dictio secun-

dum

dum quod, est reduplicatio. ¶ Quarto, quia reduplicatio significat immediationem prædicati ad subiectum. igitur sicut subiecto potest addi reduplicatio, ita prædicato. consequētia tenet. quia sicut subiectum potest esse immediatū prædicato. ita econtra immo quęcunque sunt immediata quodlibet illorum est immediatum alteri. 4

¶ Quinto, quia per Arist. in isto primo reduplicatio addēda est maiori extremitati, sed maior extremitas est prædicatum in prima figura, igitur &c. Oppositum arguitur per Arist. in isto primo capitulo, frequenter in tertia parte principali huius primi libri. ¶ In quęstione primo videbitur quę sunt dictiones reduplicatiuę, & quid significant, secundo videbitur de quęsito.

Quantum ad primum notandum, quod istæ dictiones sūt reduplicatiuæ inquantum, secundum quod, in eo quod, & alī quando hæc dictio, vt & consimiles. ¶ Secundo notandum, quod tales dictiones reduplicatiuæ aliquando accipiuntur specificatiuè, & quandoque reduplicatiuè. Quando vero talis reduplicatio sumitur specificatiue, tunc designat aliquam conditionem vel aliquem modum, vel aliquem sensum, secūdum quem propositio in qua ponitur est vera, quę aliter non esset vera. v. g. dicendo sic, omne ens inquantum est in ipso Deus, est Deus, vnde ista propositio, omne ens est Deus, sine specificatione simpliciter esse falsa, sed quia hæc dictio inquātum, specificat ad talem sensum, ideo illa propositio non est falsa. ¶ Iterum ista propositio est simpliciter falsa, forma est materia, sed potest specificari ad aliquem sensum per reduplicationem, quod ipsa est vera, vt dicendo forma secundum q̄ præexistit generationi in potentia, est ipsa materia. ¶ Item hæc est falsa, ens mobile est subiectum in libro physicorum, immo est subiectum totius scientiæ naturalis, sed quando ipe cificatur per reduplicationem ad conditiones generales motus & mobilis, tunc ista propositio est vera, vt dicendo, ens mobile secundum quod mobile est subiectum in libro physicorum. ¶ Item potest exemplificari de ista, homo est species secundum quod iste terminus homo supponit simpliciter vel materialiter. & sic patet quid designant huiusmodi dictiones, quando sumuntur specificatiuè. ¶ Tertio sciendum, quod ad propositionem reduplicatiuam multa concurrunt, verbī gratia, dicendo, homo inquantum animal est sensibile, primo

.n. subiectum principale, vt iste terminus homo, secundo est prædicatum principale vt iste terminus sensibile tertio est illud super quo cadit reduplicatio, & quarto est reduplicatio vna cum copula. ¶ Tunc dico, quod dictio reduplicatiua reduplicatiuè sumpta & non specificatiuè designat primo immediationem prædicati principalis ad illud super quod cadit reduplicatio, & quando denotat conuertibilitatem, exemplum primi, homo inquantum animal est corpus, vbi designatur, quod ista prædicatio est immediata, omne animal est corpus per priuationem alicuius intermedij inter subiectum & prædicatum in linea prædicamentali. Exemplum secundi homo inquantum animal est sensibile, iste terminus inquantum designat præcisionem & conuertibilitatem istorum terminorū animal sensibile. ¶ Secundo dictio reduplicatiua designat prædicatum principale dici de subiecto principali, non immediatè sed mediatè prædicato, vt prædicto exemplo designatur, quod causa quare homo est sensibilis est, quod homo est animal, ita quod hoc prædicatum sensibile non dicitur de homine nisi ea ratione, qua de ipso dicitur hoc prædicatum animal. ¶ Tertio reduplicatio designat illud super quod cadit esse distributum, vel saltem posse distribui respectu prædicati principalis. ¶ Ex quibus patet, quod reduplicatio designat alietatem siue diuersitatem principalis prædicati ab illo sup quod cadit reduplicatio. Et sic patet quod designat reduplicatio siue sumatur specificatiuè siue reduplicatiuè. Et hoc de primo.

De secundo notandum, quod quidam sunt termini communes, qui pro vna sola re supponunt, & vnam solam rem designant, vt iste terminus, sol, phœnix, Deus & consimiles. Alij sunt qui vna rem significant, & pro pluribus supponunt, vt isti termini, homo animal & consimiles. Et quantum spectat ad propositum, isti termini differunt in hoc, quod ex primis terminis, qui. s. pro vna sola re supponunt, potest formari affirmatiua propositio vera de prædicato distributo affirmatiuè, vt dicendo, quilibet planeta est omnis sol. vel dicendo, essentia diuina est omnis persona diuina, sed ex terminis, qui pro pluribus supponunt, non potest formari propositio affirmatiua vera de prodicato distributo, verbi gratia. Ista est falsa, omnis homo est omnis homo, vel etiam sumendo particulariter vel indefinitè subiectum. ¶ Tunc ponuntur cō-

clusio-

clusiones. Prima est, quòd propositio, in qua reduplicatio additur prædicato principali est falsa, supposito quòd fiat ex terminis, qui pro pluribus rebus supponunt, probatur, quia dictio reduplicatiua designat illud, super quod cadit reduplicatio esse distributum, vt patet ex primo articulo, modo talis propositio de prædicato distributo affirmatiua est falsa. s. quãdo fit ex terminis suppositionibilib. pro pluribus rebus. igitur &c. ¶ Secundo quia reduplicatio designat alieratem prædicati principalis ab illo super quod cadit reduplicatio, igitur si fit idem iam designat falsitatem. ¶ Secunda conclusio est ista, quod talis propositio cuius prædicato principali additur reduplicatio, est intelligibilis, probatur per primam rationem ante oppositum, & quando Arist. dicit, quod ipia est in intelligibilis, intelligitur, q ipia est in intelligibilis verè, & affertiuè, verbi gratia. oratio imperfecta, vt dicendo apud villam est bene intelligibilis, licet per ipsam non comprehendatur sensus verus vel falsus, ita potest dici in proposito. ¶ Tertio potest dici, quòd illud super quo cadit reduplicatio, se debet tenere a parte prædicati, & non subiecti probatur, quia illud, quod positum ante copulam propositionis non distribuitur ad distributionem subiecti, non est subiectum nec pars subiecti, sed dictio super quam cadit reduplicatio præcedens copulam propositionis, non distribuitur ad distributionem subiecti, igitur talis dictio non est subiectum, nec pars subiecti, quia propter hoc, quando obliquus præcedit rectum, dicimus solum obliquum esse subiectum, eo quòd solus obliquus distribuitur, & minor patet, quia dicendo, omnis homo inquãtum animal est sensibile, ibi solum distribuitur iste terminus homo, cuius signum est, quòd sub ipso solo debet fieri sumptio, vt dicendo, sortes est homo, igitur sor. inquantum animal est sensibilis. Et sic patet, quòd nunquam addenda est reduplicatio ad prædicatum principale, immo semper debet esse diuersitas prædicati principalis ab illo, super quod cadit reduplicatio, & hoc de secundo. ¶ Tunc ad rationes prima soluta est. ¶ Ad aliam concedo, quod ista est vera, sor. est risibilis inquantum homo, sed reduplicatio non additur ad prædicatum principale, quia iste terminus risibile vocatur prædicatum principale. ¶ Ad aliam dico, quod ista conuertitur in istam, igitur, quod inquantum homo est risibile est sor. ¶ Ad aliam dico, quod Aristotel. accipit hic istam dictionem

secun-

secundum quod specificatiuè, vt specificat aliquem modum, vel conditionem, vel circunstantiam termini. ¶ Ad aliam reduplicatio designat &c. concedo, quod designat immediationem prædicati principalis ad illud super quod cadit reduplicatio & non eiusdem ad seipsum, quia non potest debitè cõprehendi aliquis sensus per istam propositionem sor. est inquantum homo supposito, quòd hoc verbum est, non resoluatur vlterius in suum participium. ¶ Ad aliam concedo, qđ reduplicatio se debet tenere a parte maioris extremitatis, & etiam a parte prædicati, sed cum hoc debet esse diuersitas illius super quod cadit reduplicatio ad prædicatum principale. Et sic de ista quæstione.

QVÆSTIO XXXVI.

QVæritur trigesimosexto. Vtrum ex propositionibus modalibus alijs ab istis necessarium possibile contingens fiat syllogismus? Arguitur primo, quòd non, per Arist. qui non fecit mentionem de propositionibus modalib. factis aliquo alio modo. Secũdo, quia si ex modalibus de alijs modis fieret syllogismus, maximè esset ex modalibus factis isto modo scire, sed hoc non quia non sequitur, scio omnem mulam esse sterilem hæc est mula, igitur scio hanc mulam esse sterilem, quia stante veritate præmissarum possibile est, ꝙ credam de ista mula, ꝙ ipsa sit sterilis. Tertio hoc maxime esset de isto modo, opinor autem de isto modo apparet, sed hoc non, quia non sequitur demonstrato sorte, qui apparet esse asinus a remotis, hoc apparet mihi esse asinus, hoc est sor. igitur sor. apparet mihi esse asinus, præmissę sunt veræ, & conclusio falsa, quod probo, quia omnem hominem opinor non esse asinum, sortes est homo: igitur sortem non opinor esse asinum. ¶ Oppositum arguitur, vbi est reperire dici de omni, & de nullo, potest fieri bonus syllogismus, sed in modalibus factis ex alijs modis a prædictis est hoc reperire: igitur maior patet, quia per dici de omni, & de nullo regulantur syllogismi, & minor patet, quia sicut dicimus omnem hominem opinor currere, & ita possumus dicere, omnẽ hominem opinor currere, & ita de aliis modis. ¶ Secundo arguitur per Arist. in primo posteriorum vbi dicit, ꝙ inducens minorem post maiorem simul nouit, & conclusionem, ita quod intendit, quòd si præmissæ sunt scitæ, vel notæ, & conclusio erit nota. Primo

vide

videbitur in quæstione, qui modi a prędictis faciant propositiones modales. Secundo qualiter ex eis syllogizatur in sensu diuiso. Et tertio qualiter in sensu composito.

Quantum ad primum nota, ꝙ omnis determinatio nata determinare totam propositionem, potest dici modus, ꝙ si illa determinatio potest esse vnum extremum propositionis respectu vnius propositionis materialiter sumptæ, quę est aliud extremum: tunc illa determinatio dicitur modus, vt patet de istis modis scio, opinor dubito apparet, & de participijs ipsorum & de istis modis verum falsum, & sic de singulis. Secundo notandum, ꝙ sicut de modis consuetis: quædam sunt modales in sensu composito, & quædam in sensu diuiso, sic etiam de istis modis. Nam modus ponitur vnum extremum propositionis, & propositio materialis sumpta ad tunc est propositio in sensu composito, vt opinor a. esse a. sed quando modus est determinatio copulæ, tunc est in sensu diuiso, vt b. scio esse a. ¶ Tertio notandum, quod in istis modis multum differt sensus compositus a diuiso, quantum ad veritatem & falsitatem. v. g. hæc est concedenda. Scio omnem mulam esse sterilem, & tamen in sensu diuiso ista esset falsa, sed tamen de isto modo verum non est differentia, siue ponatur in sensu composito, siue diuiso, sed de isto modo falsum, est differentia, quia si dicatur, hæc est falsa, omnis homo currit, ad hoc quod ista sit vera sufficit instantia in singulari istius propositionis, omnis homo currit, sed si poneretur in sensu diuiso, hoc non sufficeret, quia dicendo sic omnis homo falsè currit, denotatur, quod quælibet singularis istius omnis homo currit, sit falsa. Et hoc de primo.

Quantum ad secundum, prima conclusio est ista, ꝙ in prima figura ex maiori de aliquo dictorum modorum in sensu diuiso & minori de inesse, sequitur conclusio de eodem modo, qui ponebatur in maiore. v. g. sequitur omne b. opinor esse a. omne c. est b. igitur omne c. opinor esse a. vel etiam de dicto negato, omne c. opinor non esse a & c. & tenent isti syllogismi in virtute dici de omni. ¶ Secunda conclusio est, quod ex ambabus præmissis de modo .s. de aliquo dictorum modorum non sequitur conclusio de modo, quia non sequitur, ꝙ si præmissę sint dubię, ꝙ propter hoc conclusio sit dubia, immo possibile est, ꝙ ipsa sit scita, puta per alium syllogismum. ¶ Item non sequitur, ꝙ si præmissę sint opinatæ, quod

pro-

propter hoc conclusio sit opinata. Et si queratur vtrum ad illas præmissas sequatur aliqua de inesse. Respondetur, quòd sic, si illæ præmissæ, sint de hoc modo scire, quia nihil scitur, nisi verum, sed de aliis modis non, quia ad præmissas de hoc modo opinatum vel creditum, vel apparens, non sequitur conclusio de inesse, eo quod æquè potest apparere vel opinari falsum, sicut verum. ¶ Tertia conclusio, ꝙ in secunda figura ex maiore de modo negato, & minore de inesse in sensu diuiso, sequitur conclusio verè de inesse sicut sequitur. Nullum b. opinor esse a. omne c. est a. igitur nullum c. est b. & potest probari reducendo per impossibile ad primam. Quarta conclusio, quod in tertia figura ex maiore modali in sensu diuiso aliquo dictorum modorum, & minore de inesse, sequitur cõclusio modalis de eodem modo, qui ponebatur in maiore, & omnes isti modi probantur expositorie. ¶ Ex isto sequitur, ꝙ si loco illius de inesse in minori ponatur vera de hoc modo scire sequitur idem sicut prius, quia ad illam de scire, sequitur de inesse, modo quicquid sequitur ad cõsequens, sequitur ad antecedens. Sed si loco minoris ponatur aliquis de aliis modis, non valet syllogismus, eo ꝙ ad modales de illis modis nõ sequuntur illæ de inesse, sicut non sequitur b. opinor esse a. igitur b. est a. Et hoc de secundo.

Tunc de tertio. Prima conclusio est ista, ꝙ ad quascunque præmissas sequitur aliqua conclusio ad easdem modificatas isto modo scire sequitur eadem conclusio, quia quælibet propositio sequitur ad seipsam modificatam isto modo scire, sicut sequitur. Scio b. esse a. igitur b. est a. modo quicquid sequitur ad consequens, sequitur ad antecedens, & in hoc est differentia istius modi scire ab istis modis opinor apparet, & huiusmodi, quia ad huiusmodi præmissas de prædictis modis non sequitur aliqua de inesse ex eo, ꝙ æquè potest opinari falsum, sicut verum, vt dictum fuit prius. ¶ Secunda conclusio est ista, & sequitur ex præcedenti, quòd ad quascunque præmissas sequitur aliqua conclusio ad easdem modificatas isto modo verum, sequitur eadem, quia quælibet propositio sequitur ad seipsam modificatam isto modo verum, sed non est ita de isto modo falsum, quia nulla propositio sequitur ad seipsam modificatam, hoc modo falsum, imo sequitur sua cõtradictoria, & ideo ad quascunque præmissas sequitur aliqua conclusio ad contradictorias ipsarum modificatas hoc modo

tal-

falsum, sequitur eadem. ¶ Tertia conclusio, quòd ex præmissis in sensu composito de hoc modo scire, non sequitur conclusio in sensu cõposito de eodem modo probatur, quia ista regula est falsa, si præmissæ sunt scitæ, igitur conclusio est scita. Primo, quia possibile est, ꝙ vna præmissa sciatur ab vno, & alia ab alio. ¶ Secundo, quia dato, ꝙ sciantur ab eodem ambæ, possibile est, quòd consequentia non sciatur esse bona, modo conclusio non est euidentior, quam consequentia per quam probatur. ¶ Item dato, quòd consequentia sciatur esse bona, possibile est, quòd sciens præmissas non aduertat necessitatem consequentiæ, & si sic possibile est, quòd dubitet conclusionem. ¶ Et per illud probatur, quòd ex præmissis de sensu composito de alijs non fit syllogismus ad concludendum de eodem modo, sicut de istis modis opinor apparet, & de similibus. ¶ Tunc ad rationes ad primam respondetur, quòd Arist. omisit propter breuitatem. ¶ Ad aliam dico, ꝙ ex maiore de hoc modo scire in sensu composito, & minore de inesse non fit syllogismus ad concludendum de hoc modo scire, licet bene ad concludendum de inesse. ¶ Ad tertiam dico, ꝙ de hoc modo opinor fit bonus syllogismus, sumendo maiorem in sensu diuiso, & minorem de inesse, & ideo potest concedi in isto casu, ꝙ sortem opinor esse asinum, & sortem opinor non esse asinum, sed non sequitur conclusio, quæ infertur, sci licet, quòd non opinor sortem esse asinum. Ad ista post oppositum dico concedendo, quòd ex eis bene fit syllogismus, si ordinentur eodem modo, quo dictum est. ¶ Tunc ad Auctoritates Aristot. 1. poster. dico ꝙ intelligitur sic, ꝙ inducens minorem post maiorem simul nouit conclusionem, dum tamen sciat consequentiam esse bonam, & aduertat ad necessitatem consequentiæ, aliter non oportet. Et sic sit dictum quæsitum.

QVÆSTIO XXXVII.

QVæritur trigesimo septimo. Vtrũ ex terminis obliquis, & infinitis potest fieri syllogismus, sicut ex terminis rectis, & obliquis? Et arguitur primo, ꝙ nõ de terminis infinitis, quia ex illis non fit consimiliter syllogismus, quarũ vna includat negatiuam, & alia non, sed duarum propositionum quarum vna est de prædicato finito, & alia de prædicato infinito, alia quæ est de includit negatiuam, sed illa quæ est de prædicato infinito includit negatiuam, igitur. ¶ Secundo ex

ter-

terminis infinitis fit syllogismus arguendo per ambas negatiuas, sed ex terminis finitis non potest fieri syllogismus arguẽdo ex ambabus negatiuis, igitur. Maior probatur, quia vt patuit prius iste syllogismus est bonus, nullum non b. est a. nullum c. est b. igitur nullum c. est a. & valet, quia ex puris negatiuis nihil sequitur. ¶ Tertio arguitur de obliquis, non sequitur, cuiuslibet hominis asinus currit, brunellus est asinus hominis: igitur brunellus currit, quia est possibile, quòd præmisse sint verę, & conclusio falsa. ¶ Oppositum arguitur per Arist. in isto primo, quia approbat illos syllogismos ex obliquis, vt cuiuscunque est disciplina, hoc est genus, boni est disciplina, igitur bonum est genus. Et postea dicit, quòd eodem modo est syllogizandum ex terminis infinitis, sicut ex terminis finitis. ¶ In quæstione primo videndum est qualiter syllogizandum est ex terminis infinitis, vel ex altero infinito. Secundo qualiter ex terminis obliquis.

Quantum ad primum, prima conclusio est ista, quod omnis modus, alicuius figurę trium figurarum valens ex terminis finitis, valet etiã ex terminis infinitis, v. g. in prima figura oẽ non b. est non a. oẽ c. est non b. igit oẽ c. est nõ a. & tenet directè per dici de omni. Item sequitur, nullum non b. est a. omne c. est non b. igitur nullum c. est a. & tenet directe per dici de nullo. Item patet de secunda & tertia figuris, quia illæ de terminis infinitis similiter conuertuntur illis de terminis finitis, igitur syllogismi imperfecti facti ex terminis infinitis, eodem modo reducuntur, sicut syllogismi ex terminis finitis. v. g. ista, nullum non b. est a. conuertitur in istam, de alijs propositionibus factis ex terminis infinitis. ¶ Secunda conclusio est ista, quod aliquis modus contingit syllogizare ex terminis infinitis, vel ex altero termino infinito, qualiter non contingit syllogizare ex terminis finitis, probatur. ¶ Primo per Aristot. in primo huius, vbi ponit istum syllogismum esse bonũ, cui nulli inest b. & c. mõ iste syllogismus æquipollet isti, omne non b. est a. nullum c. est b. igitur, omne c. est a. modo sicut non contingit syllogizare ex terminis finitis, quia nunquam in terminis finitis potest inferri conclusio affirmatiua per aliquam præmissam negatiuam. ¶ Secundo, quia ex terminis infinitis, vel saltem ex termino infinito contingit syllogizare ex puris negatiuis, sed hoc non potest fieri in terminis finitis, vt notum est, maior probatur, quia sequitur, nullum non b. est

a. nul-

nullum c. est a. ¶ Item in secunda figura nullum b. est non a. nullum c. est a. igitur nullum c. est b. ¶ Item in tertia figura nullum non b. est a. nullum b. est c. igitur nullum c. est a. & patet. quòd ex altero termino finito concluditur vniuersaliter in tertia figura, & tamē huiusmodi non potest fieri ex terminis finitis. ¶ Item sequitur nullum b. est a. omne c. est b. igitur omne c. est non a. & tamen non potest sic argui ex terminis finitis, quod autem illa consequentia sit bona patet, quia ad prædictas præmissas sequitur illa conclusio, nullum c. est a. sed ad istam suppositā constantia subiecti sequitur, omne c. est non a. & constantia subiecti ponebatur in minori, quando dicebatur, omne c. est b. igitur ista conclusio omne c. non est a. sequitur ad prædictas præmissas per illam regulā. Quic quid sequitur ad consequens sequitur ad antecedens, & sic patet, quod consimiliter est syllogizandum ex terminis infinitis, sicut ex terminis finitis, licet non econtra.

Quantum ad secundnm, est prima conclusio ista, quòd omnis modus alicuius figuræ valens ex terminis rectis potest etiam valere ex altero obliquo posito a parte subiecti maioris. v. g. in barbara sequitur, cuiuslibet hominis asinus currit, omne grammaticum est homo, igitur cuiuslibet grammatici asinus currit. & tenet directè per dici de omni, quia subiectū quod distribuitur in maiori, prædicatur in minori, & consimiliter potest exemplificari de alijs modis primę figuræ; sed de secuuda, & tertia figuris patet, quia propositiones de obli quo similiter conuertuntur, sicut illæ de recto, scilicet vniuersalis affirmatiua & particularis affirmatiua in particularem affirmatiuam, & vniuersalis negatiua in vniuersalem negatiuā, vt patuit prius, igitur syllogismi imperfecti fiunt eodem modo ex terminis obliquis, sicut ex rectis, quia consimiliter reducuntur ad primam figuram. ¶ Secunda cōclusio est ista, quòd ex obliquis vel altero obliquo potest fieri bonus syllogismus dato quòd ille obliquus non fit subiectum, nec prædicatum, dum tamen sit pars subiecti, vel prædicati, quia iste est bonus syllogismus, videns omnem asinum currit, brunellus est asinus: igitur videns brunellum currit, quòd iste syllogismus sit bonus, patet quia est oratio in qua quibusdam positis aliud ab his quæ posita sunt de necessitate accidit eo, quòd hæc sunt: igitur iste processus est bonus syllogismus p locum a diffinitione, & antecedens apparet, quia iste proces-

fus est necessaria consequentia a pluribus præmissis ad conclusionem aliam a qualibet præmissarum. ¶ Secundo prædictus discursus est consequentia necessaria, & non enthymema, nec inductio, nec exemplum, nec conuersio, aut consequentia per conuersionem, aut consequentia per æquipollentiam, aut per subalternationem, & etiam per nominis expositionem: igitur syllogismus. ¶ Contra istam conclusionem arguitur, quia omnis bonus syllogismus debet fieri in aliqua trium figurarum, sed prædictus non, vt notum est, quia nec idem terminus subijcitur in vtraque nec prædicatur in vtraque, nec illud, quod subijcitur in vna, prædicatur in alia. ¶ Secundo, quia hic non est maior extremitas, nec minor, nec medium. ¶ Tertio, quia iste syllogismus fit ex puris indefinitis, modo ex puris indefinitis vel particularibus nihil sequitur. ¶ Quarto, quia omnis bonus syllogismus tenet in virtute dici de omni, vel de nullo, sed ille non est huiusmodi, quia in isto non distribuitur subiectum maioris, nec etiam minoris. ¶ Respondetur ad ista. ¶ Ad primam concedendo, quòd non omnis syllogismus fit in aliqua trium figurarum, quia vt patuit in quæstione super hoc multæ erant exceptiones. ¶ Ad secundum dico, quòd iste terminus asinus, est hic medium, & iste terminus brunellus, minor extremitas, & totum residuum se tenet a parte maioris extremitatis.

¶ Ex isto sequitur, quod non oportet in omni syllogismo, qđ medium subijciatur in vtraque; vel quod prędicetur in vtraque, immo sufficit, quòd sit pars subiecti, vel prædicati, & ꝙ sit subiectum, vel prædicatum alterius. ¶ Ad tertiam dictum fuit prius, quòd in pluribus casibus ex indefinitis potest fieri syllogismus, quorum iste est vnus in proposito, scilicet quando fit sumptio sub parte subiecti, vel prædicati distributa.

¶ Ad rationes. Prima probatur, secundum conclusionem primi articuli. Verum est tamen, quod prima ratione assumebat falsum, quia dicebat, quod affirmatiua de prædicato infinito includit negatiuam, sed affirmatiua tunc de prædicato finito non, modo hoc est falsum, quia sicut ad affirmatiuam de prædicato infinito sequitur negatiua de prædicato finito: Ita etiã ad affirmatiuam de prædicato finito sequitur negatiua de prædicato infinito, sicut sequitur b. est a. igitur b. non est nõ a.

¶ Ad tertiam dico, quod iste syllogismus non valet, quia non fit debita sumptio sub subiecto, siue sub termino distributo,

quia

quia debet fieri sub isto termino, homo solum, & tu sumis sub aggregato hominis asinus, igitur syllogismus non valet. Et sic sit dictum ad quæsitum. Et hæc sufficiant de primo.

¶ *Quæstionum primi libri Priorum Doctoris subtilis finis.*

PRIORVM DOCTORIS subtilis Ioannis Scoti, liber secundis.

QVÆSTIO I.

CIrca secundū librum Priorum quæritur primo. Vtrū syllogismus ex hypothesi differat a syllogismo ostē siuo? Arguitur primo, quod non, quia omnis syllogismus est, ostēsiuus, igitur syllogismus ex hypothesi non differt a syllogismo ostensiuo, consequentia nota est, & antecedens apparet inducendo in omnibus syllogismis vnde syllogismus ad impossibile, de quo minus apparet, est ostensiuus, quia anteceedit conclusionem.

¶ Secundo, omnis syllogismus est ex hypothesi, igitur nō differt ab ostēsiuo, consequentia tenet, & antecedens declaratur, quia hypothesis idem est, quòd suppositio, modo omnis syllogismus est ex suppositione, quia omnis syllogismus supponit terminos, & propositiones, ex quib. integratur. ¶ Tertio omnis syllogismus pertinens ad aliquam potestatem, de qua determinatum est in secundo, est ex hypothesi, sed omnis syllogismus ostensiuus pertinet ad aliquam illarum potestatum quia quilibet syllogismus potest concludere plures propositiones, quia potest concludere suam, & sibi æquialentem.

¶ Oppositum arguitur per Arist. tam in primo, quàm in secū do huius, qui ponit læpe differentiam inter syllogismos ostensiuos, & syllogismos ex hypothesi, difficultas quæstionis non stat, nisi in quid nominis, vnde dicatur syllogismus ostensiuus & vndę syllogismus ex hypothesi, & ideo dicendum est primo de ostensiuo. Secundo de hypothesi.

Quantum ad primum notandum est, quòd aliquis syllogismus potest dici ostensiuus dupliciter. Vno modo ratione illationis, & alio modo ratione probationis. ¶ Si ratione illationis hoc dupliciter. Vno modo, quia infert conclusionem, & sic quilibet syllogismus dicitur ostensiuus, vt patet per diffinitiones syllogismi. Alio modo, quia infert conclusionem de

necessitate per illa, quæ posita sunt in præmissis sine suppositione extrinseca, & sic syllogismus ad impossibile non diceretur ostensiuus, quia supponit contradictoriam conclusionis probandæ. ¶ Alio modo dicitur syllogismus ostẽsiuus ratione probationis. hoc dupliciter, sicut prius. vno modo, quia probat conclusionẽ. & sic petitio principij non esset syllogismus ostensiuus. sed bene quilibet alter syllogismus. secũdo modo, quia per ea, quæ expressa sunt in præmissis probat conclusionem sine alia suppositione, quæ nõ ponitur in præmissis, & isto modo proprie dicitur syllogismus ostensiuus, & sic nec syllogismus ad impossibile, nec syllogismus ad transumptum dicetur ostensiuus. Et hoc de primo.

De secundo notandum, quod hypothesis dicitur quasi suppositio, & ideo dicere syllogismus ex hypothesi nõ est aliud, quam dicere syllogismus ex suppositione. ¶ Secundo notandum, quod quadrupliciter potest dici aliquis syllogismus ex hypothesi, vel ex suppositione, primo modo, quia præsupponit aliud ad sui formationem, & ille modus est improprius, quia sic quilibet syllogismus diceretur ex hypothesi, quia quilibet syllogismus ad sui compositionẽ & integrationem præsupponit terminos & propositiones. Secundo modo dicitur syllogismus ex hypothesi quãdo præter terminos & propositiones ex quibus componitur syllogismus, & præter ea quæ exprimuntur in præmissis, scilicet præter figuram syllogisticam, sequitur aliud. s. aliqua suppositio, virtute cuius consequentia conclusionis ex præmissis appareat necessaria, & sic omnis consequentia formalis diceretur ex hypothesi, & loquor ad præsens de prima conclusione, quæ debet inferri per præmissas, quia de secundaria cõclusione & vltimata dicetur in alijs duobus modis. ¶ Tunc dico, quòd ad istum modum reducuntur multi syllogismi primo syllogismus expositorius & ex hypothesi, vt hoc b. est a. hoc b. est c. igitur c. est a. quia præter ea quæ expressa sunt in præmissis & præter formam consequentiæ, sequitur alia suppositio ad euidentem illationem conclusionis ex præmissis, videlicet q̃ subiectum maioris possit distribui isto modo, videlicet, omne q̃ est hoc b. est a. ¶ Secundo ad istum modum reducuntur omnes modi trium figurarum, quia vltra formam syllogisticam expressãm in præmissis in aliquo dictorum modorum requiritur alia suppositio ad euidentiam consequentiæ, vt v. g. quod nullus termi-

nus,

nus, ex quo constituitur syllogismus supponat appropriatè, & aliqua re, quæ est eadem cuilibet diuersarum rerum. ¶ Tertio ad istum modum reducuntur plures mixtiones positæ in primo huius, v.g. Aristot. ponit, quod ex maiori de ineſſe, & minori de contingenti, fit bonus syllogismus, modo ista suppositio non valet, nisi ex illa suppositione quod illa de ineſſe est de ineſſe simpliciter, quia non sequitur, omne currens est homo, omnem equum contingit currere, igitur omnem equum contingit esse hominem.

¶ Quarto ad istum modum reducitur syllogismus, quem ponit Aristo. in secundo huius. ſ. cui nulli ineſt b. &c. qui non tenet nisi ex suppositione, quod termini supponant pro alio, & cum hoc, quod termini sint negatiuè conuertibiles, vt patebit postea. ¶ Quinto ad istam modum reducitur syllogismus negatiuus ex terminis infinitis factus in alia quæstione. ſ. nullum non b. est a. omne c. est b. igitur nullum c. est a. quia arguitur ex quatuor terminis, igitur de forma non valet, nisi ex suppositione, quòd medium in præmiſſis differat ſolum secundum finitum & infinitum, ita quod in vna præmiſſa accipiatur medium infinite, & in alia finite. ¶ Sexto ad istum modum possunt reduci omnes casus, per quos ponebatur, quòd ex puris particularib. vel ex puris negatiuis potest fieri syllogismus.

Tertius modus istorum ex hypothesi est quando per aliquem syllogismum inferuntur duæ conclusiones, quarum prima est falla: & secunda vera, tunc valet ad primam conclusionem sic consequentia formalis, attamen ad inferendum secundam cõclusionem & vltimatam est indigentia suppositionis extraneæ: sicut patet in syllogismo ad impossibile per quem licet prima conclusio falla inferatur formaliter, attamen ad inferẽdum secundam oportet supponere contradictoriam illius secundæ conclusionis, & iste modus est proprius. ¶ Ex quo patet, q̃ idem syllogismus, qui est ostensius ad vnam conclusionem, est ex hypothesi ad aliam, vt patet de syllogismo ad impossibile, qui est ostensiuus ad primam conclusionem, sed est ex hypothesi ad secundam. Quartus modus est, quando per aliquem syllogismum infertur primo aliqua conclusio vera, quæ non est principaliter intenta, & postea virtute alicuius suppositionis infertur alia conclusio vera principaliter intenta, v.g. volens probare quod omnis homo est risibilis, si transferat se ad probandum istam syllogistice, quod omne animal

rationale est risibile, & postea ex illa probata probat per illam suppositionem. Quicquid prædicatur de diffinitione prædicatur de diffinito, tunc infertur conclusio principaliter intenta. s. quod omnis homo est risibilis, & istum syllogismum vocat Arist. syllogismum ad transumptum, quia quando debemus probare vnum, transferemus nos ad probandum aliud, ex quo virtute alicuius suppositionis inferimus intentum, & isto modo potest argui per omnes modos dialecticos, & sic patet vnde syllogismus dicatur ostensiuus & vnde ex hypothesi, & per consequens patet, quomodo ab inuicem differūt. ¶ Tunc ad rationes sunt solutæ per distinctiones. Et sic patet de ista quæstione.

QVÆSTIO II.

QVæritur secundo. Vtrum possibile est, quòd ex falsis sequatur verum: & non ex veris falsum? Arguitur, quòd ex veris potest sequi falsum, primo, quia ex possibilibus potest sequi impossibile, igitur ex veris potest sequi falsū consequentia tenet: quia sic se habet possibile respectu impossibilis, sicut verum respectu falsi, antecedēs probatur: qa sicut omne currens est homo, omnis equus est currens, igitur omnis equus est hō, p̄missæ sunt veræ: & tñ cōclusio est impossibilis. ¶ Sc̄do ex necessario pōt sequi contingens, igitur ex veris pōt sequi falsū, tenet cōsequētia, qa idē videtur esse iudicium, & antecedens apparet, quia quælibet conditionalis est necessaria, & tamen ad aliquam conditionalem sequitur contingens, verbigratia, ad istam. Si tu curris, tu moueris, & tu curris, sequitur tu moueris, quæ est contingens. ¶ Tertio ex veris sequitur falsum, consequentia tenet, quia quicquid fiet hoc possibile est fieri & antecedens, quia sequitur, sortes currit, igitur sor. mouetur. & sic modo vtraque vera, & cras vtraque falsa, tunc semper ad istam, sortes currit, est vera, igitur semper ad verum sequitur ista, sortes mouetur sed cras hæc erit sortes mouetur, igitur ad verum sequitur falsum. Quarto, quia ex falsis sequitur verum, patet in litera, igitur & econuerso, quia quantum verum opponitur falso, tantum falsum econtra vero. ¶ Quinto arguitur, quia ex falsis non potest sequi verum, quia secunda consequentia non valet, in qua stante consimili dispositione & forma præmissarum est reperire terminos in quibus omni & nulli, sed præmissis existentibus

bus falsis est reperire terminos in quibus vniuersalis affirmatiua est vera, & stante eadem dispositione est inuenire alios terminos, in quibus stat vniuersalis negatiua &c. igitur talis dispositio non valet, quia læpe Aristoteles vtitur ista regula in primo huius, & minor probatur, & sunt termini in quibus omni, omnis lapis est animal, omnis homo est lapis, igitur omnis homo est animal, sed termini in quibus nulli sunt arguendo sic, omnis lapis est arbor, omnis homo est lapis, igitur nullus homo est arbor. ¶ Sexto, quia vnum oppositorum non sequitur ad reliquum quia sicut patet in isto secundo ad idem esse & non esse, non sequitur idem, sed verum & falsum sunt opposita. igitur ad falsum non sequitur verum. ¶ Septimo, quia effectus, positiuus debet dependere a causa positiua: sed conclusio vera est effectus positiuus præmissarum, & falsum est priuatiuum, igitur conclusio vera non sequitur ex falsis. ¶ Confirmatur, quia falsum est non ens, vt patet. 5. metaph. modo non ens nullius est causa. ¶ Oppositum arguitur per Aristo. in isto secundo. Primo videndum est, si ex veris sequitur falsum. Secundo, si econuerso ex falsis sequatur verum.

Quantum ad primum dico, q̃ difficultas huius dependet ex diffinitionibus antecedentis & consequentis econuerso, & ideo recolendę sunt illæ diffinitiones, vnde antecedens est ꝓpositio, quam impossibile est esse veram consequente non existente vera ipsis simul formatis, sed consequens est vna ꝓpositio, quam impossibile est non esse veram antecedente existente vero, ipsis simul formatis: & notabiliter additur ista cõditio, ipsis simul formatis quia aliqua est consequentia bona, in qua possibile est antecedens esse verum, & tamen impossibile est consequens esse verum, verbigratia, sequitur, omnis propositio est affirmatiua, igitur nulla propositio est negatiua, antecedens possibile est esse verum: & licet consequens sit impossibile: tamen potest esse verum antecedente & consequente simul formatis, impossibile est, quòd antecedens sit verum, quando consequens sit falsum, quia pro quacunque mensura antecedens est falsum sed consequentia est eo modo composita ex antecedente & consequente, mediante ista coniunctione, igitur, vel si aut alia æquiualente. ¶ Tunc ponuntur conclusiones, prima est, quòd ex vero potest sequi falsum vel etiam in plurali, quòd ex veris potest sequi falsum, probatur per vnam rationem factam ante oppositum: quia ex ve-

ris sequitur falsum: igitur ex veris potest se qui falsum, & deducatur sicut prius. ¶ Secunda conclusio, ꝙ impossibile est ex veris sequi falsum, probatur, quia ista consequentia est bona, antecedens est verum: igitur consequens est verum, igitur impossibile est, quòd antecedente vero sequatur cõsequens falsum, consequentia valet, probatur antecedens per diffinitionem antecedentis, & consequentis. Et istæ conclusiones non repugnant quia prima est in sensu diuiso, & secunda in sensu composito sicut istæ non repugnant, album potest esse nigrũ, & impossibile est album esse nigrum, quia ambæ sunt simul veræ. ¶ Tertia conclusio, quæ sequitur ex prædictis diffinitionibus est ista, & probatur supra, quod impossibile sequitur quodlibet, probatur, quia quælibet propositio impossibilis est propositio, quam impossibile est esse veram, igitur quælibet impossibilis est propositio, quam impossibile est esse veram quolibet alio non existente vero, & per consequens ad impossibile sequitur quodlibet aliud per prædictas descriptiones. ¶ Ex his patet, quòd impossibile est ex veris sequitur falsum, verum est tamen, quòd contra prædictam conclusionem possunt reduci quasi omnia subiecta insolubilia, & obligationes quas dimitto propter breuitatem. Et hoc de primo.

Quantum ad secundum prima conclusio est ista, quòd ex falsis potest sequi verum, probatur, quia ex impossibili sequitur verum, quia ex ipso sequitur quodlibet, sed quodlibet impossibile est falsum: igitur ex falso sequitur verum. ¶ Secunda conclusio, quòd in barbara, & celarent, ex maiore in toto falsa, & minori vera non potest sequi conclusio vera, quia si maior sit in toto falsa, sua contraria erit vera, igitur ex contraria maiori vera, & minori quæ etiam est vera, sequitur contraria conclusionis. ¶ Tunc quæro, vtrum illa contraria conclusionis sit vera vel falsa, si vera, & hæc conclusio ponebatur vera: igitur duæ contrariæ erunt simul veræ, quod est impossibile, si falsa, igitur ex præmissis veris sequitur conclusio falsa, ꝙ est impossibile, vt probatum est. ¶ Tertia conclusio est ista, quòd ex duabus præmissis falsis, siue in toto, siue in parte, siue ex vna falsa, & alia vera, potest sequi conclusio vera in quodlibet modorum trium figurarum: exceptis barbara, & celarent, in quibus ex maiori tota falsa, & minori vera non potest sequi conclusio vera, & istam conclusionem probat Arist. exemp riter in qualibet figura videatur. ¶ Tunc ad rationes. Ad pri

mam

mam negatur antecedens, nam in syllogismo illo copulatiua facta ex præmissis est impossibilis, eo quòd partes suæ sint incompossibiles, licet quelibet earum per se sit possibilis. ¶ Ad secundam negatur antecedens. Ad probationem dico, q; si illa copulatiua sortes currit, & sortes mouetur, sumatur pro cõsequente conditionali: tunc illa conditionalis est falsa, sed si ista propositio, sortes mouetur, sola sit consis: tunc ex illa cõditionali nõ sequit̃ q; sor. mouet. sed sequit̃ ex copulatiua facta ex illa conditionali, & ãnte posito inesse, mõ illa copulatiua est cõtingens, quia secũda pars eius est cõtingẽs. ¶ Ad tertiam dictum est, quod stant simul, ex veris potest sequi falsũ, & impossibile est ex veris sequi falsum. ¶ Ad quartam negatur consequentia, quia licet similiter se habeat conuersio ad oppositionem: nõ tamen conuersio ad consequentiam. ¶ Ad quintam illa consequentia &c. Dico q; illa regula debet sic intelligi, quod illa consequentia non valet, in qua ex præmissis existentibus veris est reperire terminos, in quibus omni, & in quibus nulli, & sic illa regula est impertinens proposito de præmissis falsis, vel ex altera falsa. Ad sextam dicitur, quod non omnis propositio falsa omni veræ opponitur. ¶ Idem ẽt in illis, quę implicant contradictionem ex vno oppositorum infertur reliquum, vt sequitur tantum pater est igitur non tãtum pater est. ¶ Ad aliam effectus est &c. Dicitur, quod conclusio vera non est effectus præmissarum, sed est effectus animæ formantis præmissas & cõclusionem, licet præmissæ sint quodammodo instrumenta quibus mediantibus anima deuenit in assensum conclusionis. Idem dicitur tunc, quod præmissæ falsę sunt entia ita positiua, sicut præmissę veræ. ¶ Ad confirmationem falsum est non ens, negatur nisi accipiatur valdè impropriè iste terminus ens pro vero, & iste terminus nõ ens pro falso, quemadmodum ibidem accipiuntur. Et sic sit dictum de ista quæstione.

QVÆSTIO III.

QVæritur tertio. Vtrum ad vtrumque contradictoriorũ, possit sequi idem? Arguitur quod sic, quia ad alterum contradictoriorum sequitur aliquod necessarium, vt verbi gratia sequitur. Deus est substantia, igitur Deus est, igitur illud sequitur ad reliquum per illam regulam, necessarium sequitur ad quodlibet. ¶ Secundo, quia in syllogismo ex oppo-

oppositis ad præmissas sequitur vna conclusio, igitur ad vtrũ que contradictoriorum sequitur idem, antecedens patet in isto secundo, & consequentia probatur, quia præmissæ syllogismi ex oppositis sunt ad inuicem, contradictoriæ. ¶ Tertio, quia ista disiunctiua, sor. currit, vel sor. non currit, sequitur ad istam, sortes currit, & cum hoc sequitur ad istam, sortes non currit, igitur ad ambo contradictoria sequitur idem, consequentia tenet, quia istæ contradicunt, antecedens probatur, quia quælibet propositio infert seipsam cum quacunque alia in vna disiunctiua, & hoc gratia formæ. ¶ Oppositum arguitur per Arist. in secundo huius, vbi ponit, quod ad idem esse & non esse, non sequitur idem, modo duarum contradictoriarum vna significat esse, & alia non esse, igitur ad ambo cõtradictoria non sequitur idẽ. ¶ In quæstione primo videbitur generaliter, qualiter vnum sequitur ad reliquum, & secũdo specialiter exponetur regula Aristot. scilicet, quod ad idẽ esse & non esse, non sequitur idem.

Quantum ad primum notãdum, quod consequens potest sequi ad antecedẽs, vel formaliter vel simpliciter, vel vt nũc solum, tunc dicitur sequi formaliter, quando in omnibus terminis est bona consequentia retenta consimili forma arguendi, quantumcunque termini mutarentur, & vocantur termini subiecta, & prædicata propositionum, quia præter subiecta & prędicata omnia alia dicuntur pertinere ad formam arguendi vt copula coniunctionis, synchategoremata, ordo & numerus propositionum & terminorum, vt dictum fuit super primum. ¶ Sed tunc dicitur aliquid sequi simpliciter quãdo est necessaria cõsequẽtia antecedẽtis ad consequens in aliquibus terminis: licet non valeat in omnibus terminis, retenta consimili forma arguendi, & quando per medium necessarium huiusmodi consequentia potest fieri euidens & formalis, & sic ista consequentia est bona, homo currit, igitur animal currit, quia fit formalis per istud medium omnis homo est animal, arguendo in Disamis. ¶ Sed tunc dicitur consequẽtia sequi, vt nunc solum quando medium per quod consequentia fit euidens non est necessarium, sed contingens. ¶ Tunc ponuntur conclusiones quæ sequuntur ex prædicta distinctione. Prima est, quòd ad quamlibet propositionem quæ manifestè implicat contradictionem, sequitur formaliter quælibet alia, sicut sequitur, sortes currit, & sortes non

non currit, igitur tu es Romæ, probatur, quia ad dictam copulatiuam sequitur quælibet eius pars gratia formæ, tunc reseruata ista parte, sortes non currit, arguatur ex alia sic, sortes currit, igitur sortes currit, vel tu es Romæ, quia quælibet propositio infert seipsam formaliter cum qualibet alia in vna disiunctiua, & vltra sequitur sortes currit, vel tu es Romæ, sed sortes non currit, vt reseruatum fuit, igitur tu es Romæ quod fuit probatum per illam regulam ex disiunctiua cum contradictoria vnius partis ad reliquam partem est bona consequentia. ¶ Secunda conclusio ad quodlibet impossibile sequitur quælibet alia propositio non formaliter sed simpliciter tantum, probatur; quia per sumptionem vnius propositionis necessariæ efficitur consequentia formalis. s. sumendo contradictoriam illius impossibilis, quæ est necessaria, tunc.n. ex illis constituitur copulatiua implicans cõtradictionem formaliter, ad quam formaliter sequitur quodlibet aliud per primam conclusionem. Et per eundem modũ probatur, quòd ad quamlibet propositionem falsam sequitur quælibet alia bona consequentia, vt nũc, quia sumpta propositione falsa, vt tu curris, ad ipsam sequitur quodlibet aliud vt nunc, quia per assumptionem medij contingentis. s. sui contradictorij, vt tu non curris, efficitur consequentia formalis ad quodlibet aliud per primam conclusionem. ¶ Ex istis sequitur illa regula, quod necessarium sequitur ad quodlibet, quia quælibet propositio sequitur ad impossibile, igitur ad cuiuslibet propositionis oppositam, sequitur opposita impossibilis, quæ est necessaria, & cum quælibet propositio sit alicui oppositæ, sequitur, quòd ad quamlibet propositionem sequitur oppositum impossibilis, scilicet, necessarium. ¶ Secũdo sequitur, quod quodlibet verum sequitur ad quamlibet propositionem, vel simpliciter, vel vt nunc, quia si illud verum sit necessarium, tunc est consequentia simplex, sed si sit contingens, tunc est consequentia, vt nunc solum, probatur, quia ad falsum sequitur quodlibet saltem vt nunc, vt probatum est, igitur ad cuiuslibet oppositam sequitur oppositæ falsi, scilicet verum, & cum quælibet propositio sit alteri oppositæ, sequitur quòd ad quamlibet propositionem sequitur verum, per illam regulam, quando ad antecedens sequitur consequens ad oppositum consequentis sequitur oppositum antecedentis, ista sunt præmissa propter ea quæ sequentur. Et hoc de primo. Quan-

Quantum ad secundum, prima conclusio est, quod ad vtrũque, contradictoriorum bene sequitur idem consequentia simplici, vel consequentia vt nunc, probatur primo de consequentia simplici, quod ad aliquam propositionem necessariam sequitur aliqua alia, vt sua æquipollens, vel aliqua huiusmodi: & illa eadem sequitur ad suam contradictoriam, quia sua contradictoria est impossibilis, modo ad impossibile sequitur quodlibet, vt probatum est. ¶ Secundo patet de consequentia vt nunc, quia ad quodlibet verum sequitur aliqua propositio. s. vel idem verum, vel sibi æquipollens, & illud idem sequitur ad suum contradictoriorum, quia ad falsũ sequitur quodlibet saltem, vt nunc igitur. ¶ Secunda conclusio, quod ad vtrumq; contradictoriorum sequitur idem formaliter, vbi consequens est disiunctiua facta ex duabus contradictorijs, vt ista, sortes currit, vel sortes non currit, probatur, quia ad cõtradictoriam talis disiunctiuæ sequitur quodlibet gratia formæ, igitur ad contradictoriam talis disiunctiuæ sequuntur ambo contradictoria, consequẽtia tenet ex primo articulo, igitur ad ambo contradictoria sequitur formaliter illa disiunctiua, verbigratia, contradictoria illius disiunctiuæ est ista Sor. non currit, ad quam formaliter sequitur, quod tu es Romæ & etiam quod tu non es Romæ, vt probatum fuit, igitur ad oppositum consequentis. s. istius tu es Romę sequitur oppositum antecedentis. s. prædicta disiunctiua, & cũ hoc ad oppositum alterius consequentis sequetur eadem disiunctiua, igitur cum illæ sint oppositæ, sequitur quod ad ambo opposita sequittr idem scilicet vbi consequens est disiunctiua facta ex duabus contradictorijs. ¶ Tertia conclusio est ista, quod ad ambo contradictoria sequitur idem formaliter si altera pars contradictoriarum implicet manifeste contradictionem probatur: quia ad illam contradictoriarum, quæ nõ implicat contradictionem, aliquid sequitur formaliter. s. ipsa met, vel sibi æquipollens conuertens, & illa eadem sequitur ad aliam partem, quia alia pars implicat manifeste contradictionem, & ad talem sequitur quodlibet gratia formę, vt probatum fuit prius igitur. Quarta conclusio est, quod istis duabus conditionibus circunscriptis nunquam ad vtrumque cõtradictoriorum sequitur idem formaliter, igitur vna contradictio est, quod consequens non sit vna disiunctiua composita ex contradictorijs. ¶ Secunda, quod neutra pars contradictoria-

ctoriarum implicet contradictionem,& ideo in simplicibus cathegoricis regula est vniuersaliter vera,probatur,si ad ambo contradictoria sequitur idem,tunc ad vnum contradictoriorum sequeretur reliquum, consequens est falsum in simplicibus cathegoricis non implicantibus contradictionem, vt dictum est, quia non sequitur Deus est, igitur Deus non est,nec ad negatiuam sequitur affirmatiua,quia nō sequitur, antichristus non est,igitur antichristus est,quia vtrobique antecedens est verum,& consequens falsum, sed consequentia probatur, quia si ad a. esse album, sequitur b. esse magnum, tunc ad oppositum consequentis.s.b.non est magnum,sequitur oppositum antecedentis.s.a.non est album,ad quam propositionem aduersarij sequitur quod b. est magnum, igitur de primo ad vltimum, sequitur b.non est magnum, igitur b. est magnum,quod erat probandum.¶Sic patet,ꝙ illa regula .s.ad idem esse & non esse non sequitur idem, intelligitur solum in simplicibus cathegoricis,& de consequentia formali, quia consequentia materiali vel vt nunc idem sequitur ad vtrumque contradictoriorum, similiter si altera pars contradictoriarum implicet contradictionem,vel etiam consequēs fit disiunctiua composita ex contradictorijs,regula nō est vera,& hoc de secundo. ¶Rationes sunt solutæ per conclusiones. Et sic sit dictum ad quæstionem.

QVÆSTIO IIII.

QVæritur quarto, vtrum syllogismus circularis sit bonus syllogismus.¶Arguitur primo,quòd non sic omnis bonus syllogismus est gratia alicuius finis, sed iste non est gratia alicuius finis: igitur iste syllogismus circularis non est bonus syllogismus,maior patet inducendo tam in syllogismis demonstratiuis, quam dialecticis, & minor patet primo non est gratia scientiæ, quia circulo non contingit demonstrare, patet primo posteriorum, nec gratia opinionis, quia opinio non generatur, nisi ex notioribus, modo syllogismus circularis non fit ex notioribus, quia in ipso sunt duo syllogismi, quorum scilicet vnus sit ex magis notis, reliquus erit ex minus notis. ¶Secundo ille non est syllogismus,qui non est vnus syllogismus, sed syllogismus circularis non est vnus syllogismus: igitur maior patet, quia primo elēchorum dicitur,

quod

quod idem est diffinitio propositionis, & vnius propositionis, & per consequens syllogismi, & vnius syllogismi, & minor patet, quia syllogismus circularis est ad minus duo syllogismi. ¶ Tertio, omnis bonus syllogismus tenet gratia formæ, vt patet primo huius, sed syllogismus circularis non tenet gratia formæ, quia solum tenet in terminis conuertibilibus, vt dicit Aristo. in isto secundo. ¶ Quarto iste syllogismus non est bonus, in quo semper cõmittitur fallacia, sed hoc fit in syllogismo circulari, scilicet petitionis principij, igitur. ¶ Oppositum arguitur per Arist. in isto secundo.

Notandum, quod syllogismus vocatur circularis non absolutè, sed in habitudine ad aliquem priorem syllogismum, eo quod reuertitur ad aliquam præmissam, vnde prior syllogismus processit, & dicit circularis ad similitudinem motus circularis, qui fit reuertendo ad illud, vnde venit mobile.

Secundo notandum, quod syllogismus circularis potest fieri ex omnibus terminis, dum tamen non attendatur an præmissæ sint veræ vel falsæ, quia hoc attẽto, quod præmissæ debeant esse verę, non fit syllogismus circularis, nisi ex terminis conuertibilibus, vt dicit Aristoteles.

Tertio notandum, quod syllogismus circularis sic diffinitur, syllogizare circulariter est ex conclusione, & conuersa vnius prę̃missarum inferre aliam præmissam. ¶ Sed dubitatur, an syllogismus circularis probat prę̃missam, quam infert? Respondetur, quod possibile est quod sic, multipliciter. ¶ Primo, suppositio, quod prior syllogismus fuisset ex minus notis ad conclusionem notiorem, tunc syllogismus circularis ad prę̃missam minus notam erit ex notioribus, & per consequẽs probat conclusionem. ¶ Secundo, quia possibile est, quod primus syllogismus sit ex notioribus simpliciter, & quod secundus syllogismus, qui vocatur circularis sit ex notioribus alicui, vt forte propter aliquam rationem, vel propter consuetudinem, vel auctoritatem, vel aliud huiusmodi. ¶ Tertio, quia possibile est, quod primus syllogismus demonstret esse causarum per effectus posteriores, & quod secundus demonstret causas effectus a priori, & sic vterque syllogismus erit probatiuus, licet diuersimodè, quia secundus syllogismus demonstrabit propter quid, & primus, quia, & istum modum demonstrandi declarat Commentator in octauo physicorũ.

¶ Hinc ponuntur conclusiones prima est, quod syllogismus

circu-

circularis est bonus syllogismus, probatur, quia est oratio in qua quibusdam positis &c. per diffinitionem syllogismi. ¶ Secunda conclusio, quod syllogismus circularis tenet gratia formæ probatur, quia omnis modus alicuius figuræ tenet gratia formæ, vt declaratur in primo huius, sed syllogismus circularis fit in aliquo modo alicuius trium figurarum: igitur syllogismus circularis tenet gratia formæ. ¶ Et nota, quod in nulla figurarum potest syllogizari circulariter, nisi altera præmissarum prioris syllogismi conuertetur. ¶ Dubitatur vtrum in qualibet trium figurarum quælibet præmissa possit syllogizari circulariter? ¶ Respondetur quod non primo, quia in modis particularibus præmissa vniuersalis non potest syllogizari circulariter. ¶ Secundo, quod in modis negatiuis præmissa affirmatiua non potest syllogizari circulariter gratia formæ, quod probatur, quia nunquam sequitur affirmatiua syllogistice, & gratia formæ, nisi ex ambabus affirmatiuis, sed ad syllogizandum præmissam affirmatiuam in modo negato, ambæ præmissæ erunt negatiuæ, vel saltem altera earum: igitur ex ipsis non potest inferri conclusio affirmatiua. Sed tunc est difficultas, quia Aristot. docet syllogizare præmissam affirmatiuam in modo negato verbi gratia, sit prius syllogismus iste nullum b. est a, omne c. est b. igitur nullum c. est a. quia conuertitur maior. i ista, nullum b. est a. in istam cui nulli inest a. huic omni inest b. sed nullum c. est a. vt dicit conclusio: igitur omne c. est b. quæ fuerat minor inferenda. ¶ Ad istud respondetur ponendo duas conclusiones. Prima est, quod dicta conuersio, quam facit Arist. non est consequentia formalis, scilicet ista. Nullum b. est b. igitur cui nulli inest a. huic omni inest b. quia non sequitur. Nullum animal est planta, igitur cui nulli inest planta, huic omni inest animal, quia nulli lapidi inest planta, & propter hoc tamen non sequitur quod omnis homo sit animal. ¶ Secunda conclusio est ista, quod hic consequentia non est formalis. Cui nulli inest b. huic omni inest a. sed nullum c. est a. igitur omne c. est b. quia patet instantia arguendo sic. Cui nulli inest substantia, huic omni inest accidēs, sed nulla chimera est substantia: igitur omnis chimera est accidens, præmissæ sunt verę, & conclusio falsa: igitur consequentia non valet. ¶ Et ideo dico, quod Aristot. non intendit, quod in modo negato præmissa affirmatiua possit syllogizari circulariter gratia formæ, sed vult, quod bene pos-

sit

sionis cum vna præmissarum ad oppositum alterius præmissæ, & hoc est syllogizare conuersiuè. igitur &c. ¶ Oppositum arguitur per Arist. in isto secundo, quia de istis syllogismis determinat tanquã de diuersis potestatibus syllogismi. ¶ In quæstione primo videbitur, vnde syllogismus dicatur conuersiuus, & qualiter fiat. Secundo, quid sit syllogismus ad impossibile. Tertio, qualiter conueniunt adinuicem. Et quarto qualiter differunt.

Quantum ad primum, notandum, quod conuersio quandoque attribuitur terminis. & hoc dupliciter. Vno mõ sicut dicimus, quod isti termini homo & risibile conuertuntur, eo quod de quocunq. dicitur vnus, & alter. Alio modo dicuntur termini conuertibiles, eo quod quilibet illorum dicatur de subiecto cũ additione alterius obliquo. & sic dicitur in prædicamentis, quod relatiua dicuntur ad conuertentiã. ¶ Tertio modo attribuitur conuersio propositionibus, vt secundum, transpositionem terminorum, vel secundum oppositionem qualitatis. ¶ Quarto modo attribuitur conuersio syllogismis, prout facto aliquo syllogismo arguitur ex opposito suę conclusionis cum vna suarum præmissarũ ad reliquã præmissã & sic dr̃ secundus syllogismus conuersiuus prioris. & diffinit sic. Syllogismus conuersiuus est ex opposito cõclusionis prioris syllogismi, & vna præmissarum in ferre oppositũ alterius prę̃missæ. Ex quo sequitur, quod syllogismus non dicatur cõuersiuus absolutè, sed in habitudine ad syllogismum præcedentem, quê conuertit. ¶ Secundo notandum, quòd quilibet syllogismus in quacunq; figura fiat põt conuerti, quia semper ex contradictoria conclusionis, & vna præmissarum infert oppositum alterius prę̃missę. Item si conclusio sit vniuersalis adhuc ex contrario conclusionis & vna præmissarum põt inferri contraria alterius præmissæ. sed conclusio sit particularis, tũc non habet contrariam, sed subcontrariam. & ideo non oportet, quod ex subcontraria conclusionis & vna prę̃missarum inferatur oppositũ alterius prę̃missę. Et sic patet quid sit syllogismus cõuersiuus, & vnde dicatur syllogismus conuersiuus, & quibus modis fiat. Et hoc de primo.

Quantum ad secundum, notandum, quod syllogismus ad impossibile dicitur, quãdo ex opposito conclusionis probandæ cum manifestè vero coassumpto infertur manifestè falsum. Ex quo falso conclusio fit regressus ad interimendam falsitatẽ

vnius præmissarum, propter hoc quod ex veris non potest sequi falsum, & quia oppositio sumpto cũ opposito conclusionis probãdæ erat manifestè vera, ideo ipsa nõ potest interimi tamquam falsa. sed interimetur opposita conclusionis probãdæ, & per consequens conclusio probanda concluditur esse vera. verbigratia. si opponẽs intendat probare istã cõclusionẽ. omnis homo est risibilis. & respondens neget istã, tunc detur sua opposita, scilicet, quidam homo non est risibilis. tunc addatur istud manifestè verum & necessarium, omne animal rationale est risibile & arguitur sic in barocho. omne animal rationale est risibile, quidam hõ nõ est risibilis. igitur quidam homo non est rationalis. conclusio est impossibilis, igitur aliqua præmissarum & non maior, quia maior est manifestè necessaria. igitur minor quę fuit opposita cõclusionis probandę & per consequẽs conclusio probãda scilicet omnis homo est risibilis erat necessaria. ¶ Secũdo notandum quod iste syllogismus qñque vocatur de impossibile, qñque impossibile, sed hoc est secũdum diuersas rationes, quia ea ratione qua infert conclusionem impossibilem vocatur ad impossibile. sed ea ratione, qua vna præmissarum quam assumit est impossibilis, vocatur per impossibile. Item iste syllogismus qñque potest vocari per falsum quãdo neutra præmissarũ est impossibilis, sed altera sit falsa, & qñque ad falsum ex eo qđ concludit cõclusionem falsam q̃ non est impossibilis. Et sic patet quid est syllogismus ad impossibile, & quare sic vocatur. Et hoc de secundo.

De tertio dico, quòd syllogismus conuersiuus, & syllogismus ad impossibile conueniunt, quòd in omni figura & omni modo in quibus potest fieri syllogismus conuersiuus, potest etiam fieri syllogismus ad impossibile & econuerso, & ex eisdem terminis. ¶ Secundo conueniunt in hoc, quod vterque syllogizat ex opposito alicuius conclusioni. Nam syllogismus conuersiuus syllogizat ex opposito conclusionis prioris syllogismi, sed syllogismus ad impossibile syllogizat ex opposito conclusionis, quam opponens intendit principaliter probare. Et ideo dicit Arist. quòd syllogismus cõuersiuus est similis syllogismo ad impossibile, licet ab inuicem differant. Et hoc de tertio.

Quarto dico, quod isti syllogismi differunt. Primo, quia syllogismus conuersiuus prę supponit alium syllogismum, quem

quem dicitur conuertere. ſ. ex cuius concluſionis oppoſito cū vna præmiſſarum infert oppoſitum alterius præmiſſæ, ſed ſyllogiſmus ad impoſſibile non præſupponit aliquem ſyllogiſmum priorem, ſed ſolum præſupponit vnam propoſitionem, cuius probatio intenditur, & ex cuius oppoſita aliquo manifeſtè vero infertur manifeſtè falſum. ¶ Secundo differunt, quia ſyllogiſmus conuerſiuus poteſt eſſe ex ambabus præmiſſis veris ad concluſionem veram, vt ſi prior ſyllogiſmus fuiſſet ab vna præmiſſa falſa ad concluſionem falſam. ¶ Item ſyllogiſmus conuerſiuus poteſt eſſe ex ambabus præmiſſis falſis, ſed ſyllogiſmus ad impoſſibile non poteſt eſſe, niſi ex altera præmiſſa vera, & altera falſa, quia falſitas præmiſſarum debet interimi per falſitatem concluſionis. ¶ Tertio differunt, quia ſyllogiſmus ad impoſſibile ſe habet in minus, quam ſyllogiſmus conuerſiuus, quia omnis ſyllogiſmus de facto poteſt dici ſyllogiſmus conuerſiuus, ſuppoſito, quod ſit vnus alter ſyllogiſmus factus ex oppoſita ſuæ concluſionis & vna præmiſſarum ad alium præmiſſam, ſed non omnis ſyllogiſmus poteſt dici ſyllogiſmus ad impoſſibile, quia ſyllogiſmus demonſtratiuus oſtenſiuus non dicitur ad impoſſibile. ¶ Quarto differunt ex parte finis ad quod iſti ſyllogiſmi ordinantur, quia ſyllogiſmus ad impoſſibile ordinatur finaliter ad probandum concluſionem quæ principaliter intenditur, ſed ſyllogiſmus conuerſiuus non ordinatur ad probandum concluſionem, ſed alium ſyllogiſmum, quia ſi duo ſyllogiſmi conuerſiuè ſe habeant quorum vnus formæ euidentioris ſit, quam alter, vt puta quia ſit in prima figura, & alter in ſecunda vel in tertia, tūc per illum ſyllogiſmum qui eſt formæ euidentioris concludimus alium ſyllogiſmum eſſe bonum per illam regulam, illa conſequentia eſt bona, ex cuius oppoſito cnnſequentis ſequitur oppoſitum antecedentis. ¶ Et ideo dato, quòd idem ſyllogiſmus ſit conuerſiuus & ad impoſſibile, hoc tamen eſt ſecundum diuerſas rationes, quia dicitur ad impoſſibile inquantum ad præmiſſam impoſſibilem infert concluſionem impoſſibilem a qua fit regreſſus ad interimendum præmiſſam poſſibilem, ſed dicitur conuerſiuus in habitudine ad ſyllogiſmum præcedentem, quem dicitur conuertere, & patet quid ſint iſti ſyllogiſmi, quomodo conueniūt, & qualiter ad inuicem differunt. ¶ Ad rationes, ad primam dico, quod licet vterque ſumat oppoſitum concluſionis, hoc ta-

men est diuersimodè, quia syllogismus conuersiuus arguit ex opposito conclusionis syllogismi præcedentis, sed syllogismus ad impossibile arguit ex opposito conclusionis probandæ non præsupponendo syllogismum præcedentem. ¶ Ad secundam dico, quod barocho & brocardo reducuntur per syllogismum conuersiuum, & non per syllogismum ad impossibile tamen sic vocatur propter conuenientiam istorum syllogismorum adinuicem. Et sic patet quid sit de ista quæst.

QVÆSTIO VI.

QVæritur sexto, vtrum syllogismus ex oppositis sit bonus syllogismus. Arguitur primo, quod non omnis bonus syllogismus sit gratia alicuius finis, iste non est huiusmodi, igitur &c. maior patet, quia natura nihil facit frustra, vt patet primo cæli, & tertio de anima, ita nec etiam ars facit aliquid frustra, quia ars imitatur naturam quantum potest 2. phys. & minor patet, quia non apparet ad quod deseruiat, ex quo semper est ad conclusionem falsam sine regressu ad aliam præmissarum: vt patet secundo huius. ¶ Secundo, quia omnis bonus syllogismus fit ex tribus terminis ad minus, vt probatum est primo huius, sed syllogismus ex oppositis non potest fieri ex tribus terminis, quia nunquam præmissæ essent oppositæ, nisi participarent vtroque termino, & tamen si fierent ex tribus terminis, non participarent vtroq; termino, igitur &c. ¶ Tertio, quia vel fieret in prima figura, vel in secunda, vel in tertia, non in prima, vt dicit Aris. nec in secunda, aut in tertia, quia istæ figuræ habent reduci ad primam igitur si non posset fieri syllogismus ex oppositis in prima, igitur, sequitur quod nec etiam in alijs. ¶ Oppositum arguitur per Aristot. in isto secundo, qui determinat de syllogismis ex oppositis tanquam de vna potestate syllogismorum. Primo videbitur quod sit syllogismus ex oppositis. Secundo quę sit eius vtilitas. Tertio quomodo, & in quib. figuris fiat.

De primo nota, quod syllogismus ex oppositis vocatur iste, cuius præmissæ sunt adinuicem contrariæ, vel contradictoriæ: secundum affirmationem & negationem, arguendo sic. Omnis disciplina est studiosa: igitur nulla disciplina est disciplina. In isto syllogismo præmissæ opponuntur contrariæ secundum affirmationem & negationem, & si minor quę sumitur vniuersalis sumeretur particularis, iam opponeren-

tur

tur cõtradictorie. ¶ Ex ista diffinitione sequitur primo, quòd nunquam potest esse affirmatiuus syllogismus ex oppositis ad conclusionem affirmatiuam: quia conclusio affirmatiua non potest inferri, nisi ex duabus, affirmatiuis, & duæ affirmatiuæ non opponuntur contrariè, nec contradictorie. ¶ Secundo sequitur, & si præmissæ opponantur sub contrariè tantum, quod tunc non est syllogismus ex oppositis, probatur, quia iam ambæ præmissæ, essent particulares, etiam ex puris particularibus, nihil sequitur. ¶ Item sub contrariæ non opponuntur secundum veritatem, quia ambæ possunt simul esse veræ. ¶ Tertio sequitur, quod nunquam in prima figura potest fieri syllogismus ex oppositis probatur, quia nunquam sunt præmissæ oppositę nisi idem subijciatur in vtraque, & idem prædicetur in vtraq; modo in prima figura illud quod subijcitur in vna, prædicatur in alia. Verum est tamen, quod in prima figura præmissæ possunt esse oppositæ virtualiter, licet non formaliter, & expresse, verbigratia. Nullum studiosum est disciplina, omnis disciplina est studiosa, igitur nulla disciplina est disciplina. ¶ Quarto sequitur, quòd ex oppositis prædicatis propriè non fit syllogismus ex oppositis, cuius modi sunt ista prædicata bonum & malum. quia falsa prædicata non opponuntur secundum affirmationem & negationem. Et hoc de primo.

Quantum ad secundum quòd ista potestas est modicæ vtilitatis, vnde primo non valet ad probandum conclusionem, quæ infertur, quia illa semper est falsa, vt dicit Arist. in isto secundo, attamen istud dictum debet moderari in ista conditione, quod termini conclusionis pro aliquo supponant, verbi gratia omnis chimera est homo, nulla chimera est homo, igitur nulla chimera est chimera, ista est conclusio syllogismi ex oppositio, quæ tamen est vera, quia eius contradictoria est propositio affirmatiua, cuius neuter terminus pro aliquo supponit, & quælibet talis est falsa.

¶ Secundo iste syllogismus non valet ad interimendam aliquam præmissarum per modum syllogismi ad impossibile, quia ex quo præmissæ sunt oppositæ notius est alteram præmissarum esse falsam, quam notum conclusionem esse falsam. Et ideo si ex falsitate conclusionis interimeretur aliqua præmissa, esset petitio principij. ¶ Tertio dico, quod iste syllogismus valet ad concludendum aliquam conclusionem es-

se falsam, verbi gratia per istum modum hæc propositio potest esse conclusio syllogismi ex oppositis, igitur hæc propositio est falsa, quia si probetur antecedens, consequentia est bona, suppposito, quod termini illius propositionis pro aliquo supponant. ¶ Quarto valet iste syllogismus principaliter, qđ si respondens sophista concesserit vnam præmissam, & inde opponens per aliquas rationes probet præmissam oppositã, virtute quarum rationũ respondens concedat illam præmissam oppositam ita quod respondens non reputet inconueniens illas præmissas oppositas separatim concedere, tunc valet syllogismus ex oppositis ad arguendum ex illis præmissis oppositis concessis (ad concludendum ex illis præmissis oppositis concessis) ad cõclusionem, in qua idem negatur de seipso, vt per hoc forte respondens appareat magis manifestè redargutus, quam concedendo præmissas oppositas separatim. Et hoc de secundo.

Quantum ad tertium patuit prius, quod non potest fieri in prima figura. ¶ Ideo prima conclusio est ista, quòd syllogismus ex oppositis potest fieri in secũda figura, probatur, quia in secunda figura præmissæ participiant vtroque termino secundum eundem ordinem, ita quod vna sit affirmatiua, & alia negatiua, & quod altera sit vniuersalis, igitur in secunda figura potest fieri syllogismus ex oppositis, consequentia tenet per diffinitionem syllogismi ex oppositis, & antecedens apparet arguendo sic in exemplo, nulla disciplina est studiosa, omnis disciplina est studiosa, igitur nulla disciplina est disciplina. ¶ Secunda conclusio, quod syllogismus ex oppositis potest fieri in secunda figura maiore existente particulari, qui modus non valeret, si essent tres termini abinuicem distincti. v.g. quædam disciplina non est studiosa, omnis disciplina est studiosa, igitur quædam disciplina non est disciplina, & probatur, quia transponendo præmissas fit barocho. ¶ Tertia conclusio, quod in tertia fig. pôt fieri syllogismus ex oppositis probatur sicut prius, quia in tertia figura premissæ possunt esse oppositę secundum affirmationem & negationem, verbi gratia, nulla disciplina est studiosa, quędam disciplina est studiosa, igitur quoddam studiosum non est studiosum, & sic quod in syllogismo ex oppositis non cognoscitur figura nisi per conclusionem, quia in præmissis idem subijcitur in vtraque & prędicatur in vtraque. ¶ Quarta conclusio,

quod

quod minore negatiua potest fieri syllogismus ex oppositis in tertia figura qui tamen nō valent, si essent tres termini specie distincti, ꝓbatur exēplificādo, oīs disciplina ē studiosa, q̄dā disciplina nō est studiosa, igit̄ quoddā studiosū nō ē studiosū, quia trāspositis præmissis fit brocardo. ¶ Itē arguendo quę dam disciplina est studiosa, nulla disciplina est studiosa, igitur quoddam studiosum non est studiosum, quia transpositis premissis fit ferison. Et sic pate quod fit syllogismus ex oppositis ad quem ordinatur, qualiter fiat, in quibus figuris. ¶ Ad rationes. Ad primam dico, quòd ordinatur gratia alicuius finis. s. ad manifestius redarguendū sophistā respondētem & cū hoc ad inferendū aliquam cōclusionē, quę ex hoc quod infertur per syllogismum ex oppositis: potest inferri esse falsa. ¶ Ad Secūdā dico, quòd licet in syllogismo ex oppositis ponantur duo termini: & non plures: attamen vno istorum vtimur. s. in maiori ꝓ maiori extremitate & in minori ꝓ minori extremitate. ¶ Ad tertiā dico, ꝙ fit in secūda & tertia figura, & nō in prima, & ista cōsequētia, videlicet secunda & tertia figura reducuntur ad primam. igit̄ si in secūda & tertia figuris fiet syllogismus ex oppositis ēt fiet in prima: quia secunda & tertia figura reducuntur ad primam, nisi ꝑ conuersionē: aut per impossibile, & quocunq. modo fiant præmissę, quæ prius erāt oppositę formaliter, iam non erūt oppositæ formaliter, & q̄ non participabunt vtroq. termino secūdum eundē ordinē, immo ordine conuerso. Et sic patet quid sit dicēdum ad quæstiō.

QVÆSTIO VII.

QVæritur septimo. Vtrum petitio principij peccet contra syllogismum simpliciter. Arguit ꝙ sic, quia oēs loci sophistici peccant contra syllogismū ex eo, quod immodificati, patet primo elen. sed syllogismus simp̄r exigit modū igit̄ quilibet sophisticus peccat cōtra syllogismum, sed petitio principij est locus sophisticus, vt patet eodem primo elen. igit̄ petitio principij peccat contra syllogismū simpliciter. ¶ Secūdo nisi petitio principij peccaret contra syllogismum simp̄r: tunc determinare de petitione principij non ꝑtinēret ad istū librum, consequēs est falsum: vt patet per Ari. quia de illo qđ solum pōt contra syllogismum dialecticum vel demōstratiuū pertinet determinare ad librū top. vel ad librum poste. ¶ Tertio in syllogismo simp̄r dēt inferri cōclusio alia a ꝑmissis, igit̄

contra syllogismũ simpr̃ peccat petitio principij cõsequẽtia tenet, q̃a in petitione principij infertur idẽ per idẽ: & antecedens probat, per diffinitione syllogismi, in qua dr̃ illud ab his
4 quæ posita sunt de necessitate accidit. ¶ Quarto, nulla petitio principij est argumentatio: sed oĩs syllogismus est argm̃, igit̃ nullus syllogismus est petitio principij, maior patet, q̃a argm̃ est rõ rei dubiæ faciens fidẽ, & tñ vbi est petitio principij non fit fides de re dubia: & minor patet, q̃a argumẽtum diuiditur in syllogismum, inductionem, enthymema, & exemplum.
5 ¶ Quinto contra syllogismum dialecticũ peccat petitio principij, sed oĩs syllogismus dialecticus est syllogismus: igit̃ contra syllogismũ simpliciter, peccat petitio principij, q̃a q̃d simpliciter dico, sine addito dico, secundo top. ¶ Oppositũ arguit̃, quia petitio principij põt fieri in bono modo, & bona figura, igit̃ petitio principij non peccat contra syllogismum simpliciter, cõsequentia tenet, q̃a non fit argumentatio in debito modo & figura, nisi sit syllogismus, & antecedẽs apparet, quia in barbara fit bene petitio principij. ¶ Secũdo, q̃a petitio principij nõ peccat contra syllogismũ, nisi ea rõne, qua non probat suã conclusionem: sed non est de rõne syllogismi probare suã conclusionem, igit̃ non repugnat rõni syllogismi, quin in ipso possit esse petitio principij: videlicet, quia iste est bonus syllogismus, oẽ b. est a. oẽ c. est b. igit̃ oẽ c. est a. & tñ iste syllogism9 non probat conclusionẽ. ¶ Tertio, q̃a in syllogismo: circulari est petitio principij in primo syllogismo, vel in secundo, & tñ vterq. est bonus syllogismus, igit̃ &c. ¶ Quarto, quia euidens falsitas præmissarum nõ impedit bonitatẽ syllogismi, igit̃ nec incõgruitas p̃missarũ, cõsequentia tenet, & antecedẽs apparet ĩ scdo huius. ¶ In qõne primo videbit̃, q̃d est petitio principij secundo quot modis fiat, & tertio an peccet cõtra syllegismũ.

Quãtũ ad primũ, notãdũ, q̃ principiũ ĩ ꝓpositõ nõ est aliud, q̃ cõclusio ꝓbãda, q̃ vocat̃ principiũ, ꝓ tãto, q̃a est finis intẽtiõ finis vocat̃ principiũ ex eo, q̃ principiũ in intẽtione, licet sit vltimũ in executione. ¶ Sẽco notãdũ, q̃ petere principiũ accipit̃ dupliciter. Vno mõ cõiter, q̃ñ aliq̃d minus, vel æquè notum sumit̃ ad probandum maius, vel æquè notum. Alio modo sumitur proprie, petitio principij: quando aliquid sumitur ad ꝓbationem sui ipsius. Et tunc diffinitur sic petere principium est sumere conclusionem non probatam ad suiipsius probationem, & sic accipitur in proposito. Et hoc de primo.

Quantum

Quantum ad secundum notandum, quòd vno modo distinguuntur modi petitionis principij: quia vt plurimum fit petitio principij in syllogismo circulari, tunc igitur conclusio quę sumitur ad probationem sui ipsius, vel erat maior in primo syllogismo, & sic est bonus modus, vel minor, & sic est alter. ¶ Et hic patet, quòd si in syllogismo alicuius figuræ sic aliqua præmissa, quæ non possit syllogizari circulariter: tunc in illa figura potest esse petitio principii, quantum ad illam p̄missam. ¶ Ex isto sequitur, quòd non potest esse petitio principij in modo particulari alicuius figuræ quantum ad præmissam vniuersalem, quia illa potest syllogizari vniuersaliter. ¶ Secundo sequitur, quod in nullo modo negato alicuius figuræ potest esse petitio principij: quantum ad præmissam affirmatiuam, quia illa non potest syllogizari circulariter. s. gratia formæ, vt dictum fuit. ¶ Verum est tamen, quòd eo modo potest peti principium in modo negato, quantum ad præmissam affirmatiuam, quomodo præmissa affirmatiua potest circulariter syllogizari. ¶ Secundo notandum, q̄ aliter possunt distingui isti modi, sicut innuit Arist. in litera, quia etiam dicitur petere principium, quando conclusio probanda sumitur ad suiipsius probationem, tunc igitur conclusio sumitur formaliter statim, & sub eisdem terminis ad probandum seipsam, & sic est primus modus, vt dicendo homo est risibilis, igitur homo est risibilis. ¶ Alio modo non statim, quādo conclusio probanda sumitur ad probationem alicuius, per quam ipsa nata est probari, vt si a. natum est probari per b. tunc si arguatur a. est igitur b. est tunc est petitio principij non statim. Et hoc de secundo.

Quantum ad tertium notandum, quòd propriè loquendo peccare contra aliquem, est illi esse obligatum in aliquo, & ab illo, in quo est obligatus deficere, & sic peccare solum inuenitur in habentibus liberum arbitrium, & sic sumendo peccare non est ad propositum.

Alio modo sumitur peccare ex eo, quod apparet esse aliqd & non est illud. Et sic petitio principij diceretur peccare contra syllogismum, si appareret esse syllogismus, & non esset, quemadmodum dicimus vnum denarium peccare eo, quod apparet esse bonus denarius, & tamen non est bonus, & isto modo sumitur peccare in ꝓposito. Tūc ponūtur cōclusiones.

Prima est, quod petitio principij, quæ fit statim si appareat esse

esse syllogismus peccat contra syllogismum, probatur: quia in syllogismo infertur conclusio alia a præmissis, vt patet per diffinitionem syllogismi: & tamen in huiusmodi petitione infertur conclusio eadem cum vna præmissarum.

¶ Secunda conclusio est, quod petitio principij non statim obseruans modum, & figuram, nō peccat contra syllogismū; quia talis non peccat, nisi inquantum non probat conclusionem modo ad esse syllogismum non requiritur probare conclusionem, igitur &c. & istam cōclusionem probant quatuor rationes post oppositum.

¶ Tertia conclusio, quod huiusmodi petitio principij peccat contra syllogismum dialecticum, vel demonstratiuum patet, quia de vtroque istorum syllogismorum est probare conclusionem.

Et sic patet, quid petitio principij quot modis fiat & qualiter peccat contra syllogismum.

¶ Ad rationes. Ad primam dico, quòd sic intelligitur, qđ omnes loci sophistici peccant contra syllogismum dialecticū eo, quòd immodificati: quia non obseruant modum, & conditionem syllogismi dialectici, cuius conditio est probare conclusionem.

¶ Ad aliam, quando arguitur non pertineret &c.

Dico, quod immo, quia petitio principij peccat communiter contra syllogismum dialecticum, & syllogismum demonstratiuum, & peccat contra syllogismum probatiuum, modo ad istum librum spectat determinare de illo quod peccat communiter contra vtrunque. ¶ Ad tertiū in syllogismo &c. ista ratio arguit de petitione statim, de qua concessum est, quòd peccat contra syllogismum.

Ad quartam conceditur antecedens, & negatur consequētia, quia argumentum seu argumentatio non est superius ad syllogismum, sed bene est superius ad syllogismū probatiuū.

¶ Ad quintam negatur consequentia, quia ista contra syllogismum dialecticum peccat petitio principij includit negationem virtute huius propositionis. Contra, quia vt expositum fuit prius sequitur, contra syllogismum dialecticum peccat petitio principij, igitur petitio principij non est dialecticus, modo ista consequentia non valet, petitio principij nō est syllogismus dialecticus, igitur non est syllogismus. Et sic dictum ad quæsitum.

QVAE-

QVÆSTIO VIII.

QVeritur octauo. Vtrum ad bonam inductionem oporteat inducere in omnib. singularib.? Arguitur quòd nō. Singularia sunt infinita, vt dicit Porph. sed infinita nō possunt pertransiri, igitur non potest fieri inductio in omnib. singularibus. ¶ Secundo, vel induceretur in omnib. sub propria forma quamlibet enumerando singulatim, aut in omnibus sub clausula communi, vt dicendo, & sic de singulis aut in aliquibus sub propria forma, & in aliquib. sub clausula cōmuni, non primo modo propter infinitatem singularium, vt dictum est, nec secundo modo, quia tunc inducere non esset aliud, quam ponere propositionem vniuersalem, nec tertio modo: quia omnes singulares sunt eiusdem rationis, igitur qua ratione debet induci in aliquibus sub propria forma eadem ratione in omnibus. ¶ Tertio, in nulla argumentatione dialectica debet committi petitio principij. sed inducendo in aliquibus singularib. sub propria forma, & in alijs sub clausula communi fit petitio principij, igitur &c. maior patet, quia argumentatio dialectica semper probat conclusionē, & vbi est petitio principij nulla est probatio, minor tenet, quia æquè nota est vniuersalis, quæ debet induci sicut clausula communis, per quam inducitur. ¶ Quarto, quia illud sufficit ad bonam inductionem quo posito saluatur diffinitio inductionis, sed posito quòd fiat inductio in aliquibus singularibus, & nō in alijs non saluatur diffinitio inductionis, igitur &c. maior nota est, & minor probatur, quia inductio est progressio &c. modo ista diffinitio saluatur posito, quod non fiat inductio, nisi in duob. singularib. ¶ Oppositum arguitur, quia illud sequitur ad bonitatem inductionis, quod sequitur ad veritatē vniuersalis inductæ, sed ad veritatem vniuersalis inductæ sequitur veritas cuiuslibet eius singularis, igitur &c. Secundo, quia inductio idem est, quòd locus a partibus totius in quantitate ad suum totum, sed iste locus non tenet nisi in omnibus partibus sufficienter enumeratis. ¶ Tertio nisi ad bonam inductionem requireretur inductio in omnibus singularibus sequeretur, quod in bona consequentia antecedens esset verum, & consequens falsum, quod est contra diffinitionem cōsequentiæ datæ, consequentia patet, quia si inducatur solum in aliquib. singularibus respectu alterius prædicati, possibile

est

est, & illud prædicatum conueniat singularibus, in quibus inducitur, & quòd non conueniat alijs igitur vniuersalis inducta, quæ est cõsis falsa, & tamen ans est verum. Quartò sequeretur, quòd inductio non posset reduci ad figuram, quia nunquam potest esse vniuersalis, per quam reducitur, nisi enumeratis omnibus singularibus. ¶ Quinto per Aristo. primo top. vbi dicit, quòd si positio fuerit vniuersalis, & fit instantia in vno distributo est problema.

¶ Ad quæstionem ponuntur conclusiones. Prima est, quòd inductio non valet ad concludendum de necessitate, nisi inducatur in omnibus singularibus probatur, quia illa consequentia non est necessaria, & quia possibile est antecedens esse verum, & consequens falsum, sed sic est in inductione si non inducatur in omnibus singularibus, vt probat tertia ratio prius op. igitur &c. ¶ Secunda conclusio, quod inductio, non valet ad concludendum euidenter suppositio, quòd inducatur in omnibus singularibus nisi coassumatur propositio vniuersalis, mediante qua ex singularibus fit syllogismus, v.g posito quòd non essent, nisi tres homines. s. sor. & pla. & cicero. tunc sequitur necessario, sor. currit & plato currit, & cicero currit, igitur omnis homo currit, tamen non sequitur euidenter nisi addatur ista vniuersalis, omnis homo est sor. & plato & cicero. qua appositâ est consequentia euidens. ¶ Tertia conclusio est, quòd ad habendum opinionem probabilem fidem, vel persuasionem de conclusione vniuersali sufficit inducere in aliquibus singularibus, licet non inducatur in omnibus, & ideo multæ inductiones sunt bonæ arguendo absolutè absque hoc quòd in omnibus singularibus inducatur, probatur, quia fortius potest mouere inductio in aliquibus singularibus ad faciendum probabilitatem fidem, vel opinionem de propositione vniuersali, quam potest solum exemplum per vnum singulare mouere ad faciendum fidem de alio singulari. sed certum est, quòd solum exemplũ per vnum singulare facit opinionem de alio vniuersali, igitur multo fortius inductio in aliquib. singularibus facit opinionẽ de vniuersali. ¶ Secundo illud sufficit ad bonam inductionẽ, quod sufficit ad hoc, quòd vniuersalis inducta sit probabilis, sed ad probabilitatem vniuersalis inductæ sufficit inductio in aliquibus singularibus, licet nõ in omnibus, igitur &c. maior patet, quia finis argumentationis dialecticæ non est demonstrare

strare conclusionem euidenter, sed est facere probabilitatem, & opinionem de conclusione. ¶ Et minor patet, quia si fiat inductio, in aliquibus singularibus, & non habetur euidentia, vt ratio, quoniam ita fit in alijs oportet ꝙ respondens concedat vniuersalem inductam, vel de quo det instantiam in aliquo singulari, vel quòd assignet differentiam quare non est ita de alijs singularibus, sicut de istis, vel erit reductus ad metam inopinabilem. ¶ Tertio, quia multa principia naturalia sunt nobis euidentia propter sensum, memoriam, & experiẽtiam, vt ista, omnis ignis est calidus, omne graue existens sursum non impeditum naturaliter descendit deorsum, & consimilia quæ facta sunt euidentia per inductionem & non in omnibus singularibus, vt notum est, igitur sumitur inductio in aliquibus singularibus, & nõ in omnibus. ¶ Et si quæratur in quot singularibus oportet inducere. Respondetur quòd de illis nõ potest assignari certus numerus, sed quinque oportet inducere in pluribus, quinque in paucioribus secundum diuersitatem materiæ, & secundum diuersitatem intellectionis intellectus, qui debet assentire vniuersali.

¶ Quarta conclusio, quod in aliquibus, vt respectu prædicatorum per accidens non sufficit inducere in aliquib. singularib. sed oportet inducere in oĩb. patet, quia in aliquib. est materia talis, ꝙ ad habendum opinionem, vel probabilitatem de vniuersali non sufficit, quòd inducatur in aliquibus singularib. sed oportet, quòd inducatur in omnibus.

¶ Ex prædictis sequitur, quòd intellectus quodam modo magis liberè assentit quibusdam, quàm sensus faciat, sicut in naturalib. propter euidentiam q̃ hẽt de aliquib. singularib. sta tim assentit, ita est de omnib. & hoc est, quia in illa materia nõ põt melius, q̃ in aliquib. vt in mathematicis non sufficeret intellectus. ¶ Ad rõnes. Ad primã dico, ꝙ non oportet inducere in oĩb. & si fit tale prædicatum, ꝙ oportet inducere in omnib. tũc in aliquib. inducere in propria forma, s. aliquas singulares sumendo, & in alijs sub clausula cõi dicẽdo, & sic de singulis.

¶ Ad secũdam dico, ꝙ non oẽs sunt eiusdem rõnis, quia aliquæ sunt notæ per sensu, & in talib. debet induci sub propria forma, & in alijs sub clausula communi.

¶ Ad tertiam & ad quartam simul dr, ꝙ in inductione non committitur petitio principij, quia ex quo aliquæ singulares sunt notæ, & non apparet instantia in alijs, vt dicit quare non

debet

debet ita esse de alijs, concludenda est vniuersalis.

¶ Ad vltimum dr, q̃ ad habẽdum opinionẽ de conclusione sufficit inducere in aliquib. singularib. sed ad inferendũ de necessitate oportet inducere in oĩb. Ideo in aliquib dẽt suppleri, quod inductio est, pgressio ab aliquib. singularib. vel ab oĩb. sufficienter enumeratis ad conclusionẽ vniuersalem. ¶ Rõnes post oppositum probant, quod non valet inductio ad concludendum de necessitate, vel euidẽter, nisi inducatur in omnib. singularib. Et sic sit dictum ad quæsitum fẽlici exitu.

¶ *Quæstionum Scoti super lib. Priorum finis.*

QVAESTIONES VTILISSIMAE, nuper repertæ subtilissimi doctoris Ioannis Scoti super libros Posteriorum.

SCire autem opinamur vnumquodq. cũ causam rei cognoscimus. Et q̃m illius est causa. Et q̃m impossibile est aliter se habere. Hãc propositionem descripsit Ari. primo huius. Fuerunt tñ aliqui, qui dixerunt oĩa sciri, vt Platonici, moti hac rõne. Si aliquid esset ignotũ si illud occurreret ignoranti non apprehenderetur, sicut patet de seruo fugitiuo, quia quærente non apprehenditur ẽt si ei occurrat. Si igitur ad hoc, q̃ aliquid possit apprehendi requiritur illud aliquo modo prius sciri, vel alioquin non potest apprehendi per locum a simili omnia sciuntur. Quidam alij fuerunt, qui dixerunt, oĩa ignorari. Nihil. n addisci potest & huius rationẽ assignãt quia oĩa quæ cognoscunt̃ per doctrinam, cognoscunt̃ ab aliquo habente aliq̃ præeminentiam respectu alterius secundũ animã ratiocinatiuã aĩa verò cũ sit forma substantialis non suscipit magis nec minus, ergo nihil põt sciri, nec addisci, oĩa ergo sunt ignota. Et istius opinionis fuerunt academici. ¶ Sed rõ Platonicorum soluitur per rõnẽ, quam ponit Ari. in prin. huius, q̃a aliquid contingit ignorari, in particulari, & idẽ necesse est sciri in vniuersale. aliter. n. nullo mõ posset apprehendi [sicut rõ Platonis concludit] non tñ necesse est oĩa sciri sub rõne propria particulari, sed inuentione & doctrina, sicut ponit Plato. Ratio academicorum soluitur, eo quod licet aĩa

intellectiua

intellectiua secundum se non suscipiat magis nec minus, ñ secundum dispositionem corporis, cuius est forma, siue phctio pôt suscipere magis & minus, illo mô vnus hô pôt e sic peminentior alio, & ingeniosior. Similiter ad hoc valet vna propositio, quam ponit Linconiensis, dicit. n. ꝙ neq. litera scripta docet, nec ille qui exterius sonat. Sed illa duo tm̃ excitant, & mouent discipulum. Sed interius est vnus doctor, qui mentem illuminat, & veritatem ostẽdit. Sic igit̃ patet, ꝙ non addiscitur ꝓp eminentiã doctorum, sed ꝓp lumen interius intelligit aĩa, quæ causatur a primo. ¶ Postquam Ari. Platonicorum errorẽ soluit, ponit diffinitionem eius, quod est scire, secundũ Linconiensem, dicens. Quod scire opinamur vnũquodq. &c. In hac propositione duo notantur. Primo actus sciendi. Secundo notificatio actus. primũ, ibi (scire) ſm, ibi (cũ cãm arbitramur cognoscere &c.) ¶ Circa primum, sciendũ primo, quod scire dr̃ quatuor modis, ſm Linconiensem. ¶ Vno modo cõiter, & sic sciunt̃ contingentia ad vtrũlibet. Sicut ego scio te sedere. ¶ Secundo modo dr̃ scire propriè, & sic sciunt̃ contingentia nata. ¶ Tertio modo dr̃ scire magis propriè, & sic sciunt̃ tam principia, q̃ conclusiones, & oia necessaria ¶ Quarto modo dr̃ scire maximè propriè, & sic sciunt̃ necessaria, quorum esse depẽdet ab alijs, & sic sciunt̃ cõclusiones in demõstratione, & illo mô diffinit̃ hic scire, & iô dicit Ari. Scire simp̃r, ꝙ non est ſm accidens, nec sophistico modo. ¶ Circa secundũ, videlicet circa actus sciẽdi notificationẽ, tria notant̃ ex parte scientiæ, & tria necessaria ex parte scibilis. Ex parte scientiæ requiritur, ꝙ scia sit perfecta, & ꝙ sit actualis, & tertio ꝙ sit certa. ¶ Primũ notatur cũ dr̃ qm̃ arbitramur cãm rei cognoscere, perfectio. n. sciæ est esse per cãm. Actualitas sciẽtiæ notatur cũ dr̃, quoniã illius est causa. Applicatio. n. causæ ad effectum facit sciam actualẽ. sicut patet ex secũdo priorum, dicit. n. ꝙ scire est dupliciter in vniuersali & in particulari. In vniuersali, qñ scimus maiorem non sciendo minorem, nec conclusionẽ sub propria rõne, sed in vniuersali. Scire in particulari est dupliciter, in actu. ſ. & in habitu. Scimus in particulari & in habitu, vt qñ scit̃ maior & ẽt minor, sed non applicando ad conclusionem, tũc non scitur conclusio in particulari, & in actu, sed tm̃ in habitu. Scire aũt in particulari, & in actu, est qñ aliquis cognoscit maiorem & minorem, & simul cum hoc applicat præmissas ad conclusionem. Sic igit̃ patet quod actualitas scientiæ est ex applicatione

ne cauſæ ad effectum.¶ Tertio requiritur,quod ſcientia ſit certa, & hoc notatur cum dr̃ qm̃ impoſſibile eſt aliter ſe habere. Sic igitur tria notantur ex parte ſcientiæ. Notantur ẽt tria ex parte ſcibilis neceſſaria,ad ſcitum.n.requirit̃,ꝙ habeat cām,requiritur ẽt applicatio cauſæ ad effectū,& tertio ꝙ ſit neceſſarium reſpectu cauſæ,primum notat̃,cū dr̃,cauſam rei arbitramur cognoſcere,illud.n.quod non hẽt cauſam,non ſcitur ſcia quarto modo dicta, & ideo iſto modo principia nō ſciuntur. Sed ſecūdum notatur,cum dr̃,quoniam illius eſt cauſa. Tertiū notat̃,cum dr̃,quoniam impoſſibile eſt aliter ſe habere. Illud .n.eſt neceſſarium, quod impoſſibile eſt aliter ſe habere,& ꝙ cōcluſio ſcita ſit neceſſaria,patet,quia ſequitur ex neceſſarijs, ſicut patet per primam concluſionem eius,ſimiliter in cōcluſiones prima huius dicit Ari.demōſtrationem eſſe perpetuam & neceſſariā.¶Sed neceſſarium dr̃ dupliciter. Vno modo neceſſarium dr̃ non dependens ab aliqua cauſa priori,& iſto modo cōcluſio demōſtrationis non eſt neceſſaria. qa eius neceſſitas dependet ex principijs.Et ex hoc patet inciderãter eminentia & diſtinctio huius libris logicæ. Syllogiſmus.n.demōſtratiuus facit ſcientiam, ſed ſyllogiſmus dialecticus ſolū facit fidem vel opinionem. Syllogiſmus ſophiſticus ſolum facit apparentiam. Sicut ergo ſciẽtia pretioſior eſt opinione, & nuda apparentia, ita ſcientia demonſtratiua quæ eſt de demonſtratione tanquam de ſubiecto, pretioſior eſt libro topicorum,& ſimiliter elenchorū.Sic ergo patet præeminentia & diſtinctio huius libri ab alijs libris logicæ. ¶ Sciendum tñ eſt,ꝙ ſcientia demonſtratiua dupliciter pōt conſiderari.Vno modo inquantum vtitur demonſtratione per illam. ſ.demonſtrans effectus in alijs ſcientijs,& iſto modo dr̃ quælibet ſcientia demonſtratiua.Alio modo dr̃ ſcientia demonſtratiua,quę docet ex quib. & ex qualib.debet eſſe demōſtratio, & iſto modo vtitur liber Poſteriorū ſcientia demōſtratiua,quem præ manib.habemus.

QVÆSTIO II.

QVæritur an omnis doctrina & oīs diſciplina ſit ex p̃exiſtenti cognitione? Quod non qa aut ex p̃exiſtenti cognitione ſenſitiua,aut intellectiua. Si ſecūdo modo eſſet proceſſus in infinitum. quia iſta cognitio intellectiua eſſet ad huc ex alia præexiſtẽti cognitione intellectiua, & iſta ex alia, & ſic in infinitum.Si autem ſenſitiua.Cōtra,doctrina & diſci

plina

plina conclusionis est ex principiorum cognitione, sed illa nō est sensitiua. ergo non omnis doctrina &c. est ex præexistenti cognitione sensitiua. Dicitur, quòd omnis doctrina, & omnis disciplina est ex præexistenti cognitione sensitiua per se, vel per accidens. Cognitio.n. conclusionis est ex cognitione principiorū, & ista sensitiua est per accidens, ex hoc quòd terminī principiorum cadunt sub sensu. Contra hoc, terminus principij est obiectum intellectus, illud autem cum sit uniuersale, non cadit sub sensu, ergo principia non cognoscuntur via sensitiua per accidens, quia p terminos. Itē in termino sunt duo, vox & significatum, vox representatur sensui, significatum intellectui. Vox enim est signum, & signū se offert sensui aliud de linquēs intellectui. sed ad intelligibilitatem principij nihil facit vox. principium enim est ī anima, vox. autem extra, vox ergo accidit principio & termino, secundum quod principium integrat, licet ergo vox sit sensibilis respectu auditus, non sequitur terminos principiorum esse cognoscibiles a sensu vel sensibiles. Aliter dicitur, quòd omnis doctrina & oīs disciplina intellectiua fit ex p̄existenti conditione intellectiua, vt ea cognitione principiorum, quæ intellectiua est, sed ex hoc non sequitur, quòd sit processus in infinitum, quia in principijs est status. Et si arguitur contra. quia principiorum est doctrina & disciplina, igitur istud adhuc erit ex præexistēti intellectiua, per rñsionē. Ad illud dicit Linconiensis, per interemptionem, quia principiorum non est doctrina, quia doctrina est illorū quæ dubitātur, vel putantur esse falsa, & post discursum vel opinionē apparent vera, & talia non sunt principia, sed conclusiones, principia.n. sunt nota de se. ¶ Cōtra, p. bo q̄ non sit status in cognitione intellectiua principiorum, principia.n. cognoscimus ex hoc, qđ terminos cognoscimus, per Ari. Cognitionem ergo principiorū præcedit terminorū cognitio: sed cognitio terminorum est intellectiua, cū fit obiecto intellectus, ergo cognitionem principiorū p̄cedit alia cognitio intellectiua, non ergo in cognitione principiorum est status. ¶ Item vnumquodq. p̄ quod & illud magis, secundū Arist. prima huius, sed conclusiones sciuntur p̄ principia, ergo principia magis sciūtur quā conclusiones. Sed oium eorū quæ sciuntur pōt esse doctrina, & oīa quorum est doctrina cognoscuntur ex præexistenti cognitione intellectiua, ergo ante cognitionem intellectiuam fuit alia p̄cedens, ergo non prius

fuit status. ¶ Itē sicut sēsus ad sensibilia, ita intellectus ad intelligibilia, sed sensus pōt aliq̄d sentire de nouo sine p̄existēti cognitione, ergo intellectus pōt aliq̄d intelligere de nouo, & cognoscere sine aliqua cognitione p̄cedente. ¶ Itē p Aristotelē 3. de anima, intellectus primo est tāquam tabula rasa nihil sciēs. cum ergo intellectus aliquid sciat ex inuentione vel doctrina & non plura simul intelligat, oportet quod intellectus primo cognoscat aliquid, cum nihil sciat, & tñ nō ex aliquo prius cognito. ¶ Item si cognitio intellectiua cōclusionis fiet ex cognitione intellectiua principiorum, hoc nō est propter aliud, nisi quia principia sunt causæ scientiæ conclusionis, sed consequēs est falsum, ergo & antecedens. Falsitatem consequentis, pbo. Principium non est aliter causa conclusionis, q̄ secundum q̄ in se conclusionē includit, sed non includit nisi in virtute. Sed scīa conclusionis propria non est cognitio conclusionis in virtute, sed sub propria rōne, ergo principia non sunt causæ sciētiæ in conclusione. ¶ Itē puer in principio addiscit, q̄ hæc vox significat istam rem, & tñ non ex aliqua alia cognitione. ¶ Cū anima pueri respectu eius addiscere sit (sicut tabula rasa.) ergo aliqua est cognitio intellectiua sine p̄existēti cognitione. ¶ Dicitur hic, quod puer cognoscit hanc vocē significare hanc rem ex aliqua præexistēti cognitione, quia prius cognoscit rē significatam secundum quandam cognitionem confusam, & ēt doctrinam docentis ¶ Contra, accipiatur puer, qui nullam rem nec vocem cognoscat, talis puer in principio aliquid cognoscit, & nō ex aliquo præcognito, quia nihil præcognouit, ergo est intellectiua cognitio de nouo sine præexistenti cognitione. ¶ Ad oppositum est Aristot.

Ad quæstionem dico, quod omnis doctrina & omnis disciplina fit ex præexistenti &c. quia cognitio intellectiua procedit a potentia ad actum, & ab imperfecto ad perfectum. Illud ergo quod scitur in particulari, prius sciebatur in vniuersali, quia non est dicere, quod illud sciebatur simul propria ratione, quia sic non contingeret addiscere aliquid. Addiscere enim est acquirere cognitionem alicuius de nouo, & sub propria ratione. Nec oportet dicere, quod illud quod scitur in particulari, prius fuit totaliter ignotum, sic enim non posset ab intellectu apprehendi, sicut seruus fugitiuus totaliter ignotus a patrefamilias, ab eo non apprehenditur, si ei occurrat, sicut arguit Plato. Illud ergo quod scitur in particulari,

prius

prius sciebatur in vniuersali. Sed scientia in particulari est scientia quæ concluditur instrumento demonstrationis. Scientia conclusionis in vniuersali, est in cognoscendo principia. Nam quælibet cognitio intellectiua scibilis, fit ex cognitione intellectiua principiorū, & ista fit vlterius ex cognitione intellectiua terminorum, principia.n. cognoscimus ex eo quòd terminos cognoscimus, & ista cognitio vlterius est ex cognitione signorum, quia hūc ordinem ponit Themistius, & huic consonat Aristoteles, Arist. tamen non dicit, quòd omnis cognitio fit &c. Sed dicit, omnis doctrina & ois disciplina &c. & huius ratio est: quia aliquorum est doctrina & disciplina, quorum non est scientia, sicut patet in rhetoricis, per exemplum enim acquiritur doctrina, & disciplina: de conclusione non tamen scientia: & similiter est de inductione. Vnde Aristot. per hūc particulam, omnis doctrina & ois disciplina &c. excludit opinionem academicorum: qui posuerunt omnia ignorari, & nullam esse doctrinam. Similiter per hoc quod dicit, fit excludit opinionem Platonicorum, illud enim fit quod de nouo acquiritur. Si doctrina fiat in nobis, ergo de nouo acquiritur in nobis: nō ergo omnia sciuntur, sicut ponit Plato. ¶ Vnde vlterius est intelligēdum propter rationes, quod omnis cognitio intellectiua fit ex præexistenti cognitione: sed non semper ex eadem. Sed quædam fit ex cognitione præexistenti sensitiua: sicut patet in inductione: & quædam fit ex præexistenti cognitione intellectiua: sicut patet in syllogismis, ergo concludit minus vniuersale ex magis vniuersali vel saltem semper concludit ex vniuersali, quod est notum intellectui. Sed inductio præsupponit cognitionem sensitiuam singularium: vel quia in inductione cognitio intellectiua conclusionis vniuersalis est ex cognitione sensitiua singularium.

Ad primum dicitur, quod cognitio intellectiua est aliquā do ex cognitione sensitiua, & aliquando ex cognitione intellectiua, & præexistente, & non semper ex hac fit vel ex illa. ¶ Ad rationes quæ probant, ꝙ termini principiorum nō sunt sensibiles, ergo non cognoscuntur cognitione sensitiua, concedantur, sunt enim vniuersalia & per consequens obiectum intellectus. ¶ Sustinendo secundam opinionem, quòd cognitio intellectiua conclusionis in demonstratione fit ex cognitione intellectiua principiorum, & quòd ibi fit status, dicitur

ad primam rationem contra hoc quòd duplex est cognitio intellectiua : quædam complexa, & quædam incomplexa. Cognitio intellectiua complexa stat ad cognitionem intellectiuam incomplexam, imo necesse est cognitionem intellectiuam incomplexorum istam cognitionem præcedere.

¶ Ad aliud contra hoc dicitur, quòd principia propriè non sunt scita, intellecta. Intellectus enim est principiorum, & scientia conclusionis, per hoc ad formam, quia hæc propositio, vnumquodq. propter quid est &c. intelligenda est quando effectus & causa denominatur eodem nomine, & hoc vniuoce, sicut calidum in igne, & omnia calida per ignem casua liter eodem nomine nominantur, & vniuoce, sed conclusio est scita per principia, sed principia non sunt scita, & ideo nō nominant eodem nomine, & ideo non sequitur, quòd principia sint magis scita. ¶ Ad aliud dico, quod non est simile tum propter hoc, q̄ obiectum sensus de se est proportionabile sen sui, ideo non requiritur alia cognitio præexistens, sed obiectū intellectus de se non est proportionabile intellectu, cum existat sub conditionibus indiuidualib. tum quia in alio est dissimile. Intellectus enim est virtus discursiua a principijs ad cōclusionem, & ideo requiritur præexistens cognitio principio rum, antequam sit cognitio conclusionum. Ad aliud dicitur, quod posito, quòd intellectus non sciat primo aliquid scibile in particulari, adhuc præexistat aliqua cognitio intellectiua in vniuersali, puer enim cum statim possit sentire, aliquam cognitionem habet in vniuersali & ideo dicit Arist. in primo physicorum, quod pueri primo appellant omnes viros patres, & omne feminas matres, & postea magis dijudicant.

¶ Ad aliud dico, quòd principia nō sunt causę cōclusionis nisi in virtute, si secundum se considerentur, principia. n. possunt dupliciter considerari. Vno modo secundum se. Alio modo secundum quod applicantur conclusioni, vt cognoscēdo hāc minorem esse sub maiori. Primo modo principia non sunt causæ conclusionis, nisi in virtute & potentia, & solum hoc concludit ratio. Sed secundo modo principia sunt causa scientiæ conclusionis actualiter, & sub propria ratione. ¶ Ad aliud dicitur similiter. Ad rationem cōtra hoc dicitur, quòd si quis demonstrat puero aliquam rem, cuius notitiam prius non habuit aliqualem puer, multotiens vtitur ista voce pro illa re, & ex tali vsu & exercitio, & similiter lumine intellectus agē

tis

tis puer addiscit, quòd hæc vox istam rem significat, vnde ex tali vsu prius habeat quandam cognitionem vniuersalem & confusam, & ex consequenti habet cognitionem determinatam, & in particulari, prio. tamen cognitionem exquirit ex cognitione sensitiua, & sic patet quo modo qualiter &c.

QVÆSTIO II.

QVæritur an acquisitio scientiæ sit nobis per doctrinam? Quod non videtur quia si sic, tunc doctor influeret scié tiam in discipulo, ad modum quo calidum in actu de frigido facit calidum in actu, & per consequens scientia esset qualitas actiua, quod est contra Aristotelem, qui dicit in secundo de generatione, quod tantum duæ actiuæ sunt qualitates. s. calidi & frigidi. ¶ Item si doctor in discipulo causaret scié tiam per doctrinam, aut ergo eandem in numero, aut aliam. Non eandem in numero, quia non est idem accidens in numero in diuersis subiectis. Nō diuersam in numero a sua scié tia, propter duo, tum quia nemo dat, quod non habet, sed scié tiam in numero quæ est in discipulo, nō prius habuit doctor, igitur illam non dat, tum quia illam scientiam numero causaret in discipulo mediante sua scientia, & sic scientia doctoris esset qualitas actiua. ¶ Item ad principale quæro, an doctor proponat discipulo aliquid notum, quod est ad discendū, aut ignotum. Si illud sit notum, ergo discipulus non addiscit, addiscere enim est acquirere scientiam ex aliquo ignoto. Si illud sit ignotum, ergo addisci non potest, quia nec intellectu apprehendi, sicut patet de seruo fugitiuo, qui est ignotus patrifamilias, non potest ab eo apprehendi, & si ei occurrat.

¶ Dicitur hic, quod illud quod addiscitur siue quod proponi tur addiscenti quodammodo est notum, & quodammodo est ignotum, est enim notum in vniuersali & ignotum in particulari, & sub propria ratione, & quòd sic est notum in vniuersali potest apprehendi sufficienter in particulari secundum Linconiensem & Aristotelem. Qualiter tamen notum sit, potest pātere. primo docens proponit propositiones sub debita forma, & illas applicat ad conclusiones, & sic ex illis principijs notis simul cum tali applicatione deuenit in cognitionē conclusionis ignotæ. ¶ Contra. Si ex virtute præmissarū non secundum se, sed simul cum applicatione addiscens deueniat in cognitionem conclusionis, ergo conclusio in demonstra-

tione non scitur eo, quod hæc sunt, quia requiritur applicatio, sed consequens est falsum, ergo & antecedens.

4 ¶ Item quæritur de illa applicatione, aut est nota addiscenti, aut ignota. Si nota addiscenti ante conclusionem, & præmissæ de se sunt notæ ante conclusionem illatam, igitur conclusio fit addiscenti nota ante demonstratione, & per consequens addiscens iam conclusionem non addiscit, si illa applicatio sit ignota, igitur non potest esse principium in cognitionem conclusionis ignoratæ, igitur illa applicatio nihil facit ad doctrinam. ¶ Item si dicas, quod illa applicatio non sit semper nota, sed aliquando prius ignota, & postea nota, igitur non semper est conclusio nota. Contra illud, si illa applicatio fiat nota, hoc erit per præmissas notas, & per aliam applicationem. Quæro tunc de illa applicatione: aut est de se nota, aut non: si sic, eadem ratione fuit standum in prima. Si non, illa erit per aliam: & sic erit processus in infinitum. ¶ Item ista applicatio præmissarum non requiritur, nisi vt denotet præmissas esse actualem causam conclusionis. Sed hoc est falsum: quia si sic: tunc nullo modo posset fieri ex duobus principijs primis, sed semper requirerentur tria scilicet duo principia, & applicatio, quæ significaret principia esse actualem causam conclusionis, sed hoc videtur inueniens: ergo &c.

¶ Ad oppositum est Aristoteles dicens, quod omnis doctrina &c. & exponitur, quod per doctrinam intelligit acquisitionem scientiæ per doctorem.

Ad quæstionem dicitur, quod acquisitio scientię per doctrinam: non est possibilis, sicut dicunt Academici: quia hoc, qđ vnus homo alium doceat, oportet, quod habeat aliquam præeminentiam, respectu alterius secũdum intellectum. Sed nullus habet talem præeminentiam, cum anima intellectiua siue forma substantialis non suscipit magis & minus: ideo nullus homo potest alium docere: ergo &c. ¶ Et si dicitur rationi istorum, quod licet anima intellectiua secundum se non suscipiat magis & minus: tamen secundum dispositionem corporis, cuius est perfectio, potest suscipere magis & minus: & sic per accidens: quia corpus quod perficitur una anima intellectiua melius est complexionatum, quam corpus quod perficitur ab alia anima intellectiua. Ideo unus homo est præminentior in gradu intelligẽdi, & magis ingeniosus quam alius. Contra istud. Intellectus non est virtus materialis: ergo non

potest

potest suscipere magis nec minus secundum dispositionē materiæ consequentia patet per Arist. tertio de anima, quia immateriale a materiali non dependet, & per consequens a materiali non accipit variationem. ¶ Contra positionem istorum, nō est arguendū nisi per experimentū. Quilibet enim experitur in seipso, q̄ ab alio addiscere pōt, fundamentum propositionis istorum accipit falsum, cum dicitur, quod nullus homo habet præeminentiam respectu alterius hominis, hoc est falsū, quod potest persuaderi per duas rōnes, quia vnus est sciens in actu, & alius in potentia, sed sciens in actu aliam præeminentiam habet respectu scientis in potentia: ergo, &c. Item hoc patet per aliud, Anima intellectiua licet secundum se non habeat præeminentiam respectu alterius animæ, tamen cum est perfectio alicuius corporis melius complexionati, quam alia, præeminentior est respectu alterius in intelligendo, vnde tales per Aristotelem secundo de anima, sunt apti mente, patet ergo, quod vnus homo est præeminentior alio in intelligendo respectu alterius, & per consequens alium docere potest, & ex hoc patet responsio ad rationem istorum. Anima enim intellectiua licet non secundum se sit præeminentior alia, vt tamen est dispositio corporis melius complexionati, potest esse aliam præeminentior. Et ad rōnem contra hanc rationem dicitur, quod forma materialis potest intelligi dupliciter. Vno modo dicitur, quæ educitur de potentia materiæ, vel quia vtitur organo corporeo in operando, & isto modo forma intellectiua, non est forma materialis. Alio modo dicitur forma materialis, quia perfectio materiæ, & isto modo anima intellectiua est forma materialis, ideo aliquam variationem potest accipere a materia, quam perficit, quia ex materia, & forma fit vere vnum.

Ad quæstionem igitur aliter dicitur, q̄ scientia est nobis possibilis per doctrinam, sicut experimur in nobis, iuxta quod est intelligendum, quod scientia aliquando acquiritur totaliter ab intrinseco, aliquando partim ab intrinseco, & partim ab extrinseco, sicut & sanitas aliquādo totaliter acquiritur ab intrinseco, vt qñ est sic, quod pars sana alterat partem infirmam sibi propinquam, & istam reducit ad pristinam debitam proportionē, & sic acquiritur sanitas totaliter ab intrinseco. Sed aliquando acquiritur sanitas partim ab intrinseco, & partim ab extrinseco: vt cum ita est, quod pars sana non potest de se,

& virtute sua alterare perfectè infirmam, nec istam reducere ad proportionem debitam, tunc non sanatur homo ab intrinseco, sed eget extrinseco adiuuante, vt adiutorio medici, quia tunc per potationes pars sana iuuatur ad alterandum partem infirmam in qua actione pars sana est agēs principale, sed agēs extrinsecum, vt medicamentum est coadiuuans, sic est de scientia, aliquando enim scientia acquiritur totaliter ab intrinseco vt per inuentionem, & hoc quando intellectus est bene dispositus, & ex præmissis notis potest de venire per virtutem intellectus agentis in cognitionem conclusionis ignotæ sine doctore extrinseco.

Sed aliquando acquiritur scientia partim ab extrinseco, vt cum ita est, quod intellectus non est bene dispositus, sicut patet in illis, qui habent ingenium obtusum: tunc requiritur qđ doctor extrinsecus ordinet principia addiscenti, & applicet illa conclusioni, & inde veniat addiscens in cognitionem conclusionis per doctorem, principaliter tamen lumine intellectus proprij: sed secundarie adiutorio doctoris, & ideo dicit Linconiensis, quod non solum doctor docet, sed litera scripta, & non propriè docent ista per se.

Sed ista duo intellectum addiscentis excitant, & cōmouēt.

Sed interius uerus doctor ideſt Deus mentem illuminat, & veritatem ostendit.

¶ Vlterius intelligendum, quod scientia in doctore non est qualitas actiua, licet enim per istam acquiratur scientia in discipulo, non tamen est principale agens: sed coadiuuans, quia principale agens est intellectus intrinsecus respectu acquisitionis scientiæ mediante suo lumine, ideo in doctore scientia non est qualitas actiua.

Ad rationes ad primam dicendum, quòd docēs non influit scientiam in discipulo, sed docens excitat intellectum discipuli per principia nota, & per determinatam applicationē principiorum ad conclusionem, vt discipulus per lumen intellectus agentis, (vt per principale agens interius) apprehendat cognitionem de eodem scibili, cuius cognitionem primo habuit docens, & ideo non sequitur, quod scientia docentis sit qualitas actiua, quando per actiua qualitas agit in alterū, ista qualitas virtute corporis cuius est, agit aliquid in illo alio inducendo suam formā, & non requirit in illo in quod agit esse aliquod agens principale mouēs seipsum de potentia ad actū,

sed

sed in acquisitione scientiæ in docente, nec secundum se, nec secundum virtutem docentis, est qualitas sufficiēs ad inducendum scientiam in discipulo. Sed principale agens est intrinsecum discipulo, vt intellectus agens mediante suo lumine, & ideo scientia non est qualitas actiua. Ad aliud dicitur, ꝙ cadē scientia numero est in docente, & discipulo acquisita. Quia sciētia est relatiuum, quia ad scibile refertur, ideo numerationem accipit à suo correlatiuo. Cum igitur idem scibile sciatur à doctore & docto, puta discipulo: ergo eadem scientia numero est in doctore, & in discipulo. Contra accidens quodlibet numeratur ad numerationem subiecti: non enim possibile est vere intelligere, quod idem añs numero sit in diuersis subiectis, sed diuersa subiecta sunt docens & discipulus: igitur non potest eadem scientia numero esse in eis, cum sit accidens.

¶Aliter dicitur ad istud, quod diuersa scientia numero est acquisita in discipulo & in doctore, siue scientia ista accipiatur pro qualitate informante, siue pro relatione.

¶Ad primam probationem dicitur sicut prius, quod nō sequitur scientiam in doctore esse qualitatem actiuam, & causa huius dicta est. ¶Ad aliam probationē dicitur, quod ista procedit secūdū falsam imaginationem. ¶Supponit enim quod doctor det scientiam discipulo, quod falsum est, doctor enim excitat intellectum discipuli solummodo ad apprehendendū per hoc quod etiam proponit propositiones vocales de se notas cognitis terminis applicando illas rectè ad conclusionem discipulus mediante lumine intellectus sui agentis, istam conclusionē addiscit, & in hoc deceptus fuit Plat. Plat.n.eo quòd puer ineruditus in Geometria rectè responderet ad conclusionem, ex hoc credidit puerum sciuisse conclusionem, sed hoc est falsum. Puer enim sic respōdens non respōdebat indoctus, sed doctus respondebat, docebatur enim ab opponēte, in hoc, quod opponens opponebat notas propositiones, & illas applicabat ad conclusionem, & ideo non respondebat rectè ineruditus, sed doctus.

¶Ad aliud principale, sic dicitur, quōd conclusio proposita addiscenti non est in vniuersali ignota, sed tantum in particulari, & talis cognitio in vniuersali sufficit ad hoc quod addiscens conclusionem apprehendat per lumen intellectus agentis, ad hoc tamen sequitur exercitium doctoris extrinseci per principia nota, & per applicationem debitam.

¶ Ad

¶ Ad rationes contra hoc diciur ad primam, quod ante cõclusionem notam nõ cognouit istam applicationem addiscẽs, sed simul tempore, cum cognouit conclusionem, cognouit istam applicationem, veruntamen prius natura cognouit applicationem, quàm conclusionem, & ideo nõ sequitur, quod ista applicatio non facit ad cognitionem conclusionis.

¶ Ad aliud, cum concluditur, quod conclusio in demonstratione nõ sciretur, eo quod hæc sunt, si requiritur talis applicatio dicitur interimendo consequentiam, quia sequi eo, quod hæc non est per præmissas secundum se consideratas, sed per præmissas applicatas, ideo requiritur applicatio ad hoc, quòd sequatur cõclusio, eo q̃ hæc sunt, ideo potius sequitur oppositum ex ratione, quàm propositum. ¶ Ad aliud, cum dr̃ applicatio autem semper nota, aut prius ignota, & postea nota, dr̃ quod hæc applicatio addiscenti prius fuit ignorata, & postea ex hoc non sequitur quod fiat nota addiscenti per aliam applicationem, sed sufficit, quod applicans sic applicet ad hoc, quod fiat nota. ¶ Ad aliud dicitur concedendo illam applicationem requiri, vt insinuetur addiscenti, quod præmissæ sunt causæ actuales istius conclusionis, sed ex hoc non sequitur, qd̃ ad scientiam istius conclusionis faciendam requirantur plures præmissę quàm duæ, quia non oportet istam applicationẽ signari per tertiam propositionem, sed ex hoc, quod docens debito modo ordinat præmissas, sufficienter habetur ista applicatio actualis per istas duas præmissas &c.

QVÆSTIO III.

QVæritur an nos intelligamus per species acquisitas, vel per species separatas, quod per species influxas videtur, quia secundum Aristot. septimo physicorum, circa animam intellectiuam non cadit alteratio, sed si intelligeremus per species acquisitas per intellectum, tunc esset alteratio a non speciebus in species, & ab ignorantia in scientiam, igitur oportet ponere, quod nos intelligamus per species influxas, & non per acquisitas. ¶ Item quicquid producitur de potentia ad actum, producitur per aliquod actuans (si enim calidũ in potentia, producitur in calidum in actu, producitur per aliquod aliud actu calidum.) Sed intellectus noster fit de sciente in potentia, actu sciens, igitur per aliquod ens in actu sciens

& non

& non de se, quia de se est in potentia, igitur per aliquod agés extrinsecum, quod est substantia separata influens species in intellectu, quod non est nisi idea. ¶ Dicitur, quod intellectus fit aliquod intelligens vel sciens in actu, & non per agens extrinsecum, quod est substantia separata influens species in intellectu. Sed per intellectū agentem, qui est intellectus intrinsecus, & ille facit de potentia intelligibile, actu intelligibile per speciem acquisitam, & hoc irradiando sua phantasmata. ¶ Contra istud obiectum, sensus multiplicat suam speciem in sensum exteriorum, & postea in sensus interiores immaterialiter magis ac magis, & non requiritur sensus agens immaterialiter, igitur a simili, ad hoc, quod obiectum intellectus (quod est quod q̄d est) multiplicet suā speciem per sensus medios usq; ad intellectum immaterialiter magis ac magis, non requiritur intellectus agens aliquo modo irradians sua phantasmata. ¶ Item quod quid est de se est intellectui proportionabile: igitur ad hoc quod actu fiat obiectum intellectus non requiritur aliquod agens, probatio antecedentis, sicut intellectus materiam non includit in sua essentia, est tamen in materia quia perfectio materiæ ita quod quid est conditiones materiales in se non includit, est tamen coniunctum cum illis, igitur videtur, quod proportio sit inter, quod quid est ex una parte, & intellectu ex alia. 3

¶ Ad principale omne intelligens per participationem habet reduci ad aliquid, quod est per se, & primo intelligens, sicut omnia calida per participationem reducuntur ad aliquid, quod primo calidum. 4

Sed omnes homines intelligunt per participationem, igitur intelligunt per aliquid quod est primo intelligens, sed tale est idea hominis, igitur &c.

¶ Item rationales sumus nos & dij, sed dij intelligunt per speciem innatam, & non per speciem acquisitam &c. 5

¶ Item puer debito modo interrogatus rectè respondet ad conclusiones qui non est eruditus in aliqua scientia.

Sed non potest rectè respondere, nisi prius scias conclusiones, & non per species acquisitas, quia nunquam acquisiuit species istarum conclusionum, siue terminorum igitur per species &c.

¶ Ad oppositum est Aris dicens, quod omnis doctrina &c.

¶ Item primo huius, omnis nostra cognitio ortum habet a sē-

su,

su, igitur non intelligimus per species innatas, sed acquisitas.

Ad quæstionem dicitur secundum Platonicos, quod nos intelligimus per species influxas ab ideis. Ponit enim Plato ideam in qualibet specie hominis, & boni &c. Et dixit, quod ista idea hominis est causa, & exemplar singularium istorum, & quod est necessaria ad cognitionem & generationem. Ponit enim, quod agentia sensibilia non inducunt formam in materia, sed præparant materiam & disponunt ad inductionem formæ ab extrinseco, vt idea. Ponit etiam, quod doctor nullo modo est causa in discipulo, sed remouet impedimenta quæ impediunt discipulum scire. Sed scientia inquolibet inducitur ab idea hominis, per species influxas ab ista idea intellectui nostro. Huius oppositum ponit Aristot. quo ad vtũ libet. Ponit. n. formas educi de potentia ad actum per agens naturale. Ponit ẽt doctrinam causari in nobis ex præexistenti cognitione, & sic per species acquisitas, quæ multiplicantur per sensus exteriores, vsque ad intellectum. ¶ Item contra ipsos est, quia tunc cæci a natiuitate ita excellenter haberẽt scientiam de coloribus sicut videntes, & huius oppositum patet p experimentum, & dixit Aristo. oppositum, similiter dicit in fine secundi huius, deficiente sensu deficit & cognitio illius, quæ est secundum illum sensum. ¶ Aliter ponit Auicenna, quod nos intelligimus per species influxas, sed non influxas ab ideis, sicut ponit Plato. sed ab ista substantia separata. Ponit .n. substãtias separatas superiores influere species in substãtijs separatis inferiorib. & vlteri⁹ ponit vnã substãtiã separatã influere spẽs ĩtelligibiles ĩtellectui nostro, p quas nos intelligim⁹, & vlteri⁹ ponit nos ĩtelligere cũ ista substãtia influit spẽs nobis, & ponit nos nõ ĩtelligere qñ ista substãtia desinit influere. ¶ Cõtra hoc est intẽtio Arist. Similiter est cõtra istud, q̃ cæci tunc ita haberent scientiam de coloribus, sicut videntes.

Ideo aliter ad quæstionem dicitur, quòd nos intelligimus per species acquisitas a sensibus exteriorib. & huius ratio est iã tacta, q̃a aliter cæci possent habere cõpletã sciẽtiam de coloribus. sicut vidẽtes, de mõ tñ qualiter acquiramus, dubiũ est. Modus tñ sic ponit aĩa est in potẽtia ad oĩa, ſm Arist. primo de anima. Est. n. in potẽtia oĩa intelligibilia per intellectũ, & est in potẽtia oĩa sensibilia per sensũ. Obiectũ igit intellectus cũ sit in potẽtia intelligibile, nõ pũt de se actuare intellectũ p suã spẽm, cũ. n. existat sub cõditionib. indiuiduatib. ibi est im-

pro-

proportionatũ. Ideo anteq̃ intellectus possibilis, actu intelligat, requirit aliquod agẽs, vt intellectus agẽs faciẽs intellectũ possibilẽ de potẽtia intelligẽte actu intelligentẽ. Similiter faciẽs ꝙ q d est, ꝙ est potẽtia intelligibile, actu intelligibile per suã spẽm, & sic intelligit intellectus noster per spẽs acq̃sitas. ¶ Sed intelligendum est, quod res multiplicat suam speciem per sensus exteriores vsq. ad sensus interiores, & vsq. ad phantasiam, & ista species exiit sub modo materiali, & cõcipitur sub conditionib. indiuiduantib. Sed ista vt sic, non põt perficere intellectum. Ideo intellectus agens ex illa specie in phantasmate disposita gignit aliam speciem in intellectu possibili. Ideo dicit Commentator, quod intellectus agens facit vniuersalitatem in reb. Et non est intelligẽdum, quod eadem species numero, quæ est in virtute phãtastica, sit in intellectu possibili, quia tunc accidens migraret de subiecto in subiectum, vel saltem de potentia organica ad non organicam, quod vĩ incõueniens. Nec est intelligendum, quod species in virtute phantastica gignat aliã ex se in intellectu possibili, quia illa in phãtasia est materialis, & materiale non gignit immateriale, nec põt dici, quod spẽs in phantasia est irradiata per intellectum agentem, & sic quodammodo facta est immaterialis, & sic facta immaterialis, & irradiata gignat aliam in intellectu possibili, hoc. n. vĩ falsum, quia repugnat virtuti organicæ talis immaterialitas, quia in virtute organica spẽs semper exiit materialiter. ¶ Ideo oportet dicere, quod intellectus agens gignit in intellectu possibili speciem ex illa, quæ est in phantasia.

Ad argumenta. Ad primum dr̃, quod anima nostra alterari põt ab ignorantia in scientiam, sed tñ ab vna qualitate in aliã qualitatẽ alterari nõ põt, & hoc intelligit Ari. in 7. phy sicorũ. ¶ Ad aliud dr̃, quod intellectus noster fit de potentia intelligẽte actu intelligens per aliud ens in actu, quod non est idea, nec aliquod separatum ab intellectu nostro. Sed est quædam virtus intellectiua nobis cõiũcta, cuiusmodi est intellectus agens. ¶ Ad rõnes contra hoc dr̃ ad primũ, ꝙ ideo non requiritur sensus agens ad hoc ꝙ obiectum sensus spiritualius fit in medio, q̃ in obiecto, & in sensib. exteriorib. spiritualius, q̃ in sensibus interiorib. quia cũ ista spiritualitate stat materialitas speciei simpliciter, quia virtus sensitiua materialis est, qa perfectio organi corporei, similiter species in virtutib. sensitiuis est similitudo rei, & indiuidualiter, & materialiter exiit, ideo non

requiritur

requiritur sensus agens. Sed intellectus possibilis est virtus immaterialis, quia nō alligata organo. Similiter species in illa virtute est immaterialis simul, quia est similitudo rei non vt materialiter existit, & hanc immaterialitatem speciei intellectus possibilis facere non potest cum sit virtus passiua, nec phantasma potest facere hanc speciem hic, quia materiale manens materiale nullo modo gignit immateriale, ideo requiritur intellectus agens faciem istam speciem in intellectu possibili ex ista specie, q̄ est in virtute phantastica. ¶ Ad aliud dico, quod quid est non est de se proportionabile intellectui, quia quod quid est nō potest actualiter immutare, nisi sub aliquo esse, sed non habet nisi duplex esse. s. esse extra animā, & esse in anima, quod quid est sub esse extra animam immutare non potest vt sic, quia ibi existit materialiter & etiam sub cōditionibus indiuiduantibus, sed quod q̄d est non immutat vt materialiter existit, oportet ergo quod ipsum quod quid est immutet secundum esse quod habet in intellectu, sed esse in intellectu non habet de se, sed per intellectum agentem, ideò requiritur intellectus agens, per hoc ad formam nego consequentiam, quia & si quod quid est materiales conditiones in suo esse non includit, nec ab illis dependet, est tamen sub illis. Similiter intellectus materiam non includit, in sua essentia, nec ab illa dependet, est tamen in materia, ergo est sufficiens proportio vtrobique, non valet, licet enim quo ad istas conditiones sit proportio, non tamen sufficiens, requiritur enim plus scilicet quod sicut species intellectu est similitudo rei, non vt materialiter existit, sic oportet quod quid est ad hoc, quod immutet, modum immaterialem habere, sed sub esse extra animam non habet modum immaterialem, sed tantum vt est in anima, ideo de se non est proportionabile, sed fit per intellectum agentem.

¶ Ad aliud dicitur, quod omnia intelligentia per participationem reducuntur ad aliquod intelligens per essentiam, sed illud intelligens non idea, sed est prima causa, cuius intelligere & esse sunt eadem. ¶ Ad aliud dicitur, quod nos & dij sumus rationales æquiuoce, quia dij non propriè ratiocinantur, nec discurrunt à præmissis ad conclusionem, sed simplici intuitu principia & conclusiones apprehendunt, sed nos ratiocinamur discurrendo a principijs ad conclusionem. Ideo dij non sunt rationales, propriè loquendo. Et si sic, hoc est æquiuoce

nocè & magis perfectè quam nos, & ideo licet substantiæ separatæ intelligant per species innatas & influxas, non tamen oportet, quod intellectus sic intelligat, & hoc propter imperfectionem intellectus nostri. ¶ Ad aliud dicitur, quod puer ordinatè a Platone interrogatus de principijs geometriæ, quæ nunquam didicit, & postea de conclusione, de nouo addiscit conclusionem per talè applicationem & interrogationem, iõ non sequitur, iste puer scit conclusionem: ergo prius sciuit conclusionem sub propria ratione, quam credit Plato valere, quia latuit Platonem puerum posse de nouo addiscere conclusionem per applicationem præmissarum ad conclusionẽ.

QVAESTIO IIII.

QVæritur an tantum duæ sint præcognitiones? quod non videtur. Quatuor sunt quæstiones per Aris. secundo huius, sed quæstiones præsupponunt suppositiones siue præcognitiones, qa qlibet qõ aliqd quærit & aliquid supponit: ergo quatuor sũt p̃cognitiones. ¶ Itẽ tria sũt p̃cognita, vt dignitas, subiectũ, & passio: ergo tres sũt præcognitiones, probo cõsequẽtiã, qa p̃cognitio numeratur ad præcognitorũ numerationẽ. ¶ Dr̃ hic p interemptionẽ, qa præcognitio nõ numeratur ad numerationem præcognitorum. ¶ Contra istud, accidens numeratur ad numerationem illius, quod denominat, & cuius passio est, quia illud quod denominatur ab accidente est eius subiectum, sed hoc accidens subiectum, sed hoc accidens scilicet præcognitio denominat præcognitum, ergo &c. ¶ Item ad principale, sicut res habet quid ita res est qualis & quanta, sed non oportet præcognoscere quale de subiecto, nec quantum, similiter nec de passione, ergo nec eadem ratione oportet præcognoscere quid est de re, non ergo sunt duæ præcognitiones. ¶ Item videtur, quod sunt tres, ex intentione Arist. quia Arist. dicit quod de subiecto præsupponitur quid est simpliciter, de dignitate quia est, sed de passione non præsupponitur quid est simpliciter, sed quid est quod significatur per nomen, cum igitur quid est, quod significatur per nomen, & quid est simpliciter sint diuersæ præcognitiones, tres erunt præcognitiones. ¶ Dicitur hic, q̃ quid est, quod significatur per nomẽ, & quid est simpliciter non sun diuersa, quid, ideo non faciunt diuersas præcognitiones. ¶ Contra, per Aristo. Quid est simplici-

tor

ter præsupponit si est, quærere enim quid est ignorato, si est, nihil est quærere. Sed quid est quod significatur per nomen non præsupponit esse, quia de non entibus scimus quid significatur per nomen, & tamen non entia non sciuntur esse, quia non sunt, & dicit Aristot. quod de tragelapho scimus, quid significatur per nomen, & tamen ignoratur si est, ergo quid est simpliciter, & quid est quod significatur per nomen, sunt diuersa. ¶ Ad oppositum est Aristot. dicens, quod dupliciter autem est præcognitione &c.

Ad quæstionem dicitur, quod tantum duæ sunt præcognitiones, videlicet quid est, & quia est. Intelligēdum tamē propter hoc, quod ad cognoscendum conclusionem oportet præcognoscere principia; principia conclusionis sunt tria. Vnum complexum, quod est dignitas, duo incomplexa, ut subiectum & passio, quia ex his duobus constituitur conclusio. In conclusione enim prædicatur passio de subiecto, ergo ad cognoscendum conclusionem oportet præcognoscere dignitatem, passionem, & subiectum, & ita sunt tria præcognita, tamen tantum sunt duo modi præcognoscendi. De subiecto enim præcognoscitur quid est, & quia est: De passione q̄d est: Et de dignitate, quia est, & duæ sunt præcognitiones communiter scilicet quid est, & quia est. ¶ Ad aliud est intelligendum, quod quid est rei simpliciter, & quid est, quod per nomen significatur, non sunt eadem. Et huiusmi duplex est ratio. Vna est, quia præcognoscendo quid est rei simpliciter necesse est præcognoscere si est: quia non ens non habet verum quid, sed præcognoscendo quid est, quod significatur per nomen tantum, non oportet præcognoscere si est, non ens enim potest habere tale esse. Item alia ratio est ad hoc, quia cognoscendo quid significatur per nomen solum conoscimus modo indistincto & confuso, & cognoscendo quid simpliciter rei, cognoscimus rem determinatè & distinctè. Et hoc ostendit Themistius per exemplum. Si dicatur puero, quod adducat equum: tunc adducit equum, & non bouem, & hoc non est, nisi quia conoscit quid significatur per hoc nomen, equū, tamen puer non cognoscit vera quidditatem equi: quia tunc cognosceret principia intrinseca equi, quod falsum est, patet ergo quod quid rei absolutum & quod significatur per nomē non sunt eadem totaliter. Intelligendum tamen est, quod Aristo. comprehendit vtrumque ibi sub generalitate quadam de

præco-

præcognitione, ideo tantum ponit duas præcognitiones.

Ad primam obiectionem dicitur, quod consequentia non ualet, quia quæstio quid est, & propter quid est, reducuntur ad cognitionem quidem. Sed quod quia est, & si est, reducuntur ad cognitionem, si est. ¶ Ad aliud similiter dicitur. ¶ Ad rationes contra hoc. Ad primam dicitur, quod cognitio non est in præcognito, vt in subiecto, sed in præcognoscente, ideo non oportet, quod præcognitio numeretur ad numerationē præcogniti. ¶ Propter quod est intelligendum, quod duplex est operatio. Quædam immanens agenti, vt intelligere respectu intellectus, sentire respectu sensus. Alia est operatio transiēs in materiam extrinsecam, cuiusmodi est combustio ignis, combustio enim est in illo quod comburitur, operatio primo modo est in agente, secundo modo est in passo: sed præcognitio est operatio primo modo, & ideo est in intellectu. Solutū est enim per hoc, ꝙ operatio transiens in materiam extrinsecam est in operato: alia aut nō. ¶ Ad aliud cōtra illud dico, qđ suppositio, ꝙ præcognitio referatur ad præcognitum, nō oportet tamen ꝙ numeretur ad numerationem præcogniti. Instantia enim est, quia pater refertur ad filium, & tamen non oportet ꝙ si sint plures filij eiusdem, quod propter hoc iste sint plures patres, vel ꝙ plures paternitates sint in eodem. ¶ Ad tertium dicitur, quod ista propositio non est vniuersaliter vera scilicet accidens est in eo tanquam in subiecto quod denominat. Denominat. n. aliqñ terminū a quo, vt sor. corrūpitur, aliquando terminum ad quem, vt sor. generatur. Aliquando efficiens, vt agens agit, & aliquando subiectum in quo est, ficus homo albus. Ideo non oportet, quod accidens sit ſp in illo tanquam in subiecto quod denominat. ¶ Ad aliud dicitur, quod non præcognoscitur de subiecto, quale est, vel quantum, nec oportet ad hoc, quod de subiecto sciatur passio, quia ad hoc quod sciatur passio, extraneatur quale & quantum, & quodlibet accidens commune. Sed tamen de subiecto necessario præcognoscitur quid, quia diffō subiecti est medium ad concludendum passionem de subiecto demonst. atione potissima, & antequam concluſio cognoscatur, oportet præcognoscitur, iō præcognoscitur quid est, sed non quale, nec quantum. ¶ Ad aliud concedo, quod quid est, quod significatur per nomen, & quid rei simpliciter non sunt totaliter eadem, tamen Aristot. vtrumque quid comprehendit sub una præcognitione gene-

rali, licet sint diuersæ prægnitiones in speciali. Idem tamen intelligitur de vno, & quod & de alio. ¶ Ad rationes quæ ponunt, quod quid verum & quid significatur per nomen, sunt diuersa, concedendæ sunt, quia verum concludunt, possunt tamen cadere sub una prægnitione generali.

QVÆSTIO V.

QVæritur an de dignitate possit prægnosci quid est. Videt, quod sic, tanta complexio est in syllogismo & vnio, quanta est in dignitate, sed de syllogismo potest cognosci quid est, non obstante sua complexione (aliter de syllogismo non posset esse scientia) ergo de dignitate potest prægnosci quid est, non obstante complexione. ¶ Item propositio immediata diffinitur in isto primo libro, non obstante complexione: ergo ea ratione dignitas potest diffiniri, & habere quid. ¶ Item esse non est nihil, homini dignitatis est esse (prægnoscitur enim quia est) ergo dignitas habet esse, sed omne habens esse est quid, ergo de dignitate prægnoscitur quid: sequitur ergo, quod de dignitate prægnoscitur quid est. Dicitur hic negando consequentiam, ad probationem dr̄ quod licet dignitatis sit esse, non tamen habet quid, quia est complexum, & complexum non habet quid. Vnde non sequitur est hñs esse, igitur est quid uel hñs quid, nisi supposito qd̄ illud sit simplex, & non compositum. ¶ Contra quod complexio non impedit arguitur, vt prius. ¶ Item esse vel est esse verum, vel inseperabiliter concomitans essentiam. Si primo modo, necessario prægnoscitur de dignitate quia est, ergo quid est, quia suum esse est. Si secundo modo, adhuc sequitur, quod esse præsupponit essentiam, & quod supponitur, sequitur quod est, ergo sequitur ad quid est. ¶ Item propositio diffinitur sic, propositio est oratio verum uel falsum significans: ergo propositio habet quid, quia diffinitio & quid sunt eadem, & tamen propositio est quoddam complexum, dignitas ergo potest habere quid, non obstante ratione complexi. Dicitur hic, quod propositio non diffinitur in quantum est quoddam complexum acceptum sub ratione complexi, sed sub ratione incomplexi. ¶ Contra in diffinitione ponitur hęc particula significans uerum vel falsum, sed nihil significat verum, vel falsum, nisi complexum sub ratione complexi: ergo propositio vt hic diffinitur, significat complexum sub ratione

comple-

complexi. ¶ Item dignitas secundum id, quod est, significatur: ergo de dignitate præcognosci potest quid significatur per nomen. ¶ Ad oppositum est Arist. dicens, quod de dignitate præconoscitur solum quia est. ¶ Item si de dignitate præcognosci tur quid est, tunc ex dignitate & illo quid, posset fieri vna propositio immediata, siue dignitas, eadem ratione ista dignitas haberet quid, & ex isto quid & dignitate esset alia, & sic in infinitum quod est inconueniens. Inconueniens est ergo dicere quod dignitas habeat quid.

Ad quæstionem dico, quod de dignitate solum præcognoscitur quia est, probo: quia dignitas facit cognitionem de conclusione, sed non ens conclusioni nihil facit, ergo oportet qđ de dignitate præcognoscatur quia est. ¶ Item ostendo, ꝙ de dignitate non præcognoscitur quid est simpliciter, quia quid est simpliciter, est solius incomplexi, sed dignitas est quoddam complexum, ergo &c. quod autem non habeat quid, patet ex intentione Arist. 7. meraph. dicit enim, quod homo albus nõ habet quid, eo quod est ens per accidẽs, siue aggrauatum Sed dignitas est magis aggregatum, quam homo albus: ergo dignitas non habet quid. Similiter de eo non præcognoscitur quid scilicet quod significatur per nomen, quia non habet quid, sed plura quid aggregata, solum ergo de dignitate præcognoscitur, quia est.

Ad primam rationem dicitur, quod syllogismus potest considerari secundum quod est complexum sub ratione complexi acceptum, & isto modo non habet quid. Alio modo consideratur secundum quod est quoddam complexum acceptũ ratione incomplexi, & isto modo habet quid & diffinitionem, vt sic enim significatur per vocem incomplexam, vt per hanc vocem syllogismus, & concipitur ab intellectu nostro, & isto modo de syllogismo præcognoscitur quid est, non tamen de dignitate secundum quod Aristot. intelligi, quia Aristoteles intelligit de dignitate ut est complexum acceptum sub ratione complexi. ¶ Ad aliud per idem propositio immediata non diffinitur, secundum quod est complexum acceptum sub ratione complexi. ¶ Ad aliud similiter dicitur negando consequentiam de dignitate, præcognoscitur, quia est: ergo quid est: & ad probationem eodẽ modo sicut prius, quia dignitas nõ hẽt quid, licet habeat esse, quid. n. solũ est alicuius incomplexi, quod est obiectum intellectus simpliciter.

¶ Ad rationem contra hoc dicitur, quod esse concomitatur essentiam dignitatis, ideo sequitur, quod essentia dignitatis prægnoscitur, sed ex hoc non sequitur, quod de dignitate prægnoscatur quid, quia quid solum est eius quod est subiectum intellectus simpliciter, essentia autem potest esse complexi, & incomplexi, & cuiuscunque alterius entis.
¶ Ad aliud de propositione sicut prius. ¶ Ad rationem contra illud, dicitur quòd hæc particula significans verum vel falsum, potest comparari ad propositionem sub ratione incomplexi, & potest comparari ad propositionem sub ratione complexi, sicut ad hanc totam, homo est animal sub sua integritate. Primo modo comparatur ad propositionem vt quid. Secũdo modo comparatur ad propositionem vt quale, vel qualificans. ¶ Ad primam, cum dicitur, quod nihil est significãs verum vel falsum, nisi complexum sub ratione cõplexi dicitur quod hoc est verum qualitatiue: quidditatiuè tñ accipiendo verum vel falsum propositio assumpta falsa est, quia solũ hoc habet propositio accepta sub ratione incomplexi. ¶ Ad aliud dr. q̃ de dignitate non prægnoscitur quid est, quod per nomen significatur, quia dignitas, non habet vnum quid, sed plura congregata, & ideo de dignitate non prægnoscitur quid est, quod per nomen significatur, eiusdem enim est prægnitio quid est, quod significatur p̃ vnũ, vel habet vnũ quid &c.

QVÆSTIO VI.

QVæritur an de passione prægnoscatur, quia est? Quod sic videtur, quia de passione prægnoscitur quid est, ergo de ea potest prægnosci, quia est. Antecedens patet per Arist. probo consequentiam. Quid est præsupponit si est, quia quærentes quid est, ignorantes si est, nihil quærunt. Hic dicitur, quòd de passione prægnoscitur quid est, quid significatur per nomen & tale quid non præsupponit si est, negatur ergo hæc consequentia de passione prægnoscitur quid est, igitur quia est, quid tñ simpliciter præsupponit si est sed sic de passione non prægnoscitur quid est. ¶ Cõtra istud per Arist. qui. 4. & 5. metaphysicæ dicit quod quid quod significatur per nomen, est vera diffinitio. Si ergo de passione prægnoscitur quid est, quod significatur per nomen, igitur de eadem prægnoscitur quid est simpliciter, & quid est ve

ra diffinitio, & tunc redit prima ratio. ¶Item Arist. in secundo huius distinguit de diffinitione, vna est diffinitio simpliciter & quid rei altera est diffinitio quid nominis, & istam attribuit non entibus. Cum igitur passio sit ens, non habet tantum diffinitionem exprimentē quid nois, sed simpliciter diffinitionem, & per consequēs simpliciter quid. ¶Item ad principale passio scitur de subiecto: sed non ens sciri non potest: igitur oportet de passione præcognoscere, quia est. ¶Ad oppositum est Aristotel.

Ad quæstionem dī de passione solū præcognoscitur quid est quod significatur per nomen, & huius ratio est, quia in passione idem est esse, & subiecto inesse: quia accidentis esse est inesse. Sed inesse passionis in subiecto concluditur in demonstratione, & hoc est suum esse, igitur esse passionis concluditur non igitur præcognoscere oportet passionem esse ante cōclusionem. ¶Item de passione non potest præcognosci simpliciter quid est, licet quid est simpliciter habeat ex cōsequēti. Ratio huius est, quia quid simpliciter præsupponit si est, sed de passione non præcognoscitur si est, vel quia est ante cōclusionem: necesse tñ est de passione præcognoscere quid est quod significatur per nomen. Huius rō est, quia de passione oportet aliqualem cognitionem habere ante conclusionem, cum sit principium in regrans conclusionem, quia ex passione & subiecto fit conclusio in demonstratione, vt prius habitum est, sed de ea non præcognoscitur, quia est, nec quid est simpliciter, igitur de ea necessario p̄cognoscitur quid est, qđ significatur per nomen, & hæc cognitio est indistincta: quæ potest haberi ante cognitionem eius, quod est quid simpliciter, & sic cognitio illius quid est: pōt haberi sine cognitione, quia est: puer enim cognoscit quid significatur per equum: & tñ non cognouit quidditatem simpliciter equi. Similiter de non ente cognoscimus quid significatur per nomen, & tamen non cognoscimus quid est simpliciter, nec quia est.

¶Contra istam positionem potest argui. De passione potest præcognosci inesse subiecto: quia licet in conclusione cōcludatur passionem alicui determinatè subiecto, p̄prio inesse, prius tñ est inesse subiecto q̄ inesse huic subiecto, & prius potest cognosci non præcognoscendo posterius, ergo potest cognosci, quia est de passione in communi, licet esse speciale quod est huic subiecto inesse, concludatur in conclusione.

¶ Hic dicitur, quod accidens non est ens, nisi quia entis. ℭ accidens proprium non est ens, nisi quia proprij subiecti. Ideo impossibile est intelligere accidens proprium siue reale nisi intelligitur subiectum, cuius est hæc passio. Ideo non potest de passione præcognosci esse, nisi præcognoscatur inesse proprio subiecto. Vnumquodq; enim intelligitur, sicut est ens, passio autem est ens in aliquo subiecto determinato, & nō est ens, nisi quia talis entis, ideo intelligi non pōt, nisi sub habitudine ad tale ens, & per hoc ad formam dicitur, ꝙ de passione propria non pōt præcognosci esse in communi, siue inesse, nisi præcognoscatur esse in proprio subiecto. ¶ Ad primam similiter dicitur.

Ad primam contra hoc dicitur, ꝙ aliqñ ratio q̃ significat nomen, est vera diffinitio, & hoc intelligit Aristot. non tñ est hoc semper verum, potest enim aliquando ratio esse entis descriptio, & ista non est vera diffinitio rei, licet per nomen significetur. ¶ Ad aliud dicitur, ꝙ ratio exprimens quid nois non semper attribuitur non entib. sed aliqñ enti, enti tñ potest inesse alia ratio, quæ est vera diffinitio, vnde Arist. non intelligit, ꝙ ratio exprimens quid nominis insit non enti solū. Sed intelligit, ꝙ non enti in est ratio exprimens quid nominis, ita ꝙ nulla vera ratio sibi inest, sed passioni inest vera ratio, & ratio ēt exprimens quid nominis. Sed vera ratio non præcognoscitur de passione ante conclusionem, sed solū præcognoscitur quid est quod significatur per nomē. Ad aliud dr̄, quod non ens non pōt sciri, ideo sequitur ꝙ oportet passionē esse, sed tamen non sequitur vlterius, quod eius esse præcognoscatur ante conclusionem, quia in conclusione suum esse concluditur, quia suum esse est in subiecto inesse. ¶ Cōtra positionem arguitur sic. Inesse subiecto est aliud ab essentia accidentis, pōt igitur essentia accidentis præsupponi, licet inesse subiecto de aīte concludatur in cōclusione, sed essentia nō est inesse, potest igitur præcognosci de accñte quid est ante cō clusionem (loquēdo saltem de esse essentiæ.) ¶ Dr̄ ꝙ esse accñtis in suo subiecto non est aliud ab essentia. ¶ Contra istud, essentia pōt intelligi non intelligendo ipsam subiecto accñtis inesse, potest .n. accñs intelligi, licet non intelligatur ipsū inesse subiecto, sed sufficit, quod præfuerit in subiecto, sed nihil pōt intelligi sine esse quod est de sua essentia: igitur inesse non est de essentia accñtis. ¶ Item essentia accidentis consistit

sistit in indiuisibili. ¶ Præterea secundum se non suscipit magis nec minus, quia magis, & minus in essentia variant speciē, essentia tamen accidentis in subiecto secundum tale esse, suscipit magis, & minus: igitur inesse non est essentia eius. ¶ Itē si sic tunc hic esset nugatio, accns est ens in subiecto, quia accidens de sua essentia est ens in subiecto, & iterum exprimitur est ens in subiecto, igitur idem bis ponitur. ¶ Itē si sic, tūc rectum & simum essent diuersæ species, quia conueniunt in aliquo, vt in cauo, & differunt essentialiter, quia per diuersa esse in subiecto sit essentia accntis, ergo cum in aliquo conueniunt, & in aliquo differunt spēs sunt: sed hoc est falsum. Si enim essent species, tunc scientia naturalis, quæ est de simo esset subalternata scientiæ mathematicæ quæ est de cauo, & non essent scientiæ diuersę primo metaphysica, & naturalis, & mathematica, cuius oppositum dicit Arist. in 6. metaphys. ¶ Ad hoc dr, ꝙ simum & rectum non sunt diuersæ species, qa non differunt per drias intrinsecas & formales, sed per extrinsecas, vt per diuersas habitudines ad subiecta. ¶ Contra illud accidens consistit in habitudine essentialiter, quia secundum id quod est inhæret. Sed diuersa habitudo causatur per comparationē ad diuersa subiecta: igitur diuersa essentia accntis est ex diuersitate subiectorum. Cum igitur cauum cui inest rectum tanquam passio, & nasus cui inest simum tanquā passio, sint diuersa subiecta: igitur illa accidentia erunt diuersa essentialiter & specificè. ¶ Ad primam illarum dr, ꝙ inesse ipsius accidentis, est duplex: quoddam est inesse actu, quod distinguitur contra præteritum & futurum, & tale inesse nō est de essentia accidentis: quia accidens intelligi potest sine hoc, quòd actualiter subiecto insit.

¶ Aliud est inesse, qd consistit in quadam habitudine ad subiectū, & isto modo inesse est de essentia añtis, sicut.n. sanum in vrina nō pōt cognosci, nisi in habitudine ad sanum in animali, cuius est signū. Eodē modo accidēs non pōt intelligi nisi in habitudine ad subiectum cuius est dispositio. Accidens.n. nō est ens, nisi qa entis, & nō intelligit nisi ficut est entis, iō necesse est dicere, ꝙ inesse secūdum habitudinē sit de essentia accntis, sed non inesse, quod est actu in existere. ¶ Ad aliud dr, ꝙ suscipit magis, & minus secundū suū inesse, qd est actu existere in subiecto, illud aūt non est de essentia eius, sed secūdum inesse, quod consistit in habitudine, accidēs nō suscipit magis, nec mi-

nus, sicut nec essentia. ¶ Ad aliud dr similiter, quia dicendo ac cidés ens in subiecto, ens accipit dupliciter. Vno modo ens qđ est nomẽ, alio modo quod est participium, quod denotat actu existens, primo modo hic est nugatio, sicut si dr substãtia p se ens, sicut. n. substantia est per se ens essentialiter, ita accidés est ens in alio essentialiter. Secundo modo hic nõ est nugatio, qa actu inesse subiecto non est de essentia accidentis. ¶ Ad aliud dr, q rectum, & simum non sunt diuersæ spẽs, & rõ huius est, qa non hñt drĩam nisi materialẽ, sicut dicebaẽ. ¶ Ad rõnẽ contra hoc dico, q accidens per se est dispositio subiecti & essentialiter est talis habitudo, & tñ non oportet si subiecta sint diuersa aliquo modo, q accidẽtia sint diuersa formaliter, vel specificę. Sed qñ ita est, q accidentia sunt passiones subiectorum, quæ secundum se sunt diuersa, & formaliter, tunc tales passiones sunt diuersæ formaliter sicut risibile, & rudibile se habent respectu hominis, & asini. Sed nasus cuius passio est simitas, & cuius passio est rectum vel cauitas nõ hñt diuersitatẽ formalẽ sed tm materialem. Sũt. n. diuersæ partes materiales, huius qđ symbolum. iõ simum & rectum formalem drĩam nõ hñt per habitudinem ad subiecta, & iõ non sunt spẽs respectu caui simpliciter, si. n. essent spẽs, tunc scĩa naturalis esset bene subalternata mathematicæ, sicut argutum est &c.

QVÆSTIO VII.

QVæritur an de subiecto possit cognosci, quia est? q nõ vr tm dependet conclusio demonstrationis a p̃dicato, sicut a subiecto, p̃dicatũ. n in cõclusione est passio, passio. n. de subiecto cõcludit, sed de passione nõ præcognoscit qa est: igitur nec de subiecto. ¶ Item de rosa põt demonstrari passio, & tñ non oportet semper supponere rosam esse, aliq̃n. n. non est, igit &c. ¶ Itẽ hæc est vera, homo est risibilis, siue hõ sit siue non sit, põt. n. risibile demonstrari de hoĩe per diffinitionem hominis quæ est vera de hoĩe, siue sit siue non. Hæc. n. est vera homo est aĩal rõnale, siue sit actu siue nõ: igit ad hoc q passio de subiecto demonstretur non oportet p̃cognoscere de subiecto, quia est. ¶ Item esse quæritur de subiecto, & qõnes sunt æquales numero &c. igitur esse põt sciri de subiecto per demõstrationem. Si ergo esse põt de subiecto demonstrari, non est necesse præcognoscere de subiecto quia est, quia qđ demonstratur nõ oportet præcognosci ante cõclusionem. ¶ Hic dr, q

esse

esse de subiecto quæritur, non q esse de subiecto demonstret, sed q esse de subiecto cognoscit alia via. ¶ Cõtra esse in essentia subiecti hẽt cãm, est ẽt posterius essentia subiecti, põt igit per illam causam de essentia subiecti demonstrari. ¶ Hic dr, q esse non est posterius essentia, sicut passio, & ió nõ põt demonstrari de essetia subiecti. Cõtra, scire est p cãm cognoscere &c. istæ ergo tres conditiones sufficiunt ad hoc, q aliquid demõstratiue sciatur, cum igitur istæ tres conditiones reperiãtur in essentia, respectu esse, igitur esse de essentia demonstrari põt. ¶ Item demõstratio est ex primis veris &c. sed in diffinitione demonstrationis non ponit hæc particula, q illud, de quo demonstretur sit passio, igitur non requirit ad hoc q aliquid de aliquo demonstret, q sit passio eius. Item essentia facit cognitionem de esse, aut igit facit cognitionem de esse simpr, aut quo ad nos, non quo ad nos, quia sic est notius q essentia, sicut patet. Cognoscimus. n. substantias separatas esse, nõ tñ ipsarũ essentiam, ergo essentia facit cognitionem de esse simpliciter, & talis cognitio est per demonstrationẽ simpliciter, igit esse de essentia simpr põt demonstrari. ¶ Ad oppositum est Aris. dicens, quòd de subiecto præcognoscitur quid est, & quia est.

Ad qõnẽ dr, de subiecto præcognoscit vtroq. mõ ante conclusionem, de subiecto, n. præcognoscit quid, quia q d subiecti est principale medium in demonstratione. Nã medium in demõstratione est cã cõclusionis, & cã cognoscitur ante effectũ, igitur de subiecto præcognoscitur quid est, similiter de subiecto pcognoscitur quia est, quia quid est præsupponit quia est, q a non ens non hẽt quid. ¶ Intelligendum tñ est, q quid est nõ psupponit esse existere, nec oportet tale esse præcognoscere subiecto secundum q esse existere distinguitur contra præteritum & futurũ. Sed esse qd præsupponit de subiecto, est esse secũdum quid, sunt. n. gradus entis, sub quo vnum ens ab alio differt. Alius est. n. gradus essẽdi, q corrñdet hoi & asino, licet neutrũ actualiter existat. Vel posset dici, q esse quod psupponitur, est esse nõ prohibitum in rerũ natura. Illud. n. de quo hr scia, oportet quòd habuerit esse in præterito, vel possit habere esse in futuro, vel quòd nunc habeat esse.

Ad primam rõnem dr, q conclusio magis dependet a subiecto q a prædicato. Subiectum. n. est cã prædicati, q d est passio. ¶ Ad aliud dr, q probat verum, probat. n. q de subiecto non oportet præcognoscere, q est actualiter existẽs &c. ¶ Ad aliud

per

per idem. ¶ Ad vltimum principale sicut dicebatur, & ad rõnẽ contra hoc dr̃, ꝙ esse licet sit posterius essentia, de essentia tñ non põt demonstrari, quia illud quod demõstratur de aliquo, necessario hẽt duas conditiones, necesse.n.est, ꝙ sit ens in aliquo genere per se, & necesse est, quod in subiecto, de quo concluditur præsupponat esse, sed esse neutram conditionem habet, non.n.est ens in gene, sed per reductionem est in eodẽ genere, in quo est essentia. Similiter esse in subiecto non præsupponit esse, quia sic esset processus in infinitum, ꝑ hoc esse nõ põt demonstrari, quia non est ens, quia nec substantia nec accidens per se loquendo. ¶ Ad primã rõnem contra hoc dr̃, ꝙ supposito, ꝙ illud, quod demonstratur in subiecto, præsupponit esse, tunc põt demonstrari, si in subiecto cãm hẽat, sicut rõ cõcludit, sed esse in essentia nõ præsupponit esse ab essẽtia. ¶ Ad aliud dr̃, quod requiritur quòd illud quod demonstrari dẽt in subiecto præsupponat esse, & tunc cõuenienter demonstrãt, si cõcluditur ex principijs veris &c. Similiter rõ probat, quòd non oportet illud qđ demonstretur passionem esse, & hoc est concedendũ. põt.n. aliqñ diffinitio materialis cõcludi de subiecto per diffinitionem formalem siue finalem. ¶ Dr̃ ad vltimã, quòd essentia non facit cognitionem de esse, quia in esse non præcognoscitur essentia respectu esse.

QVÆSTIO VIII.

QVæritur, an cognitis præmissis simul cognoscatur cõclusio? Quod non vr̃, premisse se hñt in rõne causæ efficiẽtis respectu cõclusionis, sed efficiẽs non continet effectũ nisi in virtute, & nihil agit vltra spẽm suã, ergo præmissæ non faciunt cognitionem de conclusione nisi in virtute, cognitis ergo præmissis, non cognoscitur conclusio simul r̃pe sub ꝓpria ratione, sed tñ in virtute & potentia. ¶ Item præmissæ se hñt ad conclusionem in ratione causæ materialis. Sed qñ cã materialis facit cognitionem de effectu, prius tempore cognoscitur cã, q̃ effectus, sicut in exemplo Ari. metaphysicæ. Substantia. n. præcedit oẽ accidens cognitione diffinitiuẽ & r̃pe, ergo præmissæ prius r̃pe cognoscunt̃, quã conclusio. ¶ Itẽ ſm Arist. 2. priorum cõtingit cognoscere omnem mulam esse sterilem, & hanc esse mulam, & dubitare an habeat aliquid in vẽtre, & per consequens ignorare conclusionem, ergo &c. ¶ Itẽ multa simul, rõne qua multa sunt, non possunt intelligi ab intelle-

cellectu. Intellectus.n. non intelligit nisi vnum intelligibile simul, sed præmissæ & conclusio sunt multa intelligibilia, ergo non possunt simul cognosci ab intellectu &c. ¶ Item intellectus in syllogizando discurrit successiuè a præmissis ad conclusionē, ergo successiuè intelligit præmissas, s. primo, & postea conclusionē, quia intelligit discurrēdo, non igitur simul cognouit præmissas & conclusionem. ¶ Item si sic, habitis præmissis in paralogismo accidentis statim habebitur conclusio, & ita nō falleremur. ¶ Ad oppositum est Ari. dicens, quod præmissæ simul cognoscunt cum cōclusione, simul. n. inducens cognouit.

Ad qōnem dr, q cognitis præmissis, simul tpe cognoscitur cōclusio, si cognoscitur in rōne causæ, cognitis tñ primis principijs in se, vt non applicatis in rōne causæ, non oportet simul tpe cognoscere cōclusionē, primū patet, qa cā & effectus simul sunt, & non sunt. Causa. n. est principium essendi effectui, sed eadem sunt principia essendi & cognoscendi, secundum Ari. 2. meta. ergo cognitis principijs in rōne causæ, simul tempore cognoscitur conclusio, secundum patet per Arist. 2. priorum, dicit. n. q contingit cognoscere omnem mulam esse sterilem, & hanc esse mulam & ignorare hanc esse sterilem, non applicando istas ad inuicem, nec comparando minorem maiori sic ergo patet, q præmissæ in se cognosci possunt non cognoscēdo conclusionem, & hoc est, qa deficit applicatio. ¶ Iuxta hoc sciendum, vt patet in 2. priorum, q contingit scire tripliciter. Contingit. n. scire in vniuersali & in particulari, & hoc dupliciter, s. actu & habitu. In vniuersali scitur conclusio, qñ cognoscitur maior, non cognoscendo minorem, nec conclusionem secundum se, quia cognoscendo hanc per se, o is mula est sterilis, cognoscitur in vniuersali, q hæc mula est sterilis. Alio mō cognoscitur conclusio in particulari, & habitu, qñ cognoscit maior & minor, sed tñ minor non consideratur actu esse sub maioris, & istis duob. modis prius natura & ēt tepore cognoscuntur præmissæ, q conclusio in actu. Tertio mō cognoscitur conclusio actu, & hoc qñ cognoscitur maior, & ēt minor, & simul cū hic cognoscit minor esse actualiter sub maiori: sic. n. fit applicatio p̄missarū in rōne causæ, & isto mō impossibile ē præmissas cognosci prius, qm simul tpe cognoscit conclusio.

Ad primam dico, qd præmissæ continent in virtute conclusionem. Non sic in virtute tm, q requiratur aliquod agēs, per quod præmissæ faciunt scientiam de conclusione in actu. Sed

præmissæ

præmissæ sic applicatæ continent conclusionem virtute, sicut efficiens dispositum continet effectū, efficiens, aūt ponit effectū in actu in oī materia dispositā, sic præmissæ applicatæ determinatè tertio mō faciunt dignitatē de cōclusione in actu. ¶ Ad aliud dr, ꝙ præmissæ hūt rōnē causæ materialis respū cōclusionis & nō solum hoc, sed hūt rōnem causæ efficientis, sic qđ pñt sufficienter de se cognitionem de conclusione facere sub ꝓpria rōne, & iō non oportet, ꝙ prius cognoscant cōclusione tpe. ¶ Ad aliud dr, qđ ista rō ꝓbat, ꝙ cōtingit cognoscere ꝓmissas nō applicatas adinuicē ignorādo cōclusionem, & hoc intelligit Ari. Si tñ præmissæ applicētur ad inuicem, & minor cognoscatur esse sub maiori, tunc nō cognoscis præmissas, & ignoras conclusionem. ¶ Ad aliud dr, quòd multa pñt intelligi nō sub specie multorum, sed sub specie vnius, vnde ꝓmissæ & conclusio cognoscuntur in vno indiuisibili tpe, & non sub proprijs speciebus, sed sub specie habitudinis. Et si tunc queras, vnde prouenit ista spēs habitudinis, ista habitudo nunquā fecit spēm in sensu. igitur nec intellectu. ¶ Dr negando consequentia, & dr, qđ aliquid pōt facere spēm in intellectu, quod non facit spēm in sensu. Substātia. n. (vt ponit ab aliquib.) nō facit speciem in sensu, & facit tñ spēm in intellectu, similiter hæc habitudo præmissarū ad cōclusionem spēm facit in intellectu, per quam intelligitur, & etiam per quam præmissæ intelliguntur simul tempore, & tñ non facit speciem in sensu. ¶ Et qñ quærit quid causat hanc speciem. ¶ Dr quod sicut hæc habitudo secundum se ab intellectu causatur, ita possibile est, quòd species per quam intelligitur ab intellectu causetur. Intellectus. n. operatē oēs intētiones, & spēs per quas intelliguntē ¶ Ad aliud patet per idem. Intellectus. n. in acquirendo cognitionem conclusionis per præmissas, prius tempore cognouit præmissas quam conclusionem, sic quodammodo tps in quo cognouit conclusionem succedit tempori in quo cognouit ꝓmissas, tñ alio mō simul cognouit ista, sic simul tēpore quod inter hoc tps & illud non cadit tps mediū, si tñ acquisierit cognitionē de conclusione, in illo acquisito esse intelligit præmissas, & simul conclusionem tempore, ita quod non fit alia successio temporis. in quo cognouit præmissas. ¶ Ad aliud dr, quod aliquis pōt falli per fallaciam accidētis, licet. n. in fallacia accidentis alia conclusio sequatur necessario ex præmissis, vt illa in qua tanta identitas & non maior concluditur in con-

clusione

clusione, quanta prius fuit in præmissis, tñ adhuc cognoscens clusiones pōt falli, ex hoc quod non applicat, sed facta recta applicatione simul tempore cognouit quæ conclusio sequatur, & quæ non &c.

QVÆSTIO IX.

QVæritur, an cognitis præmissis in rōne causæ, simul natura cognoscat conclusio? Quod sic vr, cā secundum se ad causatum refertur, sed cognito vno correlatiuorū cognoscitur simul & reliquum (quia relatiua sunt simul natura) & per consequens cognitio vnius non magis depēdet a cognitione alterius, q̄ ecōuerso, ergo &c. ¶ Itē si cognitis præmissis in illo instanti naturæ non cognoscitur conclusio, tūc ista prioritate naturæ cognoscit cā, & ignoratur causatum, sed ignorato causato ignoratur cā, cū sint relatiua, ergo in ista prioritate cognoscitur simul cā & ignorat, ergo oportet dicere, quòd cognitis p̄missis in rōne causæ, cognoscit conclusio simul natura. 2

¶ Item cognitis præmissis in rōne causæ, cognoscitur applicatio præmissarum ad conclusionem, ergo simul natura cognoscuntur applicata, quia cum applicatio sit relatio, cognosci nō pōt sine extremis, ergo &c. ¶ Item cognitis præmissis simul natura cognoscit conclusio in potētia & vniuersali, sed sicut potentia se hēt ad actum maioris, ita cognitio actualis conclusionis se hēt ad eandē maiorē, q̄a cuius est potentia eius est actus, ergo simul in eodem cognoscit maior sumpta cum minori, & simul conclusio in actu. ¶ Item si cognitis præmissis in eodem instāti naturæ non cognoscitur conclusio, tunc pōt intellectus intelligere præmissas & cessare ab intelligendo cōclusionem, & ita si non necesse est, quòd præmissę simul natura cognoscantur cum conclusionib. possibile erit, quod intelligātur prius tempore ēr, quod est contra Arist. ¶ Ad oppositum, cā prior est suo effectu in sua natura: ergo prius natura possunt præmissæ cognosci & intelligi in rōne causæ q̄ effectus. ¶ Dicitur ad illud q̄ causa prius cognoscitur natura quam effectus, si accipiatur causa pro eo quod est causa accipiendo tñ causam sub intentione causæ, simul cognoscitur natura causa & effectus. ¶ Contra causa est ad cuius esse, sequitur aliud esse, hæc est diffinitio causæ. sed diffinitio competit diffinito sub p̄pria ratione, ergo causa est causa ℔m q̄ prior est natura suo effectu,

fectu. ergo præmissæ sub ratione causæ procedũt effectum natura. ¶ Item ad principale subiectum est prius accidente, cognitione, diffinitione, & re, & subiectũ est causa accidentis, ergo illud quod est causa sub ratione qua est causa precedit effectum natura & cognitione. ¶ Item vnus modus prioritatis est scdm quem esse rei prius est veritate propositionis ſm naturam, siue ſm causalitatẽ, & tñ in re ista sũt cõuertibilia, ergo illud quod est cã sub rõne cãe prius est effectu. secundũ naturam ergo præmissæ prius natura cognoscuntur ipsa conclusione ex hoc quod sunt causa.

Ad Quæstionem dr, q̃ notis præmissis in rõne causæ, simul natura conclusio cognoscitur in ratione effectus, tñ præmissæ quæ sunt causæ conclusionis non considerate sub ratione intẽtionis causalitatis, priores sunt natura conclusione, & prius natura cognoscuntur. Primum ostendo. Causa, quæ est sub intentione causæ ad alterum refertur, sed relatiua sunt simul natura, & secundum cognitionem naturalem, quia vnum non potest cognito altero, & vice versa, ita quod neutrũ principaliter a cognitione alterius dependet magis ista via, quã econuerso, tamen ista duo sunt simul in natura ſm cognitionem, sed relatiua sic se hñt quòd cognito vno relatiuo cognoscitur & reliquum, & econtra, & magis vnum non dependet a cognitione alterius, quã econtra, iõ sunt simul in natura, & cognoscuntur ſm naturam præmissæ, ergo sub ratione causæ simul natura cognoscuntur cũ conclusione, quia vt sic hñt rationem relatiui. Scdm ostendo, quia ſm illud, quod sunt, faciũt cognitionẽ de cõclusione, ita quòd conclusione ad cognitionẽ depẽdet ex cognitione præmissarum, cum premisse non depẽdeant a cognitione conclusionis: sicut illud quod est causa ab effectu non dependet, sed magis econtra. Sed q̃ vnum dependet ab altero, & non econtra, illud a quo dependet est prius natura illo quod dependet. Cognitio ergo principiorum quib. accidit intentio causalitatis, prior est ſm naturam q̃ cognitio conclusionis, ergo cognitis præmissis sub formali intẽtione causæ, simul natura cognoscitur etia conclusio sub intentione effectus, tñ cognitis principijs q̃ sunt causę cõclusionis, nõ oportet simul natura cognoscere cõclusionem. ¶ Tñ intelligendum est: quòd præmissæ cognoscuntur in se nõ applicando vnam alteri, tunc præmissæ prius cognoscuntur quam conclusio in actu tempore, & natura. Si tamen præmissæ determinate adinuicem ap-

pli-

plicãtur, tunc simul tempore cognoscuntur præmissæ, & conclusio, tamen prius natura cognoscuntur præmissæ, & conclusio simul tempore cognosci, & intelligi.

Ad primam rationẽ dr, ꝙ illa probat ꝙ p̃missę sub rõne causæ simul naturæ cognoscuntur cũ conclusione. ¶ Ad aliud p idem. ¶ Ad tertium per idem. Applicatio. n. non põt intelligi sine applicatis, immo sunt naturaliter simul quoad cognitionẽ & ideo si cognoscuntur præmissæ sub ratione applicati, necesse est simul natura cognoscere cui applicantur præmissæ, tamẽ quod applicatur non simul natura cognoscitur. ¶ Ad aliud dr, quod licet cognitio potentialis conclusionis sit simul natura cum cognitio maioris: tñ non oportet, ꝙ accepta minori sub maiori, vt cognitio actualis conclusionis simul natura sit cum cognitione maioris. ¶ Ad probationem dr, ꝙ nõ oportet actũ comparari ad actum, sicut comparatur ad potentiam. ¶ Ad vltimum dr, quod prius natura cognoscuntur præmissæ qñ applicantur, quam conclusio. Et tñ ex hoc non sequitur, quod p̃missæ prius tpe cognoscũtur, & cum dr, ꝙ in illo priori naturæ, in quo intellectus intelligit p̃missas contingit paulare, & p consequens ipsum non intelligere conclusionem in eodẽ tempore, sed prius tempore præmissas, dicitur quòd non sequitur quia in eodem instanti temporis sunt duo instantia naturæ, in quorum priori intelligit principia, in posteriori conclusionẽ, & tñ simul tempore conclusionem, & huius causa est, quia p̃missæ cum sint applicatæ rectè, sunt causa efficiens, & necessaria inferendi & cognoscendi conclusionem, & sic in eodem tẽpore intelliguntur præmissæ & conclusio, & non secundum prius & posterius tempore, licet secũdum prius & posterius natura. Si quæras qualiter est manifestum intellectui, quod præmissæ, & conclusio sunt diuersa secundum numerum, dr quòd ex hoc est manifesta earum diuersitas, quia conclusionẽ non cognoscimus, nisi quia præcognitis præmissis. ¶ Ad rõnes in oppositum dicitur, sicut dicebatur. ¶ Ad rationem contra hoc dr, quod hæc diffinitio causa est ad cuius esse &c. est diffinitio illius quod causa, quòd. s. subiacet intentioni causę, & nõ est diffinitio huius intentionis quæ est causæ, quia loquẽdo de istis intentionibus formaliter vel de aliquo accepto sub istis, non magis ad causam sequitur effectus, quam econtra. ¶ Aliæ rationes probant, quòd præmissæ quæ sunt causæ prius natura cognoscuntur, quam conclusio &c.

QVAE-

QVÆSTIO X.

QVæritur de diffinitione eius quòd est scire, an sit danda? quòd non videtur, quia aut est status in principijs primis aut non. Si non, tunc in principijs est processus in infinitum, sed infiniti non est accipere principium, nec medium & per consequens nec postremum, & sic nō erit scitum, quod est inconueniens, si sit status in principijs, tunc quæro an ista principia sciuntur an non? si non, ergo conclusiones non erūt scitę, quia ignoratis primis ignorantur posteriora, si sic, & manifestum est, quod non per causam quia ibi est status, vt conceditur, ergo scire non est vniuersaliter per causam. 1 ¶Item Arist. in secunda conclusione huius dicit, quòd principia magis sciũtur quam conclusiones, quia vnumquodque propter quod, & quia conclusiones sciuntur propter principia, ergo principia magis tunc erunt scita, & manifestum est, quod principia non sunt scita per causam, quia non habent causam: ergo scire non 3 est per causam semper cognoscere. ¶Item cognitio nostra est ab his, quæ sunt nobis magis nota, sed effectus sunt nobis magis noti, q̃ cãæ, licet causæ prius natura sint magis notæ, & intellectus noster se habet ad illa, quæ sunt manifesta in natura, sicut oculus noctuæ ad lumen solis, ergo cognitio nostra est ab 4 effectibus ad causam, & non e contra, ergo &c. ¶Item si scire esset per causam, nunquam sciretur res perfectè quousque esset deuentum ad primam causam, quæ est conclusionis principium. Sed causa prima est nobis imperfectè cognita, ergo q̃libet effectus imperfectè cognoscitur a nobis, sed hoc non est scire, ergo nihil scitur sub propria ratione: hoc est inconue- 5 niens, ergo scire non est per causam cognoscere. ¶Item contra secundam particulam, cum dicitur, & q̃m illius est causa, si ad cognitionem conclusionis oportet causam cognoscere, vt applicatur ad effectum, sic conclusio nunquam sciretur sub propria ratione, sed sub propria ratione relatiui, quia cognoscere aliquid sub propria ratione applicati, est scire sub propria ra- 6 tione relatiui. ¶ Item contra hanc particulam, quoniam impossibile est aliter se habere; de his quę frequenter sunt, fiunt demonstrationes, contingit enim scire per demonstrationem, quod luna eclypsatur, sed manifestum est, quòd possibile est aliter se habere, ergo male dicitur, quod scitur impossibile est

aliter

aliter se habere. ¶ Item de corruptibilibus est scientia, secūdum quod corruptibilia sunt: & cū corruptibile secundū qđ corruptibile est, possibile est se aliter habere, &cæt. ¶ Et hic dicitur, quod de corruptibili siue mobili non est scientia ea ratione, qua mobile est, sed secundum quod est immobile.

¶ Contra, de mobili secundum quod mobile est scientia libri physicorum, quia de mobili secundum quod mobile scitum demonstratiuè, quia est in potentia ad terminum. ¶ Item si de mobili esset scientia sub ratione immobilis, tunc de aliquo esset scientia sub ratione sui oppositi, ergo oportet dicere, q̄ de mobili sub ratione mobilis sit scientia, & tunc redit ratio.

¶ Ad oppositum est Aristoteles.

Ad quæstionem dico, q̄ diffinitio bene datur, propter qđ sciendum, quòd scire dr̄ quatuor modis, vt dicit Linconiensis. Est enim scire communiter, & sic sciuntur cōtingentia ad vtrū libet. Et est scire propriè, & sic sciuntur contingentia nata. Et est scire magis propriè, sic sciuntur tam principia, quam conclusiones. Et est scire maximè propriè, & sic sciuntur conclusiones per principia. Et isto quarto modo scire est per causam cognoscere, & sic accipiendo scire diffinit Aristoteles.

¶ Intelligendum cū quo ad hoc, quòd aliquid sic sciatur, requiruntur tres conditiones secundum The.

¶ Primo requiritur, quòd sciatur per causam: eadem.n.sūt principia essendi, & cognoscendi. Causa.n.est principium alicuius rei, ergo est principium cognoscendi.

¶ Secundo requiritur applicatio causæ ad effectum: aliter non cognoscitur nisi in vniuersali: vel in habitu, & nō in actu. ergo ad actualem cognitionem requiritur applicatio præmissarum: ita quod actualiter cognoscatur. minor eē sub maiori.

¶ Tertio requiritur, q̄ scitum sit necessarium, & nō possit aliter se hr̄e: & istę tres conditiones inueniuntur in hac diffinitione per tres particulas positas. Prima conditio innuitur per primam particulam: cum dicitur. Arbitramur &c. Secunda conditio innuitur per secundam particulam: cum dicitur, qm̄ illius est causa. Et tertia per tertiam, cum dicitur. Impossibile est aliter se habere.

Ad primam ratione dicitur, q̄ in principijs est status. Et cū quæritur vlterius aut sciunt, aut non, dicitur, q̄ loquendo de scia maxime proprie non sciuntur principia prima, quia causam non habent, loquendo tamen de scia propria, vel magis

propria, principia sciuntur esse non per cām, scire, tñ, quod Aristoteles diffinit, est per causam, vñ æquiuocatur de scire ſm ꝙ principia sciuntur & conclusionis, quæ sciuntur per scire hic diffinitum. ¶ Ad aliud dicitur, ꝙ principia magis sciuntur, quam conclusiones, loquendo de scientia magis propriè, & sic intelligit philosophus loquendo tamen de scientia maximè propriè secundum quod scire diffinitur hic: sic principia non sciuntur. ¶ Ad aliud dicitur, quod cognitio nostra a posteriori est simpliciter ab effectibus ad causas, quia effectus sunt notiores sensui tamen nostra cognitio est a notioribus ad minus nota, sed notiora nobis possunt intelligi dupliciter. Vno modo dicuntur nobis notiora: quæ sunt nobis notiora secundum intellectum comparādo vnam cognitionem intellectualem ad aliam: sic principia prima sunt nobis notiora, vt dignitates: & isto modo nostra cognitio simpliciter est a nobis notioribus. Alio modo dicuntur nobis notiora, quæ sunt notiora sensui, & isto modo scientia nostra non est simpliciter a nobis notioribus, scientia enim quæ est ꝑ effectus: nō est simpliciter scientia, & propter quid: sed tantum quia est. ¶ Et cum dicitur, quod principia non sunt nobis nota: cum sint manifesta naturæ: dicendum est, quod sic. ¶ Ad probationem dicitur, quod Aristote. 2. metaphy. per manifesta naturæ non intelligit principia, sed substantias separatas. ¶ Ad aliud, dicitur: quod conclusio congoscitur per principia sub ratione relatiui, & non solum sub ratione relatiui, sed sub quadam ratione absoluta, & sub propria ratione: considerando enim cōclusionem formaliter sub ratione causati, & præmissas formaliter sub ratione causæ; sic cognoscitur conclusio sub ratione relatiui per præmissas, si enim consideremus conclusionem secundum se, quæ infertur ex præmissis applicatis, sic cognoscitur sub propria ratione. ¶ Ad aliud dicitur, quod licet eclypsis possit aliter se habere secundum se, respectu tamen suæ causæ non potest aliter, se habere, posita enim interpositione terræ inter solem & lunam, de necessitate ponitur eclypsis lunæ. Ideo dicit Arist. quod ista quæ frequenter eueniunt, vt veniant in demonstratione necessaria sunt. ¶ Ad aliud similiter dicitur: quod de corruptibili secundum quod corruptibile præcisè non est scientia, sed secundum quod est immutabile vel incorruptibile.

¶ Vnde sciendum, quod de mutabili secundum quod mutabi-

tabile est scientia, & etiam secundum quod immutabile, istæ rationes non sunt oppositæ, quia relatæ sunt ad diuersa, scientia enim est de mutabili secundum quod in se mutabile est, & est de mutabili secundum quod est immutabile: non in se: sed respectus passionis immutabilis: secundum quod immutabiliter aliqua passio inest mutabili. ¶ Ad primam in oppositum concedo conclusionem quod de mobili secundum quod est mobile in se, potest esse scientia: cum hoc tamen requiritur: quod sit immutabile respectu suæ passionis: sub hoc intellectu, quod non potest moueri a sua propria passione in suum oppositum. ¶ Ad vltimum dicitur, quod licet de mutabili sit scientia sub ratione mutabilis, non tamen est scientia de mutabili sub ratione sui oppositi, quia mutabile in se & immutabile respectu suæ passionis non sunt oppositæ, sed vt sic unum aliud concomitatur: ex hoc enim, quod est in se mutabile, immutabiliter suscipit vel recipit passionem &c.

QVÆSTIO XI.

QVæritur an demonstratio sit ex primis veris & cæt.? Et quod non videtur. De non ente potest esse scientia demonstratiua: & tamen non ens non est verum, sed potius falsum: ergo non oportet scientia demonstratiua, quod sit ex veris. ¶ Dicitur hic, quod de nõ ente simpliciter, quod nullo modo est ens, nõ potest esse scientia demonstratiua. ¶ Contra de vacuo & infinito aliquo modo est scientia, & tamen ista simpliciter sunt non entia. ¶ Item de non ente potest sciri, qđ opponitur enti: quia non ens necessario opponitur enti, ergo de non ente potest esse scientia demonstratiua. ¶ Hic dicitur, quod de non ente secundum quod est negatio entis quocunque modo non potest sciri, quod ipsum opponitur enti, quia non est possibile tale non ens esse, quia quolibet non ens, quãtumcunque sit non ens, est ens apud animam, & vt sic de non ente potest esse scientia demonstratiua, & sciri quod opponitur enti. ¶ Contra, quæro de non ente apud animam, quæ est negatio vniuersaliter entis apud animam, aut opponitur enti apud animam, autem non, si non, ergo ens apud animam, & non ens apud animam, nõ opponuntur quod falsum est, si sic: ergo cõtingit scire: ergo de nõ ente apud aĩam contingit scire ipsum opponi, enti tñ non ens apud aĩam simpr̃ter est nõ ens ergo de simpr̃ter nõ ẽte põt esse sciẽtia. ¶ Ad principale de mõ

ſtratio ad impoſſibile non eſt ex veris, quia vna præmiſſarum eſt falſa: ergo non omnis demonſtratio &c. ¶ Dicitur hic, q̃ demonſtratio ad impoſſibile eſt ex veris, non ſimpliciter ſed ex veris reſpectu concedentis propoſitionem, falſam eſſe veram, quod accipitur loco hypotheſis.

¶ Contra, ſi demõſtratio ad impoſſibile ſit abſolutè ex una propoſitione falſa, tunc habeo, q̃ demonſtratio ſecundum ſe & abſolutè non ſemper eſt ex veris. Sed diffinitio debet competere diffinito pro quolibet eius: ergo hæc diffinitio non bene datur, cum alicui demonſtrationi non competat.

¶ Aliter dicitur quod demonſtratio ad impoſſibile quo ad aliquem proceſſum eſt ex veris, quia in tali demonſtratione eſt triplex proceſſus. Vnus ducens ad impoſſibile ex hypotheſi, & vna aſſumpta. Alius eſt ab interemptione concluſionis impoſſibilis ad interemptione hypotheſis. Tertius eſt ab interemptione hypotheſis ad oſtendendum principale propoſitum eſſe verum. Licet ergo demonſtratio ad impoſſibile non demonſtret quo ad tertium proceſſum, demonſtrat per hoc principium de quolibet dicitur affirmatio vel negatio, ſequitur enim ſi de quolibet eſt affirmatio, vel negatio vera, & hypotheſis non eſt vera, ergo eius contradictoria eſt vera.

¶ Contra, demonſtratio eſt ex notioribus, ſed affirmatio notior eſt negatione, ſi ergo demonſtretur ueritas affirmatiue ex falſitate negatiue, uel ex intereniptione hypotheſis, tunc oſtenditur magis notum per minus notum, & per conſequens non eſt demonſtratio. ¶ Ad principale, quod demonſtratio non eſt ex primis veris, videtur, quia quod dicitur per ſuperabundantiam vni ſoli conuenit, ſed primum dicitur per ſuperabundantiam, ergo ſi demoſtratio ſit ex primis conuenitum ſoli: ergo non eſt niſi vna demonſtratio, & per conſequens niſi vna ſcientia.

¶ Item poſita hac particula, ſupfluuam eſt ponere alia ſequentia, quia ſi demonſtratio eſſet ex primis, ſuperfluum eſſet ponere hanc particulam immediatis, quia omnia prima ſunt immediata, & econtra. Item poſita hac, ſuperfluit ponere, hanc ex prioribus & notioribus, quia ſequitur demonſtratio eſt ex primis, ergo ex prioribus & notioribus. ¶ Item ſi demonſtratio ſit ex immediatis ſiue ex primis, tunc nulla eſſet demonſtratio ex mediatis, conſequens eſt falſum, ergo, & antecedens. Quia dicit Ariſt. 1. topic. quod demonſtratio eſt

ex

ex immediatis,& ex his quæ sunt immediata principia,& huiusmodi sunt immediata principia,consequentia patet.
Cui inest effectiuè vnum oppositorum, idem negatur reliquum:mediatum & immediatum sunt oppositra.

¶ Item si demonstratio fit ex immediatis siue ex primis, tunc nulla demonstratio esset ab effectu ad causam,quia tunc demonstratio est a posterioribus: consequens falsum secundum Aristot. 2. huius: ergo & antecedens. ¶ Ad oppositum est Aristot.

Ad quæstionẽ dicitur, quod demõstratio est ex primis &c. cuius ratio est quia demõstratio est syllogismus faciens scire. Hæc est diffinitio finalis demonstrationis & scire est per causam cognoscere,ergo &c. Vnde hæc est prima conclusio huius libri sicut dicit Linco. & probatur per diffinitionem finalem demonstrationis. ¶ Intelligendum tamen est secundum Linconiensem, quod demonstratiua scientia potest accipi vel secundum quod est eadem cum demonstratione, & isto modo ista præpositio ex,debet denotare circunstantiam causæ materialis, & tunc est sensus quod demonstratio est ex primis tanquam ex causa materiali; quia principia sunt causæ materiales demonstrationis, Alio modo scientia demõstratiua potest accipi pro habitu acquisito per demonstrationem, & sic scientia demonstratiua solum est conclusionis in demonstratione. Isto modo hæc propositio,ex,dicit circunstantiam causæ efficientis siue originantis, quia scientia demonstratiua, quæ est habitus conclusionis est ex principijs veris,tanquam ex causa efficiente vel originante, quia principia sunt origo scientiæ conclusionis. Hanc diffinitionem Ari. sic ostendit primo declarat hanc particulam ex veris isto modo quod scitur in demonstratione est verum,sed verum non scitur nisi ex veris.licet enim verum possit syllogizari ex falsis,non tamen sciri ex falsis,quia falsum non est, vera igitur demonstratio est ex veris. Item demonstratio est ex primis, quia ex principijs quæ sunt eadem. Item demonstratio est ex immediatis,quia si demonstratio esset ex mediatis, aut tunc esset processus in infitum,aut esset status ad immediata. Non est processus in infinitum, quia tunc nihil sciretur, si est status ad immediata habetur propositum. Item demonstratio est ex prioribus & notioribus quia intellectus noster in syllogizando procedit a magis ad minus notum,quia minus notum: vel æqualiter non fa-

ciunt scientiam de ignoto. Item demonstratio est ex causis, quia demonstratio facit scire, & scire est per causam cognoscere, ergo demonstratio est ex causis. ¶ Sciendū tamen est quod Arist. non ponit hanc particulam ex proprijs, quia hoc innuitur per hanc particulam, ex causis. Causa enim est propria respectu illius, cuius est causa.

¶ Si arguatur, quod quædam sunt causæ mediatæ & quædam immediatæ, & quædam particulares, & quædam communes, ergo non omnis causa est propria respectu effectus. ¶ Dicendum est, quod siue sit causa mediata, siue causa immediata, dummodo sit in eodem genere, sufficienter est propria respectu effectus, sed in diuerso genere non, quia non contingit demonstrare descendentem a genere in genus, vt dicitur in octaua conclusione siue quæstione huius, similiter causa vt cōmunis est, non causa effectus particularis, sed oportet antequā causet, quod ad hunc effectū determinetur, & ideo dicit Arist. hic inferius quod demonstratio non est ex communibus, sed ad determinatum genus appropriatum, & hoc principium si ab æqualibus æqualia demas, ea quæ relinquūtur, erunt æqualia, non est principium ad demonstrandum, effectum in geometria, nisi determinetur ad genus subiectum geometriæ isto modo, vt si ab æqualibus ligneis æqualia damas, illa quæ relinquuntur &c.

Ad primam rationem sic dicitur, sicut dicebatur ad rationē contra hoc, quod de vacuo & infinito non est scientia demonstratiua, probans aliquam passionem positiuam de illis, sed solum ad probandum passionem negatiuam, vt puta vacuū non esse &c. & sic demonstratio non potest esse de non ente quia in tali demonstratione oportet præsupponere, quia est, sed de ista demonstratione non intendit Philosophus vel aliter pōt dici, quod de vacuo, & infinito non est scientia demōstratiua, quia non determinat de illis, nisi quatenus illa remoueat a sua consideratione. ¶ Ad rationem in oppositum de non ente dicitur, sicut dictum est. Ad rationem contra hoc dicitur, quod ens apud animam est æquiuocum, & ideo non ens non negat, quodlibet. Ideo posset stare quod non ens apud animam opponeretur enti apud animam accipiendo ens, & non ens pro eodem significato, & simul cum hoc potest stare, quod nō ens apud animam, est aliquod ens apud animā. sicut non ens apud animam entitate speciei, potest esse ens apud animam entita-

te

te generis, quia ens apud animam, quod est genus non est ens species. Sed impossibile est, quod non ens apud animam neget ens apud animam pro quolibet ente vniuocè. ¶ Ad aliud dicitur, quod demonstratio ad impossibile est ex veris, quo ad tertium processum. ¶ Ad rationem contra hoc dicitur, quod illa demonstratio quo ad tertium processum, qui est ex falsitate hypothesis negatiuæ ad veritatem affirmatiuæ est ex notioribus sub aliquo intellectu. falsitas enim negatiuæ dupliciter potest considerari. Vno modo in se, & ita falsitas aliqua est ignotior, quam veritas affirmatiuæ. Alio modo potest considerari secundum quod ista falsitas cõcluditur ex inter emptione impossibilis, ad quod deducitur, & sic falsitas hypothesis notior est, quam veritas oppositi, & isto modo illa demonstratio est ex notioribus ¶ Ad aliud dicitur, quod posita hac particula primis, non superfluit ponere immediatis, quia forte non omnia principia sunt immediata. Hæc enim est per se primo. Homo est animal, & tamen medium habet per quod põt demonstrari. Similiter posita, quod sint eadem, tamen ex diuersa proprietate accipitur. ideo non est superfluitas, nec diminutio. ¶ Ad aliud dicitur, quod non superfluit hæc particula ex prioribus. principia enim in se dicuntur prima & absolutè, sed priora dicuntur per comparationem ad conclusiones quæ sunt posteriores, & ideo posito vno non superfluit alterum, similiter primum non est relatiuum, nisi per accidens, non enim refertur primum ad secundum, nisi quia refertur secundum ad primum. Posito enim quod nihil esset ens in rerũ natura, præter illud, quod est ens primũ. adhuc illud esset primum, & tamen non relatum ad secundum, nisi per accidens, sicut scibile ad scientiam. ¶ Ad aliud dicitur, quod non superfluit dicere ex causis, quia causa ex hoc quod est causa, & ad hoc quod sit concludens, oportet quod sit propria, sed non oportet principium esse proprium. Similiter ex alia ratione dicitur principium & causa, & ideo non superfluit. ¶ Ad aliud cum dicitur, quod dicitur per superabundantiam &c. dicitur quod Ari. non intelligit quod demonstratio sit ex primis simpliciter, & extra genus, quia sic non esset nisi tantum vna demonstratio, vel saltem non esset nisi vna scientia. Sed Aris. intelligit, quod demonstratio est ex primis in genere, & quia in diuerso genere sciti diuersa sunt principia. Alia enim sunt principia in arithmetica, & alia in geometria, ideo demonstra-

tio est diuersa, & multiplicata, sicut diuersæ scientiæ. ¶ Ad aliud cum dicitur, quod si demõstratio fit ex immediatis, nulla esset ex mediatis. dicitur quod non sequitur. ¶ Ad probationem dicitur quod Arist. intelligit, quod demonstratio est ex immediatis finaliter, vt resoluendo omnes demonstrationes ad principia prima, sed ex hoc non sequitur, quod nulla est demonstratio est mediatis, potest enim aliqua demonstratio esse ex mediatis, dummodo finaliter sit ex immediatis, sed tantum sequitur, quod nulla demonstratio finaliter est ex immediatis. ¶ Ad vltimum concedo, quod nulla demõstratio quæ est ab effectu ad causam est demonstratio simpliciter, talis. n. demonstratio est quia, & non simpliciter secundum Arist. hic autem diffinit demonstrationes simpliciter &c.

QVÆSTIO XII.

QVæritur an hæc sit vera. Vnumquodq. propter quod, q; non vr̃. In istis inferioribus per virtutem solis reperiuntur constrictio & dissolutio. Sol. n. dissoluit glaciẽ, & cõstringit lutum, & tñ non sequitur, quod in sole sit constrictio & dissolutio, quod opposita non sunt simul in eodẽ, ergo &c. ¶ Item non sequitur, iste est ebrius p̃ vinum, ergo vinum est magis ebrium, q̃ iste. Nec sequitur iste est caliduus p̃ solem, ergo sol est magis calidus. Sol enim non est calidus, ergo &c. ¶ Dr̃ quod ista propositio est intelligẽda in causatis vniuocis, & effectib. vbi aliquid vniuocè reperitur in cã & in effectu, ebrietas aũt non vniuocè reperit̃ in ebrio, & in vino, quia in ebrio formaliter. In vino verò effectiuè, & non formaliter. ¶ Contra. ferrum ignitum est calidum formaliter, & lignum ignitum similiter, & tñ non sequitur ferrum ignitum est calidum propter lignum ignitum, ergo lignum ignitum &c. ¶ Dr̃ quod ferrum ignitum est calidum propter lignum ignitum p̃ accidens. lignum. n. ignitũ non calefacit, nisi quia ignis, & hæc propositio vnumquodq. propter quod &c. non solum hẽt intelligi in causis vniuocis &c. sed cũ hoc in causis per se. ¶ Contra, probo quod est in hmõi causis per se, quia ignis est cã vniuoca, respectu caloris in ferro, vtrumq. n. calidum est formaliter, similiter est cã per se, sicut ẽt rñsio concedit, & tñ non sequitur ferrum est calidum propter ignem, ergo ignis est magis calidus, quia antecedens est verum, & consequens falsum. Videmus. n. ad sensum, quod æqualis quantitas ferri igniti vehemẽ

tius

ius comburit, quam æqualis quantitas ignis. ¶ Item probo ꝙ hæc minor sit falsa, per quam Arist. probat cum ista maiore cõclusionem. Cum Ari. dicit cõclusionem scimus propter principia, quia principia secundum se non sunt causæ cõclusionis, nisi in virtute propter quod exigitur applicatio, ergo non cognoscitur propter principia secundum se.

¶ Item non sequitur conclusio scitur propter principia, ergo principia sunt magis scita, ꝙa antecedens est verum, & cõsequens falsum, principiorum. n. est intellectus, & nõ sciẽtia secundum Ari. in fine primi, ergo hæc est falsa, vnumquodq. propter quod &c. ¶ Dr̃ quod quadruplex ex scientia, secundũ Linconiensem. Cõiter, propriè, magis propriè, & maxime ꝓpriè. Vnde Arist. intelligit, quod scia est cõclusionis tm̃ loquẽdo de scientia maximè propriè dicta. Sed loqnendo de sciẽtia propriè dicta, cõclusiones sciuntur propter principia, & principia magis. ¶ Contra accipio scientiam conclusionis maximè ꝓpriè. In tali scia sciunt̃ cõclusiones ꝓpter principia, & tm̃ nõ sequit̃, ergo principia magis sciunt̃, ergo &c. ¶ Ad opp. est Ari.

Ad qõnem dr̃ quod hæc est vera, vnumquodq. propter &c. huius rõ est, quia illud, quod reperit̃ in effectu cã nobilius & excellentius reperitur in cã quam in effectu, quia est de rõne causæ quod excellat effectum, si ergo aliqua proprietas causet̃ in aliquo ab aliqua cã, si illa proprietas in illa cã reperiat̃ vniuocè, excellentius reperitur in cã, quam in effectu &c. hoc patet similiter per exemplum: Magister diligitur propter discipulum, tunc discipulus magis diligitur. ¶ Propter rõnem intelligendum est, ꝙ hęc propositio intelligenda est in causis vniuocis, & per se, non in causis per accidens & æquiuocis.

Ad primam rõnẽ dr̃, qđ sol nõ dissoluit glaciẽ & cõstringit lutũ, nisi p accidens, ꝓpria. n. operatio causata a sole, est p lucã calefacere, sed p accidẽs dissoluit, glaciẽ ꝙa calidũ liquabilia dissoluit, p accidẽs, similiter cõstringit lutũ, ꝙa p calorẽ exhalat subtile, derelinquit̃ grossũ Hæc aũt ꝓpositio vnũquodq. propter quod &c. intelligẽda est in causis Vniuocis, & in causis per se. ¶ Ad aliud similiter dr̃, quod calidum non est in sole formaliter, quemadmodũ est in corpore calefacto. Calidũ. n. est qualitas actiua pertinens ad elementum, sed in sole non est qualitas actiua formaliter, sed est in luce, per quam sol efficitur calidus, lux aũt non est qualitas actiua, sed actiuus actus. ¶ Ad primã rõnem cõtra hoc dr̃, quòd hęc propositio hẽt intelligi

telligi in propositionib. per se & vniuocis, sed lignum ignitū nō est per se cā caloris in ferro. ¶ Ad rōnem cōtra hoc dr̄, quod hæc conclusio est vera, quod ignis est magis calidus, quam ferrum ignitum, sicut dicit vnus expositor. ¶ Ad probationē dr̄, quod stat similiter, quod ignis sit magnis calidus qualitatiuè, q̄ ferrū, & tn̄ quod maior sit caliditas in ferro ignito ſm quantitatem. Illa. n. maioritas est p̄p comparationem partium materialium ferri, ideo non sequitur in ferro est maior caliditas, ergo ferrum est mag's calidum. ¶ Ad aliud dr̄, quod principia scimus & propter principia scimus conclusiones, & cum dr̄, quod requiritur applicatio: dr̄, quod verum est, quod propter principia tn̄ considerata in se illa non applicando, nō sciunt̄, & hoc cōceditur. ¶ Ad aliud similiter dr̄. ¶ Ad rōnem cōtra hoc dr̄, quod non sequitur cōclusiones sciuntur propter principia scia maximè propriè dicta, ergo principia maximè sciuntur, quia hic, non arguitur in vniuocis, scire aūt maximè non competit principijs vniuocè & conclusionib. quia conclusionib. competit formaliter, principijs tantū effectiuè. Sed tn̄ loquēdo de scire, q̄ est apprehensio necessariorum, siue sint principia, siue cōclusiones, isto mō scire vniuocè competit principis & cōclusionib. & isto mō principia sunt magis scita, quam cōclusiones, hoc mō accipiēdo scire, & sic intelligit Aristoteles, similiter Linconiensis exponit. Vnde dicit hanc esse secūdam conclusionem huius lib. &c.

QVÆSTIO XIII.

QVæritur. An principia sint magis nota, quam conclusiones? quod non vr̄, q̄a si sic, ergo principium maxime primum esset maximè notum, cuiusmodi est hoc. Nihil contingit similiter esse & non esse, consequens falsum, probo falsitatem consequentis, si principium primum esset notissimum in veritate, eius oppositum esset notissimum in falsitate: sed quod hoc sit falsum, probo, quia in syllogismo ex oppositis supponit pro hypothesi oppositum primi principij, quia supponuntur contradictoria, & ex ista hypothesi deducit ad negationum eiusdem de se, tanquam ad notius falsum, vel magis inconueniens, ergo negatio eiusdem de se est notior in falsitate, quam oppositum primi principij &c. Hic dicitur, quod in syllogismo ex oppositis non supponitur oppositum primi principij pro hypothesi q̄a non supponuntur contradictoria,

sed

sed tãtum alia pars cõtradictionis supponitur pro hypothesi.

¶ Contra istud, aliqua pars contradictionis. similiter vtraque pars contradictionis diuisim sumpta in aliqua materia est consequens, sed conclusio in syllogismo ex opposito est impossibilis, sed ex consequenti accepto pro hypothesi sequitur impossibile, igitur principia non sunt magis nota, quam conclusiones. ¶ Aliter dicitur, quod in syllogismo ex oppositis supponit oppositum primi principij pro hypothesi, quia in aliqua materia spetiali, minus nota sunt in falsitate, vniuersaliter tamen magis est notum oppositum primi priucipij in falsitate, quam negatio eiusdem de se. ¶ Contra Arist. dicit in primo huius, quod principia non sunt solum nota nobis, sed naturæ, ergo oppositia pincipiorum notissima sunt in falsitatate, non solum naturæ, sed nobis. ¶ Item negatum eiusdem de se, non ponit oppositia in actu, sed potentia. Sed oppositum primi principij ponit ea in actu: ergo notior est impossibilitas, quando accipitur oppositum primi principij, quam negato eiusdem de se. ¶ Item principia non sunt scita, ergo non sũt magis scita quam conclusiones. A ñs patet quia si principia essent scita, esset processus &c. ergo non esset principium primum. ¶ Item quod est notum per causam est magis notum quam illud quod non est notum per causam. Verbigratia cõclusio in demonstratione vniuersali est magis nota quam cõclusio in demonstratione particulari, quia in demonstratione vniuersali conoscitur per causam, in particulari non secundũ Arist. Sed conclusiones demonstrationis, sunt notæ per causam, principia non per causam, ergo principia non sunt notiora, quam conclusiones. ¶ Item principium & conclusio non sunt comprobabilia secundum cognitionem, ergo principiũ non est magis notum, quam conclusio. Consequentia patet, quia comparatio solũ est in vniuocis, secundum Arist. 7. phy. sed principium & conclusio, quo ad cognitionem non sunt vniuoca, quia cognitio conclusionis est per causam, sed cognitio principij non est per causam, ergo æquiuoca est cognito. ¶ Item si principium esset magis notum quam conclusio, & per consequens conclusio minus nota, tunc conclusio aliqũ haberet de noto, & aliquid de oppositio, vt de ignorantia simul, patet in similia quia quod est pallidum est minus album quàm album, ideo habet aliquid de albedine, & aliquid de nigredine, ergo conclusio erit in parte nota & in parte igno-

ta,

tã, quia minus nota quam principium, & vlterius sequitur, quod conclusio non sit simpliciter scita. Item si conclusio sit minus nota quam principium, tunc sequeretur ꝙ nobilius ordinaretur ad minus nobile, tanquam ad finem, consequens est falsum: ergo & antecedens, probo consequentiam, quia si cõclusio sit minus nota quam principium, ignotior est & incertior quam principium, sed principium ordinatur ad conclusionem, ergo maius nobile ad minus nobile. ¶ Item conclusio in demonstratione est necessaria, sed veritate nihil est verius, ergo nihil potest esse notius in veritate, quàm conclusio in demonstratione, non igitur principia sunt magis nota. ¶ Ad oppositum est Aristot. dicens, principia esse magis nota quàm conclusiones.

Ad quæstionem dicitur, ꝙ sic est, quia vnum quodque propter &c. Conclusiones sunt notæ propter principia, ergo principia sunt magis nota. ¶ Item hoc probat Aristot. per vnã rationem, quia si principia essent minus nota, vel æqualiter nota cum conclusionibus, tunc ignotum esset magis, vel æqualiter notum cum eo quod est notum, consequentia patet sic, habita cognitione principiorum, adhuc in isto priori naturæ conclusio est ignota, & principia sunt nota. Si ergo dices, qđ conclusiones sunt magis notæ vel æqualiter cum principijs, tunc ignotum est magis notum, quàm illud quod est notum, vel saltem erit æqualiter notum cum eo, quod est notum, hoc est inconueniẽs, ergo oportet dicere, quòd principia sunt magis nota, quàm conclusiones. ¶ Item hoc potest probari alia ratione, ꝙ conclusio non sit magis nota, quàm principium à quia nihil agit vltra suam virtutem. Hoc patet, quia virtus est multum potentiæ. Sed principia per suam virtutem sunt causæ conclusionis: ergo maiorem cognitionem non possunt facere in conclusione, quàm ipsa habet de se, nec tantam cognitionem faciunt de conclusione, quantam habent de se. Probo, quia de ratione causæ est, ꝙ quicquid reperitur in effectu & causa excellentius reperiatur in causa.

Ad primam rationem, dicitur, sicut dicebatur vltimo, quod aliquibus latent ea, quæ sunt opposita esse opposita, quibus tamen non latet negatio eiusdem de se. ¶ Intelligendum tamen circa istud, quod respondens nunquam concederet opposita sub ratione oppositorum esse simul vera, hoc enim est sibi notissimum in falsitate, ea tamen quæ sunt opposita aliquando

quando concedit esse vera, non conferens vnum ad alterum, sicut contingit in dispositione, quod respõdens concedit vnũ oppositorum & postea per latentes interrogationes, vel per alias cautelas factas ab opponente, concedit alterum oppositorum non conferens secundum ad primum, & postea opposita concessa recolligit ad inuicem concludendo ex his negationem eiusdem de se non ducendo ad aliquod notius fallum sed ut manifestet ea quæ conceduntur a respondente esse opposita. ¶ Ad formam, dicitur quod oppositum primi principij est notissimum in falsitate, quod est opposita simul esse vera, quia illud conceditur esse notum in falsitate tam ab opponente quam a respondente, propter quod respondens non ponit pro hypothesi, concederet tamen illa contradictorie, non conferens unum ad aliud, sed nunquam concederet contradictoriorum esse simul uera. ¶ Ad primam rationem cõtra hoc, dicitur quod illa uerum concludit, prima enim principia sunt nobis notissima in veritate cognitis terminis, & etiam eorum opposita sunt notissima in falsitate, ideo oppositum primi principij sub propria forma a nullo conceditur, si illa scit qđ sunt opposita & ad inuicem conferantur, & actualiter considerantur, tamen ea quæ sunt opposita possunt aliquem latere in aliqua materia. Sed cognitis terminis magis notum est (opposita esse simul vera) in falsitate, quam negatio eiusdem de se. ¶ Ad aliud dicitur, quòd negatio eiusdem de se non includit contradictoria nisi in potentia, si aliqua includit, & opposita sub oppositorum forma actu includitur, ideo sequitur quod negatio eiusdem de se, non est notior in falsitate, quàm sunt opposita simul esse vera, aut ea quæ sunt opposita actualiter, conferendo unum oppositorum alteri. Sed causa quare homo decipitur in concedendo opposita, est propter hoc qđ non confert vnum ad aliud. ¶ Aliter ad principale: dicitur qđ in syllogismo ex oppositis non concluditur de se deducendo ad aliquod manifestius falsum. Sed multitudo inconuenientium, ideo cum hoc bene stat quòd oppositum primi principij sit notissimum in falsitate. ¶ Ad aliud dicitur, quod loquẽdo de scientia proprie dicta, & etiam de scientia magis propriè dicta, & etiam de scientia magis proprie dicta: quæ scientia est apprehensio veritatis necessariorum, secundum hanc scientiam principia sunt magis scita quam conclusiones vt dictum est &c. ¶ Ad aliud dicitur quod hæc interimitur, illud

quod

quod est notum per causam est magis notum illo quod non est notum per causam, vera tamen est, cum vtrumque cognosci per causam: sed principia prima non sunt nata cognosci p causam: quia causam non habent, & conclusiones natæ sunt cognosci per causam, ideo exemplum in proposito non tenet. Illud enim quod scitur per demonstrationem vniuersalem magis scitur, quam quod scitur per demonstrationem particularem., quia vtrumque est natum cognosci per causam: quia igitur quod cognoscitur per particularem demonstrationem non cognoscitur per causam, demonstratio autem vniuersalis facit cognoscere per causam, ideo ibi tenet, hic non. ¶ Ad aliud dico, ꝙ principia & conclusio sunt comparabilia. ¶ Ad improbationem dicitur, ꝙ licet vnum cognoscatur per causam, & aliud non, & per consequens in scientia maximè propria non sint comparabilia, tamen accipiendo sciam tertio modo dictam, quæ est apprehensio veritatis necessariorum, in hoc sũt comparabilia, prius enim dicebatur quod quatuor modis dr̃ scire. Cõmuniter, & propriè, magis propriè, & maximè propriè, vnde tertio modo comparabilia sunt. ¶ Ad aliud, dicitur ꝙ conclusio est partim nota, ex hoc quod est nota per principium, & quantum est de se, est ignota, sed ex hoc non sequitur, quod non sit simpliciter scita. ¶ Ad aliud quando dicitur, quod cognitio principiorum ordinatur ad cognitionem conclusionis perfectam, concedo, sed ex hoc non sequitur, quod nobilius ordinetur ad minus nobile, principium enim inquantum in eo est scientia conclusionis in vniuersali, & modo cõfuso, ordinatur ad perfectam cognitionem conclusionis, & in particulari, & ita quo ad hoc imperfectum ordinatur ad perfectum. ¶ Ad aliud, quando dicitur, quod veritate necessaria nihil est verius. Conceditur, potest esse tantum certius aliquid in veritate, & notius, vel potest dici per interemptionẽ illius propositionis, quia veritate necessaria alicuius conclusionis, potest aliquid esse verius. Illud enim est magis necessarium & per consequens magis verum, cuius necessitas & veritas ab alio non dependet: quam illud cuius necessitas dependet ab alio.

QVÆSTIO XIIII.

QVeritur an conclusio sit necessaria in demonstratione, vt næ sit necessaria, homo est risibilis, quod non videtur, quia sequitur homo est risibilis, ergo homo est. Cõse-

quens

quẽs est contingens, ergo & antecedens, quia ex necessario nõ sequitur contingens. Consequentia patet, quia accidens reale subiecto in esse præsupponit subiectum esse: sicut quia est, p̃supponit si est. ¶ Dicitur hic, quod accidens est duplex, quoddam quod sequitur subiectum ſm actũ, vt album & nigrum, quoddam secundum aptitudinem vt risibile: quia oẽ nomen terminatum in bile significat per modum aptitudinis. Sed accidens consequens subiectum ſm aptitudinem non præsupponit subiectum, licet accidens consequens subiectum ſm actũ præsupponat subiectum. Aptitudo enim põt fundari in non ente. Verbigratia. Cæcus aptus natus est videre, & tñ non sequitur, cæcus actu videt, nec sequitur, ergo cæcus potest videre, similiter est hic, non sequitur, homo est risibilis, ergo homo actu est ridens.

¶ Contra aptitudo secũdum quam cæcus potest videre fundatur in eo quod est cæcum tanquam in subiecto, quia in eodem subiecto habent fieri habitus & priuatio, sicut ergo subiectum cæcitatis est, eodem modo sequitur, quod subiectum risibilis est, ergo sicut sequitur hoc est cæcũ, ergo illud quod ẽ cęcum est, eodẽ modo sequitur homo risibilis, ergo homo est. ¶ Item quod aptitudo non possit fundari in non ente videtur, quæro enim de aptitudine, aut est substantia, aut accidens, non substantia, vt manifestum est, si sit accidens, & accidens reale non potest fundari in non ente, quia accidens est alteri inhærens, & non enti nihil inhæret. ergo &c.

¶ Item quod risibile non solum consequatur hominem secundum aptitudinem vr̃, sicut dicitur expositor: passio in subiecto habet duplicem rationem cãæ. ſ. rõne causæ efficientis & materialis, sed impossibile est aliquod habens cãm efficientem in subiecto, primum consequi secundum aptitudinem solum ita quod non secundum actum, ergo &c. ¶ Item si hæc sit necessaria. Omnis homo est risibilis, ergo quælibet singularis necessaria: sed consequens est falsum, ergo & antecedens, consequentia patet. Falsitas consequentia similiter patet, quia hęc est singularis eius, sortes est risibilis, & hæc non est necessaria. for. enim potest corrumpi, ergo non est necessitate risibilis. ¶ Dicitur hic, quod hæc est necessaria absolutè, omnis homo est risibilis, & tñ non oportet quãlibet eius singularem absolutè esse necessariam, quia necessitas vniuersalis continuatur per continuam singularium generationem: ideo absolutè necessa-

ceſſaria eſt, ſed ſingularia corruptibilia ſunt, ideo in illis non eſt neceſſitas abſoluta.

¶ Contra iſtud per te veritas huius continuatur per ſucceſſiuam generationem, hæc tunc, omnis homo eſt riſibilis, non verificatur pro iſto: antichriſtus eſt riſibilis, quia nondum generatur, & tunc ergo arguo ſic. Antichriſtus nunc non verificat propoſitionem, ſolum ergo tunc verificatur pro ſuppoſitis ꝑntibus, ſed ſuppoſitis ꝑntibus poteſt prædicatum ineſſe, & non ineſſe, quæ corruptibilia ſunt, ergo veritas huius propoſitionis non eſt neceſſaria, ſed contingens. Non.n.habet veritatem, niſi a ſingularibus, hoc eſt falſum, ergo non eſt dicere, qđ neceſſitas ſaluatur per continuam gñationẽ. ¶ Item ſequitur, omnis homo eſt riſibilis, ergo ille eſt riſibilis per locum a toto in quantitate, conſequens non eſt neceſſarium, ergo nec antecedens. ¶ Dicitur hic per interemptionem cõſequentiæ nõ enim ſequitur iſta, iſte homo eſt riſibilis, ſed ſequitur ſub quadam conditione, iſte homo dum eſt, eſt riſibilis, & ſic ſingularia neceſſaria ſunt ſub conditione, tñ non ſunt neceſſaria abſolute. ¶ Contra iſtud, ſi vniuerſalis ſit neceſſaria, ꝓp hoc quod ſingularia ſunt neceſſaria ſub conditione, tũc hæc eſſent neceſſaria, tu ſemper curris, quia quodlibet ſingulare eſt verum ſub conditione. hæc.n.eſt vera, dum tu curris in a. tu curris, ſimiliter hæc dum tu curris in b. tu curris, & ſic quælibet ſingularis eſt neceſſaria, ergo hæc vniuerſalis eſt neceſſaria, tenet ſimilitudo: quia ſicut omnis dicit vniuerſalitate ſuppoſitorum, q̃ nominaliter ſignificantur, ita ſemper dicit vniuerſalitatem tẽporis conſignificati per a.b. &c. ¶ Itẽ tunc ſequitur. Omne qđ eſt qñ eſt neceſſe eſt eſſe, ergo omne quod eſt neceſſe eſt eſſe, ſi a veritate conditionata ſingularium poſſet inferri veritas abſoluta vniuerſalis. ¶ Item reducitur ratio ſic, omnis homo eſt riſibilis ergo iſte homo eſt riſibilis ſine conditione, probo, qz ſic ſequitur ſingulare, ſicut in virtute vniuerſalis continetur. ſed in virtute huius vniuerſalis continetur ſimpliciter, nõ ſub conditione, ergo ſingulare ſequitur ſine aliqua conditione.

¶ Aliter dr̃ ad rõnẽ, ꝙ hæc ꝓpoſitio, omnis homo eſt riſibilis, eſt neceſſaria abſolutè, & huius ratio eſt, quia riſibile eſt paſſio hominis, & paſſio conſequitur ſpeciem ratione potentiæ actiuæ, & ideo non poteſt ei non ineſſe ſicut calefacere nõ poteſt non ineſſe igni, quia conſequitur ignem ratione potentiæ actiuę ideo eſt quod hic eſt neceſſaria habitudo ſcilicet in hoc

homo

homo est risibilis,& ita absolutè necessaria. ¶ Intelligendum ñ est, quod passio, quæ est necessaria de specie, est necessaria de contentis sub specie, non sub propria ratione, sicut ait Aristotel. sed sub propria ratione speciei,inquantum speciem diuidũt: ideo singulare huius vniuersalis debet sic accipi, iste homo inquantum homo est risibilis,& sic de alijs, & sic intelligendo sunt absolutè necessariæ.

¶ Ad probationem dicitur,quod licet iste homo possit non esse secundum se,tamen inquantum homo non potest non esse.

¶ Contra istud,primo probo quod non sequitur,si passio egrediatur a potentia actiua subiecti, quod propter hoc necessario insit subiecto. Secundo probo,quod ex hoc quod ex tali potẽtia actiua egreditur: sequitur propositum. Et tertio ostendo, quod necessaria habitudo non concludit propositionem necessariam esse. Primum patet sic, sicut ambulare progreditur ex potentia actiua hominis,quia homo ambulat: & non secũcundum potentiam passiuam,sed actiuam: & tamen non est necessaria ergo prædicatum egredi a potentia actiua subiecti, non concludit propositionem esse necessariam. Secundam ostendo: potentia non potest esse in non ente, vt in subiecto, nec in ente tantum apud animam, quia ens apud animam potentiam actiuam non habet, sicut patet de figmentis, & secundis intentionibus. Si ergo potẽtia actiua est in aliquo ente reali,vt in subiecto, sequitur ergo, ꝙ si passio egrediatur a potentia actiua subiecti: necessario est subiectum esse,& hoc est propositum. Tertium patet in his,quæ frequenter sunt, & non sẽ per cuiusmodi est eclypsis lunæ vbi est necessaria habitudo, quia quandocunque est interpositio terræ inter solem & lunam,tunc luna eclypsatur, ergo necessaria habitudo non concludit necessitatẽ absolutè. ¶ Item reducitur ratio, sicut prius. hæc singularis,iste homo est risibilis,in virtute vniuersalis ponitur absolutè,ergo absolutè sequitur sine reduplicatione,sed hæc non est necessaria: iste homo est risibilis,ergo nec vniuersalis.

¶ Aliter dicitur, quòd hæc sit necessaria, omnis homo est risibilis absolutè siue homo sit, siue non sit: quia siue sit, siue non sit passio hominis est necessaria de subiecto,quia quod scitur necessarium est,& vlterius dicitur,quòd quælibet singularis necessaria est absolutè propter eandem rationem.

¶ Ad probationem dicitur, quòd non sequitur, iste homo

potest non esse, ergo potest non esse risibilis, quia ad necessita tem propositionis, non requiritur actualis existentia extremorum. ¶ Contra istud homo non semper canescit, quia homo non semper est risibilis, quia non semper est, & vlterius sequitur, quod non de necessitate est risibilis, si non semper sit, ergo ex oppositio consequentis sequitur homo de necessitate est risibilis, ergo homo de necessitate est. ¶ Item entitas compositionis est ex entitate extremorum, ergo veritas propositionis est ex veritate extremorum, quia eadem sunt principia veritatis, & entitatis, si ergo propositio sit vera, oportet intelligere extrema esse. ¶ Item primo perihermenias dicitur, qd compositio est, quam sine compositis non est intelligere. Sed quod non contingit intelligere sine aliquo, non contingit esse sine illo: quia ex oppositio sequitur oppositum, si igitur compositionem non contingit intelligere sine extremis: ergo nō contingit esse sine entitate extremorum, sequitur, ergo homo est risibilis, igitur homo est, & similiter. sor. est risibilis, ergo sor. est. ¶ Ad oppositum est Arist. dicens, quòd conclusio demonstrationis est necessaria in ista litera, quoniam impossibile est aliter se habere.

Ad quæstionem dicitur, quod hæc est necessaria, omnis homo est risibilis. Cuius ratio est hęc, quia potest esse conclusio in demonstratione: quia prędicatur de subiecto. Sed conclusio demonstrationis scitur per demonstrationem, sed quod scitur impossibile est aliter se habere. & quod impossibile est aliter &c. est necessarium. ergo a primo ad vltimum hęc est conclusio in demonstratione. ergo hęc est necessaria, & etiā quęlibet singularis est necessaria absolutè. Modus tamen ponendi eius singulare est diuersus apud diuersos. Quidā enim ponūt eius singulare sic, iste homo inquantum homo est risibilis, & hoc propter rationem positam in secunda responsione ad secundum argumentum, passio enim est necessaria de cōtentis propter hoc, quod est necessaria de spē, & ita de contentis est necessaria sub ratione speciei, & non sub propria ratione, qa sub propria ratione singularia sunt corruptibilia. istę ergo sunt singulares. iste homo inquantum homo est risibilis. non intelligendo, quod hęc reduplicatio inquantum sit pars termini, quia sic non essent singulares istius vniuersalis. similiter hic essent quatuor termini. omnis homo est risibilis. iste est homo. ergo iste est risibilis inquantum homo, sed reduplicatio

addi-

additur ad denotandum, quo istę singulares illi vniuersali appropriantur.¶ Alij ponunt, quod huiusmodi vniuersalis omnis homo &c. istę sunt singulares, iste homo est risibilis, & iste homo est risibilis, & iste sine reduplicatione, & istę necessarię sunt absolutè, & per necessariam habitudinem prędicati ad subiectum. Et vlterius dicunt, quod ad necessitatem istarũ singularium non requiritur actualitas extremorum. sed sufficit, quod singularia includant in suo intellectu naturam speciei, quam consequitur talis passio. Non tamen intelligendum est, quod ista sit in singularib. eque primo, sicut & naturę speciei; sed istis inest ex consequenti. quia passio naturę speciei necessario & primo inest speciei. & ex consequenti suppositis. & propter hoc patet ad rationem, per quam confirmatur alius modus ponendi singulares.

Ad primam rationem dicentes. primam propositionem esse necessario, eo quod prędicatum consequitur subiectũ necessario, & contenta sub subiecto inquantum contenta includunt speciem. ipsi dicunt concedendo hanc consequentiam, omnis homo est risibilis ergo homo est. & ratio eorum est, quia accidentis reale alicui ineste prędupponit subiectũ esse. Rationes, quæ sunt contra priorem responsionem, non sunt contra eos, sicut in secundo dicetur.¶ Ad primam rationẽ contra hoc dicitur, quod duplex est potentia actiua, quædam est potentia, quam præcedit alia potentia, scilicet passiua in subiecto, quæ est contradictionis, & talis potentia actiua est in homine respectu ambulationis, sed accidens quod egreditur a tali potentia actiua, non inest necessario subiecto. Alia est potentia, quam non præcedit potentia passiua in eodẽ, & respectu eiusdem, & isto modo est potentia actiua in igne respectu calefacere, statim enim cum ignis est, habet potentiam calefaciendi actiuam, ita q̃ non potest non calefacere, quantum est de se, & accidens quod egreditur, a tali potentia actiua subiecti, necessario consequitur subiectum, sicut risibile respectu hominis.¶ Ad aliud dicitur, quod non sequitur, iste homo inquantum homo est risibilis. igitur iste homo est. Ideo autem non sequitur hæc conclusio. quia potentia actiua, a qua egreditur passio non inest isti homini, nisi in quantum iste homo est homo. ideo sequitur hæc conclusio, quod iste homo inquantũ homo est, & sic consequens est necessariũ, sicut & antecedẽs, quia isti homini inquantum homo nec inest corruptio, nec ge-

neratio.¶ Ad tertium dicitur,quod habitudo passionis ad subiectum est necessaria isto modo,quando posito subiecto ponitur passio sufficienter. & tunc est propositio necessaria, & sic hæc est necessaria,homo est risibilis. Sed ex alia parte in his,q̃ frequenter sunt, subiectum potest esse in rerum natura, licet passio non sit,cũ luna sit in aliquo tpe,in quo non est eclypsis, ideo non est necessaria absolutè habitudo passionis in his,quę non semper sunt,licet sit habitudo inter vnum ad alterum per causam extrinsecam,vt per habitudinem ad hanc causam,quæ est interpositio terræ inter solem & lunam,eclypsatur necessario,vnde alia est habitudo in his, quæ semper sunt, & in his q̃ frequenter. ideo non est simile.¶ Ad aliud dicitur,quod in virtute vniuersalis non includitur hæc quæ est singularis sub propria ratione sihgularis. Non enim attribuitur risibile suppositis,nisi quia speciei, ideo singularia debent sequi ad vniuersalem,non sub ratione propria,sed sub ratione communis.¶ Ad formam patet per hoc,quod in virtute vniuersalis habetur,q̃ prędicatum attribuitur suppositis, sub reduplicatione cõmunis,& ita minor falsa.¶ Aliter dicunt volentes sustinere,quod hæc propositio est necessaria, & quęlibet singularis absolute non addita reduplicatione.¶ Ad primum dicunt,quod hæc cõsequentia non valet, homo est risibilis, ergo homo est sicut prius. Ad probationem cum dicitur accidens reale &c. Hoc intelligendum est de accidente,quod consequitur subiectum, secundum suum esse exitere, & non secundum esse specificũ siue aptitudinem,cuiusmodi est risibile.¶ Ad primam rationẽ contra hoc dicitur,quod illa aptitudo, nec est substantia, nec accidens in genere,sed est quidam modus essendi, secundum quem accidens consequitur subiectum.¶ Ad aliud dicitur, q̃ non est simile de aptitudine in cæco & de risibili.cęcum enim est priuatio accidentis, quod primo consequitur indiuiduum & non speciem.& ideo sequitur suus habitus, & secundũ idẽ esse particulare, sed risibile est accidens consequens speciem primo secundum esse absolutum, & non tantum secundum esse existere,& ideo non sequitur,homo est risibilis.ergo homo est. Vnde in hoc dissimile est inter cæcum & risibile,quod secundum diuersa esse consequuntur sua subiecta,licet in hoc sit simile,quod sicut non sequitur, homo est aptum natum videre ergo homo potest videre.sic non sequitur,homo est aptũ natum ridere,ergo homo potest videre. ¶ Ad tertium contra

hoc

hoc dicitur, quod risibile non habet in homine causam efficiẽtem homo enim non efficit risibile. Sed illud idem, quod est causa efficiens respectu hominis, est causa efficiens respectu risibilis sicut dicimus, quod quodlibet subiectũ passionis hẽt duplicem rationem, vt rationẽ causæ formalis, & rationẽ causæ materialis, & similiter, quod habet quandoque rationem causæ efficientis, non quod talis sit causa faciens passionem ſ exiſtere. Sed ista causa est causa habitudinis necessariæ passionis ad subiectum, ita quod cum subiectum est passio est. ¶ Ad formam dicitur, quod licet in subiecto sit isto modo duplex rõ causæ, non sequitur tñ propter hoc, quod passio consequatur subiectum, secundum exiſtere subiecti, ita quod in subiecto præsupponat exiſtere, sed sufficit quod præsupponat subiectum aptum natum esse. ¶ Ad aliud principale sic rñdetur, sicut vltimo dicebatur, quod vniuersalis est necessaria, & ꝙ quælibet singularis absolutè est necessaria sine aliqua reduplicatione, negatur tamen hæc consequentia, iste homo est risibilis, ergo iste homo est, quia non requiritur actualis existentia extremorum. ¶ Ad primum contra hoc dicitur, quod differentia est inter accidens proprium, & accidens cõe. in hoc quod accidens commune solum consequitur subiectum, secundum quod quidditas subiecti exiſtit, sed accñs propriũ, vt propria passio consequitur quidditatem subiecti, non tantũ vt exiſtit, nec tantum vt intelligitur. Sed siue quidditas exiſtat, siue intelligatur, passio istam quidditatem absolutè consequitur. & ideo est, quod accidens commune inhærens subiecto præsupponit subiectum esse. & propter hoc ista est falsa, semper homo canescit. quia homo non est semper. Canescere enim est accidens commune. sed accidens proprium, vt propria passio inhærens subiecto, non exigit subiectum exiſtere. ¶ Ad aliud dr̃, quod entitas compositionis dependet ab entitate extremi. sed entitas extremi dupliciter potest intelligi. Vno modo sub ratione extremi, & sic propositio est vera, quia entitas compositionis, vt sic ab entitate extremi dependet, alio modo potest intelligi pro actuali exiſtentia eius, quod est extremum, & sic entitas compositionis non dependet ab entitate extremi, sicut nec eius veritas, quia sic hæc non esset vera: Chimera est chimera. ¶ Ad aliud dicitur, quod compositionem non contingit esse sine entitate extremorum sub ratione extremorum hoc idem est dicere, ac si diceretur, compositio non potest esse sine

subiecto, & prædicato. Compositio ramen bene potest esse sine entitate subiecti, quæ est actualis existentia extremorum, vel eorum quæ sunt extrema, & hoc concluditur per hoc, ℘ est hæc vera. Chimera est chimera, & ea quæ sunt extrema, non existunt in rerum natura &c.

QVÆSTIO XV.

QVæritur an hæc conditio per se sit possibilis? Quod non videtur per se dicit causam per Aris. Si igitur hæc sit possibilis, in propositionibus denotatur per hanc conditionem, quod subiectum sit causa prædicati, vel econtra. & tunc propositio necessaria est falsa, quia hæc tunc esset falsa, homo per se est animal, quia denotatur idem esse causa sui ipsius, cum tamen non sit. ¶ Item per se excludit causam cum participatione secundum Linconiensem. aut ergo excludit efficientē causam, & tunc nihil esset per se nisi prima causa, quod videtur inconueniens aut excludit causam materialem. & tunc substantia materialis non esset ens per se. Cuius oppositum dicit Aristot. dicit enim quod callias est ens per se, aut excludit esse aliarum causarum, & tunc sequitur, quod illa quæ causantur ab alijs causis non sunt entia per se. omnia ista videntur inconuenientia. ergo &c.

Ad quæstionem dicitur, quod sit certa. Vbi intelligendum est quod hæc conditio per se dupliciter potest accipi. Vno modo in propositionibus. Alio modo in rebus. Primo modo facit modum inhærendi. Secundo modo facit modum essendi, & vtroque modo hæc cōditio per se est possibilis, est enim possibilis in propositionibus, quia in aliquibus propositionibus subiectum est causa prædicati, & in alijs prædicatum est causa subiecti. Exemplum primi in secundo modo dicendi per se. Homo est risibilis, quia a principijs subiecti progreditur passio. exemplum secundi est quando prædicatur diffinitio vel pars diffinitionis de diffinito: tunc enim prædicatum est causa subiecti. Cum igitur inhærentia dicit causam subiecti respectu prædicati, vel prædicati respectu subiecti, conditio erit possibilis per se. Item hęc conditio per se est possibilis in rebus, & constituit modum essendi, & sic excludit causam participem secūdum Linconiensem. & hoc est tripliciter: Aut enim excludit causam efficientem, aut finalem, & isto modo prima causa solum est per se, quia non habet causam efficien-

tem

rem siue finalem, est enim efficiens & finis omnium. Alio modo excludit causam materialem, & sic intelligentiæ sunt per se, licet in intelligentijs per logicum sit reperire quod & quale, quod est aliud ab eo quod est quid, tamen non est reperire ibi compositionem materiæ cum forma. Tertio modo per se excludit esse in subiecto, & hæc causa exclusa potest reduci ad causam materialem. substantia enim est causa materialis, vel respectu accidētis quod est in eo, & isto modo tertio, substantia est ens per se. Substantia enim est ens & non in alio tanquam in subiecto, & sic ergo patet, quod hæc conditio per se, est possibilis in rebus, patet etiam quod sit possibilis in propositionibus.

Ad primam rationem dicitur, quod licet per se dicat causam in propositionibus. non tamen hæc est falsa, homo est animal. ¶ Ad propositionem dicitur, quod licet animal sit idem realiter quod homo tamen diuersum est secundum conceptū seu rationem intelligendi, & ideo vt sic potest esse causa respectu hominis, vnde idē respectu suiipsius potest esse causa dūmodo sit ab alia ratione acceptum. ¶ Ad secundam rationem dicitur, quod per se in rebus diuersis excludit diuersam causam, & non excludit quamlibet causam in qualibet re. Sed in intelligentijs excludit causam materialem, sed non efficientē. Similiter in substantijs excludit esse in alio tanquam in subiecto, non tamen excludit vniuersalem causam materialem in materialibus, ideo nullum inconueniens sequitur, si tamen quamlibet excluderet causam in isto cui adiungitur, tunc conditio per se non esset possibilis in rebus, nisi tantum in prima causa, quæ nullam aliam causam habet. ¶ Contra hoc, si hæc conditio per se dicat causam inhærendi, tunc hæc esset falsa, homo per se est homo, quia denotat idem secundum rem & rationem, quod sit causa sui ipsius. ¶ Dicitur quod hæc sit vera. homo per se est homo. Et ad probationem dicitur, ꝙ per se in primo modo dicit causam inhærendi. sed non in quocunque gradu. Primus enim modus dicendi per se habet tres gradus. Primus secundū quod idem dicitur totaliter de se. Alius secundum quod diffiniti o prædicatur de diffinito cuiusmodi est differentia & genus. Tertius modus secundum, quod pars diffinitionis prædicatur de diffinito, sicut genus vel differentia. Ad formam dicitur, quod per se de primo modo non dicit causam inhærendi positiuè, sed excludit causam participē.

est enim intellectus, quod homo per se est ita homo, quod nō per aliā causam. Dicit enim Arist. 7. meta. quod quæstio quare homo est homo est quæstio de nihil, quia quæstio aliquid præsupponit, & aliquid quærit, sed hic nihil præsupponitur. Dicit enim quod quærere quare homo est homo, nulla causa. In alijs gradibus eiusdem primi modi per se dicit modū inhærendi, & de alijs duobus gradibus primi modi considerat demonstrator, nō autem de primo gradu in quo prædicatur idē de se, & huius ratio est, quia demonstrator vtitur talibus modis in quibus non est petitio. Sed si accipiatur ista, homo est homo, loco præmissæ semper esset petitio. quia tunc termini propositionis erunt conuertibiles, & vna est dubia æqualiter conclusioni. vt si arguitur, homo est risibilis. homo est homo, ergo homo est risibilis, & ideo de primo gradu in quo prædicatur idem de se, non curat demonstrator. In omnibus tamen modis dicendi per se, in quibus vtitur demonstrator, per se dicit causam inhærendi in illo gradu, in quo demonstrator vtitur &c.

QVÆSTIO XVI.

QVæritur an tantum duo sint modi inhærendi per se in ꝓpositionibus? Quod non vī, primo auctoritate Ari. qui dicit in capitulo de per se, q̄ quæcūq. dīr in simpliciter scibilib. per se, sic sunt sicut inesse propter ipsa, per hāc particulam inesse prædicantib. intelligit secundum modum, qñ subiectum cadit in diffinitione passionis, quæ prædicatur de subiecto, per hanc particulam in esse ꝓp ipsa, intelligit quartū modum, vbi prædicatum ponit inesse subiecto propter cām efficientem in subiecto, vt est hic: Interfectus interijt propter interfectionem. Sed conclusio in demonstratione solū est simpliciter scibilis, igitur conclusio in demonstratione est per se secundo modo, & quarto modo. Sed manifestum est, q̄ in prę missis demonstrationis est primus modus dicendi per se, ergo sunt saltē tres modi dicēdi per se in proportionib. nō ergo tm duo. ¶ Preterea p Ari. p se in ꝓpositionib. dicit cām inhærēdi. totiēs igit dr̄ p se quotiēs dr̄ cā. Sed quatuor sūt cāæ, ergo quatuor sunt ēt modi dicēdi per se. ¶ Hic dr̄ negādo cōsequētiā, s. quatuor sunt causæ, ergo &c. quia licet per se dicat cām inhærendi, tñ perfeitas propositionis nō accipiē per se a quacunq. cā, a cā. n. finali non accipiē modus dicendi per se, quia est extrinse-

trinseca rei. ¶ Contra cã finalis maxime cã est, est. n. cã causarũ per Ari. Cum per se dicit cãm inhærendi, potius a cã finali accipitur modus perfectatis q̃ ab aliqua alia cã. ¶ Item cã efficiẽs est cã extrinseca rei & tñ ab ipsa accipitur vnus modus dicẽdi per se nõ obstante, ꝙ sit extrinseca. ¶ Item ad principale in demonstratione concluditur passio de subiecto per diffinitionẽ subiecti, q̃ est mediũ, ergo in demonstratione per se in maiori p̃dicat passio de diffinitione subiecti, & in minori p̃dicat diffinitio subiecti de subiecto. Ex hoc arguo sic, alio mõ sunt p̃missæ per se & conclusio, ꝙ cõclusiones cũ hoc qđ sunt per se sũt ꝓp aliud, sed p̃missæ non sunt ꝓp aliud, sed cõclusio in demõstratione est per se secundo mõ, quia prædicat passio de subiecto, ergo maior in qua prædicatur passio de diffinitione subiecti non erit per se secundo modo, nec est per se primo mõ, ꝙ prædicatum non cadit in diffinitione subiecti, est igitur per se aliquo modo, & minor in qua prædicat diffinitio de diffinito est per se primo modo. ergo plures sunt modi quã duo. ¶ Hic dr̃, ꝙ passio non prædicatur de diffinitione subiecti in maiori demõstratione, sed de diffinitione passionis, & per consequẽs minor non erit per se aliquo mõ. ¶ Contra diffinitio passionis est vniuersale prædicatũ, ꝙ quatuor sunt prædicata ſm Ari. primo topicorum. Quorum vnum est diffinitio, sed vniuersale respectu illius respectu cuius est vniuersale non habet propriã rõnẽ subiecti, sed magis p̃dicati, ergo diffinitio passionis respectu subiecti nõ põt propriè subijci. ¶ Item adhuc ex ista rõne sequitur, ꝙ sunt tres modi dicendi per se, quia in conclusione est secundus modus dicẽdi per se, in minore prædicatur diffinitio passionis de subiecto, & non per se secundo mõ, vt probatũ est prius, quia alio modo sunt præmissæ per se & conclusio nec est per se primo mõ, quia prædicatũ nõ cadit in diffinitione subiecti, igit præter primum & ſm oportet ponere, ꝙ ista minor sit per se aliquo alio mõ, & per cõsequẽs plures sũt modi dicendi per se q̃ duo. ¶ Ad oppositum vñr esse auctoritates Ari. quia Arist. postq̃ posuit primum modum & ſm dicit, quod quæ neutraliter insunt accidentia sunt, vt vñ, ergo nõ sunt plures modi dicendi per se q̃ primus & secundus. ¶ Item Ari. volens probare hanc propositionẽ, quæ per se sunt de necessitate insunt in primo capitulo. Qm̃ aũt ex necessitate &c. ipsam probat inductiuè, & ipsam solum inducit in primo & secundo modo, ergo, vt vñ non sunt plures modi dicẽdi per se,

quam

q̄ primus & secūdus, vel si sint plures, inductio Ari. est insuffi
ciens ¶ Item propositio dr̄ per se ex hoc, q̄ subiectum cadit in
diffinitio prædicati, aut econtra, sed hoc non est nisi duobus
modis, ergo tantum sunt duo modi dicendi per se.

Ad hanc q̄nē dicit Thomas expositor vno mō, q̄ sunt tres
modi dicendi per se in propositionib. demonstrationū, hęc. n.
p̄positio per addita cū hoc relatiuo reciproco quod est se, di-
cit quandam circūstantiam. Sed hoc est dupliciter, vel in reb.
vel in propositionib. In reb. dicit circūstantiam solitudinis, &
sic dr̄ q̄ iste homo est per se q̄ solus existit. Sed vt dicit circū-
stantiam in propositionib. dicit circunstantiam in rōne causę,
& hoc tripliciter. Vno modo dicit circūstātiā causæ formalis,
sicut hic Iste homo viuit per animam. Alio modo dicit circū-
stantiam causæ materialis, sicut hic, corpus est collocatum per
superficiem. Tertio modo dicit circunstantiam causæ efficien-
tis sicut hic, homo est calidus per ignem. Quando igitur dicit
circunstantiam causæ formalis, accipitur primus modus, quia
in primo modo prædicatum est cā formalis subiecti, q̄a genus
& dr̄ia sunt partes formales respectu diffinitur, licet vnum sit
materiale respectu alterius, ideo dicit Aristoteles. in 7. met. q̄
partes diffinitionis sunt formæ. Q̄n verò dicit circunstantiam
causæ materialis accipitur secundus modus, quia in secundo
modo est subiectum per se cā respū prædicati in rōne cāe ma
terialis. Sed q̄n dicit circunstantiam causæ efficiētis accipitur
quartus modus, & ita patet q̄ sint tres modi dicendi per se in
p̄positionib. vt primus, secundus, & quartus. Nam tertius mo
dus est modus essendi & non modus inhærēdi. ¶ Cōtra illud,
si per se dicat circūstantiam in rōne causę ab illa cā igitur quæ
maximè est cā, maximè dr̄ perfectas. Sed cā finalis maxime est
causa, est. n. causa causarū ſm Ari. 5. met. ergo à causa finali acci
piendus est aliquis modus dicēdi per se, sicut ab alijs causis, &
ita erunt quatuor modi dicēdi per se, & non tm̄ tres. ¶ Item q̄
primus modus non accipiatur a causa formali, vr̄ quia hæc est
per se primo modo, risibilitas est hominis, quia prædicatū ca-
dit in diffinitione subiecti, & tm̄ hō nō est causa formalis respū
risibilis. Similiter hæc est per se primo modo, pater est filij.
No tm̄ filius est causa formalis respectu patris. ¶ Item probo q̄
secundus modus nō accipitur a causa materiali, quia causa ma
terialis solum hēt rōnem passiuæ potentiæ quæ est contradi-
ctionis respectu illius cui est causa materia. n. est cā qua respōt

esse

esse & non esse. Si ergo subiectum respectu passionis solum haberet rõnem causæ materialis, tunc passio de subiecto non prædicaretur necessario, sed cõtingẽter, quod est impossibile. ¶ Item Ari. dicit quod quæ neutraliter insunt accidentia sunt, hoc frustra dixisset si plures essent modi quã primus & secũdus. ¶ Sustinendo expositorem dicendum est ad primam rõnẽ q̃ a causa finali accipitur vnus modus dicendi per se, sed non alius modus a quarto, qui accipitur a causa efficiente, quia cã efficiens non agit, nisi quia mouetur a fine, & ideo cum causa efficiẽs & finalis simul sint motiuæ causæ & extrinsecæ ſm q̃ distinguũtur a forma, ideo ab vtraq. põt capi quartus modus. Tunc põt dici q̃ quartus modus qñ p̃dicatum inest subiecto per cãm motiuam extrinsecã siue ille cã sit efficiens propriè, siue finalis. ¶ Ad aliud dr̃, q̃ istæ sunt per se risibilitas est hois, p̃r est filij, primo modo, quia prædicatum cadit in diffinitione subiecti, & cum dr̃, q̃ prædicatum nõ est cã formalis subiecti, dr̃ q̃ prædicatum est cã formalis extendendo cãm formalẽ ad illud sine quo intellectus alicuius cõcipi non põt, & sic est p̃us de formali intellectu lineæ, quia non possum intelligere lineã sine puncto, iõ in diffinitione lineæ cadit, nõ tanq̃ intrinsecum essentiæ lineæ, sed tanquam illud sine quo intellectus formalis lineæ concipi non põt. ¶ Ad aliud dr̃ q̃ ista rõ probat q̃ subiectum respectu passionis non hẽt solam rõnem causæ materialis, & hoc concedit Thomas, sed simul cum hoc hẽt rõnẽ causæ efficientis. ¶ Ad aliud dr̃, q̃ Aristoteles dicit istam literam quæ neutraliter insunt &c. sub isto intellectu quæ neutraliter insunt, ita q̃ prædicatũ non cadit in diffinitione subiecti, nec ecõtra accidentaliter insunt ex hoc tñ non sequitur q̃ sint tñ duo modi dicendi per se, quia plurib. modis põt prædicatum cadere in diffinitione subiecti, vel e contrario. Per hoc ad rationes principales. ¶ Ad primam patet per hoc quod nũc dictum est. ¶ Ad secundam auctoritatem dr̃ q̃ Aristoteles supponens hanc probationem, quæ per se se insunt de necessitate insunt. Supponit de quarto modo. Et quia quartus modus de se manifestus est, iõ Arist. hanc propositionem inducit solum in primo modo & secundo, quia illi non sunt ita manifesti, & ex hoc non sequitur, quod quartus modus non sit, nec quòd Aristot. fuerit insufficiens.

Ad quæstionem dicitur secundum Linconiensem, q̃ rãrum sunt duo modi dicendi per se, & ratio est, quia in propositio-

ne

ne per se in qua vnum de alio enunciatur vnum egreditur ex principijs quidditatiuis alterius, & per consequens quidditas vnius dependet a quidditate alterius in essendo, & ex hoc sequitur, quod quidditas vnius habet diffiniri per quidditatem alterius, quia eadem sunt principia essendi & cognoscendi secũdum Arist. secundo metaphysicæ, ergo a primo ad vltimum propositio per se est quando vnum extremum cadit in diffinitione alterius. Sed vnum cadere in diffinitione alterius potest esse dupliciter. Vno modo sic, quod vnum sit intrinsecum essentiæ alterius, sicut in diffinitione speciei substantiæ, cadit genus & differentia quæ sunt intrinseca essentiæ speciei, sicut animal & rationale sunt intrinseca homini. Alio modo vnum cadit in diffinitione alterius; non sicut intrinsecum essentiæ, sed sicut additum essentiæ, quod est extrinsecum, & isto modo subiectum cadit in diffinitione accidentis: sicut homo cadit in diffinitione risibilitatis tamquam extrinsecum esse risibilitatis, ideo diffinitio accidentis dicitur diffinitio per additamentum, ex hoc ad propositum. Cum in propositione per se necesse sit vnum extremum cadere in diffinitione alterius, hoc potest esse dupliciter, aut.n. prædicatum cadit in diffinitione subiecti, & est primus modus suppposito quod illud quod subijcitur natum sit subiici: & quod prædicatur, prædicari, & ad illum modum reducuntur omnes prædicationes, in quibus prædicantur causæ de causatis, siue in recto, vt homo est animal. siuè in obliquo, vt risibilitas est hominis, quia subiectum est causa respectu suæ passionis. Alio modo in propositione per se, subiectum cadit in diffinitione prædicati, & sic fit secũdus modus dicendi per se. Et ad istum modum reducuntur omnes tales prædicationes in quibus causata prædicantur de causis, retenta priori conditione, q illud subiiciatur quod natum est subiici, & prędicetur quod natum est prędicari, & cum vnum extremum non possit cadere in diffinitione alterius nisi duobus modis, quia vel prædicatum cadit in diffinitione subiecti, vel econtra, ideo tantum sunt duo modi dicendi per se. Ideo dicit Arist. q quæ neutraliter in sunt accidentia sunt. Per hæc patet ad hmõi instãtias si fiãt in illa, animal est homo, subiectum est causa prædicati, sic in ista, risibile est homo, prædicatum est causa diffiniens subiectum, ergo animal est homo, est per se secundo modo, & similiter hæc, risibile est homo est per se primo modo, quia prædicatum cadit in diffinitione subiecti.

Ad

Ad hæc dicēdum est, ꝙ istæ instantiæ non sunt rectæ, quia in omnibus modis dicendi per se requiritur vna conditio generalis videlicet ꝙ subiectum sit natum subiici & prædicatum natum prædicari. & hoc est quod Arist. dicit postea, subijcitur aūt nobis in demōstratione illud quod est natum subijci sicut lignum, & prædicatur quod natum est prædicari. Sed in istis instantijs non subijcitur quod natum est subijci, animal.n. non est natum subijci respectu hominis, nec risibile natum est subijci respectu hominis, passio.n. est magis nata prædicari quā subijci respectu subiecti. Ideo hæc non est per se risibile est homo, nec ista animal est homo. ¶ Tu dicis, ꝙ diffinitum natū est subiici respectu diffinitionis, & etiam diffinitum natum est subiici respectu partium diffinitionis: quia diffinitum ad diffinitionem, & ad suas partes comparatur, vt quid. Sed risibile diffinitur per hominem, ergo natum est subijci. ¶ Dicitur quod duplex est diffinitio. Vna essentialis, altera per additamentum. In diffinitione essentiali diffinitum natum est subijci respectu partium diffinitionis, quia ad illas comparantur vt quid, tanquam ad suam propriam essentiam. Sed in diffinitione per additamentum non oportet diffinitum esse natum subiici respectu cuiuscunque partis diffinitionis, cuia non respectu subiecti, non enim comparatur ad vtranque partem vt quid, sed ad vnam vt quid, ad aliam vero vt quale: vt patet in isto exēplo. Simum est nasus cauus. simum comparatur ad nasum, vt quale per hoc ꝙ est sibi additum. Sed ad cauum comparatur vt quid, sicut omne inferius comparatur ad suū superius per modum quid in eodem genere. ¶ Ad aliud dicitur, ꝙ Linconiensis hanc literam expoluit, quod Aristo. non intelligit quod cōclusio in demonstratione sit per se in duplici genere causæ, sicut expoluit Thomas. Sed Aristot. intelligit per illam literā, quod duo modi sunt in demonstratione, vt primus & secundus, & sic exponitur litera per Linconiensem, scilicet quæcunque dicuntur in simpliciter scibilibus, hoc est in demonstrationibus, sic sunt per se sicut in esse prædicantibus, hoc est primo modo vbi prædicatum est causa subiecti, aut in esse propter ipsa, hoc est propter subiecta, sicut in secundo modo, vbi subiectum est causa prædicati. ¶ Ad aliud dicitur negando hanc consequentiam quatuor sunt causæ, ergo quatuor sunt modi dicēdi per se. ¶ Ad probationem cum dicitur, quod modus dicendi per se accipitur a causa. Dicendum, quod non in demonstratione

particu-

particulari qua causę distinguuntur ab inuicem. Sed accipitur a causa sub altera illarum duarum conditionum secundum qꝙ subiectum est causa prædicati vel prædicatum subiecti, & isto modo tantum accipiuntur duo modi dicēdi per se. ¶ Ad aliud principale dicitur, qꝙ in demonstratione passio prædicatur de diffinitione subiecti in maiori, & hoc in demonstratione potissima, & sic est maior per se secundo modo, similiter conclusio in qua prædicatur passio de subiecto. Sed minor est de esse primo modo, quia in minori prædicatur diffinitio subiecti de subiecto, & sic tantum duo sunt modi dicendi per se in demōstratione. ¶ Ad formam dr̄, qꝙ nō oportet maior esse p se aliomō q̄ sit conclusio, quia eodē modo dicēdi per se prædicatur passio de subiecto, & de diffinitione subiecti, quia in vtraque propositione subiectum est causa prædicati: licet in vna implicitē, scilicet vbi subiicitur subiectū & in alia explicite vbi subiicitur diffinitio, tñ vtrobiq; est secundus modus. ¶ Intelligendum tñ est, qꝙ aliter est per se maior & conclusio, quia in alio gradu secundi modi. Secundus enim modus habet plures gradus, sicut primus modus, qa in primo modo est vnus gradus secundum quem diffinitio materialis prædicatur de diffinito. Alius modus est secundum quem diffinitio formalis & finalis prædicatur de diffinito, & tñ vtrobiq; est primus modus dicendi per se, qꝙ aūt aliter & aliter fit alius gradus ostēdo per Arist. vbi ponit quod diffinitio est incorruptibiliū, dicit ibi qd̄ quædā .n. diffinitio est conclusio demonstrationis, vt diffinitio materialis, & quæda est principium demonstrationis, vt diffinitio formalis, quædam est tota demonstratio sola positione differens. Cum ergo diffinitio materialis sit conclusio: & diffinitio formalis principium: alius est gradus. Eodem mō in proposito passio prædicatur de suo subiecto secundo mō in conclusione, & passio de diffinitione subiecti secundo mō in maiori: tamen vtrobique est secundus modus.

Sed quia in vno gradu est conclusio, & in alio est principium, ideo diuersi sunt gradus secundi modi.

¶ Vlterius intelligendum est, sicut dicit Linconiensis, quod Aristoteles ponit tertium modum qui est modus essendi, & quartum modum qui est modus causandi propter complexionem sui sermonis, non tamen sunt modi inhęrendi nisi duo scilicet primus & secundus.

QVAE-

QVÆSTIO XVII.

QVæritur an ista sit p se, homo est aïal? Vr̃ qđ nō, quia, hęc est p accidens rōnale est aïal, ergo & hæc aïal, rōnale est aïal, & vlterius igitur hæc est per accidēs, hō est aïal, quia animal rōne & homo idem significant. Prima consequẽtia patet, quia hæc est per accidēs, hō albus est homo, quia hęc est per accidens, album est hō. igit̃ a simili hæc est per accidēs, animal rōnale est animal, quia hæc est per accidens rōnale est animal. ¶ Hic dr̃ negando primam consequentiam. Et ad probationem dr̃ quod non est simile, quia homo albus nō est vnū simpliciter: sed vnum aggregatum, homo n. & albū sunt duæ res diuersórum generum. Ideo nō pñt facere vnū simpliciter, pp hoc licet de homine albo prædicetur homo per accidens, sicut de albo, non tamen est sic ex alia parte. ¶ Contra hæc est per accidens, homo albus est homo, sicut hæc album est homo, pp q homo sub rōne albi accipitur, ergo hæc erit per accidens animal rōnale est aïal, sicut hæc, rōnale est animal, quia animal sub rōne rōnalis accipitur. Et hæc consequentia confirmatur per hoc, q̃a quod extraneatur alicui quod est in aliquo formali conceptu, extraneatur toti conceptui. ¶ Item ad principale, pars non prædicatur de toto per se. Hæc. n. non est vera. Archa est lignū ſm Ari. 7. met. sed aïal est pars hoīs, ergo nō p se p̃dicat̃ de hoīe. ¶ Hic dr̃ q3 duplex est pars. s. realis & rōnis. Pars realis nō pōt prædicari de toto per se, pars tñ rōnis bene pōt, hmōi sunt animal & rōnale respectu homis. ¶ Contra p Aristotelē in 7. met. diffinitio est sermo habens partes, & sicut tota diffinitio ad totam, rem, sic pars diffinitionis ad partē rei. Sed tota diffinitio significat totam rem, ergo pars partem, genus & dria sunt partes diffinitionis, ergo sunt partes diffiniti, ergo pars &c. ¶ Item in diffinitione non est nugatio vt suppono, quia ni hil superfluum nec diminutum continet, ergo nec genus nec dria possunt idem significare, quia tunc esset nugatio, ergo significant realiter aliud & aliud, & sunt partes constituentes diffinitū, ergo sunt realiter diuersæ partes. ¶ Ad principale genus & species vt animal & homo, vel imponūtur a diuersis formis, vel a gradib. eiusdem formæ. Sed cum aliqua duo imponuntur a diuersis formis, vnum non pōt per se prædicari de altero: ergo animal non potest per se prædicari de homine minor patet, quia musicum per accidens prædicatur

de

de albo, quia vtrunq. imponitur a diuersa forma, similiter mā ior patet, quia homo imponitur ab intellectiua, animal a sensitiua. ¶ Dr qđ minor non est vniuersaliter vera. Et ad probationem, quod procedit cum aliqua duo imponuntur a diuersis formis quarum vna nō includit aliam. Intellectiua aūt includit sensitiuam. Ideo animal de homine per se licet pōt prædicari licet musicum de albo non prædicetur, quia musica a qua imponitur musicus non includit albedinem: a qua imponitur album, nec econtra. ¶ Contra, si intellectiua sensitiuam includeret: aut ergo includit illam sicut inferius suū superius aut sicut completum incompletum. Non primo modo, quia qua rōne intellectiua esset inferius ad sensitiuam: eadem rōne forma bruti se haberet vt inferius ad sensitiuam, tunc sequeretur quod forma bruti & intellectiua essent diuersę spēs, qa habent aliquid in quo conueniunt vt sensitiuam, & secūdum se differūt: ergo essent spēs differentes, quod est inconueniens. Si aūt secundo modo, tunc non est vera præsticatio vnius de alio: nec per consequens animal de hoīe propter talem inclusionem, propterea quia si sic, hæc esset per se tetragonum est trigonum, quia vnum alterum includit. ¶ Ad oppositum est Ari. dicit. n. quod primus modus dicendi per se est qñ prædicatum cadit in diffinitione subiecti indicāte quid sit subiectū. sed animal in difinitione hoīs cadit, ergo est per se primo mō.

Ad qōnē dr ꝙ est p se primo mō, hō est aial pp rōnē tactā. ¶ Itelligendum est tn pp rōnes quod genus & dria significant diuersam partā conceptus hoīs, aliter in diffinitione esset nugatio. Si. n. idem totum significaret genus per se & dria per se, quod significat spēs. Tunc idem intellectus in diffinitione poneretur bis, nec excusaret diuersa ratio, quia si sic tunc hic nō esset nugatio, homo animal, quia diuersa est ratio hominis & animalis sub qua vtrunque significatur. Ideo oportet dicere quod genus & dria significant partes conceptus hominis, primo & determinatè, genus. n. determinatè significat partē materialem. & dria distinctè partē formalem, sicut species distincta significat totum compositum, tn genus & dria significant per modum totius, & ideo totum significant confuso modo, quod species modo determinato significant. & per hoc distinguitur a partib. realib. partes. n. reales accipiuntur per modū partis & non per modum totius.

Ad primam rōnem dicitur sicut dicebat. ¶ Ad primum cōtra

tra hoc dr̃ quod hæc est per accidẽs, homo albus est homo, nõ solum p̃ hoc qd̃ homo accipitur sub rõne albi: sed p̃ hoc ẽt quia hoc quod dico homo sub rõne albi accipitur, & similiter pro eo quod ista non faciunt vnum per se, sed vnum per accidens, quia sunt res diuersorum generũ similiter licet animal accipiatur sub rõne rõnalis ex alia parte, non tñ hæc est per accidens, animal rationale est animal, quia ex istis duob. fit vnus conceptus speciei & hominis, cui per se inest animal, & ideo non est simile. ¶ Ad aliam confirmationem dr̃, quod hęc propositio est falsa. s. quod per accidens inest formali conceptui alicuius, per accidens inest illi in quo est illud formale, & hoc si ex illo materiali & formali fit vnum compositum per se, in quo composito includitur prędicatum rõne alterius partis, vt partis materialis. Hæc tñ est vera. s. quod per accidens inest cõceptui formali alicuius, ei nõ inest per se. i. illi cõceptui. Aliud est. n. loqui de formali in conceptu speciei: quia formali conceptu speciei est conceptus eiusdem compositus ex genere & dr̃ia, sed formale in conceptu est dr̃ia. Tũc breuiter dico qd̃ & si aliquid repugnet formali in conceptu cũ modo perfectatis, dummodo tam en non repugnet conceptui speciei vel alteri qd̃ includitur in specie erit in toto per se, quia tunc est per se primo modo. Cum prædicatum includitur in quod qd subiecti, siue in conceptu formali subiecti, quod aũt hoc sit rõne materialis in conceptu vel formalis, hoc accidit. ¶ Ad aliud dr̃ sicut dicebatur. ¶ Ad primum contra hoc dr̃ quod sicut tota diffinitio significat totam rem determinatè, ita pars partem conceptus speciei, sed ex hoc non sequitur, quod genus significet partem realem: quia licet genus significet partem, nõ tñ p̃ modũ partis, & in hoc distinguitur a parte reali. ¶ Ad aliud concedo quod genus distinctè & determinatè significat rem diuersam ab alia re quam significat dr̃ia, & similiter concedẽdum est quod significat partem conceptus in hoĩe, tñ ex istis diuisim inferre cõiunctim. s. quod genus significat partem diuersam realem, fallacia est fm accidens. Sicut hic, iste est monachus & est niger, ergo &c. quia ad aliud refertur realitas, & ad aliud partialitas, pars. n. realis sicut dictum est accipitur p̃ modum partis, sed animal non significat hominem per modũ partis. ¶ Ad aliud principale dr̃, quod licet homo & animal a diuersis formis imponantur, hæc tñ põt esse per se homo est animal, licet ẽt, sensitiuũ a quo imponitur animal non inclu-

datur in intellectiuo per se, tñ quia in homine non est oppositio inter sensitiuum & intellectiuum. Sed sensitiuū est principium quod est materiale respectu intellectiui siue ponātur ista principia esse diuersę formę, siue diuersi gradus in illa forma, ideo animal per se includitur in hoīe. Rō aūt falsum supponit, hoc s. ꝙ ad hoc quod propositio sit per se primo modo oportet formale in subiecto per se includere formale in prædicato. Sed illud non est verum, ad hoc.n. quod propositio sit per se sufficit quod prædicatum in subiecto includatur vel rō ne formalis subiecti, vel rōne materialis. Ratione formalis vt hic, homo est rationalis. Ratione materialis vt hic, homo est animal. Ratione vtriusque homo est animal rationale. ¶ Rationes contra primam responsionem concludunt verum, concludunt.n. quod ad hoc ꝙ propositio sit per se non oportet prædicatū in subiecto includi rōne formaliter prædicati, nec oportet formale prædicat includi in formale subiecti, quod autem hoc inueniatur, hoc aliquando accidit &c.

QVÆSTIO XVIII.

QVæritur an hoc sit per se, animal est homo? qđ sic vī hō per se est aīal, ergo animal per se est hō Antecedens est verū. ergo & consequēs. Probaī consequentia per cōuersionem simplicem. ¶ Item sequitur homo est animal, ergo animal est homo, conuertibiliter ergo eodem addito vtrobique adhuc sequitur, ergo addita hac conditione per se sequitur. ¶ Item per Arist. in primo huius, capitulo de per se, illa propositio est per se secūdo modo, in qua subiectum cadit in diffinitione prædicati, sed animal cadit in diffinitione hominis, ergo hæc animal est homo, est per se secūdo modo. ¶ Item aut est per se aut per accidens, si per se, habeo propositum, nō est autem per accidens, quia propositio per accidens dicitur tripliciter. Aut quia accidens accidit subiecto, aut quia subiectum accidit accidenti, aut quia accidens accidit accidenti, sicut album est musicum. Sed hæc animal est homo, nullo istorum modorum est per accidens, quia vnum extremum nō est accidens respectu alterius, ergo hæc non est per accidens. ¶ Itē Aristot. in primo huius ponit hanc propositionem, quæ de necessitate insunt per se insunt, & hoc probat, quia quæ de necessitate insunt, aut insunt per se, aut per accidens, non per accidens, quia accidentia non insunt de necessitate, sed de necessi-

tate

tate homo ineſt animali.ergo homo per ſe ineſt animali.ergo hæc eſt per ſe animal eſt homo. Item homo & animal ſignificant eandem eſſentiam,ſed eſſentia ineſt ſibijpſi per ſe & non per additum.ergo hæc eſt per ſe,animal eſt homo.¶ Item aut eſt per ſe,aut per accidens,ſi per ſe, habeo propoſitum, ſi per accidens,ergo per additum quæro tunc de iſto addito,aut hoc prædicatum homo'ei ineſt per ſe,aut per accidẽs additũ.ſi per ſe eadem ratione fuit ſtandum in primo. ſi per additum quærendum eſt de iſto addito,& ſic eſt proceſſus in infinitũ.¶ Ad oppoſitum,ſi hæc eſſet per ſe,cum per ſe præſupponat de omni,hæc eſſet per ſe, omne animal eſt homo.conſequens eſt falſum,ergo & antecedens.¶ Item ſi hæc eſſet per ſe , aut primo modo,aut ſecundo modo,aut quarto modo,quia de tertio nõ eſt dubium,quia tertius modus eſt modus eſſendi, & non modus inhærendi. Non primo modo ,quia prædicatum cadit in diffinitione ſubiecti , ſed homo non cadit in diffinitione animalis,nec ſecundo modo quia in ſecundo modo paſſio prædicatur de ſubiecto, ſic nõ eſt in propoſito.ergo &c.nec in quarto modo , quia quartus modus eſt quãdo ſubiectum eſt cauſa efficiens prædicati, ſed in animali non eſt cauſa efficiens reſpectu hominis , ergo hæc non eſt per ſe aliquo modo .

Ad quæſtionem dicitur,quod hæc nõ eſt per ſe aliquo modo,animal eſt homo. Et huius ratio eſt,quia ſi eſſet per ſe , cũ prædicatum & ſubiectum maxime important eandem eſſentiam maxime videretur quod eſſent per ſe primo modo. ſed non eſt per ſe primo modo,quia in primo modo prædicatum cadit in diffinitione indicante primo quid ſubiecti, ſed homo non cadit in diffinitione animalis,ſed potius econuerſo.¶ Intelligẽdum tamen quod propoſitio tripliciter dicitur per accidens ſecundum rationes prædictas.¶ Vno modo , qñ vnum extremum eſt accidens alteri inhærens, ſicut patet hic , homo eſt albus , & adhuc ſic propoſitio poteſt eſſe per accidens tripliciter . Vno modo quando accidens accidit ſubiecto ſicut hic, homo eſt albus. Secundo modo quando ſubiectum prædicatur deaccidẽte ſicut hic,album eſt homo. Et tertio modo quando accidens prædicatur de accidente accidentaliter ſicut hic,album eſt muſicum,& dico accidentaliter pro tanto. quia in iſta album eſt coloratum prædicatur accidens in concreto de accidente in concreto, & tamen non per accidens , ſed per ſe,quia quodlibet inferius rationem quid habet reſpectu ſupe-

rioris.¶ Secundo modo dicitur propositio per accidens secundum quod distinguitur contra propositionem primo veram, & sic hæc est per accidens: Isocheles habet tres &c. quia hæc non est primo vera.¶ Tertio modo dicitur propositio per accidens, quando prędicatum significat eandem essentiam cum subiecto, veruntamen est extraneũ intellectui subiecti, & hoc modo hæc est per accidens animal, est homo. & similiter cum inferius prædicatur de superiori, contingit enim tunc intelligere superius non intelligendo inferius.

Ad primam rationem dicitur quod hæc, homo per se est animal, non debet conuerti in hanc, animal per se est homo. non enim debet conuerti simpliciter sub omni ratione, & ratio impediens est accepta ab ista cõditione per se, per se enim præsupponit de omni, & ideo si cõuerteretur simpliciter, tũc vniuersalis affirmatiua conuerteretur simpliciter, & sic sequeretur, omnis homo est animal, ergo omne animal est homo. Sed hoc est falsum. ergo illa non debet sic conuerti simpliciter cũm hac conditione per se, sed debet sic conuerti, homo per se est animal, ergo animal est homo, sicut hæc exclusiua habet cõuerti, tantũ homo est animal, ergo animal est homo, vel oportet dicere quod propositiones per se non conuertantur propter extraneam rationem quam faciunt modi. vel oportet dicere quod conuertentur non retentis eisdem modis in cõuertente & sua conuersa.¶ Ad aliud dicitur quod per se facit extraneitatem, quia præsupponit de omni: ideo non valet quod conuertatur cum hac conditione per se.¶ Ad formam dicitur quod hæc propõ, conuertibilia eodem addito vtrobiq; adhuc sunt conuertibilia, est intelligenda quando illud additum nõ facit extraneitatem, & ita quod non includit vniuersalitatem vel necessitatem impedientem conuersionem, sed per se licet non sit vniuersalitas, tamen præsupponit vniuersalitatẽ.¶ Ad aliud dico quod illa propositio est per se secundo modo quando subiectum cadit in diffinitione prædicati quod est passio, sed homo non est passio respectu animalis, ideo licet animal, quod subijcitur in diffinitione cadat, tamen non erit secundus modus.¶ Ad aliud dico quod est per accidens.¶ Ad probationem quod hæc diuisio propositionis per accidens quam ponit Aristot. in Primo posteriorum intelligenda est de propositione per accidens, cuius vnum extremum accidentaliter inest alteri, vt dictum est in propositione. Sed hæc, animal est homo,

homo,non est per accidens illo modo,sed est per accidēs,quia prædicatum est extra intellectum subiecti,& non quia prædicatum est accidens respectu subiecti vel econtra. ¶ Ad aliud dicitur quod hęc propositio est vera,quę de necessitate insunt per se insunt, quando illud quod subijcitur natum est subijci. Sed animal non est natum subijci respectu hominis,ideo in talibus non est propositio intelligenda. ¶ Ad aliud dico, quod hæc propositio,quod vere est,nulli accidit, est intelligēda accipiendo propositionem per accidens illo modo, illud enim quod per se est,vt substantia, non accidit alteri sicut accidens accidit subiecto,sic intelligit Arist.potest tamen alteri accidere tanquam id quod est extra intellectum subiecti.

¶ Ad aliud dicēdum est quod licet prędicatum,& subiectū significent eandem essentiam, ex hoc non sequitur talem propositionem esse per se,sed hæc est per accidēs, animal est homo,quia per additum vt per hanc homo est homo, sed nō est intelligendum quod hoc sit per additum tanquam aliquid qp est additum essentiæ animalis, quia est eadem essentia hominis & animalis,immo est per additum,quia per aliquid quod est extra intellectum.animal enim sentit communiori modo, quam homo.ideo intelligi potest,licet nō intelligatur homo, & sic vocādo additum quod est extra intellectum , animal est homo per additum,quia per hominem.¶ Ad vltimum per idē quod animal est homo,non est per se, sed per additum vt dictum est. Et cum quæritur de illo addito aut illi addito inest homo per se aut per additum. Dico quod ibi inest per se,quia hæc est per se,homo est homo. Et cum dicitur eadem ratione standum fuit in primo. Dicitur quod non quia homo nō intelligitur,nisi intelligendo animal, sed animal potest intelligi & si homo non intelligatur &c.

QVÆSTIO XIX.

QVæritur an propositio sit per se primo modo in qua prædicatum,& subiectum significant idem ? qp non videtur, quia tunc hæc esset per se,homo est humanitas,quæ tamen falsa est. ¶ Dicitur,quod non sequitur hanc propositionē esse per se,quia primus modus non est solum ex hoc,quod subiectum & prædicatum significant eandem essentiam , sed ex hoc quod eandem essentiam significant sub modis non extraneis, sed homo & humanitas significant sub modis significandi

di extraneis, modo homo significat per modũ concreti, & humanitas per modum abstracti, ergo hæc non est per se. ¶ Contra tanta est repugnantia, vel maior inter determinatum & indeterminatum quanta inter modum abstracti, & concreti, sed non obstante, ꝙ animal sentit per modum determinati, hæc tamen est vera primo modo, homo est animal, ergo eadem ratione non obstante oppositione inter modum concreti & abstracti, hæc est per se, homo est humanitas.

¶ Item homo est abstractum, quia denominatiuè dicitur ab eo humanum, ergo vt videtur homo non significat per modũ concreti, quia abstractum non potest habere modum concreti quia per se modus concreti & abstracti sunt oppositi, & opposita non sunt simul in eodem.

¶ Item ad principale, si propositio esset per se primo modo ex hoc, ꝙ subiectum & prædicatum significant idem, tunc hęc esset per se, chimera est chimera, similiter non ens est nõ ens, sed hoc est falsum, quia prędicatum alteri per se inesse præsupponit subiectum esse, ergo antecedens falsum, ergo. ¶ Ad oppositum in primo modo prædicatum cadit in diffinitione indicante quid subiecti, ergo nullo modo prædicatum & subiectum significant idem.

Ad Quæstionem dr, ꝙ propositio est per se qñ prædicatum & subiectum significant eandem essentiam, vel quando prædicatum in intellectu essentiali subiecti includitur. Sed tñ vltra hoc requiritur quòd illud qđ subijcitur natum sit subijci, & quod prædicatur prædicari. Similiter requiritur causa sine qua non. s. quòd sint modi proportionales sub quibus prædicatum inest subiecto. Vnde per se causa quare propositio est per se primo modo, est ex hoc quod prædicatum cadit in diffinitione subiecti, vel est tota quidditas subiecti, causa sine qua non est correspondentia determinata modorum significandi.

Ad primam rationem sic dicebatur. ¶ Ad rationem contra hoc dico, quod non est simile de modo abstracti & concreti, & de modo determinati & indeterminati, quia modus abstracti est modus sub quo nomen imponitur ad significãdum abstractum, ideo talis modus cadit in vnione prædicati cum subiecto non tanquam illud quòd vnitur, sed tanquam determinata ratio sub qua res cuius est modus alteri simpliciter vnitur Ideo hæc est falsa, homo est humanitas. Sed modus indeterminati non cadit in vnione prædicati cum subiecto, nec vt pars

vnita,

vñita; nec tanquam determinata ratio sub qua vnum alteri vnitur, quia ille modus est rei solum per comparationem ad intelligentem, & non est modus sub quo vox imponitur ad significandum, & ideo non oportet hanc esse falsam, homo est animal propter tales modos extraneos, quia illi modi nullo modo in vnione cadunt vt dictum est. ¶ Ad aliud dicitur quia homo est concretum & abstractum respectu diuersorum, est enim abstractum respectu humani, & est concretum ratione humanitatis, & tñ non sequitur oppositos modos, esse in eodem, quia illi modi referuntur ad diuersa. ¶ Auicenna tñ aliter dicit ad rationem principalem, quod humanitas & homo non idem significant, sed humanitas significat formam per quã homo est id quod est, sed homo significat compositum.

¶ Ad vltimum dico, quod hæc est per se, chimera est, chimera, & similiter non ens est non ens, primo modo, non tñ sub illo genere primus modus pertinet ad demonstratorem, quia prædicatum non est causa subiecti, nec econtra, idem enim respectu suiipsius non est causa. ¶ Ad probationẽ, dicitur quod p se inesse, nõ pſupponit hoc esse, nisi actualitate extremi, ergo &c.

QVÆSTIO XX.

QVæritur. An genus & dria coniunctim vel diuisim sint in primo modo dicendi per se, & hoc est quęrere, an hoc sit per se, homo est animal rationale. Quod non videt. Voces sunt notæ passionum quæ sunt in anima. Sed alia passio est quam significat animal & quam significat homo, similiter alia similitudo vel passio quam significat homo, & quam significat rationale in anima, igitur propositio enuncians hanc passionem esse illam, falsa est, sed hæc est huiusmodi, ergo &c. minor patet, quia propositio enunciat significatum de significato, igitur sequitur quod hæc nõ est per se. ¶ Dicitur quod licet alia sit similitudo quam significat homo & animal, tamen hęc propositio non est falsa, quia suppositio quod quælibet vox significat passionem in anima, illam tamen non signãt absolute, sed quatenus similitudo est signum rei, sicut oratio in scripto non significat voces prolatas nisi quatenus vox prolata est signum rei, & ideo sicut oratio in scripto non significat illam vocem esse aliam, quia tunc significaret falsum, sed significat illã rem inesse alteri, eodem modo vox prolata non significat hãc passionem esse illam, sed hanc rẽ cuius est passio inesse illius rei cuius est alia passio, ideo hæc est vera, homo est animal ra-

rionale,licet sic alia similitudo subiecti & alia prędicati in aīa ¶ Cōtra si hæc vox significaret,similitudinē & ex consequenti significaret rem,tunc sequeretur quod quælibet uox esset ana loga seu æquiuoca,similiter sequeretur qđ quelibet vox signi ficaret primo accidens,quia passio in anima est accidens. Similiter hoc dato per responsionem habetur propositum,quia attributio est ratione primorum significatorum subiecti, & prædicati,probo, quia terminus illud idem subijcit & prædicat primo quod significat primo, si igitur significat qlibet ter min⁹ passionē in aīa,& alia est passio hominis in aīa, & passio animalis siue rōnalis, iō propositio q̄ primo significat hæc de illo falsa est. ¶ Itē ad principale,ad hoc qđ propositio sit p se, oportet qđ cōceptus p̄dicati includat in cōceptu subiecti, sed cōceptus aīalis & rōnalis nō includit in homine, igit hæc nō erit p se primo mō,pbo minorē, cōcept⁹ hominis est simplex & cōceptus aīalis similiter ē simplex & similiter rōnalis, sed duo itellect⁹ simplices nō possūt includi in vno simplici, igit &c. ¶ Dr̄ q̄ licet conceptus aīalis & rōnalis sint simplices, sūt tñ simpliciores q̄ cōceptus simplex homini, sed qđ duo itellectus simplices in tertio itellectu simplici includant simplicio res illo,nō est incōueniens. ¶ Cōtra ipossibile est duo simplicia inquātū duo quantūcunq; sint simplicia,includi in aliquo tertio simplici,,pbo, qa intellectus simplex ad q̄ se cōuertit to taliter se cōuertit: intellectus.n.ī intelligendo vnū simpliciter nō pōt ītelligere aliud simplex, sed itellectus hominis est sim plex& itellectus aīalis igit dū includit intellectū hominis nō pōt īcludere intellectū aīalis & eadē rōne nec rōnalis,illi igit duo intellectus sub una qualitate in intellectu hominis nō in cludūt &c. ¶ Ad hoc dr̄,qđ illi intellectus q̄ inter se duo sūt & distincti ſm q̄ sunt partes in diffinitiones sunt ī diffinito mō confusio,& iō dicit Arist.qđ diffinitio se hēt ad intellectū simplicē sicut videre uel audire,qđ exponit Linconiēsis dicēs qđ duplex est visibile,quoddā inuolutū, & tale confuso mō se of fert visui, aliud euolutū & expansū, & tale se distincte offert sēsui: Similiter audibile quoddā ē cōfusū & quodda ē distinctum,sed voces ſm qđ sensui & auditui apparent,eo mō diffi niūtur. Et vt sic cognoscūtur ab intellectu simplici cōfuso mō & tñ diffinitio cognoscit ab itellectu simplici mō determinato iō necesse ē ponere qđ partes q̄ includūt ī diffinitione magis cognoscāt ī diffinitione q̄ ī diffinito,aliter non faceret dif.

finitio

finitio cognitionem de diffinitio magis quã econtra. Per hoc ad formam quod duo intellectus simplices secundum quod inter se sunt diuisi & distincti in diffinito includuntur modo confuso. ¶ Cõtra diffinitio est eadem cum diffinito: igitur si in diffinitione erunt duo intellectus distincti, igitur duo intellectus distincti & diuisi essẽt primo idẽ intellectui vni, sed hoc non est intelligibile, igitur &c. ¶ Ad oppositum est Aristot.

Ad quæstionem dicitur, quod partes diffinitionis coniunctim & diuisim prædicantur de diffinito primo modo, & huius ratio est, quia tunc est primus modus quando subiectum egreditur a principijs prædicati siue a prædicato secundum se, quod dicitur propter genus generalissimum, generalissimum enim prædicatur de per se contentis, & tamen subiectũ non potest egredi a principiis generalissimi, quia principium non habent, non enim habent genus superius vel dfiam. Sed subiectum egreditur a generalissimo tanquam ex cã, generalissimum enim vt substantia quæ substantia prædicatur de homine, est causa quare homo est substantia, ex hoc enim est homo substantia, quia substantia inclusa in homine est substantia. Sed quando prædicantur partes diffinitionis de diffinito coniunctim vel diuisim, illa sunt causa a qua progreditur subiectum, igitur est primus modus est dicendi per se. ¶ Item p Aristot. literam qui dicit quod primus modus dicendi per se est quando prædicatum cadit in diffinitione inducante quid est subiectum. ¶ Intelligendum est tamen propter rationes, ꝙ uox significans passionem in anima & rem extra non dicitur significare duo, non enim significat passionem nisi vt est signum rei, & vbi unum est propter alterum, ibi est tantum vnum. ¶ Aliud est intelligendum propter secundam rationẽ, quod partes diminutionis quæ sunt diuersi conceptus inter se primo, sunt idem conceptui speciei qui vnus est, ita quod vnitas ad conceptum speciei referatur, & dualitas ad conceptum generis & differentiæ. Per hoc ad rationes.

Ad primam sicut dicebatur ad rationem contradico, quod non sequitur oẽ nomen est analogũ, quia nomen nõ significat passionem nisi quia signum rei, vnde non terminatur ibi vox in significando passionem, & ideo tantum vnum significat, quia vbi est vnum propter alterum est ibidem tantum vnum. ¶ Ad aliud eodem modo dicitur quod non sequitur quolibet nomen significare accidens, non enim nomen significat passionem

sionem absolutè, sed ut est repræsentatiua rei, & ideo non significat accidens non enim indicatum est significatum nominis per illam passionem, sed potius illud cuius est illa passio similitudo. ¶ Ad aliud dicitur quod non sequitur propositionem esse falsam quamlibet, non enim significant propositio vnam passionem esse falsam, sed significat vnam rem esse aliam, quia passionem non significat nisi quatenus representat. ¶ Ad aliud sicut dicebatur. ¶ Ad liud in contrarium, vt dicebatur. ¶ Ad altimum patet in positione, quod non est inconueniens, ad quod deducitur quod duo intellectus indistincti sint primo idem vni intellectui simplici confuso, & quod ad hoc quod illi duo intellectus partium in diffinitione faciant cognitionem de diffinito, oportet quod sint distincti quodam modo vt ostensum est prius, quia aliter non magis facerent cognitionem de diffinito quam econtra.

¶ Contra, si in diffinitione sint duo intellectus simplices & diuersi secundum se, qualiter potest tota diffinitio intelligi vno intellectu simplici? ¶ Dicitur quod in intellectu simplici sunt gradus secundum maiorem simplicitatem & minorē, magis enim simpliciter intelligitur animal quam rationale & hoc simplicius quam animal album, & tamen omnia illa intellectu simplici intelligi possunt, licet secundum maiorem & & minorem simplicitatem, oportet tamen, quod quando talia duo intelliguntur intellectu simplici, quod materiale intelligatur sub ratione formali, & vt sic accipitur vt vnum quodque &c.

QVÆSTIO XXI.

QVæritur an propositio negatiua sit per se? & vr̄ quod nō Ari. dicit in secundo perihermenias quod hæc est per accidens, bonum non est malum, & tñ hæc negatiua est verissima, quia nulla propositio negatiua est verior illa in qua oppositum remouetur ab oppositio, ex hoc arguo sic. Si propositio negatiua verissima sit per accidēs, multo fortius quælibet alia erit per accidens, & nulla erit per se. ¶ Dr̄ hic, quod negatiua hæc est per accidens respectu affirmatiuæ, & quod hoc intelligit Arist. & tñ in genere negatiuorum hęc negatiua est per se: & quælibet in qua remouetur oppositū de oppositō. ¶ Contra si hęc negatiua sit per accidēs respectu affirmatiuæ, tunc dependet ab affirmatiua, & sequitur si ab affirmatiua dependet,

pendet, quod potest sequi ad affirmatiuam, igitur a primo, si negatiua sit per accidens respectu affirmatiuæ, negatiuæ, negatiua igitur potest sequi ex affirmatiua per se: sed hoc est falsū, negatiua. n. non pōt sequi, nisi ex alia negatiua, & ex altera affirmatiua. ¶ Dr̄ concedendo, quod negatiua ab affirmatiua dependet, & vlterius, quod ab affirmatiua sequitur, sed tñ non oportet, quod sequatur ex affirmatiua per se, sed ex hoc, quod ab affirmatiua dependet, pōt sequi ex affirmatiua cū alia negatiua. ¶ Contra, si negatiua sequitur ex affirmatiua cum negatiua, quæro de illa negatiua præmissa, aut est absolute per se, ita quod ab affirmatiua non dependens, aut non est absolutè per se si sic, sequitur oppositum primæ respōsionis, dictum est. n. prius quod quælibet negatiua dependet ab affirmatiua, si nō, igitur pōt demōstrari per affirmatiuam & aliam negatiuā, & tunc quæro de illa negatiua, aut est simpliciter ab affirmatiua non dependens, aut non, si sic, sequitur oppositum, si non, tūc vlterius sequitur ex affirmatiua & negatiua, & sic in infinitū, sed hoc est inconueniēs. ¶ Itē ad principale, propositio negatiua pōt reduci ad affirmatiuā sicut priuatio ad habitū, q̄a negatio priuat affirmationē, cū igit̄ habitus prior sit sua priuatione affirmatio prior est qualibet negatione, igit̄ nulla negatiua est p se & primo vera, q̄a affirmatiua prius est vera. ¶ Itē in quolibet genere est primū & minimū, quod est mensura aliorū, sed negatiua & affirmatiua sunt in genere enunciationis, sed est inconueniens dicere, quod negatio sit primum in genere enūciationis, igitur oportet dicere, quod affirmatio prior est affirmatiua, igitur erit primo vera & negatiua ex consequenti. Et confirmatur ratio, quia vnumquodq. prius est idem sibiipsi q̄ ab alio disparatum, sed denotatur esse idem sibi per affirmatiuam denotatur esse disparatum ab alio per negatiuam: igit̄ affirmatiua prior est negatiua. ¶ Ad oppositum est Ari. in hoc libro. ¶ Item principium primum est maxime verum per se, & tñ principium primum est propositio negatiua, cuiusmodi est illa: non contingit idem simul esse & non esse: igitur propositio negatiua erit maximè vera per se, & primo. ¶ Dr̄, q̄d principium primum significat rem affirmatiuè, modo tñ negatiuo & rōne rei significatæ est primo vera & per se, rōne tñ modi significandi negatiuè consideratum nō est primum, nec propter hoc dicimus illam esse primam: sed propter rem affirmatiuam quam significat. ¶ Contra, si non sit primum, nisi rō-

ne

re rei affirmatiuæ, & non ratione modi significandi, sequitur quod primo pōt aliquid esse prius, consequens est falsum, igitur & antecedēs probatio consitiæ, quālibet rē affirmatiuē cōtingit significare modo affirmatiuo: sed prior est illa propositio qua significatur aliqua res affirmatiua modo affirmatiuo, quam illa, in qua significatur eadem res modo negatiuo, igitē principio primo posset esse alia propositio prior. ¶ Dr hic per interemptionem maioris: quia rem significatam per principium non contingit significare modo affirmatiuo. ¶ Cōtra illud, quemcunq; conceptum contingit intelligere, contingit significare, & cuilibet modo intelligendi correspondet modus significandi, quia vox non determinat sibi rem, nec modum significandi, sed rem primi principij affirmatiui contingit intelligere modo affirmatiuo, igitur eandem contingit significare modo affirmatiuo.

Ad quæstionem dicitur, quod propositio aliqua negatiua est vera primo & per se. tamen quælibet negatiua quātum est ex modo significandi negatiuo posterior est affirmatiua. ¶ Primum sic declaratur secundum Aristo. quædam est demonstratio affirmatiua. quædam negatiua: vt dicit in illo capitulo vbi comparat demonstrationes ad inuicem, sed in demonstratione conclusio est vera per se, demonstratio enim est ex per se inhærentibus, igitur cum conclusio demonstrationis negatiuę sit negatiua: aliqua negatiua erit per se. ¶ Secundum declaro. Illa propositio est immediata siue primo vera, quæ est per se vera, & quæ per aliam non potest demōrari. Sed propō, in qua negatur vnum genus gñalissimum ab alio est hmōi. si. n. possit demōrari, hoc esset in prima figura vel in secūda. sed in neutra potest demōrari: quia tunc aliquid oporteret accipere supra subiectum, vel supra prædicatū, vel supra vtrunque: sed nihil est superius istis, cum sint generalissima. igitur hæc non possunt demonstrari. &c. ¶ Tertium ostendo. Commentator recitat rationes Alexandri super librū perihermenias, per quas probauit, quod affirmatiua est prior negatiua, & sunt tres rationes. Prima sumitur ex parte vocis. Secunda ex parte rei. Tertia ex parte intellectus. ¶ Ex parte vocis sic. vox affirmatiua est simplicior negatiua propter negationem super additā. igitur affirmatiua ratione vocis est simplicior negatiua. sed quanto alia propositio est simplicior, tanto prior est. igitur affirmatiua prior est negatiua. ¶ Alia ratio est ex parte rei: licet

in

in eadem re non esse præcedat esse, vt in istis generalib. & corruptibilibus, simpliciter tamen esse præcedit non esse in diuersis. esse enim primæ causæ prius est quam nō esse istorum corruptibilium, sed affirmatio significat esse, negatio nō esse. igitur affirmatio prior est negatione. ¶ Tertia ratio est ista habitus prior est secundum intellectum priuatione. priuatio. non intelligitur, nisi quia suus habitus prius intelligitur affirmatio verò significat per modum habitus, negatio per modū priuationis. Ex istis rationibus sequitur quod negatiua quælibet quantum ad modum significandi negatiuè posterior est affirmatiua.

Ad rationem primam dicitur sicut dicebatur. ¶ Ad primū contra hoc quælibet propositio negatiua quantum est ex modo suo significandi ex affirmatiua dependet: tamen ex hoc nō sequitur, quod quælibet syllogizari possit ex negatiua & affirmatiua, sed aliqua & alia non. propositio enim negatiua quæ est per se vera & non primo: cuiusmodi est illa, nulla linea est color: potest bene demonstrari ex vna negatiua & alia affirmatiua, vt ex ista, nulla quantitas est color, cum hac affirmatiua, linea est quantitas. Similiter hæc præmissa nulla quantitas est color est per se non primo, & ideo potest demonstrari ex illa nulla quātitas est qualitas, isto modo. omnis color est qualitas, nulla quantitas est qualitas. igitur nulla quantitas est color. in secundo secundæ sed hæc nulla quātitas est qualitas est per se vera & primo, quia hæc vlterius per aliam negatiuam demonstrari non potest. Per hoc ad formam dicitur, quod hic consequentia non valet, negatiua quælibet dependet ab affirmatiua. igitur quælibet negatiua potest demōstrari ex vna negatiua, & alia affirmatiua, sicut non sequitur, cognitio principiorum dependet ex terminis, ergo principia prima possunt demonstrari ex terminis. Per hoc ad primam rationem dī, ꝙ quælibet negatiua præmissa quantumcunque sit per se primo vera quantum est ex modo significandi negatiuè dependet ab affirmatiua, & tamen non sequitur vlterius ex hoc, ꝙ possit concludi ex affirmatiua. hæc enim consequentia est neganda: hoc dependet ex illo. igitur potest demonstrari ex illo. ¶ Ad aliud principale dicitur, quod illa probat, quod negatiua quātum est ex modo significandi negatiuè posterior est affirmatiua, & hoc conceditur, & idem probant duę rationes sequēres. ¶ Ad rationem in oppositum, qua probatur, quod negatiua sit

sim-

simpliciter prima, dicitur sicut dicebatur. ¶ Ad rationem contra hoc dicitur, sicut dicebatur. Veruntamen intelligendum est, quod licet primum principium significetur modo negatiuo, ipsum tamen æquiualet cum quada propositione, quæ est quoddammodo affirmatiua, quia hæc non contingit idem simul esse & non esse, æquiualet huic necesse est non idem esse & non esse, quia non contingit quod pro possibili ponitur, æquiualet huic, quod est necesse non, tamen propositioni simpliciter affirmatiuæ æquiualere non potest. ¶ Ad vltimũ contra hoc dicitur, quod cuilibet modo intelligendi corrñdet modus significandi proportionabiliter. Et ad minorem dicitur, quod res huiusmodi principij non contingit &c potest intelligi sub modo intelligendi affirmatiuo, licet ipsum principiũ non, sed semper intelligatur sub modo negatiuo. ¶ Contra affirmatiuum & negatiuum sunt opposita. igitur intelligere rẽ affirmatiuam primi principij sub modo negatiuo, est intelligere oppositum sub ratione oppositi, sed quilibet intellectus talis est falsus, igitur principium est falsum.

¶ Dicitur, quòd affirmatio accepta vt res, & negatio vt res, sunt opposita circa idem, tamen affirmatio, vt res & negatio vt modus, non opponuntur, modus enim rei non opponitur materialia enim intelliguntur immaterialiter, & hoc non est intelligere sub ratione oppositi, ideo dicendum est, quod intelligere rem affirmatiuam sub ratione modi significandi negatiuè, nõ est intelligere sub ratione oppositi, quia modus rei non opponitur, vt prius. ¶ Ad auctoritatem intelligit Arist. qđ quælibet negatiua est per se in genere negatiuorum, quælibet tñ per accidens est respectu affirmatiuę, considerando negatiuam sub ratione modi significandi negatiuè, & hoc intelligit Arist in libro perihermenias, ideo dictum Arist. hic & in libro perihermenias non opponuntur &c.

QVÆSTIO XXII.

QVæritur an sequatur hoc per se ineſt huic, igitur hoc est hoc? quòd non vr, quia non sequitur homini per se ineſt humanitas, quia antecedens est verum, & consequens falsum. Falsitas consequentis patet, & añs probatur, humanitas autem in est homini per se aut per accidens, non per accidens igitur per se ineſt. ¶ Huic dicitur qđ homini non ineſt humanitas,

manitas, ideo nec per se, nec per accidens. ¶ Sed contra, humanitas vel est quod quid totum hominis, vel est totum formale in quod quid, siue sic, siue aliter, humanitas per se inest homini. ¶ Item syllogismus ignorantiæ est ex immediatis per Aris. sed sequitur propositio ex immediatis, igitur per se, igitur in præmissa syllogismi ignorantiæ prædicatum inest subiecto p se, & tñ non sequitur hoc per se est hoc, quia tunc sequeretur, quod hoc verè est hoc, sed hoc est falsum, q̃a p̃missę in syllogismo ignorantiæ non sunt veræ, sed falsę, igitur nec sequitur, hoc per se inest huic, igitur hoc est hoc.

¶ Nec ẽt sequit̃, hoc per accñs. inest huic, igitur hoc est hoc. Non enim sequitur albedo inest homini. igitur homo est albus quia antecedens potest verificari sine consequente, vt posito quod albedo in sit homini solum ſm dentes. ¶ Item non sequitur, animal inest sorti per se, igitur sortes est animal quia antecedens potest esse verum sine consequente. posito. n. quod sortes non sit consequens est falsum, quia si sortes non sit: nõ est animal, & tñ antecedens est verũ: quia prædicatum est de intellectu subiecti, animal. n. est de intellectu sortis, igitur per se ei inest. ¶ Ad oppositum, per se est conditio prædicati & a prædicato non diuiditur nec ab inhærentia, igitur sequitur per se inest huic igitur hoc est hoc. ¶ Itẽ sequitur: hoc inest huic per accidens & absolutè, igitur hoc est hoc: sequitur n. albedo inest homini absolutè igitur homo est albus igitur sequitur multo fortius: hoc inest huic per se, igitur hoc est hoc.

Ad quæstionem dr̃, quòd non sequitur, hoc inest huic &c. Vnde tria dico: Primum, quòd hęc consequentia non valet. Secundo, quod sequitur hoc inest huic per se, igitur hoc ab illo denominari potest Tertio, quod non sequitur vlterius hoc inest huic per accidens, igitur hoc est hoc.

¶ Primum ostendo lineæ per se inest punctus in primo modo dicendi per se, & tñ non sequitur lineam esse p̃ũctũ. Similiter triangulo in est linea per se, & tamen non sequitur triangulus est linea, igitur non sequit̃ hoc inest huic. igit̃ hoc ẽ hoc. ¶ Secundum ostendo, sequitur enim triangulo per se inest linea, igitur est triangulus linearis. Similiter lineæ inest punctus per se: igitur linea est punctualis, sic igitur patet secundum per exempla, hoc etiam patet ratione in his quæ insunt per accidens, vt hoc in est huic simpliciter, igitur hoc est hoc, igitur sequitur ex illa parte eodem modo, hoc inest huic per

se,

se, igitur hoc est hoc, quia quod per se inest simpliciter inest, & quando aliquid inest alteri simpliciter in illis tenent, hoc simpliciter in est huic, igitur hoc est hoc. ¶ Tertium ostendo, non enim sequitur albedo inest Sorti, igitur Sortes est albus, quia antecedens potest esse verum sine consequente, verificatur enim antecedens si Sorti insit albedo secundum dentes, & tamen consequens non verificatur. ¶ Ad videndum tamen quomodo in accidentalibus tenet consequentia ab inesse ad esse, sciendum est, quòd quædam accidentia nata sunt inesse toti per vnam partem determinatam, & quædam nata sunt inesse, secundum qualibet partem. Exemplum primi, sicut calciatum esse inest homini secundum pedem. Exemplum secundi, album natum est inesse toti secundum quālibet partem. Accipiendo accidentia primo modo sequitur hoc inest huic, igitur hoc est, hoc sequitur enim calciatum inest homini secundum pedem: igitur homo est calciatus. Accipiendo tamen accidens secundo modo non sequitur ab inesse ad esse nisi ita sit, ꝙ tale accidens ipsi toti vel saltem pluribus partibus totius siue maiori parti insit, & ideo non sequitur, albedo inest homini, igitur homo est albus vniuersaliter, & hanc determinationem inuit Albertus super librum. 6. principiorum. ¶ Propter rationes intelligendum est, ꝙ tenet hoc inest huic per se, igitur hoc est hoc, si unum natum sit prædicari de altero, sed in alijs tamen non tenet, & ideo quia humanitas non est nata prædicari de homine, ideo non sequitur homini per se inest humanitas igitur homo est humanitas.

Ad primam rationem dicitur, ꝙ consequentia non valet, quia unum de altero non est natum prædicari propter modos repugnantes, sicut in positione dictum est, ꝙ non sequit̄ ab inesse ad esse ¶ Ad aliud dr̄ ꝙ syllogismus ignorantiæ est ex immediatis in falsitate, cuiusmodi est ista, qualitas est quantitas, & sic est ex propositionibus falsis per se: non tamen ex propositionibus absolute per se. Per hoc ad formam, ꝙ non sequitur syllogismus ignorantiæ est ex immediatis, igitur est ex propositionibus per se, nec sequitur propositio est immediata in falsitate: ergo prædicatum inest subiecto per se, quia si per se inesset, absolute inesset: sed sequitur, igitur prædicatum per se est de subiecto. Si tamen talis propositio esset immediata absolute per se, tunc sequitur ꝙ prædicatum inest subiecto per se. Sed non debet dici immediata, nisi cum hac conditio-

ditione in falsitate. ¶ Ad aliud patet in positione. ¶ Ad vltimū duplex est responsio vna concedit, ꝙ hæc est per se, sortes est animal, siue sortes sit, siue non, quia prædicatum est de intellectu subiecti. Alia non concedit hanc esse per se sorte non existente, quia ad hoc quòd esset per se, oporteret, quòd per eandem causam per quam hæc verificatur, sortes est risibilis, verificatur illa, sortes est animal. Sed hæc non potest verificari, nisi per quod quid subiecti, & illud non est sorte corrupto, quia quando sor. corrumpitur non habet quid, quia tunc non est, & quid est præsupponit si est. ¶ Item tunc nec est hæc vera, sortes est animal, nec sor. est risibilis, quia accidens reale præsupponit subiectum esse. Et ad probationem dicitur, quòd non sufficit prædicatum esse de intellectu subiecti, igitur est per se primo, nisi addatur, quòd prædicatum est de intellectu subiecti tā quam cadens in eius diffinitione. Sed q̄n sortes nō est, animal in diffinitione sortis non cadit, quia tunc non habet quòd primo, nec ex consequenti &c.

QVÆSTIO XXIII.

QVæritur an genus per se prædicetur de differentia? Quod sic videtur, quæcunque significant vnam essentiam sic se habent, quod vnum de alio prædicari potest per se, genus & differentia sunt huiusmodi, igitur &c. ¶ Hic dicitur, ꝙ maior est falsa, plus enim requiritur ad perfectatem quam identitas essentiæ, requiruntur enim modi significādi proportionales, sub quibus hoc huic attribuitur. Sed diuersa est ratio, & extranea rōnalis & animalis, ideo non est per se. ¶ Contra illud, essentia est eadem sibi aut igitur per se, aut per additum, si per se, habetur propositum, si per additum, accipiendo illud additum, illud est idem sibiipsi, aut igitur per se, aut per additum, si per additum processus erit in infinitum, si per se igitur identitas essentiæ sufficit ad perfectatem.

¶ Item quòd extranea ratio non prohibeat perfectatem videtur, magis est extranea ratio inter hominem & animal, quàm inter animal & rationale, quia homo significat per modum determinati, & animal respectu hominis significat p modum indeterminati, sed rationale respectu animalis significat per modum actus & determinatis, & animal respectu rationalis per modum determinabilis. Sed maior est extraneitas inter modum indeterminati & determinati circa eandem essentiā,

quam inter modum determinantis & determinabilis. Si igitur illa ratio extranea impediret perfectatem, tunc hæc non esset per se, homo est animal, quod est falsum. ¶ Item hæc est p se ens est vnum, & tamen diuersa est ratio entis & vnius. Similiter hæc est per se, lapis est pæna, & tamen diuersa est ratio, lapidis & pœnę. Nec tunc potest prohiberi nugatio per diuersam rationem, quia tunc hic, non esset nugatio, animal homo, quia manifestum est ꝙ diuersa rõne significãt illa duo: igitur diuersa ratio non impedit nugationem, ideo oportet dicere, ꝙ genus & differentia non significant eandem essentiam ¶ Propter hanc rationem dicitur aliter, quòd genus & dria nõ significant eandem essentiam. genus.n. significat partem materialẽ respectu specierum, & dria significat partem formalem, quantum est ex primo intellectu, quia cum vtrumq. significet partem per modum totius, ideo ex consequenti importat totum, quod significat species, tamen neutrum significat determinatè nisi partem. ¶ Contra illud, si genus significaret partem & differentia aliam partem, tunc prædicatio drię de specie esset denominatiua per hoc medium, quia pars integralis solum prædicatur de toto denominatiue secundum Arist. in 7. meta. & 8. quia hæc prædicatio non est vera, archa est lignum denominatiuè sed hæc est vera, archa est lignea denominatiuè. ¶ Item si genus & dria significent diuersas partes, cum vtrumque prædicetur essentialiter de diffinito, diffinitum erit duæ partes, siue duæ essentiæ essentialiter, sed hoc est inconueniens. ¶ Item substantiæ separatæ diffiniuntur per genus & differentiam, & tñ in illis non est pars, quia sunt formæ simplices, igitur genus & dria non significant diuersas partes. ¶ Item ad principale arguitur in tertia figura. Omnis homo per se est animal. omnis homo per se est rationalis, igitur rationale per se est animal, p̃missæ sunt veræ, igitur conclusio, bonitas consequentiæ patet, quia ideo conclusio in demonstratione est per se, quia sequitur ex per se in hęrentibus, secundum Arist. igitur si præmissæ sũt veræ per se, conclusio erit per se vera. ¶ Dr ꝙ hic est fallacia accidentis ex variatione medij termini, quia in maiori accipitur homo sub ratione materialis in conceptu hominis, animal.n. de homine verificatur sub ratione materialis in conceptu hominis, & in minori rõnale verificatur de homine sub ratione formalis in cõceptu hominis, & ita variatur ille terminus hõ.

♭ Contra illud ex oppositio conclusionis cum minori sequi

tur

tur repugnantia maioris, igitur prior syllogismus fuit bonus. Accipio.n. oppositum conclusionis, vt hoc, nullum rationale est per se animal, sumatur minor, quæ prius, omnis homo est per se rationalis,& sequitur, igitur nullus homo per se est animal in secundo primæ. Ille syllogismus est bonus,igitur prior

¶ Item quòd homo non varietur secundum talem acceptionē videtur,quia talis terminus sic supponit suum significatum,sicut ipsum significat,sed ille terminus significat suum significatum sub ratione formalis in cōceptu, igitur tunc supponit suū significatum, sub ratione formalis in conceptu non est igitur dicere talem variationem in homine, quòd potest accipi sub ratione materialis in maiori,& sub ratione formalis in minori

¶ Ad primam illarum dicitur,quòd in syllogismo conuersiuo nullum rationale per se est animal &c.est fallacia accidentalis sicut prius in syllogismo affirmatiuo.

¶ Contra in diffinitionibus secundum substantiam non cadit accidens secundum Arist.in elēchis. Sed omnia illatria,animal,rationale, & homo, sunt individua secundum substantiā, igitur in istis terminis non potest cadere accidens. ¶Item,idē est principium cognoscendi se & suam priuationem,sed syllogismus affirmatiuus comparatur ad negatiuum in eisdem terminis,sicut habitus ad priuationem, igitur est principium cognoscendi boni ratem in syllogismo negatiuo,sed ille syllogismus est bonus sine variatione, omne rationale per se est animal,omnis homo per se est rationalis, igitur omnis homo per se est animal,igitur syllogismus negatiuus in eisdem terminis, & in eodem ordine erit bonus sine variatione,igitur &c.

¶ Item fallacia accidentis est ex variatione alicuius termini,& in prima figura maxime ex variatione medij termini,sed in illo discursu,nullum rationale per se est animal, omnis homo p se est rationalis, non est variatio alicuius termini, quia homo & animal accipiūtur vniformiter sicut rationale, quod est medium vniformiter accipitur,quia sub ea ratione qua differentia verè prædicatur de homine, quia vt sic est pars diffinitionis hominis,similiter vt differentia est, verè ab eo remouetur animal cum hac conditione per se, quia cum hac conditione sibi extraneatur, igitur quilibet terminus vniformiter accipitur, non igitur est variatio.

¶ Item ad principale. rationale per se est ens. igitur rationale per se est,aial.antecedens verum est, quia ens per se est de in-

tellectu cuiuslibet. igitur consequens. probatio consequentiæ quia si rationale per se est ens, aut igitur ens quod est substantia, aut ens quod est accidens. non ens quod est accidens, quia accidens non est principium formale diffiniendi substantiam. igitur rationale est ens substantia. & tunc vlterius quærendū est, aut est substantia corporea aut incorporea, nō incorporea, quia non esset tunc principium formale speciei corporis igitur est substantia corporea, & sic descendendum est quousq; deueniatur ad animal. igitur rationale per se est animal. ¶ Hic dicitur, quod rationale, per se est ens. quod est substantia, sed substantia dicitur dupliciter, simplex & composita. Simplex adhuc est duplex, scilicet materia, & forma. tunc rationale est substantia simplex quæ est forma, & illa substantia non est genus, nec diuiditur per differentia.

Sed sola substantia composita est genus, & illa non prædicatur per se de rationali. ¶ Contra illud. quæro de substantia quæ est forma, an illa est in plus quàm substantia composita, quæ est genus, aut in minus, aut æqualis ambitus non pōt esse in plus, quia tunc esset aliquid prius generalissimo vniuocè, sed hoc est falsum, nec potest esse æqualis, quia tunc essent duo generalissima substantiæ. oportet igitur, quod sit, sicut in minus. sed de quocunque prædicatur per se, illud quod est in minus, de eodem prædicatur illud quod est in plus, sed per te substantia, quæ est forma per se prædicatur de differentia, & illa est inferius respectu substantiæ compositæ, vt probaui. igitur substantiam compositam quæ est genus per se prędicatur de differentia. ¶ Item probo ex dictis, quod substantia quæ est forma est genus, quia substantia quæ est forma per te, per se prædicatur de rationali, & illa eadem substantia eadē ratione per se prædicatur de irrationali. igitur rationale & irrationale sūt differentia, quia inter se diuersa sunt, & in aliquo conueniūt, vt in substantia quæ est forma. igitur sunt differentia, differentia enim sunt illa secundum Aristotelem in 5. metaphy. quæcunque inter se diuersa sunt alicui tamen idem entia, sed talia sunt species. igitur rationale & irrationale essent species substantiæ quæ est forma. igitur substantia quæ est forma, erit genus. ¶ Item posset probari, quod substantia nullo modo est genus. Arist. probat, quod ens non est genus, quia ens per se prædicatur de differentia scd̄m aliquam eius significationem. Sed per te substantia scd̄m aliquam eius significationem prædicatur

tur per se de differentia. igitur substantia non est genus. Si tu dicas quod hæc forma arguendi non valet. tunc forma Aristo. arguendi nō valebit. ¶ Item ad principale. rationale per se est sensibile. igitur rationale per se est animal. antecedens est verum, quia vltima differentia includit omnes præcedentes secundum Arist. in 7. metaph. ¶ Dicitur, quod concesso antecedente, nego consequentiam. & ratio negationis est, quia in animali sunt duo, vt intellectus sensibilis, & intellectus corporis superioris vel substantiæ. vnde licet rationale per se includat sensibile, non tamen includit genus quod est intellectus animalis per se, ideo non valet consequentia. ¶ Contra cōceptus animalis est indiuisibilis, eo quod cōcipitur ab intellectu simplici qui est indiuisibilis, sed indiuisibile vbi est secundum se totum est. si igitur aliquid conceptus animalis includatur in rationali, totum quod est in illo conceptu per se in rationali includitur. ¶ Item materiale concipitur sub ratione formalis. cum igitur rationale includat sensibile, quod est formale in animali, ex consequenti includit materiale in animali, & sic per consequens consequentia erit bona. ¶ Item concesso antecedente habetur propositum principale, quia si rationale per se est sensibile, eadem ratione in rationale per se est sensibile. igitur rationale & irrationale sunt dria vt prius argutum est, quia in aliquo sunt diuersa, & in aliquo conueniunt. & vlterius. igitur sunt species respectu sensibilis. & vlterius sequitur, quod sensibile sit genus, & sensibile per se prædicatur de differentia. igitur genus per se prædicatur de differentia. ¶ Ad principale. Arist. in 7. metaphy. arguit quandocunque aliqua duo sic se habent, quod vnum accidit alteri, tunc vtrunq; accidit tertio. hanc maiorem accipio, sed genus per te accidit differentiæ. igitur vtrunque accidet tertio. igitur hæc erit per accidens homo est animal rationale. si hæc erit per accidens, rationale est animal. consequens est falsum, vt patet quia per Arist. est in primo modo dicendi per se. ¶ Dicitur hic, quod propositio quam accipit Arist. in sua ratione videlicet illa, quando aliqua duo sic se habent, quod vnum, &c. intelligitur quando ex talibus duobus non fit vnum per se & essentialiter sicut hic, homo est albus. Sed genus & differentia faciunt vnum essentialiter, genus est in potentia essentialiter, quia genus est in potentia essentiali respectu differentiæ. & differentia habet rationem actus essentialis. ideo ex his fit vnum essentialiter &

per se. sed sic non est de homine albo. ¶ Cõtra illud quia Arist. in 7. illo, sic arguit. dissolutis b. & a. manet b. & manet a. & nõ manet hæc syllaba ba, in hac igitur syllaba ba: aliquid præfuit quod nec fuit b. nec fuit a. & huiusmodi erit forma huius syllabæ ba. Similiter arguo in proposito. dissolutis genere & differentia manet intellectus generis, & manet intellectus differentiæ, & non manet intellectus diffinitionis. igitur in diffinitione aliquid præfuit formale, quòd nec fuit intellectus generis, nec intellectus differentiæ. igitur differentia non est essentialis actus respectu generis & formale. ¶ Item manente causa manet effectus. Sed extraneitas inter rationem generis, & differentiæ fuit causa quare per se non prædicatur de differẽtia, sed in extremo huius propositionis. homo est animal rationale, manet eadem causa. quia eadem extraneitas. igitur hęc non erit per se, homo est animal rationale. ¶ Item ad principale hæc est necessaria, rationale est animal. igitur per se. antecedens patet, quia sequitur ex necessarijs. consequentiam probo dupliciter. Arist. facit hanc consequentiam. demonstratio est ex necessarijs: igitur ex propositionibus per se, ergo sequitur cõclusio est necessaria: igitur per se. Similiter si aliqua est propositio necessaria, aut est mediata, aut immediata. propositio mediata potest esse conclusio demonstrationis: igitur per se similiter propositio immediata est principium demonstrationis. igitur est per se, quia demonstratio est ex propositionibus per se secundum Arist. sequitur igitur si aliqua propositio est necessaria est per se. ¶ Item ad principale. Commentator super primum physicorum, probat quòd pars non est per se eadem toti, & arguit sic. Si vna pars esset per se eadẽ toti, eadẽ ratione & alia. sed quæcunque sunt per se eadem tertio inter se sunt eadem. si igitur manus & pes essent eadem toti per se, tũc sequeretur, quod manus esset pes. Eodem modo arguitur in proposito. quæcunque sunt eadem in tertio per se. inter se sunt eadem. sed animal & rõnale sunt eadem alicui tertio per se, vt homini. igitur vnum per se ineſt alteri. ¶ Hic dr̃, ꝙ Commentator intelligit, quod quæcunque sunt per se & primo eadem tertio. inter se sunt eadem. Sed genus & dr̃ia non sunt primo eadem speciei, nihil. n. est primo idem speciei nisi diffinitio. Partes autem diffinitiones ex consequenti. ¶ Contra. si diffinitio sit eadem primo diffinito, tũc diffinitum erit primo duo entia. Probo consequentiam. in diffinitione sunt duo entia,

tia, videlicet significatum generis, & significatum differentiæ. si igitur hoc totum sit primo idem diffinito, tunc duo entia diuersa erunt per se eadem diffinito, & sic diffinitū erit duo entia. ¶ Item probo, quod genus possit esse idem speciei per auctoritates Arist. in primo lib. in illo cap. Monstratis autem his. dicit quod genus est idem primo diuersis speciebus. igitur animal est primo idem homini ¶ Item Aristoteles in 7. physicorum, dicit quod secundum genus non fiunt comparationes, quia in genere latent multæ æquocationes. igitur genus æquiuocum est ad diuersas species. igitur ineſt primo cuilibet speciei, sicut æquiuocum ineſt primo cuilibet significato. ¶ Item genus nihil est præter suas species secundum Arist. 7. meta. igitur primo ineſt cuilibet speciei. similiter in diuersis speciebus est diuersa materia secundum illud. quod est. igitur &c. ¶ Ad oppositum sunt rationes Arist. illud de quo prædicatur genus per se aut est species, aut indiuiduum. igitur &c. ¶ Item si genus per se prædicetur de differentia, vnum animal esset multa animalia. consequens est falsum. igitur & antecedens, consequētia sic probatur, supposito quod diffinitio sit primo eadē diffinito, nec diminutè nec aliquid superfluè designans aliud a conceptu speciei tunc hoc totum: animal rationale: ineſt primo homini, sed homo non est eadem essentia bis repetita. igitur animal rationale, non significat eandem essentiam repetitam, quia tunc non esset primo eadem diffinito: igitur in hac diffinitione animal rationale significabit diuersam essentiam primo. nam dicendo sortes est animal rationale, denotatur ꝙ sortes sit animal ratione animalis expressi. denotatur similiter ꝙ sortes sit animal per hoc quod dicitur rationale, si animal sit de per se intellectu rationalis, & non denoratur, quod sortes sit idem animal per rationale quod præfuit significatū per animal: quia tunc esset essentialiter essentia eadem, quod est contra suppositum. ergo sortes in hoc, quod est rationale, est aliud animal. in re tamen sortes est vnum animal numero. igitur vnum animal est multa animalia. posita hac hypothesi falsa, quod genus per se prædicetur de differentia.

Ad qōnē dr̄, ꝙ genus per se prædicatur de dr̄ia propter rōnē proximam. ¶ Itē hæc gñalis cōditio est in oīb. modis dicēdi ꝑ se, ꝙ illud subijciat̄, ꝙ natū est subijci, & similiter, ꝙ p̄dicetur, ꝙ natum est prædicari. Sed rationale non est natum subijci respectu animalis, nec respectu hominis: quia in quale prædica

tur respectu vtriusq. ic̃ hęc non erit in aliquo modo de per se. ¶ Item hoc patet inductiuè, non prædicatur per se primo modo, quia prædicatum non est totus intellectus subiecti, nec in intellectu subiecti includitur: quia diuersam rem significant animal rationale. Nec est per se secundo modo, quia subiectū non cadit in diffinitione prædicati. Nec tertio modo, quia tertius modus est modus essendi & non prædicandi. Nec quarto mō, qa subiectū nō est cā efficiēs p̄dicati, igit nullo mō ē p se.

Intelligendum tn propter rōnes, quod genus, & dria non determinatè significant idem quod ipēs: animal. n. & rōnale non significant determinatè totum illud significat hō per se. quod. n. significatur per animal est pars materialis in cōceptu hominis, vt totum id quod est compositum ex substantia & anima sensitiua. Dria significat partem formalem hominis, vt illam perfectionem quæ perficit substātiam sensitiuam & determinatè illas partes significant, tamen vnumquodq. significat partem non per modum partis, sed per modum totius: iō ex consequenti determinatè vtrunq. significat totum, quod significatur per hominem. Per hoc ad rationes.

Ad Primam sicut vltimo dicebatur, quod genus & dria distinctè significant diuersas partes, & non eandem essentiam, quia tunc diffinitio non esset eadem diffinito. Et aliud inconueniens sequeretur, quod in qualibet diffinitione esset nugatio, vt prærgutum est.

¶ Ad primam contra hoc dr̃, quod duplex est pars integralis, quædam accepta per modum partis, & talis pars non pōt de toto prædicari nisi denominatiuè, qm̃ hæc est falsa: homo est caput. Sed hęc est vera, hō est capitatus, & talis pars dr̃ realis, & aliquo modo est integralis. ¶ Alia est pars secundum rōnē quæ significat per modum totius, & talis pars de totò prædicari pōt vniuocè, cuiusmodi partē significat animal: licet. n. aīal significet partem materialem hominis, non tn̄ significat per modum partis, sed totius, & iō pōt prædicari de homine vniuocè, & hoc est quod Boetius ait, quod genus in prædicatione est totum, prædicatur. n. de speciei, quia totum significat ex cō sequenti. ¶ Intelligendum tn̄ est, ꝙ rationale prędicatur de homine per modum denominatiui ex hoc, ꝙ prædicatur in quale, licet non simpliciter denominatiuè prædicetur, cum sit de essentia hominis, multa. n. habent modum quæ non sunt denominatiua simpliciter. Prædicatio. n. denominatiua est, qn̄ res

de

de genere accidentis subſtãtiam denominat. ¶ Ad aliud dr̃, qđ non ſequitur hominem eſſe duo entia, quia tam genus q̃ dria in prædicatione accipitur vt totum, & non ſub rõne partis, & ita illud totum prædicat ex conſequenti. Similiter genus accipitur ſub rõne driæ, & iõ non ſequit̃ ſpẽm eſſe diſtincta entia ex hoc, ꝙ diffinitio de ſpecie prędicatur quia vt genus ſub rõne driæ accipitur, ſi vnum conceptũ faciunt qui eſt conceptus ſpeciei, licet tñ ille conceptus diffinitionis differat a conceptu ſpẽi accidentaliter ex hoc. ꝙ conceptus diffinitionis eſt magis diſtinctus & conceptus ſpẽi confuſus. ¶ Ad aliud dr̃, ꝙ intelligentię habent aliquam cõpoſitionem, vt compoſitionem eſſe cum eſſẽtia, & ita ab eſſentia accipitur genus, & ab eſſe accipitur dria, & illa ratio concludit, ꝙ non quælibet dria ſignificat partem formalem eo modo quo eſt forma in iſtis inferioribus. ¶ Ad aliud vt dicebatur. ¶ Ad aliud cõtra hoc quod licet homo ſupponat ſub ratione formali ſemper in qualibet propoſitione vbi ſupponit tanquam ſub ratione ſubſtantiæ, tñ nõ ſemper ratio formalis illa quæ eſt ratio rationalis in homine eſt cauſa poſitiua, quare, prædicatum ſubiecto per ſe ineſt. Ratio.n. poſitiua quare animal ineſt homini, eſt cõceptus animalis in homine, & non conceptus rationalis. ¶ Ad aliud ſicut dicebatur, quod in alio ſyllogiſmo negatiuo nullum rõnale &c. eſt variatio ſicut in ſyllogiſmo affirmatiuo, æquè ẽt eſt cõuerſiuus, & in eodem termino, vt in illo termino homo, quia ille terminus variabatur in affirmatiuo: hæc tñ fallacia non debet aſſignari euidenter, nec poteſt niſi in ſyllogiſmo affirmatiuo, vt patet ſecundum Egidium. variatio. n. in negatiuo ſyllogiſmo debet aſſignari in affirmatiuo, reſpectu cuius eſt conuerſiuus. v. g. hæc fallacia accidentis, homo eſt ſpecies, ſortes eſt homo, igitur ſortes eſt ſpecies, ex variatione huius termini eo dẽ modo in ſyllogiſmo negatiuo, qui eſt alterius cõuerſiuus, ſortes non eſt ſpẽs, ſortes eſt homo: igitur homo non eſt ſpẽs, variatio eſt in eodẽ termino, quo prius, vt in illo termino hõ, & tñ hæc variatio non põt conueniẽter aſſignari in negatiuo ſyllogiſmo. Sed debet aſſignari in paralogiſmo affirmatiuo. Affirmatio.n. eſt principium ducendi in cognitionem ſuæ negationis, ſicut rectum eſt iudex ſui & obliqui, ſimiliter eſt ex parte illa, variatio.n. eſt in ſyllogiſmo negatiuo, debet tñ aſſignari in affirmatiuo, & ſemper ſecundum eũdem terminum, vt illũ terminum homo. ¶ Ad primam rẽnem cõtra hoc cũ dr̃

in

in diffinitionib. &c. dr̄ ꝙ Ari. intelligit, ꝙ i diffinitionib. fm rō nē, hoc est in qb. nō est extranea rō in illis nō cadit accns, sed in istis est talis extraneatio, iō illa auctoritas nō est ad ꝓpositum. ¶ Ad aliud dr̄, ꝙ in affirmatiuo syllogismo oē rōnale &c. est cō sequentia bona per locum extrinsecum, & non p formam intrinsecam, tenet. n per hanc maximam, vt si miles poterit debellare castrum, poterit & rex. Si aliquid insit illi cui minus videtur inesse, inerit illi cui magis videtur.

Sed animal vr̄ magis ineſſe homini per se quam rōnale, iō si rationale per se insit per locum a minori, et animal inerit homini per se per primam maximam. Per hæc ad formam, ꝙ qn̄ consequentia affirmatiua tenet per locum a minori, & nō per locum a toto in quantitate, non oportet, ꝙ si sequit affirmatiue, ꝙ sequatur negatiuè sine variatione. ¶ Ad aliud dr̄ ꝙ hic variatio est in aliquo termino, vt in illo termino homo, vt prædictum est, quia variatur in comparatione ad rationale, & animal, illa tn̄ variatio non conuenienter assignatur in syllogismo negatiuo, sed in affirmatiuo respectu cuius est conuersiuus, vt in illo, omnis: hō est animal. ¶ Contra illud est vna rō. In prima figura solum est fallacia accidētis ex variatione medij termini, quia ex eisdē identitate est bonitas syllogismi. Sed ille discursus nullum rationale &c. est in prima figura: igitur variatio solum erit hic in medio termino, s. rationale. Hic dr̄, ꝙ maior est falsa, non. n. oportet in prima figura accidens semper esse ex variatione medij, sed sufficit, quod sit ex variatione medij, vel alicuius extremi. V. g. hic est fallacia, accidentis sortes non est species, sor. est homo, igitur homo non est spēs, & non ex variatione termini medij, videlicet sortes, sed ex variatione minoris extremitatis, videlicet huius termini homo. hō. n. in minori vt comparatur ad sortem, habet acceptionem pro supposito virtute prædicati, & in conclusione hō habet acceptionem pro intentione, vt comparatur ad hoc prædicatum species: & illa variatio fit in minori extremitate. ¶ Aliter tamen dicunt quidam quod in toto discursu, nullum rationale per se est animal &c. est variatio in medio termino, quia in minori remouetur animal cum hac conditione per se rationali pro eius significato distincto secundum ꝙ determinatē significat partem, in maiori vero prædicatur rationale secundum, ꝙ significat per modum totius, & ita variatur rationale in maiori & minori. ¶ Contra illud, terminus subij-

cit

cit & prædicat illud quod significat & sub eodem modo. Sed per te rationale significat partem per modum totius, igitur subiicit partem per modum totius sicut prædicat. ¶ Hic dicitur ꝙ licet significetur partem determinatè, tamen potest prædicari per modum totius, & subiici per modum totius. Sed tamen vt hæc concedatur vera: nullum rationale per se est, animal accipitur rationale formaliter sub distincto signato, licet ratio totius sit sine quo non, ideo ratio formalis prædicatiua saluatur vtrobique, licet ratio sine qua non, non maneat. ¶ Ad aliud principale sicut dicebatur ꝙ substantia composita est genus simpliciter in linea prædicamentali, substantia tamen quæ est forma non est genus nisi per attributionem. Et absolutè dicendum est quod substantia quæ est forma licet sit genus aliquo modo respectu rationalis: vt tamen rationale est differentia, sic respectu rationalis non est genus, sed ut rationale respectu substantię quę est forma accipitur vt species. ¶ Ad rationem contra hoc dicendum quod substantia quæ est forma æqualis est ambitus cum substantia quæ est genus. Et cum dicitur quod tunc essent duo generalissima in eodē prædicamentum, conceditur quod sunt duo generalissima in uno p ædicamento, non tamen sequitur ꝙ duo sunt prædicamenta in genere substantiæ. Coordinatio enim differentiarum reducitur ad coordinationem generalissimi directam, sicut genus generalissimum quod est substantia & forma attributionem hñt ad substantiam compositam, vnde non sunt duo generalissima prima simpliciter, quia vnum habet attributionē alterum, sunt tamen duo secundum prædicationem æquè prima. ¶ Ad aliam quæ probat ꝙ substantia quæ est forma sit genus ad rationale & irrationale, dicitur quod ratione potest dupliciter considerari. Vno modo secundum quod imponitur ab vltimo gradu perfectionis in homine, & sic nullum formā superiorem includit in suo intellectu. Alio modo secundum, ꝙ imponitur a tota perfectione in homine quæ aduenit substantiæ quæ est genus generalissimum, & illo modo includit omnes priores differentias. Per hoc ad formam ꝙ rationalę primo modo acceptum & irrationale non conueniunt in substantia quæ est forma tanquam in communi vniuoco prædicabili de istis, vtrunque est substantia quæ est forma æquiuoce, & sic substantia quæ est forma non est genus respectu illorū. Secundo modo concedo quod substantia quæ est forma sit ge-

nus

fuit in b.a. quod nec fuit b. nec a. Sed per a. & b. intelligit elementa corporis, probat enim quod forma realis non est aliquod elementorum. Sed differentia non est forma nisi secundum rationem, igitur in proposito non tenet ratio. ¶ Contra hoc manentibus illis totaliter quæ requiruntur ad essentiam rei, manet essentia rei, sed dissolutis genere & differentia, manet genus & differentia, & non manet tota diffinitio, igitur aliquid aliud requiritur ad diffinitionem quam genus & differentia. ¶ Hic dicitur quod dissolutis genere & differentia secundum quod genus est propria potentia, & differentia est proprius actus diffinitionis, diffinitio non manet tunc. ¶ Intelligendum tamen quod genus & differentia sub propria ratione propriorum conceptuum non se hñt ad inuicem sicut potentia & actus, quia conceptus generis intelligi potest sine conceptu differentiæ & ecõtra, sed nihil intelligitur nisi actus vel ut actus habens: igitur conceptus generis quantum est de se non est propria potentia respectu differentię, propria enim potentia non potest intelligi nisi per comparationem ad proprium actum, tamen res materialis quæ subest conceptui generis est propria potentia respectu rei quæ subest conceptuī differentiæ, & hæc ratio ab illa dissolui non potest ita quod vtrumque maneat, & ideo diffinitio est perpetua & demonstratio. Tunc breuiter dicitur quod vt genus est potentia respectu differentiæ, sic illis dissolutis non manet diffinitio.

¶ Aliter tamen potest dici ad illud de b. & a. quod ratio illa Aristo. non est ad propositum Arist. enim arguit sic, dissolutis b. & a. manet b. ita quod neutrum est ad alterum inclinatum, & tunc non manet b. a. tunc ergo aliquid formale præ fuit præter a. & b. Vnde supponit Aristotel. in ratione qđ neutrum ad alterum inclinetur, sed sic dissoluta anima a materia, manet corpus & manet anima, quia tamen anima naturaliter inclinatur ad corpus: ideo non præfuit in homine alia forma vniens animam cum corpore, sed secundum se, fuit perfectio corporis. Eodem modo est ex parte illa: dissolutis enim genere & differentia ab inuicem, adhuc conceptus differentiæ habet aliquam inclinationem ad conceptum generis tanquam ad propinquam potentiam: sicut anima inclinatur ad corpus, ideo non oportet ponere aliquid formale in diffinitione præter differentiam, quia differentia licet maneat post dissolutionem, non tamen sic manet quin habeat inclinationem

nem ad genus. ¶ Ad aliud quod in illa: homo est animal rationale: non manet causa extraneitatis, quia ex animali & rationali fit vnum extremum essentialiter.

¶ Ad aliud dñ negando hanc consequentiam, est necessarium: igitur per se. ¶ Ad probationem dicitur quod Aristoteles supponit illud esse subiectum quod natum est subijci, & illud esse prædicatum quod natum est prædicari: & hoc: suppositio sequitur demõstrato est ex necessarijs: igitur est ex præpositionib. per se, sed rõnale non est natum subijci respectu animalis nec hominis, quia significat per modum qualis & concernentis. Ideo nec sequitur quod hæc sit per se: rationale est animal: nec illa rationale est homo. ¶ Ad aliud dicitur quod licet hæc sit necessaria, nõ est tñ mediata nec immediata, quia respectu animalis non ordinatur secundum sub & supra in genere, similiter subijcitur non est natum subijci, & sic eadem ratione nõ est immediata. ¶ Ad formam quod hæc diuisio propositionis necessariæ sufficiẽs est quando subijcitur: quod natum est subijci, sic non est in propositio. ¶ Ad aliud sicut dicebatur. ¶ Ad primum contra hoc quod partes diffinitionis licet sint duæ consideratæ secundum se, tñ, vt comparantur ad diffinitũ faciunt per se vnum. Et similiter, vt constituunt diffinitionẽ vnum accipitur sub ratione alterius, ideo non sequitur quod species sit duo entia. ¶ Ad aliud dr, quod aliquid esse primo idem alteri dupliciter intelligitur. Vno modo qñ prædicatum non excedit subiectum nec contra, & illo modo diffinitio est eadem diffinito primo, & genus non. Alio modo dicitur aliquid esse primo idem alteri qñ inter subiectum, & prædicatum nõ est aliquod medium ordinatum in eodem genere, & illo modo genus est primo in diuersis speciebus, quia inter hominem, & genus proximum non est aliquod genus medium in genere substantiæ.

¶ Ad aliud dicitur, quod genus quo ad illud quod determinatè significat solum, significat partem materialem speciei, per modum tamen totius, & illa pars vniuocè reperitur in diuersis speciebus realiter, tamen consequenter significat totum, & secundum hoc genus est diuisum in diuersis speciebus realiter, & similiter secundum hoc genus est diuersa natura in diuersis, & sic concedo quod genus primo, & æquiuocè diuersis speciebus inest, sed illam æquiuocationem nõ considerat rem sub ratione secundæ intentionis & non sub esse reali, ideo licet

cet in re sit diuersum in diuersis speciebus, tamen apud logicum genus est vnivocum.

¶ Ad aliud dicitur, quod Aristot. dicit quod genus nihil est præter eius species, aut si est vt materia est, & sic est hoc intelligendum quo ad primum significatum, & distinctum genus significat materiam speciei, tamen modo confuso siue concomitanter significat totum, & sic nihil est præter suas species.

¶ Contra hoc. Si genus primo, & determinatè significat partem & concomitanter, & ex consequenti totum, tunc quodlibet genus esset analogum, quia indeterminatè haberet duo significata secundum ordinem.

¶ Hic dicitur quod non sequitur genus esse analogum non enim significat totum ex impositione. Sed quia genus partê significat per modum totius, & ex illo modo totius ducimur in cognitionem totius concomitanter, ideo dicimus genus significare totum concomitanter. Sed hoc non est propriè significare siue ex impositione, ideo non est analogum, sed sic significare est repræsentare quodam modo, sicut capitatum significat caput determinatè per modum tamen totius, & ex modo concernendi totum significat habens caput ex consequenti, & sic totum: Sed hoc non est significare propriè.

QVÆSTIO XXIIII.

QVæritur an differentia inferior includat differentiam superiorem per se, vt an hæc sit per se, rationale est sensibile? quod non videtur. Boetius in diuisionibus docet artem diffiniendi, & dicit quo ad diffiniendum speciem sumẽdum est primo suum genus, & ipsum diuidendum est per differentias immediatas, & illa differentia quæ speciei conuenit adhuc est diuidenda per alias differentias, & sic quousque deueniatur ad differentiam vltimam. & sic genus superius cum omnibus differentijs, speciei conuenientibus debet poni in diffinitione speciei, & exemplificat de nomine. Facta enim diuisione diffinit nomen sic. Nomen est vox significatiua &c.

Sed si differentia inferior includeret superiorem, in tali diffinitione esset nugatio, quia differentiæ superiores expressè ponuntur in tali diffinitione & parte in inferiorib. includũtur bis igitur in eadem diffinitione replicantur, & ita erit nugatio animal rationale, quia animal includit sensibile in suo intellectu, similiter rationale includit sensibile per te, igitur simpliciter

ci er ponitur bis sensibile in diffinitione, igitur nugatio est.

¶ Hic dicitur, quod non sequitur quod hic sit nugatio, animal rationale, quia in rationali tãtum implicitè ponitur sensibile, ad hoc autem, quod esset nugatio oporteret idem bis exprimi & non tantum replicari implicitè. ¶ Contra Arist. in sexto topicorum docet inuestigare nugationem ponendo diffinitionẽ nominis pro nomine. Ponatur igitur diffinitio illorum nominum pro istis nominibus, & sic erit certa nugatio.

¶ Ad principale, Aristoteles, in secundo huius dans artem diffiniendi, dicit quod quælibet pars diffinitionis est in plus q̃ diffinitum, totum tamen æquale & cõuertibile, & ponit illud exemplum, ternarius est numerus impar primus vtroque modo. Sed si differentia inferior includat omnes superiores, tunc differentia inferior non esset in plus quam diffinitum, sed conuertibile. Oportet igitur dicere quod differentia inferior non includat superiores differentias.

¶ Item si rationale includit sensibile, cum tunc non includit ipsum conuertibiliter, sequitur quod includit ipsum & aliqd vltra, rationale igitur est compositum ex sensibili & re addita, sed quandocunque vnum est compositum ex duobus vnum est actus & reliquum potentia, Sed a potentia potest accipi genus & ab actu differẽtia, igitur rationale includit genus & differentiam in suo conceptu primo, sed omne tale est species, igitur dria erit spẽs, quod est inconueniens. ¶ Item qua ratione rationale includit sensibile in suo intellectu, eadem ratione irrationale includit sensibile in suo intellectu, tunc ergo in sensibili conueniunt. Et manifestum est quod inter se differunt, igitur sunt dria, quod patet secundum Arist. quinto metaph. Dria sunt quæcunque sunt alicui idem essentia & inter se sunt dria. Sed oĩa dria sunt spẽs, igitur rationale & irrationale essent spẽs, & per conñs diuersa essent spẽs. ¶ Hic dicitur quod illæ duæ rõnes non concludunt nisi, quod illud quod est dria respectu vnius, sit species respectu alterius. Et sic quod rõnale cõparatum ad animal siue ad hominem est differentia, sed comparatum ad sensibile est species. Sed ex hoc nõ sequitur quod differentia sit species nisi incidente fallacia accñtis. ¶ Contra si rationale sit species respectu sensibilis, tunc habebit dria, quæro de illa dria aut est species respectu superioris differentiæ aut non sit nõ eadem ratione fuit standum in primo, si sic q̃ro tunc de differentia eius, aut est species respectu superioris differen-

ferentiæ aut non, si sic, processus est in infinitum, si non eadem ratione standum fuit in primo. ¶ Item si rationale includit per se sensibile & significat tanquam species eius, tamen nō est ꝓcedere in infinitum in prędicatis substantialibus secundū Ari. in primo huius erit, deuenire tunc ad aliquod generalissimum differentiarum substantię, igitur in substantijs erunt duo generalissima, & si hæc duo erunt generalissima substantiæ, & ita plura quam decem erunt prædicamenta. ¶ Hic dicitur concedendo quod duo sunt generalissima in substantijs vna substantiarum in media coordinatione, & alia differentiarum collateralium &c. ¶ Tertium potest esse generalissimum aliarū differentiarum ex alio latere, vnde quod sic sint plura generalissima in substantijs non est inconueniens, & hoc collateraliter. Sed ex hoc non sequitur quod plura sunt prædicamēta in substantijs, quia generalissima differentiarum habent eūdem modum prædicandi cum substantia quæ est generalissimum in ordine medio, & ad illud reducuntur per attributionem.

¶ Contra hoc ex ista responsione sequitur quod quantitas, & substantia non faciunt duo prædicamenta, quia generalissimum quantitatis habet eundem modum prædicandi de suis contentis, sicut generalissimum substantiæ de suis. Similiter generalissimum quantitatis habet reduci ad generalissimum substantiæ sicut posterius ad prius. Si igitur illæ duæ conditiones concludunt vnum esse prædicamētū, tunc vnum esset prædicamentum, substantiæ & quantitatis.

¶ Item si sic, tunc in differentijs erit vnum generalissimum aliud a generalissimo in medio ordine, igitur similiter vnum specialissimum, & intermedia erunt genera. Sed ista tria generalissimum, specialissimum, & intermedia constituunt prædicamentum, si igitur in substantiis, & differentijs, substātiæ sint diuersa generalissima, specialissima, & intermedia, vt innuit responsio, igitur erunt diuersa prædicamenta. ¶ Item generalissimum differentiarum est alterum a generalissimo substantiarum in medio ordine per te, & manifestum est quod non est differens ab eo, quia tunc generalissimum esset species, igitur erit per se diuersum a generalissimo substantiæ, sed duo generalissima per se diuersa arguunt duo prædicamenta, igitur in substantia sunt duo prædicamenta, concesso hoc, quod duo sunt generalissima.

¶ Ad principale, si sic impossibile est fieri diffinitionem, cū-

sequens est falsum, igitur & antecedens, probo consequentiã, quæro aut diffinitio debet dari ex genere infimo & vltima differentia, aut ex genere remoto, & vltima differentia, nõ potest dari ex genere proximo primo & vltima differentia, si differẽtia inferior includat superiorem, quia tunc in qualibet diffinitione esset nugatio, quia sic dicendo, animal rationale, animal includit omnes differentias superiores, & similiter rationale per se, igitur bis idem intellectus includitur in diffinitione. Nec potest dari ex remoto & vltima differẽtia, quia per Arist. secundo huius diffinitio debet explanare omnia prædicata in quid de diffinito, sed differentia inferior explicitè non ponit differentias superiores, nec genus primum ponit illas, quia generalius, igitur ex genere primo & vltima diff. rentia non pot diffinitio fieri. ¶ Ad oppositum Boetius dicit in diuisionibus quod sufficit diffinire ex duobus terminis & exponit seipsum sic ex genere primo, & vltima differentia. Sed talis diffinitio non valeret si vltima differentia non includeret omnes differẽtias superiores, quia per Aristotelem in secundo huius in diffinitione debẽt poni omnia prædicata in quid expresse vel implicitè. ¶ Item secundum Arist. in prædicamẽtis commune est generibus & differentijs vniuocè prędicari. Sed vniuocè prædicari est prædicari ſm nomẽ, & ſm diffinitionẽ, igitur differẽtia habet diffinitionem. Sed nihil diffinitur nisi species specialissima vel subalterna, quia sola species diffinitur ſm Aristo. secundo huius, igitur differentia est species respectu alicuius alterius superioris, sed species includit genus, igitur differẽtia inferior includit superiorem. ¶ Item ſm Arist. in 8. metaphy. differentia dicit totam substantiã rei, igitur rationale includit sensibile, & omnes differentias superiores, quia omnia illa sũt de intellectu substantiali hominis. ¶ Item per Arist. ibidem illæ differentiæ sunt per se, quando repetitur totiens idem intellectus, quotiens ille ponitur in ordine, sicut exemplificat. Et hæc est quędam regula ad cognoscendum differentias per se.

Sed rõnale & sensibile sunt dr̃iæ per se, igitur idem intellectus bis repetitur, sicut dicto sensibili rationale. Sed hoc nõ est nisi inferior includat superiorem. ¶ Item Arist. dicit ibidem ꝙ licet differentia communior præponatur ei inferior postponatur adhuc esset negatio quia repetitio vnius intellectus, vt sic dicto, bipes habens duos pedes, quia in substantijs nõ est ordo, ideo videtur nugatio. Dicit vlterius, quod diffiniẽdum est

ex

ex primo genere & vltima differentia, quod non esset verum nisi vltima includeret præcedentes. ¶ Item hæc est per se, homo est animal. Sed ad hoc quod aliqua propositio sit p se primo modo, oportet quod formale in subiecto includat formale in prędicato & materiale materiale igitur rationale quod est formale in homine per se includat sensibile quod est formale in animali, igitur &c.

Ad quæstionem dr q rōnale & sensibile possunt dupliciter considerari. ¶ Vno modo ēm q rōnale imponitur ab vltimo gradu perfectionis in homine & sensibile ab alio gradu. & illo modo differentia inferior non includit superiorem, quia iste gradus non est ille, sed ab illo distin&us ¶ Alio modo potest rationale considerari non secundum quod imponitur ab vltimo gradu siue vltima forma, sed secundum quod imponitur a tota perfectione in homine, quæ perficit substātiam quod est genus generalissimum. & illo modo rationale includit sensibile & omnes differentias præcedentes, quia in illa tota perfectione includitur pars. ¶ Intelligendum tamen propter rationes quod accipiendo rationale, vt imponitur ab vltima forma seu ab vltimo gradu, sic sufficit diffinire cum proximo primo genere & vltima differentia, nō tamen sufficit diffinire ex genere primo & vltima differentia sed cū genere primo & omnibus alijs differentijs intermedijs. Non autē ex genere proximo & omnibus alijs differentijs. ¶ Primum ostendo sic, vltima differentia cū genere illo proximo includit omnia alia prædicata in quid de specie. licet enim vltima differentia imposita ab vltimo gradu secundum se non includat superiores differentias, genus tamen proximum cui additur includit differentias omnes superiores. & ideo sic est sufficiens diffinitio, tunc enim est sufficiens diffinitio quando aggregat in se oia quæ prædicantur in quid & essentialiter de diffinito. Secundum pater. diffinitio enim debet indicare omnia prædicata essentialia de diffinito. & illa includere secundum Arist. in secūdo huius. Sed genus primum non ponit differentias superiores, nec differentia vltima accepta ab vltimo gradu ponit illas vt dictum est. non igitur est sufficiens diffinitio ex genere primo & vltima differentia. Sed ille modo oportet diffinire ex genere primo & omnibus sicut dicit Boetius. Tertium pater, quia genus proximum includit omnes differētias superiores. Ergo ex genere proximo & omnibus differentijs fiet diffini

tio, tunc in diffinitione erit nugatio. ¶ Aliud est intelligẽdum quod si differentia, vt rationale accipiatur a tota perfectione speciei, illo modo non contingit diffinire ex genere proximo & differentia illa. nec ex genere proximo & omnibus differẽtijs. Sed contingit diffinire ex genere primo & vltima differẽtia. Primum istorum patet, quia si ex genere proximo & vltima differentia illo modo accepta esset diffinitio, tunc in diffinitione esset nugatio, quia genus proximum includit omnes differentias præcedentes. similiter illa differentia includit omnes differentias præcedentes. & ita bis idem diceretur. Secundum patet per idem quia tunc esset nugatio, quia genus proximum includit omnes differentias præcedentes. Tertium patet quia diffinito debet aggregare in se omnia prædicata essentialia & non plus. Sed ex genere proximo & vltima differentia diffinitio constituta aggregat in se omnia essentialia prædicata de homine, quia genus prædicat primũ materiale de homine, licet per modum totius, & differẽtia accepta a tota perfectione includit totam perfectionem generis, quæ aduenit substantiæ quæ est genus generalissimum, & per consequens sic ponit omnia prædicata essentialia. ¶ Aliud est intelligendũ quod differentia accepta a tota perfectione vt rationale, licet sit differẽtia hominis, vel animalis, tamen est species respectu differentię superioris, vt respectu sensibilis. & etiã in illa ordinatione differentiarum duo sunt generalissima, collateralia, ita quod in prædicamento substãtiæ est vnum generalissimũ, scilicet corporeum ex vna parte, & incorporeum ex alia parte. & est aliud generalissimum subarum. & ita tria gñalissima, non tñ tria prædicamenta, quia generalissima differentiarum reducuntur ad generalissimum substantiarum, quod est intermedium tanquam intrinsecum illius generis, & propria perfectio. & nõ tanq̃ extrinsecũ, sicut q̃titas reducitur ad subam.

Ad primam rationem dr. qđ Boetius intelligit, quod diffinitio est danda ex genere primo & omnibus drijs accipiendo differentias a diuersis gradibus, & sic vltima differentia non includit præcedentes, & pp hoc non sequitur ꝙ tunc erit nugatio. ¶ Ad aliud dicitur quod in illa diffinitione, animal rõnale, non est nugatio, si rationale accipitur ab vltimo gradu, qa sic non includit differentias præcedentes. Si autẽ includeret, sic concedo, quod hic esset nugatio. Sed sic non est hęc diffinitio. ¶ Ad aliud dr ꝙ vltima dria conuertib. est cum diffinito &

etiam

etiam est in plus sub diuersa tamẽ ratione, quia aliquid esse in plus respectu alterius est dupliciter. Vno modo, quia est in plus quo ad ambitum suppositorum, & sic dria inferior nõ est in plus. Alio modo dr aliquid in plus, alio quia simplicius. & illo modo quælibet dria est in plus, q̃ diffinitum, & cum hoc stat, quod dria vltima sit conuertibilis quo ad ambitum suppositorum. ¶ Ad alias duas rationes sicut dicebatur, q̃ dria inferior est species respectu superioris, vt rationale est spẽs respectu sensibilis, licet respectu hominis, vel animalis sit dria. ¶ Ad primum contra hoc, quod rationale, vt est species, sic accipitur a tota perfectione, & significat totam perfectionem hois quæ aduenit substantiæ quæ est genus generalissimum, & illo modo species est, & habet differentiam quæ accipitur ab vltimo gradu, & non a tota perfectione. Et cum quæritur an illa differentia habeat aliam differentiam aut non, dicitur quod non. Sed non fuit eadem ratione standum in primo, q̃ hæc differentia, quæ non habet aliam, accepta tantum est ab vltimo gradu, & sic est differentia quod nullo modo est spẽs, ideo differentiam non habet. Sed differentia alia quæ est species accepta est a tota perfectione, & habet aliquid in quo cõuenit cum alia differentia, & aliquid in quo differt, ideo differentiam potest habere. ¶ Ad aliud sicut dicebatur quod est aliquod generalissimum differentiarum diuersum a generalissimo substantiarum intermediarum, & tamen non sequitur q̃ sint diuersa prædicamenta. Vnde hęc consequentia non valet, duo sunt generalissima vel tria. igitur tot sunt prædicamenta substantiarum, quia generalissima differentiarum reducuntur ad generalissimum substantiarum in medio ordine, sicut posterius ad prius intrinsecum.

¶ Ad alia contra hoc. Ad primam dicitur quod hic est fallacia accidentis, inter illas coordinationes sunt diuersa generalissima, & specialissima, & intermedia: igitur diuersa prædicamenta. non enim hoc sufficit, sed requiritur quod vnum non reducatur ad aliud tanquam intrinsecum ei. ¶ Ad aliud, quod hic est fallacia consequentis, hoc generalissimum puta corporeum est diuersum a generalissimo quod est substantia. igitur sunt principia diuersorum prædicamentorum. hoc enim non sufficit, sed requiritur quod vnum ad aliud non reducatur, vt prædictum est. Ad aliud dicitur quod non est ad propositum, quia per se causa quare corporeum & incorporeum faciunt

vnum prædicamentum, non est propter hoc quod vnum reducatur ad alterum, sed hęc est causa, quia vnum reducitur ad alterum vt intrinsecum, & essentialis perfectio. Quantitas autem est totum extrinsecum substantiæ, & est eius perfectio accidentalis igitur &c. ¶ Ad vltimum principale dicitur negando consequentiam differentia inferior includit superiorẽ per se. igitur non est possibile diffinire. ¶ Ad probationem dicitur, quod quando quæritur aut contingit diffinire ex primo genere & vltima differentia, aut ex proximo dicitur quod accipiẽdo rationale secundum quod imponitur a tota perfectione hoc est secundum quod includit differentias præcedentes, sic contingit diffinire ex primo genere & vltima differentia vt dictum est in positione.

Ad probationem dicitur quod adhuc diffinitio erit sufficiens, licet prædicata essentialia non ponantur explicitè in tali diffinitione, tamen implicitè, & hoc sufficit. Ad rationes in oppositum. ¶ Ad primam dicitur, quod auctoritas Boetij probat, quod vltima differentia secundum, quod imponitur a tota perfectione cum primo genere sufficit ad diffiniendum, qa sic includit omnes dias præcedentes, & hoc conceditur. Si enim Boetius intelligeret, quod sufficeret ex primo genere & vltima differentia, vt imponitur ab vltimo gradu falsum diceret. Ad aliud quod differentiæ prædicantur vniuoce. Sed prædicari vniuocè est duplex. Vno modo quando prædicatur superius de per se inferiori, sicut homo de illo homine, & illo modo differentiæ acceptæ ab aliquo distincto gradu non prædicantur vniuoce, tamen differentiæ acceptæ a tota perfectione sic possunt vniuocè prædicari. Alio modo dicitur prædicari vniuocè quod prædicat essentiam rei, vel partem essentiæ, & sic omnes differentiæ prædicantur vniuoce, & etiã generalissimum quod nullam habet diffinitionem sic prædicatur vniuoce, sed sic prædicari non est prædicari secundum diffinitionem. ¶ Ad aliud dicitur, quod illa ratio probat quod differentia accepta a tota perfectione includit superiorem, quia differentia sic accepta ordinata cum alia superiori facit nugationem secundum intellectum Aristotelis. ¶ Ad aliud dicitur quod illa concludit idem. Intellectus enim Aristotelis est qđ contingit diffinire ex primo genere, & vltima differentia accipiendo vltimam differentiam a tota perfectione, ut sic dicendo homo est substantia rationalis. ¶ Ad aliud, quod ad hoc

quod

quod propositio sit primo modo non oportet, quod formale in subiecto includat formale in prædicato, sed hoc accidit, q̃a per se causa est ex hoc quod totus conceptus prædicati in conceptu subiecti includitur. Et sic quod est formale in prædicato includitur in formali subiecti, sicut homo est rationalis. Sed aliquando est propositio per se primo modo in qua materiale subiecti includit formalæ prædicati sicut hic homo est animal, animal est materiale in conceptu hominis, & idem includit formale in hoc prædicato animal &c.

QVÆSTIO XXV.

QVæritur an aliquod accidens per se prædicatur de subiecto? Quod non videtur subiectum comparatur ad accidens in ratione causæ materialis. Sed causa materialis est illud quo res potest esse & non esse (est enim in potentia contradictionis) igitur sic subiectum comparatur ad passionẽ sub potentia ad ipsum & suum oppositum, non igitur passio necessario inest suo subiecto, & per consequens de subiecto non prædicatur per se: quia quæ per se in sunt de necessitate insunt. ¶ Hic dicitur quod subiectum comparatur ad passionem ratione duplicis causæ (sicut dicit Thomas) vt in ratione causæ materialis & in ratione causæ efficientis. Vnde licet causa materialis quantum est de se sit in potẽtia contradictionis: non tamen sequitur passionem posse inesse & non inesse subiecto. ¶ Contra per Arist. in 2. physi. impossibile est causam materialem & efficientem concurrere in eodem, & ratio est quia impossibile est idẽ esse in potentia & actu respectu eiusdem, si igitur subiectum respectu passionis habet rationem causæ materialis, non habebit rationem causæ efficientis.

¶ Aliter dr̃ ad rationem, quod subiectum respectu passionis habet rationem causæ materialis, sed ex hoc non sequitur, q̃ possit esse sub passione & non esse, quia materia pertinent ad speciem non est principium, quo res p̃t esse & non esse, sed materia pertinens ad indiuiduum tantum. ¶ Contra, materia quãtũ cum est de se est in potentia passiua nullum actum in sua essentia includens. Sed omnis determinatio est rationeali cuius actus quem determinat, igitur materia pertinens ad speciem quantum est de se non potest esse sufficiens causa, quare passio necessario speciei in est. ¶ Aliter dicitur ad rationem quod species respectu passionis habet rationem causæ mate-

rialis & causæ formalis, ratione causæ materialis: species recipit passionem ratione causæ formalis determinat passionē sibi inesse, ita quod suum oppositum non possit inesse. Sed subiectum non habet rationem causæ efficientis, non enim est intelligibile, quod homo efficiat risibile in eo. Sed illud idem agens, ꝙ cāt hominem cāt risibile effectiue posterius tamen secundum naturam. ¶ Contra si subiectum habet rationem causæ materialis respectu passionis, igitur habet potentiæ passiuæ rationem, si habet rationem causę formalis, habet rationem potentiæ actiuæ, igitur in eodem simul essent potentia actiua & passiua respectu eiusdem, quod videtur esse inconueniens, si poneretur in eodem causa materialis, & causa efficiens respectu eiusdem. ¶ Ad principale subiectum præcedit passionem verbi gratia. Intelligi potest homo non intelligendo passionem, igitur ꝑt intelligi sub opposito passionis, sed qñcunque subiectum ꝑt intelligi sub opposito prædicati: prædicatum non necessario inest subiecto: nec per consequens per se, igitur passio non ꝑt prædicari per se de subiecto: & multo fortius nullum aliud accidens. ¶ Item per Ari. substantia præcedit omne accidens deffinitione & tempore. Sed ꝙ tempore præcedit alterum non per se respicit ipsum, substantia igitur uniuersaliter præcedit omne accidens, igitur nullum accidens per se prædicatur de subiecto. ¶ Hic dicitur ꝙ Arist. intelligit ꝙ substantia separata præcedit omne accidens tempore, cuiusmodi est prima causa, substantia tamen materialis non præcedit tempore accidentia. ¶ Contra illud Aristot. declarat, qđ substantia præcedit omne accidens tempore ex hoc ꝙ substantia separabilis est, sed manifestum est, quod prima causa non est separabilis ab accidentibus, nec inseparabilis, quia cum accidentibus non est nata uniri, & illud dicitur separabile, quod est natum uniri, igitur de prima causa non potest Aris. intelligere. ¶ Aliter dī ꝙ Arist. intelligit hanc propositionem, substantia præcedit omne accidens: de accidente communi, & nō de accidente proprio, accidens enim proprium simul est tpe cum subiecto cuius est proprium. Sed accidens commune est posterius vt in pluribus.

¶ Contra illud sic, Arist. probat, quod substantia præcedit omne accidēs cognitione: tempore, & diffinitione, ex hoc quòd accidens diffinitur per substantiam, sed manifestum est, quod accidens proprium diffinitur per substantiam, igitur substan-

tia

tia præcedit omne accidens proprium & commune. ¶ Dr, quod per illud medium Arist. non probat nisi, quod omne accidens præcedit diffinitione: & non tempore. ¶ Contra illud, supponitur quod Arist. loquitur logicè & vniuocè de substantia & accidente. Si igitur substantia secundum diffinitionem præcedit accidens proprium: & etiam substantia præcedit accidens tempore non æquiuoce, igitur eadem substantia non æquiuoca, sed vniuoca præcedit omne accidens tempore & diffinitione. ¶ Hic dicitur, quod substantia quantum est de se præcedit omne accidens, quia substantia quantum ad suum existere & esse temporale non indiget accidente, accidens tamen ad suum existere indiget substantia, ideo accidens coniunctum est cum substantia: propterea indiget substantiæ. Breuiter Aristo. intelligit, quod substantia quantum est de per se præcedit accidens sic tempore, q̃ non indiget esse temporali accidentis, cũ hoc tñ stat, quod substantia & accidens simul sint tẽpore p accidens ex hoc, quod accidens quantum ad esse temporale: indiget existere substantiæ. ¶ Contra illud, hæc ratio non concludit quod substantia præcedit accidens tempore, sed solum natura ex hoc, quod substantia non indiget accidente, sed econuerso, & non plus sequitur quam quod substãtia prior est accidente secundum naturam. ¶ Item quod substantia & accidens simul sint tempore ostenditur. Substantia est causa accidentis, & causa & effectus sunt simul tempore & non sunt, igitur substantia est simul cum accidente & non est. ¶ Ad oppositum est Aristotel. dicens secundum modum esse, quando subiectum cadit in eo quod quid est passionis, sicut numerus cadit, in diffinitione paris uel imparis. Sic igitur patet, quod substantia cadit in diffinitione passionis, & passio per se de subiecto prædicatur.

Ad qõnem dicitur quod aliquod accidẽs prędicatur per se de subiecto & secundo modo, & rõ est quia tunc est propositio per se secũdo modo qñ prædicatum egreditur a principijs speciei secundum q̃ species est, & non indiuidui secundum quod indiuiduum: sed sicut risibile se hẽt respectu hominis, egreditur. n. risibile a principijs hominis intrinsecè quæ sunt intrinseca homini secundum quod homo est, & non inquantum ille homo, & ideo rationabiliter per se prædicatur de homine: & habere tres angulos de triangulo, & sic de alijs.

Ad rationem contra hoc dr̃ sustinẽdo responsionem expo-

sitoris

sitoris sicut dicebatur. Et ad rõnem contra hoc dr̃, quod cã materialis efficiens non concurrunt in eodem loquendo de efficiente per transmutationem, & hoc intelligit Arist. Sed alio modo est cã efficiens per quandam emanationem, & sic subiectum includit cãm efficientem respectu passionis, quia passio emanat de subiecto, & de tali causa efficiente per emanationẽ non intelligit Ari. ibi: quia sic possibile est vnum & idem sub diuersa rõne. homo. n. hẽt rõnem causæ materialis respectu risibilis inquantum recipit & subijcitur tali passioni, inquantũ tñ illa passio a subiecto egreditur, sic hẽt subiectũ (vt homo) rõnẽ causæ efficientis per emanationem. ¶ Sustinendo secundam responsionem põt dici ad rõnem contra hoc, q̃ spẽs non necessitas sibi passionẽ ineſſe rõne causæ materialis tãtum, tñ vt materia spẽi determinatur per formam, sic põt necessitate passionem sibi ineſſe. Et coincidit cum tertia responsione. Iõ dico sicut tertio dicebatur. ¶ Ad rationem contra hoc, dr̃ quod non est inconueniens aliquid in se includere potentiam actiuam & passiuam (loquẽdo de potentia actiua formę) immo hoc est necessarium, sicut. n. cuilibet materiæ correspõdet forma ipsam perficiens, ita cuilibet potentiæ passiuæ correspondet potentia actiua, & in eodem in quo est materia & forma. sequitur. n. si forma perficit materiam, igitur pficere põt: sed materia perficitur, igitur perfici põt. Loquendo tñ de potẽtia actiua efficientis & de potentia passiua materiæ, sic non concurrũt in eodem respectu eiusdem. ¶ Ad aliud p interemptionem huius consequentiæ, subiectum põt intelligi non intelligendo passionem: igit̃ põt intelligi sub opposito passionis, cuius rõ est, quia homo per se est causa risibilitatis, si igitur intelligatur hoiem esse hoiem, & non tñ intelligatur ipsum esse non risibilem ex hoc, quod intelligit ipsum non esse resibilem ex consequenti intelligitur ipsum non esse hoiem, quia propria passio, & efficiens concomitantur se ſm esse & nõ esse, & ita ex cõsequẽti intelligitur hoiem esse hoiem, & nõ esse hoiem, quod est impossibile. Similiter hoc patet per Porphyrium, dicit. n. quod est dria inter accidens proprium & accidens consequens in diuiduum in hoc, quod accidens proprium sic se hẽt ad subiectum, quod subiectum nõ põt intelligi sub opposito illius licet subiectum possit intelligi non intelligendo illud. Sed de accidente communi aliter est, subiectum. n. põt intelligi non intelligendo accidens cõe: ẽt põ intelligi sub opposito

acci-

accidentis cõis, possum.n. intelligere ethiopem nitentem candore sine incompossibilitate intellectuum, sed non possum intelligere hoiem esse non risibilem sine incompossibilitate. Voco. n. accidens cõe quod consequitur subiectum rõne conditionum materialium, & non rõ formę speciei. ¶ Ad aliud sicut dicebatur. ¶ Ad primum cõtra hoc, quod ex hoc q̃ substãtia quo ad esse suum temporale non indiget esse tpali accidẽtis, sequitur quod non solum præcedit quantum est de se accidens natura, sed etiã quod sit prius tpe. Quod vero sint simul, hoc est per accidens, vt rõne indigentiæ accidentis. ¶ Ad aliud dr̃, quod substantia inquãtum est cã accidentis & accepta sub rõne causæ sic simul temporaliter est cum accidente. Substantia tñ quæ est causa non considerata sub rõne causæ quantum est de se põt esse sine accidẽte, ita quod accidente non indiget quod tñ sint simul hoc est per accidens. ¶ Aliter põt dici ad rationem, qd̃ substantia p̃cedit omne accidens in aliquo tempore. loquendo de substantia quę est genus. quia alia est substantia quæ sine accidente potest esse. sicut patet de substantijs separatis. & ideo substantiæ secundum genus non repugnat, qd̃ præcedat quodlibet accidens tempore, quia quod repugnat generi repugnat speciei siue non. potest inesse speciei. si enim habere alas repugnat animali non potest inesse aui. ideo sequitur, quod substantię secundum genus non repugnat precedere quodlibet accidens tempore. Et hoc intelligit Arist. qd̃ tñ alia substantia simul tempore sit cum accidente, hoc non est ratione substantię: vnde substantia est. sed hoc est ratione alicuius alterius. ¶ Et per hoc patet ad rationem quandam positam contra responsionem priorem, quod substantia secundũ genus separabilis est, sic, scilicet quod substantię secundum genus non repugnat separari. Vnde non oportet, quod separabile accipiatur pro eo q̃ actu vnitur, sed extẽsiuè põt accipi &c.

QVÆSTIO XXVI.

QVeritur an omne accidẽs habeat subiectum cui inest per se. & videtur, quod sic, quia si esset instãtia, hoc esset de accidente communi. vt albũ, sed, de illo non est instantia. igitur &c. Probo minorem. album inest alicui subiecto, vt homini. aut igitur per se, aut per additum. Si per se, habetur propositum. Si per additum, vt per superficiem quero de illo. aut album inest illi addito per se, aut per additum. si per se,

habe-

habetur propositum: quia album habet subiectū aliquod cui per se ineſt: Si per additum proceſſus erit in infinitum. ¶ Itē ſi album non haberet ſubiectum per ſe cui ineſt: non magis ineſſet huic ſubiecto quam illi, aut cuicunque alteri. cum igitur huic ſubiecto ineſt, & non illi, & tunc in hoc ſubiecto habet cauſam per quam ſibi per ſe poteſt ineſſe. ¶ Item per Ari. in 7. meta. quia ſubſtantia prędecit omne accidens ſubſtantia cadit in diffinitione cuiuslibet accidentis. Sed tunc arguo ſic. Secundus modus dicendi per ſe eſt, quando ſubiectum cadit diffinitione accidentis. Dr̄, quod intelligitur qū cadit in diffinitione accidentis proprij tm̄, & non in diffinitione accidentis cōis. ¶ Contra illud Ari. per illud concludit hanc vniuerſalem, quod ſubſtantia prędecit omne accidens. Sed propoſitio vniuerſalis non ſequitur ex medio particulari: igitur hoc medium aſt vniuerſale: igitur intelligit, quod ſubſtantia cadit in diffinitione cuiuſcunq. accidentis. ¶ Ad oppoſitum eſt Ariſt. qui dicit quod quæ neutraliter inſunt, accidentia ſunt. vt muſicum & album: accidentia igitur communia, vt talia non habent ſubiectum cui per ſe inſunt.

Ad qōnem dr̄ ꝙ non eo modo quo demōſtrator vtitur per ſe, & huius rō eſt, quia Ari. dicit quod quæ neutraliter inſunt, accidentaliter inſunt, vt album muſicum: igitur albū & muſicum non ſunt accidētia per ſe, ſed per accidēs. Iuxta quod eſt intelligēdum ꝙ licet quodlibet accidens cauſetur ex vnione formæ cum meteria ſecundum Ari. primo phyſicor. ēt quāuis oē accidens ſit in ente in actu tanq̄ in ſubiecto, quia nec in materia, nec in forma, cū non ſint entia, ſed principia entis, tm̄ nō oportet, ꝙ quodlibet accidēs per ſe inſit ſubiecto. Iuxta quod eſt intelligendum, ꝙ quædam accidentia inſunt ſubiecto totaliter tantum ab extrinſeco, ſicut albedo cauſatur a frigore, nigredo ab æſtu, & accidētia illo modo nō inſunt per ſe in ſubiecto, & huius rō eſt, quia accidens per ſe eſt accidens propriū. Sed accidens propriū eſt quod ſoli ſpeciei, & oī contento ſub ſpecie ineſt. Sed talia accidentia quæ inſunt tm̄ ab extrinſeco, pñt ineſſe multis ſpecieb. Alio modo accidens cauſatur ab intrinſeco, & hoc tripliciter. Vno modo rōne formæ. Alio mō rōne materiæ. Et tertio modo rōne complexionis. Accidens ſecundo modo eſt ſicut quantitas, & tale accidens non eſt accidens per ſe propter rationem quæ data eſt, quantitas enim non ineſt ſoli ſpeciei, ſed multis ſpecieb. Accidēs tertio modo

quod

quod causatur ex cõplexione est vt albedo nigredo, quæ causantur ex qualitatibus primis, et qualitates primæ ex diuersa cõmixtione causant diuersimodè talia accñtia nõ sunt accñtia propriè pp rõnẽ dictã, quia multis spẽb. insunt. Accidens primo modo quod consequitur compositum rõne specificę formæ est accidens per se, tale.n. solam spẽm consequitur, & oĩb. cõtentis sub specie inest, & semper sicut risibile hẽt respectu hois, & hãe tres angulos respectu triãguli: effectus.n. nõ excedit cãm. ió sicut forma hois nõ est in asino, aut in alijs speciebꝰ ita risibile in asino non reperitur. Similiter sicut forma specifica hois in quolibet supposito reperit, ita risibile, quia posito ꝑ se cã ponitur & effectus. ¶ Aliud est intelligẽdum propter rõnes, ꝙ accidens per se in esse subiecto põt esse dupliciter. Vno modo dr aliquid inesse subiecto per se, quod nõ per subiectũ medium, & illo modo quodlibet inest per se alicui subiecto. Alio modo dr accidẽs inesse per se, qũia egreditur a principio formali ipsius subiecti, & sic solũ ꝓpria passio inest per se. Primus modus non pertinet ad demonstratorẽ, tñ secundus pertinet. Ideo dicit Linconiensis, quod hæc est per se hõ est quantus, non tñ pertinet ad demonstrationem: ois.n. demonstratio est ex propositionib. per se sed non conuertitur non. n. omnis propositio per se pertinet ad demõstratorẽ. Per hoc ad rõnes.

Ad primam dicitur, quod quodlibet accñs inest alicui subiecto per se accipiendo per se, ita ꝙ non per medium, & hoc concludit ratio non tñ ex hoc sequitur, quod quodlibet accidens inest subiecto per se, sicut demõstrator vtitur per se. ¶ Ad aliud dicitur, ꝙ multa accidentia quæ sunt in subiecto habent cãm intrinsecam propter quam subiecto insunt, ex hoc non sequitur, quòd insunt subiecto per se sicut demonstrator vtitur per se, demonstrator.n. dicit passionem inesse subiecto per se quãdo consequitur subiectum ratione formæ specificæ, & non ratione conditionum materialem sicut album est in cigno.

¶ Ad aliud dicitur, quòd in diffinitione cuiuslibet accidẽtis cadit subiectum, sed ex hoc non sequitur, quòd accñs ꝑ se inest alicui subiecto ad hoc enim quòd per se insit subiecto oportet, quod sequatur subiectum ratione formæ specificæ, vnde cã quare accidentia diffiniuntur per subiecta est, quia extra illa subiecta non inueniuntur sicut, quantitas non inuenitur extra corpus, finitas non inuenitur extra nasum. Sed tamen nõ sũt per se accñtia talium subiectorum, quia talia accidentia conse-

quuntur

quuntur ratione conditionum materialium nasi, & non ratione formæ, quia si sic omnis nasus esset simus.

QVÆSTIO XXVII.

QVæro an accñs possit prædicari de alio accñte tanquam de subiecto secundo modo dicendi per se, quòd non vr. Si accidens per se prędicatur de alio, quęro an illa duo accñtia sint alterius coordinationis aut eiusdem. Si eiusdem, tũc est primus modus dicendi per se, & non secundus, sicut hic album est coloratum. Si alterius tunc hæc posset esse per, secũdo modo quantum est æquale, & hoc secundo modo, quod nõ videtur. ¶ Item secundo modo dicendi per se subiectum cõparatur ad prędicatũ in ratione duplicis causę, vt in ratione causæ materialis & efficientis. Sed vnum accidens non est causa efficiens respectu alterius accidentis, quia omnis efficiens & omnis effectus est per se existens, tale non est accñs, nec est cã materialis, quia accedens non potest esse subiectum accidẽtis. ¶ Item si accidens per se prædicaretur de alios, sequeretur, ꝙ vnum accidens haberet duo subiecta, consequens est falsum, sum, igitur & añs, probatio consequentiæ, substantia est subiectum omnium accidentium, quia omnia accidentia sunt in primis substantijs secundum Arist. in prædicamentis, similiter accidens est subiectum alterius, si vnum de alio prędicatur per se, secundo modo, igitur sequitur, ꝙ vnum accidens habet duo subiecta. ¶ Ad oppositum est Aristo. dicens hanc esse per se, secũdo modo, triangulus habet tres angulos, & tamen triangulus est accidens. Dicit etiam in principio huius, ꝙ triangulus est passio lineæ, probatur enim in geometria, ꝙ super quãlibet lineam datam contingit triangulum æquilaterum collocare, igitur accidens põt prædicari de alio accidente secundo modo. ¶ Item Arist. in tota logica concludit passiones de intentionibus secundis, vt de enunciatione & syllogismo, quia intentationes secundæ sunt subiectum logicæ de quibus logica considerat passiones, & tamen illa sunt accidentia, igitur accidens, potest prædicari de accidente per se, quia conclusio in demonstratione est per se.

Ad quæstionem ꝙ unum accidens potest prædicari de alio per se secundo modo, vt patet in hoc exemplo, triangulus habet tres, & c. numerus est par vel impar. Et huius ratio est, quia secundus modus dicendi per se est quando subiectum cadit in diffinitio-

diffinitione passionis, in quo subiecto est causa formalis respe ctu habere tres &c. & triangulus cadit in diffinitione ipsius quod est habere tres, igitur hic est secundus modus, igitur accidens de accidente potest prædicari per se. ¶ Intelligendum tñ propter rationes, ꝙ dupliciter potest accipi subiectum. Vno modo dicitur subiectum supportans quod est per se existens, & illo modo accidens non est per se exñs, nec subiectū respectu alicuius passionis, sed sola substantia. Alio modo dī aliquid esse subiectum, eo ꝙ immediatè est susceptiuum siue medium quo accidens in subitātia recipitur, & illo modo vnū accidens potest esse subiectum alterius, sicut quantitas est subiectum respectu qualitatis, & triangulus respectu habere tres &c. Sed in hoc differunt, quòd in quantitate non est causa formalis respectu qualitatis sicut in triangulo est causa formalis respectu habere tres.

Ad primam rationem dī, quòd quando accidens de accidēte prædicatur per se secundo modo, tunc sunt alterius coordinationis. Sed ex hoc non sequitur, quòd hęc sit per se, quantū est quale deficit conditio requisita, quia in quanto non includitur causa formalis respectu qualis ¶ Ad aliud, quod vnum accidens potest esse subiectum respectu alterius non ita quòd sit supportans, sed potius est subiectum, quia immediate susceptiuum, sicut superficies respectu coloris se habet. Sic non est inconueniens. Inconueniens tamen esset, quòd vnum accidēs haberet duo subiecta supportantia & non ordinata. ¶ De hoc quod tangitur in prima ratione quòd subiectum habet rationem causæ efficientis, patet in præcedente quæstione, quia vel non habet rationem causæ efficientis respectu passionis, vel si habet, hoc est per quandam emanationem & non per transmutationem &c.

QVAESTIO XXVIII.

QVæritur an passio habens subiectum proprium insit ei per se? quòd non videtur. Impar ineſt numero tanquā proprio subiecto, & tamē non ineſt ei per se, igitur &c. Prima pars patet, quia impar ineſt numero non per aliquid extrinsecum, igitur numerus est proprium subiectum respectu imparis. Aliam partem probo, si impar per se ineſt numero, cum per se præsupponat de omni tunc omnis numerus esset impar, conclusio est falsa & non minor, igitur maior. ¶ Item

sicut

ficut se hēt rectum ad lineam, ita impar ad numerū, sed linea est ꝓprium subiectū respectu lineæ rectæ: igitur numerus est proprium subiectum respectu imparis. ¶ Item nasus est proprium subiectum respectu simi, & tñ nō per se prædicatur de naso, quia tūc hæc esset vera, oīs nasus est simus, igitur accidēs hñs proprium subiectum non in est subiecto per se, maior patet quia nasus cadit in diffinitione simi secundū Ari. in 7. met. Sed solū cadens in diffinitione accidētis est eius propriū subiectum, igitur nasus est proprium subiectum simi. ¶ Itē hæc minor patet aliter. Illud subiectum a cuius principijs egreditur accidens quod natum est subijci respectu accidentis est subiectū proprium illius. Sed nasus est natus subijci respectu simi, ēt a principijs nasi egredit simū, igit nasus est ꝓpriū subiectū respectu simi. ¶ Ad oppositū, si subiectū ē ꝓpriū respū accñtis accñs est ꝓpriū respū subiecti, & ecōuerso, qa ꝓpria passio, & proprium subiectum non excedunt se inuicem. Sed accidens proprium per se prædicatur de subiecto cuius est proprium: igitur eadem rōne subiectum habens proprium per se prædicatur de eo. ¶ Item qñcunq. accidens a principijs subiecti causatur præcisè & sufficienter, tunc prædicatur illud accidēs de subiecto secundo modo dicendi per se. Sed qñ accipitur subiectum proprium respectu accidentis, tunc a subiecto proprio & ex principijs suis sufficienter & præcisè egreditur passio; igitur passio habens propriū subiectum per se de eo p̄dicatur.

Ad qōnem dī ꝙ accidens habens subiectū proprium pertinens ad spēm per se de eo prædicatur, accidēs tñ hñs subiectū proprium quod est indiuiduum non per se prędicatur de illo qūo demonstrator vtitur per se. Primum patet, quia tunc est secūdus modus dicendi per se qñ accñs prędicatum de subiecto egreditur ex principijs subiecti pertinētib. ad naturā spēi, igitur accidēs hñs subm proprium quod est spēs per se prædicatur de illo secundo mō. Secundum patet, hæc. n. non est per se. Ille homo est albus album. n. & si consequatur indiuiduū, hoc non tñ rōne formæ pertinentis ad spēm causabit, sed rōne conditionum materialium quæ accidunt veræ speciei. ¶ Intelligēdū tñ est, ꝙ subiectū cōparat ad accidēs tripl'r in rōne causæ: Vno mō cōparat in rōne causæ diminutæ. Scdo mō in rōne cāę sufficiētis. Alio mō in rōne cāæ præcisæ. In rōne causæ diminutę accipit subiectū sicut figura respectu hñe tres, qa licet figura remota remoueatur habere tres, tñ figura posita nō po-

nitur

nitur sufficienter habere tres. Alio mō comparat̄ in rōne causæ superfluæ sicut Ysocheles respū hbere tres. Licet. n. Ysocheles cām huius passionis in se includat ex hoc ꝙ includit triangulum, tn̄ superaddit dr̄iam triangulo q̄ nihil facit ad hr̄e tres & ita se hēt Ysocheles in rōne causæ superfluæ. Sed triāgulus se hēt in rōne causæ præcisè respectu hr̄e tres, & huius cā est, ꝙ hr̄e tres primo inest triangulo, quia remoto aliquo quod p tinet ad triangulum (vt remota figura, vel termino) remouet̄ habere tres, & posito triangulo, ponitur ēt habere tres, tunc dico, ꝙ passio comparata ad subiectū qđ hēt rōnem causæ pr̄ę citæ per se, & primo de illo prædicatur: & tale subiectum proprium est respectu passionis. Sed de cōtentis sub tali subiecto prædicat̄ propria passio per se, sed non primo, quia quod per se inest superiori per se inest inferiori, licet non primo.

Ad primam rōnem dr̄, ꝙ numerus non est proprium subiectum respectu imparis, quia numerus excedit hāc passionem impar, & proprium subiectum non excedit propriā passionē. ¶ Ad probationem dr̄, ꝙ impar inest numero per aliquid extrinsecum, quia inest numero per aliquam eius spēm: & ita p aliquid extrinsecum: dicit ēt Arist. in elenchis, ꝙ inferiora sūt extra superiora, quia in intellectu superioris non ponunt̄ iuferiora: & ita accidunt superiorib. ¶ Ad aliud dr̄, ꝙ rectū inest lineæ nō tanq̄ subiecto, sed inest lineæ cōtractæ quodammodo tanq̄ proprio subiecto. Si. n. linea ℔ se, & absolutè esset propriū subiectū respectu recti, tunc oīs linea esset recta, & eodē modo impar inest numero non tanq̄ proprio subiecto, sed numero contracto prius inest, vt alicui spēi numeri. ¶ Contra illud, si impar inesset alicui spēi numeri primo, quæro aut inest ternario aut quaternario, & sic de alijs. Sed qua rōne inest vni primo, eadē rōne inest alteri, igit̄ nulli inest primo, quia quod per superabundantiam dr̄ vni soli conuenit. ¶ Dr̄ hic ꝙ impar non primo non inest ternario nec quaternario, vt cōcludit rō. Sed primo inest alicui spēi subalternæ, quæ continetur sub numero, quia ex quo oē genus diuidit̄ immediatè p duas dr̄ias: & quælibet dr̄iam aduenies generi cōstituit spēm, igitur pr̄imo diuisitur numerus in duas spēs tn̄ & vni illarū speciei inest p se tanq̄ propria passio & alij impar tanq̄ passio. Sed quia ille duæ spēs immediatæ, iō accidit error, quia p Ari. secūdus error est cū passio credit̄ inesse inferiorib. primo pp hoc ꝙ cōe cui passio inest, est innominatum. ¶ Ad aliud dr̄, ꝙ na-

ſus nō eſt propriū ſubiectū. Et ad primā probationē dr, ꝙ illud ꝙ cadit in diffinitionē alterius tanq̃ ſubiectū ꝓximū, illud eſt ſubiectū ꝓpriū reſpū accidētis. Sed naſus nō cadit in diffinitionē ſimi. tanq̃ proprium ſubiectū, ſed naſus quodammodo cōtractus, & iō non eſt propriū ſubiectū. ¶ Ad aliam probationē dr, ꝙ naſus nō eſt natū ſubijci reſpectu ſimi, ꝙa naſus nō ſubijcit reſpū ſimi, niſi ꝓ cōceptū ſuū, vt ꝓ naſum contractū, & ꝙa ꝓ aliqd ꝙ eſt extra intellectū naſi ꝙ ponit ſimū, ſubijcit naſus reſpū ſimi: & iō ſm accns vñ hæc eſt ſm accns naſus eſt ſimus & vniuerſaliter qñ cōius ſubijcitur reſpū minus cōis. naſus. n. excedit ambitum ſuorum ſuppoſitorū, iō &c. ¶ Contra illud dicit Ari. in primo huius, quod hæc eſt ſecundum ſe, lignū eſt album, & hæc eſt per accidens, album eſt lignum, & tñ lignū nō eſt proprium ſubiectum albi, ſed poſſibile eſt, ꝙ excedat. ¶ Ad hoc dicendum, ꝙ aliq̃ propōnē eſſe ſm ſe eſt dupl'r, vel abſolutè, vel in comparatione. Abſolutè qñ propriū ſubiectū ſubijcitur reſpectu ſuæ paſſionis, vel inferius reſpectu ſuperioris. In cōparatione qñ ſubiectum ſubijcitur reſpectu accñtis. Per hoc ad formam dr, ꝙ hæc lignum eſt albū. eſt ſm ſe in cōparatione ad hanc album eſt, lignum, quia ex hoc ꝙ lignum eſt non ſubijcitur ſecundum aliquod aliud alterius generis, ſed album ſubijcitur toraliter ſecundum alterum, vt ſubiectū, & ideo reſpectu alterius ſecundū ſe. Ideo hæc eſt per ſe, lignū eſt album, non tñ ſimpliciter ſecūdum ſe, ſimiliter nec illa, naſus eſt ſimus: nec illa, animal eſt hō, quia in nullo illorū ſubijcitur reſpectu alterius quod eſt natū ſubijci. Tu dicis, ꝙ Ariſt. ſupponit quod ſubijciatur quod natum eſt ſubijci in demonſtratione, quemadmodum lignum & prædicatū quemadmodum album qm̃ ex hmōi fiunt demonſtrationes, ſupponit igitur Ariſt. quod lignū ſubijcitur, ſicut illud quod natū eſt ſubijci reſpectu albi. ¶ Dicēdū ꝙ Ari. non intelligit lignum per ſe, ſed lignum cōtractū, vel per lignū intelligit aliquod ſubiectū ꝓpriū reſpū albi ſi poſſibile eſt albū hre ſubiectū ꝓpriū &c.

QVÆSTIO XXIX.

QVæritur an vnum oppoſitorum per. ſe prædicetur de altero? Quod ſic vr, hæc eſt, per ſe mutabile eſt immutabile, & illa ſunt oppoſita: probo maiorem, de mutabili eſt ſcientia. Sed illud de quo eſt ſcia eſt in ſe perpetuum & incorruptibile, igitur mutabile eſt perpetuum, & per cōſequēs

mutabile

mutabile est immutabile.¶ Item hæc est per se: nō ens est ens, & tamen in illa prędicatur oppositum de suo opposito. antecedens patet per Arist. in quarto. Dicit enim quòd ens prædicatur per se de substantia & accidente, sicut de priuationibus & negationibus.¶ Hic dicitur, quod non ens est ens in intellectu, vel significatione. Sed sic non prædicatur oppositum de suo opposito: quia non ens realiter & ens in significatione nō opponuntur.¶ Contra, hæc est vera. non ens in significatione est ens in significatione: quia non ens in significatione significatur. & illa sunt opposita. igitur opposita per se prædicantur de se.¶ Item hæc est per se. multitudo est ens & ens, & vnum cōuertuntur. igitur hæc est per se: multitudo est vna: sed multum & vnum opponūtur. igitur &c.¶ Hic dicitur, quod vnū dicitur dupliciter. vnum quod est principium numeri. & vnū quod conuertitur cum ente. Et sic dicitur tripliciter: vnum genere: vnum specie, & vnum numero. & totiens dicitur multitudo sibi opposita. Tunc dicitur ad formam q; vnum non dicitur de multo sibi oppositio. Sed vnum genere prędicatur de multo specie, & illa non opponuntur. similiter vnum specie dicitur de multo numero.¶ Contra accipiendo multum genere, illud multum est ens. igitur est vnum, quia ens & vnum conuertuntur. Sed multum genere non est vnum specie, nec vnum numero, quia sub illo non continetur. igitur oportet dicere, quod multum in genere est vnum in genere, & illa sunt opposita relatiua ad idem. igitur oppositum prædicatur, de opposito.¶ Item hæc est per se conuenientia sunt differentia secundo modo, quia subiectum est causa prędicati, & tamen prędicatur oppositum de opposito. igitur probo maiorem. conuenientia includit multa, sed hęc est per se multa sunt differentia. igitur &c.¶ Hic dicitur, quod conuenientia non includit multa per se: quia multum est subiectum quodammodo respectu conuenientium. Sed subiectum de accidente non prædicatur per se, ideo hęc non est per se, conuenientia sunt multa, licet hęc sit per se, multa sunt differentia, quia tamen hęc non est per se conuenientia sunt multa. ideo non sequitur quòd conuenientia per se sit differentia.

¶ Contra illud ex hac responsione sequitur, propositum. si multa sit subiectum respectu conuenientium hæc est per se, multa sunt conuenientia, sed multum est species diuersa conuenientia est species vnius. sed illa sunt opposita. igitur oppo

situm de oppositio adhuc prædicatur. ¶ Item aliter probatur quod hæc sit per se, conuenientia sunt dria. omnis opositio est diuersitas. conuenientia est oppositio. igitur omnis conueniētia est diuersitas. præmissæ sunt per se veræ. igitur conclusio. Tūc arguo sic. si abstractum per se prædicatur de abstracto & concretum per se de concreto: si igitur conuenientia est per se diuersitas, conuenientia sunt per se diuersa siue dria. minor patet, quia: oppositio per se est ens. sed diuersitas & idētitas sunt per se driæ entis. sed oppositis non est identitas. igitur est diuersitas. minor patet, quia oīs relatio est oppositio, oīs conuenientia est relatio. igitur omnis conuenientia est oppositio. ¶ Hic dicitur, quod hæc minor est falsa. omnis cōuenientia est oppositio. ¶ Ad probationem dr̄, quod in hac probatione est fallacia accidentis, quia in maiori accipitur relatio vt est nomen secundæ intentionis, & non vt est genus generalissimum siue nomen primæ intentionis, quia vt est genus gn̄alissimum nihil de eo prædicatur per se, sed in minori accipitur relatio vt est nomen primæ intentionis siue genus generalissimum cum dicitur, quod conuenientia est relatio, & ideo non est idē titas medij. Et ideo fallacia accidentis. ¶ Contra illud, quando est fallacia accidentis tunc si præmissæ accipiantur cum reduplicatione altera præmissārum erit falsa. sed hic vtraque illarum præmissarum cum reduplicatione erit vera. hæc enim est vera. omnis relatio inquantum relatio est oppositio, & hæc similiter, conuenientia inquantum conuenientia est relatio. igitur non est fallacia accidentis. ¶ Item hæc propositio. omnis relatio est oppositio vera est. igitur habet contenta sub se de quibus verè dicitur. conuenientia continetur sub relatione. igitur hæc est vera. conuenientia est oppositio. ¶ Item fallacia accidentis est ex hoc q̄ idem intellectus secundum substantiā variatur per diuersos modos accipiendi. Sed intellectus primæ intentionis & secundæ non est idem secūdum substantiā. igitur non erit fallacia accidentis ex hoc quod in maiori est oppositio secundæ intentionis, & in minori primæ, sed potius erit fallacia æquiuocationis. ¶ Ad oppositum vnum oppositorum est corruptiuum alterius, & per consequens non est alterius causa. Sed in propositionibus per se, vel subiectum est causa prædicati, vel prædicatum est causa subiecti. igitur vnū oppositorum de altero non prædicatur per se.

Ad quæstionem dicendum, quod vnum oppositorum non

prædicatur de alio, nec per se, nec per accidens. & huius ratio est, quia vnum oppositorum est alterius corruptiuum. igitur de altero non prædicatur per se. Per hoc medium in propositionibus per se, vnum extremorum est causa productiua alterius, & non corruptiua. ¶ Intelligendum tamen est, quod omnes oppositiones includunt contradictionem tanquam oppositionem simplicissimam, sicut patet inductiuè. oppositio priuationis ad habitum includit contradictionem circa subiectũ habile. Licet enim non omne sit cæcum vel videns, tamen omne ens natum videre, & quando natum est videre est cęcum vel videns. Similiter oppositio contraria includit, quia in oppositione contraria vnum extremorum est priuatiuum & destructiuum alterius. Veruntamen super addit contradictioni, & oppositioni secundum priuationem & habitum aliquam naturam in vtroque extremo. Licet enim nigrum sit priuatio albi, tamen in se est alia natura positiua. est enim species per se in genere & vniuocè. Sed vniuocatio generis in diuersis speciebus non est figmentum. oportet igitur quod accipiatur ab aliqua natura positiua in qualibet specie. nigrum igitur habet aliquam naturam positiuam, licet non terminatã, siue ita perfectam, sicut album. Similiter relatiuè opposita includunt cõtradictionem: quia pater accipitur a potẽtia actiua, filius a potentia passiua. sicut igitur in eodem non est possibile simul esse potentiam actiuam & passiuam respectu eiusdem: ita impossibile est patrem & filium esse in eodem secundum quod ad inuicem referuntur. includunt igitur contradictionem, qa pater non est filius, nec econtra, secundum quod referũtur ad inuicem. distinguitur enim relatio per suum fundamentum.

Ad primam rationem dicitur, quod mutabile nõ est per se immutabile. Et ad probationem dicitur, quod ex hoc qđ mutabile est scibile sequitur, quod mutabile est perpetuũ per habitudinem ad suam passionem quæ est partim esse a termino a quo, & partim esse in termino ad quem. Veruntamen mutabile in se non est immutabile. & ideo ratio non plus concludit, nisi quod mutabile sit immutabile, vt est subiectum passionis vniuersalis: quia sic est subiectum scientiæ. ¶ Ad aliud dicitur, sicut dicebatur. ¶ Ad rationem contra hoc dicitur concedendo hanc: non ens in significatione est ens in significatione: sed non vt opponuntur, sed vt æquiuocè accipiuntur, ens enim in significatione est æquiuocum. ideò possibile est non

ens in significatione esse non ens in significatione alio & alio modo.¶ Ad aliud dicitur sicut dicebatur quod multum oppositum vni quod est genus generalissimum est non ens: & opponitur contradictorie ei. & ideo illud multum nō est vnum, quia non potest opponi vni in genere contrariè. cōtraria enim sunt in genere, nec relatiue. propter eadem rationem nec priuatiue, quia priuatio est in eodem genere in quo est habitus. Similiter priuatio est ens aliquo modo. Sequitur igitur quod contradictorie. & tale multum non est ens.¶ Ad aliud sicut dicebatur. ¶ Ad rationem contra hoc dicitur quod hæc non est per se: conuenientia sunt multa: quia non subijcitur quod natum est subiici: nec illa multa sunt conuenientia. Et cum dicitur prædicatur propria passio de subiecto. Dicitur, quod multum non est subiectum proprium respectu cōuenientium qa multa excedunt conuenientia sicut nasus simum, ideo sicut hæc non per se, nasus est simus, sic nec illa. Similiter posito qđ esset subiectum proprium non alio modo proprium est. nisi quia receptiuum respectu illius. sicut superficies respectu albedinis. non enim habet causam efficiētem vel formalem respectu differentiæ, sicut requiritur ad secundum modum dicendi per se. & ideo nō per se est.¶ Ad aliud dicitur, quod hęc minor est falsa. conuenientia est oppositio.¶ Et ad probationē dicendum, quod hic est fallacia æquiuocationis, quia in maiori cum dicitur. omnis relatio est oppositio. hæc est vera vt relatio significat intentionem secundam, quia de re primæ intentionis quæ habet rationem generis generalissimi non pōt aliquid superius primæ intentionis prædicari per se, quia generalissimo nihil est prius. Similiter nec aliquid superius in abstracto secundæ intentionis prædicatur per se. de re primæ intentionis, quia licet hæc sit vera substantia est genus, tamen hæc est falsa, substantia est generalitas. cum igitur oppositio simpliciter significetur in abstracto, nō prædicatur per se, nec aliquo modo de relatione verè, nisi relatio significet rē secundę intentionis. sed in minori est vera secundum quod relatio significat rem primæ intentionis, & sic est fallacia æquiuocationis.¶ Contra responsionem de multo, & vno potest argui. simpliciter oppositū vni quod est genus generalissimum verè sit ei contradictorie oppositum, sicut ens generalissimū enti generalissimo, tunc arguo sic. de quocunque prædicatur vnum conuertibilium & reliquum prædicatur. Sed multum

oppo-

oppositum vni quod est generalissimum,& non ens tale generalissimum conueruntur : quia eidem contradictoriè opponuntur : cum igitur hæc sit vera: albedo est non ens, quod nõ ens est generalissimum substantiæ.albedo tunc est multa. consequens est falsum.igitur & antecedens . ¶ Hic dicitur concedendo conclusionem,quod albedo est multa secũdum: quod illud multum est oppositum generalissimo,& non ens entitate generalissimi . Et si arguatur contra hoc quod multum oppositum vni generalissimo componitur ex vnionibus igitur est ens. quia illud est ens cuius partes sunt entes. ¶ Dicitur ꝙ multum quod est oppositum generalissimo non componitur ex partibus.vnde equiuocè est ibi multitudo & multitudo in genere . ¶ Aliter dicitur propter hanc rationem quòd vnum generalissimũ non habet multum sibi oppositum nisi in speciebus.vnde ratio principalis supponit falsum quod aliquid sit multum & oppositum generalissimo sub sua generalitate, quia si esset multum oppositum non posset ei opponi cõtradictoriè nec relatiuè nec priuatiuè.opponeretur ergo ei contradictoriè.& sic sequitur quod albedo esset multum vel ꝙ chimera esset multum.quod videtur inconueniens.& ideo sicut relatiua dicuntur ad aliquid non in generalissimo,quia tunc essent duo generalissima ad aliquid Sed dicuntur ad aliquid in suis speciebus: ita multum oppositum vni quod est transcendens non opponitur ei in generalissimis, sed in speciebus generalissimi priuatiuè quo ad modum : contrarie verò quo ad rem &c.

QVÆSTIO XXX.

QVæritur an in hærentia sit de essentia accidentis ? Quod sic videtur,accidens inhæret,aut igitur per se aut per additum , si per se habetur propositum , si per additum cum illud additum non possit esse substantia (quia accidens non inhæret per substantiam) oportet quod illud additum sit accidens , tunc quæro de illo accidente aut inhæret per se , aut per accidens,si per se habetur propositum, si per additum tũc erit processus in infinitum , oportet igitur dicere quod inhærentia sit de hoc essentia.¶ Hic dicitur quod accidens inhæret per inhærentiam , & tamen illa inhærentia non inhæret. sicut homo est albus per albedinem, & tamen albedo non est alba. ¶ Contra illud quæro de illa inhærentia,aut est substantia,aut

accidens, ſubſtantia non eſt igitur eſt accidēs cum ſit ens, tunc quæro aut inhæret per ſe aut per additum, & ſic redit ratio. ¶ Item ſi inhæret ſubiecto per aliquod additum, tunc ex ſubiecto & accidente fieret vnum per quandam colligationem vel per aliquam formam tertiam quòd eſt contra Ariſto. in 7. metaph. dicit enim quod ex ſubiecto & accidente fit vnum, quia vnum illorum eſt actus & aliud potentia, & non eſt alia cauſa quærenda. ¶ Item ſi accidens inhæret ſubiecto per aliquod additum quod eſt forma illorum, tunc ſequeretur quod formæ eſſet forma, quod improbat Ariſto. quia tunc eſſet proceſſus in infinitum in cauſis formalibus. ¶ Item ſequitur quod forma eſſet compoſitum, cēt enim accidens quoddam materiale vnitum cum ſubiecto per formam tertiam. Item qua ratione ex albo & homine fieret vnum per additum, ita eadem ratione ex illo addito (cum ſit accidens) & homine fieret vnū per accidens, & ſic proceſſus in infinitum. ¶ Item ineſſe accidentis eſt ſuum eſſe, igitur ſua eſſentia eſt ſua inhærentia. ¶ Itē accidens non poteſt intelligi ſine habitudine ad ſubiectum, ſed per Ariſt. 7. meta. partes pertinentes ad ſpeciem ſunt ſine quibus ſpecies intelligi non poteſt. Si ergo accidens intelligi non poteſt ſine habitudine ad ſubiectum habitudo ad ſubiectum eſt de ſua eſſentia. Sed talis habitudo eſt ſua inhærentia, igitur &c. Item accidens diffinitur per ſuum ſubiectum, igitē inhærentia accidentis ad ſubiectum eſt de eſſentia accidentis. ¶ Item accidens non eſt ens, niſi quia entis: per Ariſtot. in 7. metaph. quia illud quod eſt ſubſtantia eſt, igitur habitudo accidens ad ſubiectum eſt de eſſentia accidentis. ¶ Ad oppoſitū. Si inhærentia ſit de eſſentia, hic eſſet nugatio accidens inhærens, quia ſemel ponitur inhærentia expreſsè: & implicitè importatur per accidens, bis igitur ponitur idem. ¶ Item ſi ſic nō poſſet aliquod accidens ſignificari in abſtracto: quia ſi accidens illud quod eſt inhæreat tunc non poſſet ſignificari per modum non inhærentis, ſiue per modum abſoluti, quia nec poteſt per modum abſoluti intelligi. ¶ Item eſſe non eſt de eſſentiam ſubſtantiæ: igitur meſſe non eſt de eſſentia accidentis. ¶ Item ineſſe accidentis concluditur in demonſtratione p Ariſtot. ſed ſua eſſentia non concluditur: quia impoſſibile eſt per Ariſto. ſecundo huius demonſtrare quod quid eſt, igitur nec eſſentiam demonſtrare poſſumus, igitur inhærentia accidentis non eſt ſua eſſentia. ¶ Item quod poteſt prima cauſa cū

ſecun-

secunda, potest prima causa per se, sed prima causa cum substantia particulari potest producere accidens, igitur prima causa sine substantia potest accidens producere, & si sic, inhærentia eius ad substantiam non est eius essentia, quia tunc non potest produci sine substantia.

Ad quæstionem dicitur, quod inhærentia est de essentia accidentis, verum tamen distinguitur de inhærentia. Inhærentia potest uno modo denotare vnionem inter substantiam & accidens, & illo modo inhærentia nihil est nisi eius essentia, ꝙa inter accidens, & eius subiectum nullum est medium, sed ex his fit vnum, quia unum est actus aliud potentia. Alio modo potest intelligi inhærentia entitas accidentis in subiecto, & de illa adhuc distinguitur: quia quædam est inhærentia quæ est actualis existentia accidentis in subiecto, & alia est inhærentia quæ est habitudo accidentis in subiecto. Prima non est de essentia: quia nihil potest intelligi sine illo quod est de sua essentia. Sed accidens potest intelligi sine actualiter inesse, sicut enim substantia intelligi potest circunscribendo esse existere fuisse & fore, ita accidens potest intelligi inesse accidentaliter circonscribendo esse temporale, conceptui enim accidentis accidit esse temporale. Secundum declaratur, quia ens diuiditur immediatè per ens comparatum & absolutum, accidens est ens, igitur est absolutum vel comparatum. Si igitur circunscribas accidens ab habitudine ad subiectum, tum ponis accidens esse ens absolutum, & ita ponis accidens esse substantiam. Et hoc patet per exemplum. Arist. dicit enim quod accidens habitudinem habet ad substantiam: sicut sanum in vrina ad sanum in animali. Sed sanum in vrina nihil est nisi per habitudinem ad sanum in animali, igitur accidens nihil est circunscripta habitudine ad substantiam, habitudo igitur ad substantiam est de eius essentia. ¶ Item Arist. in fine septimi metaphysi. ducit ad hoc inconueniens, quia passio esset separabilis, sed hoc non esset conueniens nisi habitudo ad substantiam esset de essentiam passionis. Per hoc ad argumenta in oppositum.

Ad Primum dicitur, quod inhærens potest accipi nominaliter & participialiter. Si nominaliter sic, hic est nugatio albedo inhærens, quia inhærentia habitualis, per vtrumque exprimitur. Si accipitur participialiter sic non nugatio, quia non importatur eadem inhærentia vtrobique, quia albedo impor

tat

tat inhærentiam habitualem, hic participium importat inhærentiam actualem.

¶ Contra illud inhærens, vt est nomen & vt est participiū non differt in significato, sed tantum in modo significandi, inhærens enim, vt est nomen significet sine tempore, vt est participium cum tempore, bis igitur ponitur idem significatum, igitur est nugatio, nec diuersi modi excusant, quia tunc hic non esset nugatio, homo animal. ¶ Hic oportet dicere quod inhærens, vt est nomen, & vt est participium non significant idem. Et ad rationem principalem oportet dicere quod hic nō fit nugatio, siue sit nomen siue sit participium. ¶ Ad aliud dr, quod licet albedo significet inhærentiam, non tamen repugnat sibi significare per modum absoluti, quia res modo non repugnat, materiale enim potest significare & intelligi immaterialiter siue vniuersaliter similiter dria substantiæ essentialiter est quid, & tamen modum qualis habet. Per hoc ad formam neganda est hæc consequentia, si inhærentia sit de essentia, igitur non contingit significare accidens absolutè siue uer modum absoluti possunt enim intelligere accidens quodammodo præscindendo subiectum, & quodammodo vt concernit & significare veruntamen intelligitur substantia concomitanter, quia accidēs intelligitur sicut est ens, quia vt est ens mouet intellectum. Sed accidens non est nisi quia entis, igitur accidens non intelligitur nisi ex consequenti intelligatur substantia. Ad aliud dicitur q; substantiæ duplex est esse scilicet esse essentiæ & existentiæ, esse essentiæ est de essentię, esse existere non. Eodem modo ineſſe accidentis est duplex, ineſſe existere & ineſſe esētiæ. ¶ Ineſſe existere non est de essentia. ¶ Ad aliud dicēdū quod quid accidentis in demonstratione de subiecto concluditur sicut suum ineſſe. Et ad probationem cum dicitur, quod quid est non demonstratur, dicitur quod Arist. intelligit quod quid est sub ratione quod quid est demonstrari non potest, quia diffinitio in quantum diffinitio præsupponitur. Illud tamen quod est diffinitio & essentia rei concluditur, sed non sub ratione essentiæ siue ratione diffinitionis. Dicit enim Arist in primo huius, quod diffinitio quædam est principium demonstrationis, & quædam conclusio, & quædam est demonstratio positione differens Ad aliud dicitur quod prima causa cum secunda potest facere accidens esse, veruntamen prima causa sine secunda non potest facere

acci-

accidens & sic interimitur minor, ratio interemptionis est primo, quia causa est agens vniuersale, sed agens vniuersale indifferens est ad effectus particulares & ita quantum est de se ad nullum determinatur, si igitur debeant produci effectus particulares oportet q̄ per agens particulare determinetur agens vniuersale ad effectum, & per consequens non potest producere effectum particularem vt accidens sine substantia. Alia causa est si prima causa posset per se producere accidens sine secunda vt sine substantia: tunc secunda causa esset superflua in ordine causarū hoc est inconueniens consequentia patet; quia superfluum est facere per duo illud quod fieri potest per vnum & eodem modo. ¶ Contra illud arguitur, si prima causa cum substantia posset facere accidens & cum prima causa non potest hoc facere per se tunc prima causa cum secunda est perfectior, & perfectius agens quam per se, & ita prima causa per se non esset perfectissima causa.

Hic dicitur quod accidentia & generabilia & corruptibilia entia sunt, inquantum sunt eiusmodi aliena sunt a perfectione, & ideo perfectio causæ non potest concludi ex productione talium effectuum. Facere enim imperfectionem, non arguit perfectionem in causa sed magis imperfectionem. Et hoc igitur quod prima causa cum secunda siue substantia facit accidēs & tñ prima cā per se non potest facere, non arguit quod prima causa cum secunda sit perfectior quam prima per se, posse.n. facere imperfectionem non est posse, sed magis non posse.

¶ Contra illud, accipio illud esse quod perfectionis est in accidente, & tunc arguo, quicquid perfectionis potest prima causa cum secunda potest prima per se, sed causa prima cum substantia potest facere esse accidentis, igitur prima causa sine substantia potest facere esse accidentis.

¶ Hic dicitur quod esse accidentis non est perfectionis, quia eius esse est eius inesse, & prima causa non potest accidens facere inesse sine substantia, ideo nec esse. ¶ Contra illud si esse accidentis esset actualiter subiecto inesse, tunc facere accidens esse & non inesse, esset facere incompossibilia, quia hoc esset facere accidens esse & non esse simul, & illa non habent rationem facti respectu actus, & per consequens prima causa non posset facere accidens esse & tamen alteri non inesse. Sed hoc est falsissimum sicut patet in corpori Christi. ¶ Dicitur quod quicquid fit de accīte quod est in corpore Christi sine subie-

cto.

to, tamen de intentione Arist. non est quod accidens sit sine subiecto. ¶ Contra hoc siue hoc sit de intentione Arist. siue nō hoc est dubium, saltem hoc non est repugnās alicui principio philosophiæ & est in se verum, igitur hic est magis sustinenda ratio. ¶ Propter rationem iam dictam dicendum est quod inhærentia accidentis actualis non est de essentia accidentis, simiiter esse accidentis non est actualiter subiecto inesse. ¶ Inhærentia tamen secundum aptitudinem est de eius essentia. Primum patet, quia prima causa non potest facere incompossibilia, prima causa potest facere accidens esse & tamē in subiecto non esse sicut patet de quantitate, igitur accidens esse & ipsū in subiecto non esse non sunt incompossibilia. esse igitur accidentis non est actualiter subiecto inesse, & per hoc patet, quod inhærentia actualis non est de essentia. Secundum membrū patet quia accidens non potest intelligi, nisi cōcomitanter intelligatur subiectum; nec etiam diffinitur sine subiecto, se hoc non est nisi quia aptum est inesse subiecto, quia si nec haberet actualitatem nec aptitudinem, vt esset in subiecto, nam magis diffiniretur per subiectum quam econtra, igitur accidens essentialiter aptum natum est inesse subiecto inhærentia, igitur secundum aptitudinem est de essentia accidentis. ¶ Intelligendū tamen est quod accidens potest habere duplex esse. ¶ Vnum est se naturale quod sibi debetur si cedatur naturæ propriæ, sicut graue si dimittatur naturæ propriæ est deorsum. Alio modo potest habere esse præter naturam sicut graue detentum sursū habet esse sursum præter naturam. Quo ad esse primum accidentis esse est in subiecto actualiter esse. Quo ad secundum esse accidens esse potest, & tamen nō in subiecto esse actualiter, sicut graue siue sit sursum siue deorsum aptum natum est esse deorsum, ita accns siue habeant esse naturale siue præter naturam, ñ aptum natum est esse in subiecto. ¶ Intelligendū tñ est qđ non sequitur, aptum natum est esse in subiecto, ergo est in subiecto vel potest esse in subiecto sicut non sequitur cæcus aptus natus est videre, igitur videt vel potest videre.

Contra illud, esse accidentis est inesse per Arist. igitur si ponitur accidens esse & tamen non inesse ponentur incompossibilia. ¶ Item si hærentia secundū aptitudinem sit de essentia accidentis quæro an illa aptitudo sit tota essentia, vel pars essentiæ accidentis, vel extrinsecum, non essentia tota, quia non sequitur aptitudo, igitur accidens: non est pars essentiæ, quia

tunc

tunc accñs esset compositum ex diuersis essentijs, si sit extrinsecum ab essentia accñtis, igitur accidens in sua essẽtia erit qd absolutum & non comparatum ad substantiam, cuius oppositum dicit Arist. ¶ Ad primum illorum patet in positione quod existere accñtis non est quocunque modo esse in subiecto, sed existere actualiter, & materiale, quod sibi debetur si propriè naturæ dimittatur est quod in subiecto sit actualiter. Sed non est de essentia sic actualiter inesse subiecto, sed esse in subiecto secundum aptitudinem, sicut esse graue præter naturam nõ est actualiter esse deorsum. Sed tamen esse graue præter naturam coniunctum est esse deorsum secundum aptitudinem, non qđ esse sursum actualiter sit esse deorsum secundum aptitudinẽ, sed illa duo esse sunt coniuncta. Ad aliud dicitur, quod illa aptitudo est modus essendi, sicut .n. aptitudo ad deorsum non est aliquid de essentia grauis, sed est modus sub quo essentia grauis ad deorsum inclinatur, ita aptitudo huius inhærentię non est quid de essentia accidentis, sed est modus essendi sub quo essentia accidentis ad subiectum inclinatur, nec aliquam compositionem facit cum accidente, quia modus non est ens propriè, ideo compositionem rei cum re non facit. Tunc ad formam dicendum quod non sequitur. Aptitudo non est intrinsecum quid essentiæ accidentis, igitur essentia accidentis est absolutum, licet enim sit extrinsecum non tamen est extrinsecũ sicut res alterius generis, sed est extrinsecum essentiæ sicut modus sine quo non est essentia, & ideo non sequitur quod essentia sit absoluta, quia semper sub tali accipitur. Tu dicis quod essentia accidentis non est ille modus, sed prior eo secundum naturam, igitur possum circunscribere essentiam a modo per intellectum, quia prius post abstolui a posteriori, quæro tunc in illo priori an essentia accidentis sit a subiecto absoluta vel cõparata. Si absoluta, igitur conceptus accidentis erit conceptus subiectẽ, non est comparata, quia tunc circunscripto modo haberet alium modum per quem compararetur, vel oportet dicere quod essentia accidentis secundum se sine aliquo modo sit comparata & sic non inhæret accidens secundum talem aptitudinem essentialiter, sed sine. ¶ Hic dicitur, quod possibile est absoluere per intellectum, essentiam accidentis a modo aptitudinis, sed non a modo vt modus est, sed a modo vt accipitur vt res. Quando .n. essentia per intellectum absoluitur a suo modo, tunc accipitur modus vt res, sed semper adhuc intelligitur

essen-

essentia sub illo modo, vt modus est, ita essentia accidentaliter potest intelligi non intelligendo aptitudinem, quia sic accipitur modus vt res, non tamen potest accipi nisi sub habitudine quia a proposito modo vt modus est absolui non potest quia statim in absolutione modus accipitur, vt res & ideo quando quæritur cum circunscribitur essentia accidentis a modo, aut est absoluta, aut comparata. Dico, quod comparata, quia licet absoluatur a modo accepto, vt res, nō tamen absoluitur ab aptitudine vt modus est. Et cum dicitur essentia est prior secundū naturam modo vt modus secundum naturam, igitur potest absolui a modo, vt modus, neganda est consequentia. ¶ Ad rationes. ¶ Ad primam contra hoc dr̄, quod accidens inhæret subiecto per se non primo modo, ita quod inhærentia actualiter sit de essentia, nec secundo modo, nec aliquo modo pertinente ad demonstrationem, sed inest per se ita quod non per mediū, sicut superficies est alba non per aliquod subiectum medium. ¶ Ad alias rationes quæ probant, quod accidens non inhæret subiecto per aliquod accidens medium, cōcedendæ sunt, quia ex accidente, & subiecto fit vnum, quia hæc est potentia & illud actus, non per aliquod medium vniens vt dictum est.

¶ Ad aliud cum arguitur, cuius esse est inesse &c. dicēdū est quod esse accīs, non est actualiter inesse, sed ſm aptitudinem potest. n. accidens esse licet non actualiter insit vt dictum est & ideo inhærentia actualis non est de essentia.

¶ Ad aliud dicitur. quod accīs non potest intelligi sine substantia, sed huius causa non est, quia eius esse sit actualiter subiecto inesse, sed causa est, quia inhæret secundum aptitudinē, sine quia aptum natum est inesse.

¶ Ad aliud similiter diffinitur. n. per eius subiectū non quia eius esse sit actualiter inesse subiecto, sed quia eius esse naturale est actualiter inesse subiecto, & etiam quia semper aptum natum est inesse. istæ duæ rationes sufficiunt ad hoc quod per subiectum diffiniatur. ¶ Ad aliud, quod accidens non est ens nisi quia entis secūdum aptitudinem, per hoc enim differt à substantia, quia substantia nō dependet ab accidente, nec ſm actū, nec ſm aptitudinem, sed licet accidens inesse non dependeat a substantia secundum actum, semper tamen aptum natum est inesse, si cederetur naturæ propriæ.

¶ Ad rationem alterius positionis. Ad primam de sano in vrina dico, quod Arist. intelligit quod sicut sanum in vrina nō

est

est ens nisi per habitudinem ad sanum in animali, ita accidens non est ens, nisi quia aptum natum esse in substantia, vnde similitudo est sani in vrina ad sanum in animali, & accidētis ad substantiam secundum aptitudinem, non tamen tenet similitudo secundum actum, ita quod actualiter sit accidens in substantia hoc non oportet. ¶ Ad aliud cum dicitur omne ens aut est absolutum aut comparatum. Dicitur, quod accidēs est ens comparatum, sed non nisi proprie hoc quod inhæret secundū aptitudinem. ¶ Ad aliud cum dicitur, quod passio inseparabilis est. Dicendum quod Aristo. habet pro inconuenienti quod passio sit separabilis a substantia secundum aptitudinem, sic. n. substantia separabilis est ab accidente, quod tamen accidens sit separabile a substantia secundum actum non habet Aristotel. pro inconuenienti &c.

QVAESTIO XXXI.

QVæritur, An tertius modus sit modus inhærendi? quod sic videtur. Ari. ponit modum perfectatis propter demōstrationem, sed modi pertinentes ad demonstrationem sunt modi inhærendi, igitur &c. ¶ Hic dicitur, quod Aristotel. non solum ponit modos pertinentes ad demonstrationem, sed ponit alios modos vt ex illis declaret modos necessarios ad demonstrationem. ¶ Contra, si poneret alios modos quam pertinentes demonstrationi, eadem ratione haberet ponere plures modos quam quatuor, quia hæc est per se, homo est homo, sed nullo illorum quatuor modorum quos ponit Arist. Non primo modo, quia prædicatum nō est diffinitio subiecti nec pars diffinitionis. Nec secundo modo vt patet. Nec tertio modo. Nec quarto manifestum est. Similiter hæc est per se, superficies est alba, & tamen nullo illorum modorum. Similiter per Ari. negatiua est per se, & tamen nullo illorum modorum. Similiter sunt multi modi perfectatis nominati ix. metaphysicæ qui non per se sint aliquo illorum modorum, igitur Aristot. est insufficiens, uel oportet dicere quod ponit solum modos pertinentes demonstrationi. ¶ Item per se tertio modo idem significat quod solitariè, sed hæc est inherentia quomodo, substantia solitariè est ens, sicut substantia est ens non in alio, igitur per se tertius modus dicit modum inhærendi. ¶ Item quod impossibile est significare, impossibile est intelligere, sed impossibile est significare esse per se ineſse subiecto sine attributione & inhæren-

hærentia, igitur impossibile est intelligere substantiam esse per se sine inhærentia intellectuali, igitur tertius modus qui est modus essendi secundum quem dicimus quod substantia est ens per se, est modus inhærendi. ¶ Ad oppositum est Aristoteles, & omnes expositores.

Ad quæstionem dicitur, quod tertius modus non est modus inhærendi, sed essendi, & huius ratio quia modus inhærendi est quando in subiecto includitur causa prædicati vel econtra, vel quando prædicatum ineſt subiecto primo ita qđ non per aliam causam sicut hic, homo est homo, istis tribus modis solum modus perfeitatis est modus inhærendi, sed in illo tertio modo non prædicatur aliquid de aliquo, igitur tertius modus non est modus inhærendi, est tamen modus essendi, quia substantia non est per habitudinem ad aliquo modo prædicatum, quia licet nullus intellectus esset nec aliqua prædicatio, substantia esset solitariè vel non dependens ab accidente. Sed accidens non est per se tertio modo, accidens enim est in alio & ab alio dependet.

Ad primum rationem dicitur ꝙ tertius modus pertinet ad demonstrationem, non tamen est modus inhærendi, sed perfeitas in tertio modo est subiecti in demonstratione puta sibi solitarie & absolute in se acceptum non vt prædicatum comparatur. Vnde perfeitas tertio modo nec est subiecti in comparatione ad prædicatum, nec econtra. ¶ Ad aliud dicitur ꝙ per se esse non potest attribui substantiæ nisi per inhærentiã, hoc concludunt illæ duæ rationes vltimæ, ꝙ conditio perfeitatis non potest alicui attribui nisi per inhærentiam siue comparationem, sed hoc accidit tertio modo: perfeitas enim in tertio modo est subiecti absolute, ut substantiæ non in comparatione ad prædicatum & quia illa perfeitas non est subiecti in comparatione ad prædicatum, nec prædicati in comparatione ad subiectum, ideo non est modus inhærendi.

¶ Contra duo dicta in positione potest argui, dictũ est primo. quod substantia est per se tertio modo. Contra illud, si substantia materialis esset per se nõ esset per causam efficientem consequens est falsum, igitur & antecedens, consequentia patet, quia per se in tertio modo vt dicit Linconiensis excludit causam comparticipem quamcunque. ¶ Hic dicitur negando consequẽtiam. Ad rationem dicitur quod per se excludit causam comparticipem, sed non quamcunque, sed aliquando efficientem

cientem, aliquando materialem, aliquando esse in subiecto. Primo modo solum prima causa est per se. Secundo modo intelligentia. Tertio modo substantia materialis. ¶ Contra illud substantia materialis est per se per exclusionem causæ efficientis, vt videtur, sicut dicit Boetius, esse est propria operatio entis sicut vinere viuentis, sed propria operatio est a composito tanquam a causa efficiente, igitur esse efficitur a substantia materiali, non igitur substantia est per causam extrinsecam.

¶ Item si substantia non comparetur ad suum esse in ratione causæ efficientis, igitur solum comparatur in ratione susceptiui. ¶ Sed si sic, cum ratio susceptiui illud quo res potest esse & non esse manente susceptiuo, sicut materia potest esse & non esse sub forma manente essentia materiæ: tunc posset substantia materialis ipsa manente esse & non esse: sed hoc est inconueniens, igitur oportet dicere quod substantia materialis sit causa efficiens respectu sui esse. ¶ Ad principalem, si substantia sit per se, aut igitur prima aut secunda, non secunda: quia tunc esset ponere ideam Platonis, non prima, quia eadem sunt principia essendi vnumquodque & distinguendi ipsum ab alio, si igitur substantia prima per se sit igitur per se distinguitur a qualibet alia substãtia &c. & si sic, igitur per se distinguit a Platone, & sic per consequens specifice, differentia enim per se & non per additum est specifica. ¶ Item contra secundum quod dicit in positione cum dicitur accidens non est per se tertio modo, contra hoc. Quod abstrahit a substantia in significando, intelligi potest a substantia abstrahendo: & per consequens in essendo a substantia non dependet, quia enim homo potest intelligi non intelligẽdo sorideo potest homo esse cum hoc quod sortes non sit, sed aliqd accidens vt accidens abstractum significat abstrahendo a substantia, igitur potest intelligi & esse sine substantia, igitur non dependet a substantia: accidens igitur est per se tertio modo sicut substantia. ¶ Ad primum illorum sicut dicebatur. ¶ Ad primam rationem contra hoc: dicitur quod quo ad hoc est simile quod sicut in viuente præsupponitur viuere antequam a viuere procedat aliquis actus: ita in essentia præsupponitur esse quod est actualiter entis antequam aliquod accidens a substantia egrediatur: ideo de subiecto in demonstratione præsupponitur quid est, & quia est. ¶ Ad aliud secundum Boetiũ super prædicamenta quod susciperе est accipere aliquid ab

extrinseco agente per transmutationem sicut illa inferiora accipiunt causalitatem ab extrinseco: sed quando aliquid sic est susceptiuum, oportet quod in ipso præsupponatur esse antequam suscipiat. Ideo illo modo loquendo de susceptione sicut loquitur Boetius: non potest substantia materialis suscipere suum esse, quia tunc ante esse habebit esse. Si verò extendatur suscipere ad illud quod est in aliquo ab extrinseco, & ab intrinseco, sic substantia suscipit suum esse, sed tunc modo sequitur vlterius ex hoc quod substantia materialis manens posset esse, & non esse, quia esse comparatur ad substantiam tanquam prima eius actualitas sine qua existere non potest. ¶ Ad aliud principale, dicitur quod tam substantia prima q̃ secunda cõsideratæ sub ratione sub qua sunt per se tertio modo, quod neutra dependet ab alia sicut accidens a subiecto. ¶ Ad probationes contra hoc, ad primam, quod non est ponere ideam Platonis ex illa responsione, non enim ponitur secunda substantia existere separatim a prima, immo non ponitur quod habeat aliud existere q̃ prima substantia, cuius oppositum posuit Pilato. posuit.n. ipsam existere immaterialiter sicut intelligentia. ¶ Ad aliud dr quod hæc propositio per idem principium aliquid est & distinguitur ab alio: intelligenda est de principio distinguendi per accidens; cuiusmodi est quantitas: quantitas.n. est principium distinguẽdi vnum individuũ ab alio, & tamen non est principio essendi. Vel potest dici qđ sicut substantia prima ab alia distinguitur per qualitatẽ: ita est per quantitatem entitate indiuidui, substantia.n. indiuiduatur per quantitatem. ¶ Ad aliud q̃ accidens significatur abstrahẽdo substantia, sed hoc pôt dupliciter intelligi: Vno modo q̃ significetur siue intelligendo substantiam nec vt huius: & illo modo impossibile est accidens intelligi abstrahendo a substantia, accidens enim non pôt intelligi nisi intelligatur substantia sub habitudine qua est accidens illius, qa accidens non est ens nisi qa entis, & iõ non intelligitur nisi vt entis. Alio mô potest accidens intelligi abstrahendo a substantia secundum quod accidens intelligitur, non vt est substantia informans: siue vt est idem cum substantia quodammodo, & sic intelligitur accidens abstrahendo a substantia sicut albedo. Album.n. intelligitur vt substantiam concernens tanquam quid idem cum substantia, quia vere potest dici quod hoc est hoc. Sed albedo pôt intelligi solum vt substantiæ est & non quid idẽ, & hoc est suũ intelligi per modũ abstracti &c.

Quæ-

QVÆSTIO XXXII.

QVæritur an quartus modus sit modus inhærendi? Quod non videtur, quia in propositione modi inhærendi illud quod prædicatur per se attribuitur subiecto, sed in quarto modo prædicatum non attribuitur subiecto, sed efficitur, sed efficiens & subiectum non coincidunt, igitur &c. ¶ Item vbi est modus inhærendi prædicatum inest subiecto. Sed in quarto modo prędicatum non inest subiecto: ergo &c. & probo minorem in quarto modo illud quod subijcitur est causa efficiens respectu prædicati, & quod est causa efficiens respectu alicuius non est subiectum respectu illius, sicut patet in exemplo naturali, si ignis agat in aquam efficiendo calorē, calor est ab igne tanquā ab efficiente sed non est in igne tanq̄ in subiecto, sed in aqua. ¶ Item quartus modus est modus causandi, igitur non inhærendi. ¶ Ad oppositum per se dicit causam, sed per cām efficientem possunt fieri demonstrationes, igitur per se vt est modus inhærendi potest importare causam efficientem. Item expositor est ad oppositum.

Ad quæstionem dici p̄t sicut dicit Tho. quod quartus modus est modus inhærendi, quia in subiecto includitur cā efficiens respectu p̄dicati, qñ enim hæc conditio per se est vnius extremi in comparatione ad aliud, tunc est modus inhærendi. Sed in quarto mō per se est conditio vnius extremi ad aliud, quia in subiecto est causa p̄dicati. ¶ Intelligendum tñ est q̄ subiectum est duplex, propōnis, & subiectum respectu accidentis, in quolibet mō dicendi per se illud quod subijcitur est subiectum propositionis respectu prædicati, non tñ oportet q̄ in quolibet modo dicendi per se sit illud quod subijcitur subiectum respectu prædicati eo mō quo subiectum subijcitur accidenti, & iō in quarto mō sic dicendo, interfectus interijt propter interfectionem, illud quod ponitur a parte subiecti est subiectum propōnis, non tñ est subiectum respectu prædicati sicut substantia respectu accidentia, vt in scō mō. Hic non est quartus modus, ignis per calorem calefacit, & tamen calefacere non est in igne sicut in subiecto, sed sicut in efficiente, sed est in calefacto tanquam in subiecto, quia actio est passo tanquam in subiecto.

Ad primam rationem dicitur quod minor est falsa, prædicatum enim attribuitur subiecto propositionis in quarto mo

do; sed non attribuitur semper alicui subiecto quod est subiectum accidentis. Et cum dr, quod efficiens & subiectum non coincidunt dr, quod subiectum naturale quod patitur, & efficiens q agit in id ipsum passum, talia non coincidunt in eadē actione, tamen subiectum propositionis & efficiens respectu prædicati possunt coincidere. ¶ Ad aliud per idem. ¶ Ad ultimum respondetur interimendo consequentiam, quia modus causandi non distat a modo inhærendi, sed ponit illum. Lincolniensis tamē vult dicere, quod quartus modus est modus causandi & non inhærendi, ponit enim tantum duos modos inhærendi vt primum & secundum & tertium essendi, & quartum modum causandi.

QVÆSTIO XXXIII.

QVæritur, Verum primo præsupponat per se, & hoc est quærere an sequatur, hoc est primo igitur per se? Quod non videtur. Hæc est primo vera sor. est homo, & tñ non per se: quia per se præsupponit de omni, & hæc non est de omni, igitur non sequitur &c. ¶ Item hæc est primo superficies est alba, quia album ineſt superficiei, & non per aliud medium, & tñ hæc non est per se, tum quia per se præsupponit de omni, & hæc non est de omni, tum quia subiectum excedit prædicatum, igitur &c. ¶ Item hæc est vera, triangulus habet tres primo, igitur &c. ¶ Item quod primo ineſt uni soli ineſt per se, quod per se ineſt, omni ineſt sed quod ineſt uni soli, non ineſt omni, igitur &c. ¶ Ad oppositum. Primo supra q per se addit immediationem & adæquationem. Sed sequitur prę dicatum immediate ineſt subiecto & ei est adæquatum, igitur per se ineſt, igitur sequitur, q primo ineſt, igitur per se ineſt. ¶ Item ineſſet primo & non per se alicui subiecto, tunc per accidens ineſſet illi. Sed illa sunt incompossibilia, quod prædicatum insit primo subiecto, & tamen per accidens.

Ad quæstionem dicitur quod hæc consequentia est bona, hoc est primo igitur per se, propter primum rationem in oppositum, primo enim supra per se addit immediationem & adæquationem, vt tactum est.

Ad primam rationem dr q hæc consequentia est bona, sortes primo est homo, igitur per se, & consequens verum. Ad probationem dr, q per se præsupponit de omni, vbi subijcitur terminus communis: sed in propesito supponit terminus

singularis.

singularis. ¶ Ad aliud, quod hæc superficies est alba: non est primo vera, sicut primo pertinet ad conclusionem demonstrationis, quia conclusio in demonstratione dicitur esse primo vera ex hoc ꝙ accidens non excedit subiectum, nec econtra. Sed superficies excedit album. Similiter nec est hęc primo vera: superficies est colorata: quia coloratum non egreditur ex principijs intrinsecis superficiei. Et ad probationem dicitur negando hanc consequentiam: album inest superficiei non per medium, igitur primo, plus enim requiritur. Nam requiritur, quod album a principijs superficiei egrediatur: & quod ei sit coæquatum. Si tamen dicatur esse primo siue per se: hoc non est eo modo, quo per se, & primo pertinet ad demonstrationem. ¶ Ad aliud, quod hæc est vera, triangulus habet tres primo, sed tamen ly primo non est hmõi pars prædicati: sed est modus quo prędicatum inest subiecto, & ideo bene sequitur, ꝙ triangulus habet tres per se, sed non sequitur, quod sit per se: triãgulus habet tres, primo: quia ly primo nõ è pars prædicati. ¶ Ad aliud dicitur, quod ista non repugnat habere tres inest omni triangulo & soli triangulo, vniuersalitas enim refertur ad indiuidua & exclusio ad species, & ideo ꝙ soli inest illo modo: potest inesse omni: quia quod inest soli speciei: potest inesse oi indiuiduo, eo quod non referuntur ad idē &c.

QVÆSTIO XXXIV.

QVæritur, An hæc sit vera omnis triangulus habet tres primo? Quod non videtur, quælibet singularis est falsa, ergo hæc est falsa, accidens patet, quia hæc est falsa. Isocheles hꝫ tres primo: & sic de alijs per Aristo. ¶ Huic dicitur, quod quælibet singularis est vera quod sic declaratur. Primo non est dispositio rei quæ inhęret secundum se, nec est dispositio inhęrentiæ, sed est dispositio inhærentis secundum quod inhærens est. Primum patet, quia si esset dispositio rei quæ inhæret secundum se, tunc istam rem consequeretur in conuersione & tunc sequitur, homo est animal primo, ergo animal primo est homo. Secundum patet, si esset dispositio inhærentiæ: tunc faceret propositionem modalem, quod falsum est: ergo est dispositio inhærentis secundum, ꝙ est inhærens, tunc dicitur quod habere tres sub hoc modo consequitur omnem triangulum: non sub quacunque ratione: sed sub determinata ratione, vt sub ratione trianguli, & sic quælibet singularis

est vera. Singulares sunt istæ. Isocheles inquantum triangulus habet tres, & sic de alijs.

¶ Contra istud, si hoc sit verum, iste triangulus in quantũ trian gulus habet tres, primo: eadem ratione potest esse verum for. inquantum homo est species, tamen fortes inquantum homo non est species. ¶ Huic dicitur, qđ non est simile, quia isocheli secundum se aliquo modo inest habere tres, sed forti nullo mo do inest species, & ideo forti sub ratione fortis, nec sub ratio ne hominis ei conuenit hoc prædicatum. ¶ Contra, probo, quod licet forti repugnet species sub propria ratione, quod ta men possit conuenire sub ratione hominis, hoc prædicatum es se indeterminatæ velocitatis: repugnat cuilibet motui parti cipari secundum se: quia per Arist. in 8. phy sicorum, quilibet motus particularis est determinatæ velocitatis, & per cõsequẽs sibi repugnat esse indeterminatę velocitatis: quia cui conuenit vnum oppositorum, ei repugnat alterum. ergo esse indetermi natę velocitatis conuenit cuilibet motui sub ratione generali motus, quia per Arist. 6. phy sicorum, motus sub ratione mo tus potest velocitari & tardari in infinitum. ¶ Item si ille triã gulus inquantum triangulus haberet tres primo, ergo triangu lus non haberet tres primo, consequens est falsum, ergo & an tecedens, consequentia patet, quia quod primo inest inferiori non potest ineſſe superiori primo per Arist. primo huius, im mo si hoc credatur accidit tertius error. ¶ Item, si iste triangu lus haberet tres &c. eadem ratione iste triangulus haberet tres sed hoc est falsum, quia quod per superabundantiam dicitur vni soli conuenit, primo dicitur per superabundanciã, igitur &c. ¶ Huic dicitur quod habere trrs, primo, inest huic triangulo, & illi sub ratione trianguli. sed non sub propria ratione vnde non est inconueniens, quod passio insit multis primo ec ceptis sub ratione communis, respectu cuius illa est passio vni uersalis. Inconueniens tamen est, quod vna passio primo insit multis acceptis sub propria ratione.

¶ Contra si hæc passio insit huic triangulo, & illi sub hac cõ ditione primo, quæro aut inest istis primo, vt duo sunt: aut vt vnum sunt in triangulo, si inest istis, vt duo sunt: cõtra hoc est, quod vna passio non inest multis primo vt multa sunt. si vt sũt in triangulo vnum, contra, vt sunt vnum in triangulo in illa vnitate, non sunt aliud a triangulo, dicere ergo quod habere tres insit primo istis duobus sub ratione trianguli. non est qđ

præ-

prædicatum in est suppositis primo, sed communi, ergo nō est quælibet singularis vera. ¶ Ad oppositum. Hæc est conclusio in demonstratione: ergo est immediata, ergo primo vera, ergo omnis triangulus habet tres primo. ¶ Huic dicitur, quod licet hæc sit conclusio in demonstratione: omnis triāgulus &c. non sequitur, quod prædicatum inest subiecto immediatè dispositio signo vniuersali, sed sequitur quòd prædicatum inest subiecto absolute, & ideo sequitur, quòd hæc sit per se triangulus habet tres &c. primo non tamē hæc omnis triangulus &c.

¶ Contra probo, quod hæc sit primo omnis triangulus habet &c. quia omnis triangulus habet tres aut ergo primo aut non primo, si primo, habetur propositum, non primo: ergo hoc prædicatum inest alicui prius aut ergo inest alicui prius subiecto vniuersaliter dispositio quam triangulo, aut alicui subiecto non vniuersaliter dispositio, non primo modo: quia nō est aliquod subiectum vniuersaliter dispositum, cui habere tres inest prius quam triangulo, non secundo modo, quia tunc ex particulari siue indefinita sequeretur vniuersalis. ¶ Item ostēdo, quod illa triangulus &cæt. non sit primo vera, quia propositio primo vera est immediata, ergo hæc non est primo per se. probo minorem. Illa triangulus habet tres &c. potest probari per diffinitionem trianguli tanquam per medium, ergo cum habeat medium per quod potest probari, non est immediata.

¶ Huic dicitur, quòd illa triangulus &cæt. est immediata. sed distinguitur de propositione immediata, quædam est immediata immediatione causæ, & quædam immediata immediatione subiecti, Tunc dicitur, quod illa est immediata immediatione subiecti non causæ. ¶ Contra illud hæc triangulus habet tres, demonstratur per diffinitionem trianguli, isto modo, omnis figura recti linea, cuius angulus extrinsecus est æqualis duobus angulis intrinsecis, habet tres, triangulus est huiusmodi figura, ergo &c. in ista demonstratione habere tres prius pdicatur de diffinitione trianguli tanquam de subiecto, quā de triangulo, ergo hic triangulus habet tres, nō est immediata immediatione subiecti, quia prius inest alteri subiecto, quā huic.

Ad quæstionem dicitur qui hæc est vera, omnis triangulus habet tres primo & huius ratio est, quia hęc est conclusio in demonstratione, sed conclusio in demonstratione est primo & immediata immediatione subiecti, licet nō immediatione causæ, ergo hæc est vera, omnis triangulus habet tres &c. Intelligē

dum tñ est pp rõnes, q licet aliquid sit contentum sub aliquo sicut suppositum subiecto cõi absolutè, veruntñ respũ alicuius prædicari tale suppositũ extraneatur cõi. v.g. licet sortes sit per se suppositum hominis, tamen vt homo subijcitur respũ huius prædicari spẽs, sortes extraneatur hõi, iõ hic est fallacia accidentis homo est species. sortes est homo, ergo sortes est spẽs similiter ex illa parte, licet Ysocheles sit per se contẽtũ sub triãgulo, vt tñ triãgulus comparatur ad hoc prædicatũ hñe tres &c. primo, sibi extraneatur Ysocheles sub propria & absoluta ratione & ideo non sequitur omnis triangulus habet tres primo, ergo Ysocheles habet tres primo, veruntñ, quia hæc est vniuersalis, oĩs triangulus &c. & distribuit non immobiliter, ideo oportet descẽdere ad aliqua singularia, & debet fic fieri descensus, oĩs triangulus habet tres primo, ergo Ysocheles inquantum triangul' hẽt tres primo, & q̃libet singularis ẽ vera sicut vniuersalis

Ad rationes. An primam iã dictũ est. Sunt. n. istæ singulares respectu istius vniuersalis, iste triangulus inquantum triangulus habet tres primo, & sic de alijs. ¶ Ad secundã sicut dicebatur, quod non est simile propter duo, quia ad hoc, q pdicatum insit indiuiduo, sub ratione communis duæ conditiones requiruntur. Vna q illud prædicatum illi communi, insit per se, & primo & non per accidens. Alia q illud prędicatum non repugnet subiecto, sicut est in illa. Hysocheles inquantũ triangulus habet tres primo, quia hoc prædicatum non repugnat hysocheli sub quacunque ratione, simpliciter hoc prædicatum inest triangulo per se primo, & non per accidens. Sed in illa, sortes inquantum homo est species, est defectus in vtraque conditione, species. n. repugnat sorti sub quacunque ratione, similiter homini non inest per se, sed per accidens. Ideo licet hæc fit vera, iste triangulus inquantum triangulus &c. non tamen hæc est vera sortes inquantum homo est species. ¶ Ad aliud contra hoc, dicitur, quod esse infinitę velocitatis non repugnat motui particulari sub quacunque ratione, quia licet sub particulari repugnet, tamen sub ratione generali motus sibi non repugnat. Et ad probationem cum dicitur, cuĩ inest vnũ oppositorũ &c. hoc est intelligendum sub eadem ratione, quia opposita debẽt referri ad idem sed esse determinatæ velocitatis sub rõne particulari & esse indeterminatæ velocitatis sub ratione generali motus, non accipitur sub eadem ratione, ideo non opponũtur adinuicem, & ideo non sequitur motus particularis est determi-

minatæ velocitatis, ergo sibi repugnat esse indeterminatæ velocitatis. Tunc sic ex parte alia, licet sorti sub ratione particulari repugnet esse species, tamen sub ratione generali hominis sibi non repugnat. ¶ Ad hoc dictum est supra, ꝙ sub quacunque de ratione sibi repugnat esse species sub ratione propria, certū est Similiter sub ratione hominis: quia homini non inest species nisi per accidens, & etiam vt sic sor. extraneatur. ¶ Vel aliter potest dici ad illam rationem de motu, quod quilibet motus particularis potest considerari in se, vt est quid continuum & successiuum. Et sic non repugnat sibi velocitari siue tardari vsque ad infinitum. Secundo modo potest considerari per comparationem ad determinatum mouens, & mobile, & isto modo sibi repugnat velocitari: quia non velocitatur nisi secundū virtutem, & habitudinem mouentis, & mobilis.

Vnde est dicendum, quod non repugnat motui particulari velocitari in infinitum sub ratione communis. Et sic particulari motui inest esse determinatæ velocitatis, & indeterminatæ velocitatis per habitudinem ad diuersa, vt prius dictum est. ¶ Ad aliam rationem dicendum est, quod licet isocheli inquantum triangulus insit hoc prædicatum habere tres primo non sequitur quod nō inest triangulo. Et ad probationem cum dicitur, quod impossibile est idem inesse duobus primo, verū est sub propria ratione. veruntamen possibile est idem inesse duobus primo dummodo vni sub ratione alterius. vnde respectu primitatis non sunt duo, quia vbi vnum est propter alterum ibi tantum vnum. Ad aliud sicut dicebatur. ¶ Ad rationem contra hoc, dicendum, quod isocheles, & isopleuros, vt suscipiūt hoc prædicatum habere tres primo, quodammodo sunt vnum, & quodammodo duo. vnum respectu primitatis: quia hoc prædicatum sub hac determinatione primo suscipiunt, vt conueniunt in vna ratione trianguli, & quodammodo sunt duo, ꝙ diuersa subiecta diuersarum propositionum. ¶ Contra hoc ꝙ tu dicis si hæc esset vera, hysocheles inquantum triāgulus habet tres primo, tunc demonstratio vniuersalis nō esset potior quam esset particularis: quia per responsionem eadem passio primo inest vniuersali, & particulari siue singulari. ¶ Huic dicitur, quod non obstante hoc demonstratio vniuersalis est potior, quia licet eadem passio inest vniuersali, & singulari tamē diuersa rōne, quia vniuersali inest absolute, sed singulari inest sub ratione sui communis, & ideo vniuersalis, potior est quā

par-

particularis. ¶ Sustinendo aliam partem dicitur, quod hæc est falsa, omnis triangulus &c. quia sua contradictoria est vera, & etiam sua contraria. ¶ Item si omnis triãgulus haberet tres primo, tunc habere tres primo ineſſet cuilibet ſingulari primo, qa hoc ſignificat hæc propoſitio. Sed ſi haberet tres inſit huic triangulo primo, ergo nõ illi primo, quia quod per ſuperabũdantiam dicitur vni ſoli conuenit, ponere ergo quòd hæc ſit vera, omnis triangulus &c. eſt ponere impoſſibilia. ¶ Ad primam rationem, ſicut dicebatur, quod hæc eſt immediata, & primo vera omnis triangulus &c. ſed ex hoc non ſequitur. q̃ omnis triangulus habet tres primo, illa enim immediatio ſiue primitas in illa propoſitione non eſt propter hoc quod prædicatum primo ineſt ſubiecto ſub iſto modo: ſed ex hoc qđ prædicatum primo & immediatè ſubiecto abſolutè concepto ineſt. vnde hæc eſt vera: triangulus habet tres primo. ¶ Ad primũ contra hoc cũ quæritur. omnis triãgulus &c. aut ergo primo: aut non. dicitur, quod non primo, quia alicui alteri ineſt hoc prædicatum primo habere tres. triangulo enim nõ diſpoſito. ſi ergo vniuerſali ineſt hæc paſſio habere tres primo. & cum inferres. ergo per illam triangulus &c. Poteſt probari illa, omnis triangulus &c. dicendum, quod non ſequitur. ¶ Ad aliud ſicut dicebatur, quod hæc triangulus habet tres, eſt immediata immediatione ſubiecti, ſed non immediatione cauſæ, ſicut dicebatur. ¶ Ad rationem contra hoc dicitur, quod duplex eſt ſubiectum. quoddam eſt ſubiectum reſpectu accidentis, & quoddam ſubiectum propoſitionis, vnde illa ratio contra hãc reſponſionem probat, quod habere tres ineſt alicui ſubiecto propoſitionis, vt diffinitioni trianguli prius quam triangulo, & hoc eſt concedendum. verumtamen nulli ſubiecto accidentis ineſt habere tres prius quàm triangulo. & habere nõ ineſt diffinitioni trianguli tanquam ſubiecto accidentis, ſed tanquã commune per quod probatur habere tres de triangulo. ¶ Cõtra quod hæc ſit falſa triangulus habet tres primo, probo, quia propoſitio indiffinita eſt falſa: cuius quælibet ſingularis eſt falſa. ſed illa eſt falſa iſte triangulus habet tres &c. & ſic de alijs. Si dices, quod iſtæ ſingulares ſunt veræ, tunc hæc vniuerſalis erit vera. omnis triangulus habet tres primo, quod eſt negatũ, cum ergo omnes, ſingulares ſint falſæ, hæc indiffinita erit falſa. ¶ Huic dicitur, quod hæc non eſt indiffinita. triãgulus habet tres primo, ſed eſt ſingularis, ſicut illa homo eſt ſpecies. quia

habet

habet triangulus suppositionem simplicem, & vt sic extranea tur cuilibet supposito, & ideo licet singulares sint falsæ, non ta men oportet vniuersalem esse falsam Contra, habere tres, est prædicatum reale, ergo non restringit triangulum, vt sit et pro intentione, ita quod non pro supposito. ¶ Item hæc potest esse conclusio in demonstratione, ergo prædicatum attribuit subiecto per comparationem ad suppositum.

¶ Itē prædicatum distans est. ergo non restringit subiectū ad exceptionem aliquam. ¶ Ad primum istorū dr, quod hoc prędicatum habere tres est prędicatum reale. veruntamen hoc prædicatum habere tres dispositū hac conditione primo est intentionale, quia per se & primo, sunt intentiones secundæ sicut species. ¶ Ad aliud, ꝙ triangulus habet tres &c potest esse conclusio in demonstratione, & ideo prędicatum attribuitur subiecto per cōparationem ad suppositum. Sed ista triangulus habet tres primo non est conclusio in aliqua demōstratione, quia hæc est singularis, & de singularibus inquātum huiusmodi non est scientia per Arist. ¶ Ad aliud dicitur, quod illud quod est distans cōtrahere potest ad exceptionem subiectum non sub ea ratione qua est distans quia distantia non est causa restrictionis. Sed causa restrictionis ad intentionem est, quod prædicatum est intētionale, & ideo sub ratione generali intentionis potest restringere subiectum, vt accipiatur pro intentione, & eadem ratione subiectum intentionale restringit prædicatum ad intentionem, vt si dicatur species est homo, quia aliter in conuersione esset variatio suppositionis sic conuersa homo est species. ergo species est homo &c.

QVÆSTIO XXXV.

QVæritur. Circa primum errorem an passio inhærens supposito alicuius communis habētis vnicum suppositum insit illi supposito primo, vt an passio lunæ primo insit huic lunæ, quod sic videtur quando aliqua duo aliquam rē significant & sunt eiusdē ambitus quo ad suppositā, quicquid ineſt vni per se & primo inerit per se & primo alteri, sed luna & hęc luna idem significant, & eiusdem ambitus sunt, quia neutrum alterum excedit. ergo si aliqua passio insit lunæ primo ineſt primo huic lunæ. ¶ Hinc dicitur, quod licet luna & hæc luna significent eandem rem & sint eiusdem ambitus, nō tamen sequitur quod si vni insit passio, quod alij insit passio.

¶ Ad

¶ Ad hoc enim quod aliqua passio insit subiecto primo, oportet, quod subiectum sit vniuersale, & ita passio primo ineſt lunę, non tamen primo ineſt lunę. ¶ Cõtra vniuersalitas & particularitas non se habent in ratione susceptiui, nec in ratione partis susceptiui respectu passionis. non enim hoc totum aggregatum, luna vniuersalis suscipit passionem, sed luna tantũ. ergo vniuersalitas non confert ad perfeitatem nec particularitas impedit. ¶ Item in synonimis quęcunq; passio ineſt vni primo, & alteri primo. eadem enim passio quę ineſt lapidi primo ineſt petræ, & tamen ista differunt per diuersas rationes. ergo diuersæ rationes non impediunt quin si aliqua passio insit lunę quin insit huic lunæ cũ sint eiusdẽ ambitus sicut lapis & petra. ¶ Item sequitur: luna ergo hęc luna, & econtra, quia oppositum cõsequentis non stat cum antecedente. ergo passio primo inhęrens vni ineſt alteri primo. ¶ Ad oppositum eſt Arist. dicens, quod iste error est quando commune non habet nisi vnum suppositum, & creditur, quod passio vniuesalis & primo inhęrens vniuersali, primo insit illi suppposito.

Ad qõnem dr, q̃ passio primo inhęrens cõi habenti vnicũ suppositũ non inhęret illi suppposito primo, huius ratio est, q̃a passio consequitur subiectũ primo sm, q̃d subiectũ aptũ natũ est prædicari de pluribus, sed hęc luna nõ est apta nata p̃dicari de plurib. luna tamen licet nõ habeat nisi vnicum suppositum actu, nec possit habere nisi vnicum (impeditur. n. ex ordine vniuersi, quia melius per vnum est facere quam per duo, si posſit fieri per vnum equè bene) veruntamen luna apta est prędicari, & plurificari in multa suppposita. ideo passio primo ineſt lunę, quę tamen primo non ineſt huic lunæ. ¶ Intelligendum tamen est, quod ad hoc quod passio consequatur subiectum primo, requiritur, quod subiectum habeat rationem causę respectu passionis, tamen non qualitercunque subiectum enim potest esse causa respectu accidentis tripliciter. Vno modo subiectum potest esse causa superflua sicut isocheles respectu habere tres, isocheles enim ipsi subiecto respectu habere tres superaddit differentiam, quę differentia superfluit in producẽdo tres. ¶ Alio modo subiectum habet rationem causę diminutæ respectu accidentis, sicut figura respectu habere tres, quia non sequitur. hęc est figura ergo habet tres. Tertio modo subiectum habet rationem causę prȩcisę respectu accidentis sicut triangulus respectu habere tres. triangulus enim addit illud

quod

quod est diminutum in figura & precidit illud superfluum q̃ est in isochele respectu huius passionis. habere tres. & ideo habere tres primo consequitur triangulum. & hoc est q̃ Aristo. dicit diffiniendo passionem. Vniuersale sic dicēdo quod cum per se & de omni secundum quod ipsum est, hęc conditio secundum quod ipsum est reperitur in passione respectu subiecti quando subiectum est in ratione causę respectu passionis. secundum quod ipsum est, est secundum causam precisam & adequatam. ¶ Aliud intelligendum est quod tripliciter cōtingit errare in assignando passionem vniuersalem, qui tres modi possunt patere sic artificialiter quia commune cuius est passio aut habet tantum vnum suppositum aut multa. si tantum vnū & assignatur illa passio primo inesse illi vni suppposito, tūc est primus error. Si commune habeat plura supposita aut ergo ipsum est innominatum propter ambiguitatem sui. aut nominatum propter suam certitudinem si sit innominatum & cōceditur passio illius innominati primo inesse suis inferioribus sic est secūdus error. vt si credatur hęc passio, commutabiliter proportionari, primo lineis & numeris inesse propter hoc q̃ commune illorum cuius est hęc passio est innominatum propter suam ambiguitatem. sic est secundus error. Si autem cōe habens multa supposita sit nominatum, tunc est distinguendū vlterius, quia aut est differentia certa eius ad suppositum. & sic nō est aliqua causa erroris, tunc enim possumus scire quod passio quę ineſt communi primo non ineſt supposito primo nec econtra. Si verò differentia non sit certa. tunc est tertius error ex hoc quod creditur passio quę ineſt primo inferiori, primo insit superiori vel econtra.

Ad primā rōnē dicēdū q̃ licet luna & hęc luna sint ęqualis ambitus, non tñ oportet passionē inhærentē primo lunę inesse primo huic lunæ, quia licet sint æqualis ambitus materialiter, nō tñ sunt æqualis ambitus formaliter, quia formæ lunę nō repugnat multiplicari p̃ multa supposita siue nō repugnat lunæ ista suā formā. Sed huic lunę repugnat ex sua forma, materialiter tñ sunt eiusdē ambitus, sed hoc est pp̃ impedimentum ordinis vniuersi. Ordo. n. vniuersi intēdit, q̃ melius est, & melius est facere per vnum quam per duo si possit fieri p̃ vnum, & iō propter ordinem vniuersi est tñ vna luna. ¶ Cōtra istud. Intelligentia non est apta nata multiplicari per multa supposita, q̃a intelligētia est forma immaterialis totaliter, q̃ nec est materia

per-

pficiens, nec est educta de potentia materię, ergo saltē in intelligentijs non est error si passio sit assignata suppositio primo quæ primo conuenit cōi. ¶ Hic oportet dicere, ꝙ passio inhęrēs intelligentiæ si assignetur huic intelligentię pōt adhuc esse error, ꝙa passio consequitur subiectū ſm ꝙ vniuersale est, & hęc intelligentia nō est vniuersalis, iō huic intelligētię cōe nō ineſt primo. Et tunc oportet rñdere ad rōnes contra primā rñſionē. ¶ Ad primā dr, ꝙ licet vniuersalitas nō sit pars cōceptus ingrediens susceptiuū passionis, est tñ illud sine quo passio nō ineſt primo subiecto, & iō pōt conferri ad hoc ꝙ passio primo insit lunæ, & tñ non in primo huic lunæ. ¶ Ad aliud dr, ꝙ diuersæ rōnes concernēdi vniuersale & singulare sunt magis intranea, & magis cohærentia conceptui vniuersali, & singulari quam diuersæ rōnes in ſynonimis. Dixit, n. Ari. ꝙ ſi aliqđ nomē imponatur ad ſignificandū vniuersale ſub rōne propria, & singulare, ſimiliter hoc erit æquiuocè. Et iō licet passio vna possit primo ineſſe lapidi & petræ non tñ vna passio pōt ineſſe primo vniuersali & singulari. ¶ Ad aliud dr, ꝙ ſequitur materialiter. Luna ergo hæc luna, quia in re nō est luna, nec pōt esse niſi iſta: tñ non ſequitur formaliter, quia luna in quātum est ex forma suæ non hēt repugnantiam, vt in multis inueniatur, eſt. n. apta nata prædicari de plurib. ideo non ſequitur formaliter. ¶ Ad probationem dr, ꝙ oppoſitum conſequentis nō ſtat cum aſſe quātū est ex materia, tñ quantū est ex forma pōt ſtare, quia quantū est ex forma ſignificationis iſta pñt ſimul ſtare. Luna mouetur, & hæc luna non mouetur, ſicut iſta homo currit & ſortes nō currit ideo conſequentia non est formalis, ſed materialis &c.

QVÆSTIO XXXVI.

QVæritur circa ſm errorem an passio poſſit ineſſe primo ſuppoſitis alicuius cōis habentis plura ſuppoſita? Quod ſic vī primo generatio ineſt huic homini, & illi & non primo. homini, quia ſpēs non generat vt homo primo, ſed per accidens, per Ari. 7. met. ergo poſſibile est accidens ineſſe ſuppoſitis primo cōis hñtis plura ſuppoſita. ¶ Hic dr, ꝙ generatio non ineſt primo iſti homini nec illi, nec primo ineſt alicui ſpēi. ¶ Cōtra, quodlibet accidens ineſt alicui primo, aut ergo, cōi aut ſingulari. ¶ Hic dr, ꝙ licet passio ineſt alicui cōi primo ſed non ineſt ſpēi vt homini, ſed ineſt huic cōi qđ est compoſitū ex contrarijs, quia illud primo est generabile & corruptibile. ¶ Con-

tra actus,& operationes sunt primo circa singularia per Arist. 1.met.generatio est operatio,ergo,est circa singularia, & non circa cõe.¶ Itẽ si gñatio sit primo circa hoc cõe cõpositũ ex cõtrarijs,ergo primo ineſt ſpẽi ꝙ est negatũ probo cõſequẽtiam, quia cõpositũ ex contrarijs prædicaꝫ de plurib.in numero &c. ergo est ſpẽs, ergo si primo ineſt cõpoſito ex contrarijs primo ineſt ſpẽi.¶ Item quæro an compoſitum tale sit ſubſtantia vel accidens aut aggregatum,non ſubſtantia cum non ſit genus generaliſſimum,nec dria, est ſpẽs,ergo ſi compoſitũ ex cõtrarijs primo generatur,ſpẽs primo generatur.¶ Itẽ si sit accidẽs,tunc accidens primo generatur,quod est contra Ari. Ad accidẽs.n.est alteratio nõ generatio propriè. Si sit aggregatum, hoc nõt põt eſſe,quia ens per accidens non generatur per Ari.7.phyſicorũ illud.n.per ſe ens,ſed accidens non est per ſe ens,ergo vr̃,ꝙ generatio primo inſit ſingulari. Propterea dr̃ aliter ad rõnẽ,ꝙ generatio non ineſt primo cõi,nec naturæ,vt est in hoc primo,in quãtũ hoc diſtinguitur ab illo,ſed ineſt naturæ, quæ est in hoc, & in illo.¶ Contra gñatio aut ineſt cõi primo, aut ſingulari,ꝙ inter cõe & ſingulare non est mediũ,ſi ergo gñatio nõ inſit cõi primo vt huiuſmodi,ergo ineſt ſingulari. Sed ſingulare ſm ꝙ tale est numero diuersũ ab altero,ergo &c.¶ Itẽ gñatio ineſt huic homini & illi,ſed nõ põt ineſſe huic primo, qa tũc non ineſſet illi,quia illte nõ est ille, quia quod per ſuperabundantiã dr̃ vni ſoli conuenit, ergo gñatio ineſt alicui primo reperto in hoc & in illo quod est negatum.¶ Item ad principale.dria est inter accidens proprium & accidẽs cõe ꝑ Porphyriũ,quia accñs propriũ primo ineſt ſpẽi,accidẽs verò cõe primo ineſt indiuiduo: ſed oẽ accidẽs inhærẽs ſubiecto cui primo ineſt hẽt cãm in ſubiecto, quia aliter non magis ineſſet vni ſubiecto quàm alteri; ergo albedo in ſubiecto cui primo ineſt habet cauſam neceſſariam, ergo est eius paſſio põt ergo paſſio ineſſe plurib. primo alicuius ſpẽi hñtis plura ſuppoſita.¶ Item quæro aut paſſio ineſt plurib.ſuppoſitis primo aut communi prio.ſi plurib.ſuppoſitis,habeo propoſitum,ſi cõi primo quæro de illo communi,illud ineſt plurib. ſuppoſitis,aut ergo in eſt illis, primo,aut per aliquod aliud cõe ſi per aliquod aliud commune eſſet proceſſus in infinitum. Si pluribus ſuppoſitis inſit primo,eadem ratione ſtandum fuit in primo. Paſſio ergo vniuerſalis poteſt ineſſe pluribus ſuppoſitis primo.¶ Hic dicitur, ꝙ paſſio ineſt pluribus ſuppoſitis non primo,ſed per aliud commune,vt per

ſpeciem

ſpēm, vt riſibile ineſt ſorti, primo tñ homini. Sed ſpēs ineſt plurib. illis ſuppoſitis primo. Similiter genus ineſt plurib. ſpecieb. primo, quia ibi eſt ſtatus & non eſt ratio eadē quare ſtatus non fuit in primo. ¶ Contra illud per eādem naturam conſequitur ſpēs ſua ſuppoſita propria, & ēt paſſio illa eadē: ſi ergo ſpēs primo inſit diuerſis ſuppoſitis, paſſio primo poteſt ineſſe eidem, quia per eādem cām. ¶ Ad oppoſitū eſt Ari. dicit. n. ꝙ ſecundus error eſt qñ aliquod cōe eſt innominatum hñs multa ſuppoſita & creditur, quòd illa paſſio primo inſit illis ſuppoſitis.

Ad qōnem dr, ꝙ paſſio pōt non ineſſe indiuiduis primo: huius rō eſt, quia paſſio conſequitur naturā ſpēi ſm ſe, quia a natura ſpēi ſm ſe egreditur illa. Sed naturæ ſpēi accidit multipli cari per multa eius diuerſa indiuidua: indiuidua. n. p quantitatem multiplicantur & alias conditiones materiales ſed naturę ſpēi accidunt cōditiones materiales, iō multitudo indiuiduoꝝ accidit naturæ ſpēi: paſſio ergo conſequens naturam ſpēi p accidens cōſequitur multa primo indiuidua, quia naturā ſpēi primo conſequitur cui accidit multitudo, & iō ſuppoſitis nō ineſt primo. ¶ Intelligendū tñ eſt ꝙ aliter conſequitur paſſio plura ſuppoſita: ſpēs, & genus ſuas ſpēs, vel ſpēs ſua ſuppoſita, paſſio. n. nō conſequit ſua ſuppoſita: ſed primo naturam ſpēi tanq̄ cauſata a ſpē. Sed genus nō conſequitur ſuas ſpēs tanq̄ cauſarū a ſpēb. ſed tanq̄ ſpecierū cā, qa ex gñe & dria cauſat & fit ſpēs, iō genus pōt per eundem modum conſequi diuerſas ſpēs, quia ſm illud quod eſt cā diuerſarū ſpecierum. Paſſio tñ non ſequit primo plura indiuidua, quia ab indiuiduis non cauſat vt plura ſunt, ſed a natura ſpēi (quæ in indiuiduis multiplicatur) primo cauſatur paſſio, & ideo non ſequitur indiuidua niſi per accñs.

Ad rationes. Ad primam dicitur, ſicut vltimo dicebatur, qđ generatio non conſequitur primo vniuerſale abſtractum a ſingularibus, quia per Ariſt. generationes & operationes ſunt circa ſingularia, ſed generatio primo conſequitur ſingulare, conſequitur enim naturam in hoc & in illo. Sed conſequi naturā in hoc poteſt eſſe dupliciter. Vno modo ꝙ cōſequatur naturā in hoc in quantum hoc eſt, & iſto mō generatio non conſequitur naturam in hoc, quia ſi conſequeretur naturam in hoc inquantū hoc, non conſequeretur naturam in illo, quia illud nō eſt hoc, ergo generatio non conſequitur naturam in hoc inquantum hoc, ita, ꝙ hæcceitas ſit cauſa poſitiua. Alio modo dr conſequi naturam in hoc, ita ꝙ hęcceitas ſit cauſa ſine qua nō.

non

& non causa positiua, & illo modo generatio primo cõsequitur naturam in hoc, hoc est consequitur naturam quæ non est sine hoc, & similiter consequitur naturam in illo, ita quod non sine illo, & vtranque primo. Vnde per Arist. genus primo põt inesse diuersis speciebus: ita generatio primo põt inesse diuersis indiuiduis non tñ inquantum distincta sunt hypostaticè, sed pro eo ꝙ gñatio consequitur primo naturam quæ est in hoc & quæ est in illo, & ita generatio quodammodo est vniuersalis non simpliciter, quia non vt est vniuersale abstractum, quia vniuersale abstractum sic non concipitur inquantum hoc positiuè, nec sub hoc, sed ita ꝙ hæceitas sit causa sine qua non, sed naturæ tñ inest primo gñatio contingenter non inquantum hoc, nec inquantum illud, ideo ſm quid est vniuersalis non tñ contingit sine hæceitate, & ideo singularis est simpliciter. Exẽplũ conueniens ad hoc est de visu per Arist. in fine secundi huius. Sensus quodammodo est vniuersalis, vt visus respectũ colori, non simpliciter, vt certum est, quia sic sensus esset intellectus, sed est vniuersalis eo modo quo dictum est. ¶ Tu dices, ergo est ponere medium inter vniuersale & singulare. ¶ Dicitur ꝙ non sequitur. Sed tñ, ꝙ sit ponere mediũ inter vniuersale & singulare secundum quod concipitur inquantum hoc, sed inter simpliciter vniuersale, & simpliciter singulare, non est medium, natura enim quæ in hoc primo gñatur, non est simpliciter vniuersalis, sed est simpliciter singularis, est tñ vniuersalis ſm quid, quia non concipitur inquãtum hoc positiue. ¶ Ad rationes contra hoc. Ad primam iam patet, ꝙ generatio non est alicuius primo cõis, sed est singularis, sed non quocunque modo est ipsum singulare, sed sicut dictum est. Ad aliud dicitur, ꝙ generatio non est huius inquantum hoc, nec illius inquantum illud, sed est cuiusdam naturæ in hoc & in illo, & ideo quodammodo est ipsius vniuersalis, sed non simpliciter vniuersalis, sed est cuiusdam naturæ quæ non est sine hoc, naturæ enim speciei non generatur sine qualitate & quantitate, non tñ generatur, vt quanta est, nec qualis ita ꝙ dicat causam positiuam. ¶ Ad aliud principale dr̃, ꝙ licet accidens cõe consequatur indiuiduum primo, non tamen est propria passio eius. ¶ Ad probationem cõtra dr̃, ꝙ hẽt cãm in subiecto ratione cuius magis inest vni. q̃ alteri. Sed illa cã non est intrinseca naturæ speciei, sed ex aliquo addito naturæ speciei, vt ex complexione, vel alijs conditionibus materiali-

bus quæ primo consequuntur in diuiduum, & ideo accidens commune non est passio. ¶ Ad aliud sicut dicebatur. ¶ Ad rationem contra hoc dicitur, quòd natura speciei inest pluribus indiuiduis secundum se, passio non inest indiuiduis secundū se, sed secundum naturam speciei, & ideo nego hanc consequētiam, species & passio insunt suppositis per eandem formam, ergo æquè primo, quia forma per quā species inest indiuiduis est intrinseca speciei. Sed forma per quam passio inest suppositis nō est intrinseca passioni, sed additur sibi, sicut natura speciei non est intrinseca passioni, sed est res sibi addita, quia res alterius generis.

QVÆSTIO XXXVII.

QVæritur an cognoscens vnumquenque triangulum cognoscat triangulum simpliciter? Quod sic videtur cognoscens conclusionem in demonstratione cognoscit simpliciter, sed cognoscens vnumquēquē triangulum cognoscit conclusionem in demonstratione: ergo cognoscens vnumquenque triangulum cognoscit simpliciter, probo minorem. Conclusio in demonstratione est illa in qua prædicatur passio vniuersalis de subiecto, sicut est in proposito. ¶ Huic dr, quòd minor est falsa, sed hæc est conclusio in demonstratione. Oīs triangulus hēt tres &c. omnis. n. distribuit, p suppositis inquā tū participāt naturam cōis. Sed vnusquisq; distribuit pro suppositis, vt numerata sunt sed numeratio accidit, vt vnū est distinctum contra alterū naturæ speciei de qua per se scitur passio, & iō qui cognoscit vnumquenq; triangulum non cognoscit, nisi ēm accidens, & iō hæc non est conclusio in demonstratione. Sed illa est conclusio, oīs triangulus &c. qa de suppositis inquantum includunt naturam speciei scitur passio. ¶ Contra illud, hoc signum oīs distribuit terminum i sua supposita. Similiter hoc signum vnum quodque, & nihil innouat circa terminum cum sint dictiones officiabiles, ergo eodem mō est vna conclusio in demōstratione sicut alia. ¶ Item si vnusquisque distribuat prædicatum pro suppositis, vt numerata sunt, & distincta tunc hæc esset plures vnusquisq; triangulus &c. qa tunc primo pluribus attribuitur prædicatum. ¶ Item Aridicit. Scire aūt opinamur vnumquodq;, nō distribuit pro suppositis, vt numerata sunt, & distincta, quia vt sic res non scitur & tunc litera Aristot. esset falsa. ¶ Item si sic, tunc hic esset petitio

ritio principij, vnusquisque homo currit: ergo iste homo currit, quia in antecedente fit distributio pro illo sub propria ratione, & eodem modo accipitur in consequente. Item contra illud dictum, ostendo q̄ omnis non distribuit prosuppositis, vt conueniunt in natura specie, quia si sic hæc esset vera, omnis hō est spēs. Item hæc esset falsa ois hō est alb. quia sensus esset, ois hō inquantum hō est albus, sed hoc est falsum, ergo &c. quia differentia est inter accidens proprium in hoc, quod accidens propriū primo inest speciei, commune primo inest indiuiduo. ¶ Item hæc esset falsa, ois homo est indiuiduum, cum tñ quælibet singularis sit vera. ¶ Item ad principale, qui cognoscit omnem triangulum cognoscit simpliciter per Ari. sed qui cognoscit vnumquenque triangulum, cognoscit oēm triangulum, ergo &c. Huic dicitur, quod minor est falsa. ¶ Cōtra, sequitur tu cognoscis vnumquenque triangulum: ergo omnem, quia oppositum consequentis infert oppositum antecedentis. Sequitur. non cognoscis omnem triangulum, ergo aliquem triangulum non cognoscis, & hoc est oppositum antecedentis. ¶ Ad oppositum est Arist. dicens, quòd si aliquis mōstret vnumquenque triangulum monstratione vna, aut altera, quòd duos rectos habet, non cognoscit triangulum, quod duos rectos habet nisi sophistico modo.

Ad quæstionem dr, quod q̄ cognoscit vnumquenque triangulum, non cognoscit triangulum simpliciter, sed sophistico modo, sicut Arist. & huius rō est, quia quodlibet inferius addit aliquid supra superius quod extraneatur superiori vt spēs super genus addit differentiam quæ generi extraneatur. Similiter indiuiduum supra speciem addit conditiones materiales quæ naturæ spēi extraneantur, quia indiuidua multiplicantur per istas conditiones materiales, quia multiplicatio est ex parte materiæ. Sed multiplicatio accidit naturæ speciei, ergo conditiones materiales naturæ speciei accidunt. ¶ Aliud intelligēdum est, quod hoc signum omnis, distribuit terminum in suppositis, £m quòd suppositа includunt naturam speciei, & hoc signum, vnusquisq;, distribuit pro suppositis inquantum includunt aliquid extraneum naturæ speciei. Ex hoc arguo, passio per se scitur de natura speciei, sed vnusquisque distribuit pro supppositis, non vt includunt naturā speciei, ergo de vnoquoq; triangulo non scitur hæc passio habere tres per se, sed per accidens & sophistico modo, quia vnusquisque distribuit

pro ſuppoſitis, vt addunt conditiones materiales, quæ naturæ ſpeciei extraneantur. ¶ Propter rationes intelligendum eſt qđ duplex eſt abſtractio, vna eſt a materia & ſuppoſitis, ſicut hõ abſtrahitur ab illo homine, & ab iſto & a materia, vt ab homine albo, & ab homine nigro. Vnde album & nigrum prius ſequuntur ſubiectum in rõne cõditionum materialium. Alia eſt abſtractio a ſuppoſitis, ſed non a materia, ſicut homo albus abſtrahitur a ſuppoſitis, vt ab illo homine & ab iſto, ſed non a materia, quia albũ conſequitur paſſiones materiales ſubiecti. Duplici iſti abſtractioni correſpondet duplex ſignum diſtributiuum, quia termino cõi abſtracto a ſuppoſitis & a materia correſpondet hoc ſignũ omnis, quia hoc ſignũ omnis diſtribuit terminũ in ſuppoſita q̃ ſunt hoc aliquid, & hoc eſt vt includunt naturam ſpeciei. Sed hoc ſignũ vnuſquiſq;, correſpõdet termino cõi abſtracto a ſuppoſitis, ſed non a materia, quia diſtribuit pro ipſis, vt sunt * ſilonõ, & nõ hoc aliquid. ¶ Ideo intelligendum, quod licet hoc ſignum vnuſquiſq;, diſtribuat proſuppoſitis vt materiata ſunt per conditiones materiales, veruntñ ſub aliqua communitate ſub qua diſtribuit omnes, quia omnis diſtribuit pro ſuppoſitis vt conueniunt in natura ſpeciei. Sed vnuſquiſq. vt naturæ ſpeciei extraneantur. Sed tñ vt conueniunt in aliquo alio cõi materiali abſtracto ſolum a ſuppoſitis & non a materia, & ſic ponitur quod quæliber propoſitio vniuerſalis eſt vna vbi ponitur hoc ſignum omnis, & vbi hoc ſignum vnuſquiſque. Ex iſtis ſequens eſt quod hoc ſignũ oĩs, ſolum addendum eſt ſubiecto propoſitionum in quibus prædicata eſſentialiter inſunt ſubiecto, ut omnis homo ẽ aĩal. Sed hoc ſignum vnuſquiſque, addendum eſt in prædicationibus accidentalibus vt vnuſquiſque homo eſt albus. Et ratio huius eſt, quia prædicata eſſentialia primo inſunt naturæ ſpẽi & non indiuiduis, & prædicata accidẽtalia primo inſunt indiuiduis & non inquantum includunt naturam ſpeciei, & hoc loquendo de accendentibus communibus.

* Synolon.

Ad primam rationem dicitur, ſicut dicebatur. ¶ Ad primũ contra, patet in poſitione qꝫ hoc ſignum vniſquiſque non diſtribuit pro ſuppoſitis vt includunt naturam ſpẽi, & iõ nõ ꝓt hæc vnuſquiſq; triãgulus &c. eſſe concluſio in demonſtratione, vnde non ſufficit quod ſubiectum accipiatur reſpectu paſſionis ſub quocunq; mõ ad hoc quod fiat cõcluſio demõſtrationis. Sed ſi debeat accipi ſub ſigno vniuerſali ſub hoc ſigno

omnis

oīs accipitur.¶ Ad aliud dicitur quod Aristotel. extendit hoc signum vnumquodque ad hoc signum omnis, vnde vtitur eo pro hoc signo omnis.¶ Vnde sciendum est quod licet omnis debeat distribuere subiectum in comparatione ad prædicatū essentiale. Similiter hoc signum vnusquisque in comparatione ad prædicatum accidentale, quandoque tamen abutitur econtra.¶ Ad aliud, quod non est petitiō principij, licet vnusquisque distribuat pro suppositis sub conditionibus materialibus, quia non distribuit pro illis absoluta & sub proprijs rationibus, sed ut conueniunt in aliquo communi abstracto a suppositis licet non a materia. Ideo hic non est petitio, omnis homo est albus, ergo iste, quia non proceditur ab eodem supposito propositionis sub propria ratione accepto, ad illud idē.¶ Ad aliud de vnitate propositionis dr̄ per idem, quod non sit distributio pro suppositis complete sub rationibus proprijs per hoc signum vnusquisque, sed vt conueniunt in aliquo cōmuni eo modo quo est dictū.¶ Ad aliud dicitur quod non sequitur hanc esse veram, omnis homo est species, quia species per accidens prędicatur de homine & non per se, ideo species non conuenit suppositis hominis in quantum includunt naturam hominis, & ideo hæc est vera, sed quia hr̄e tres per se p̄dicatur de triangulo, iō hæc est vera, oīs triangulus habet tres &c. prædicatum. n. inest suppositis vt includnnt naturam triāguli.¶ Ad aliud quod illæ rationes ꝓbant ꝙ hęc non sit primo vera siue per se, omnis, hō est albus, quia pōt esse vera per accidens, vel pōt dici quod non sequitur illas esse impossibiles q̄a abutitur hoc signo oīs, & tales cōcedimus.¶ Ad aliud per idē.¶ Ad aliud sicut dicebatur.¶ Ad rationē contra hoc, quod hæc consequentia non valet, tu cognoscis vnumquenque triangulum, ergo omnem, similiter nec ex oppositō sequitur oppotū non cognoscis omnem, ergo aliquem non cognoscis. Vel non oīs triangulus: ergo aliquis triangulus non, quia hæc, aliquis triangulus non habet tres, opponitur huic, vnusquisque triangulus &c.¶ Circa quod sciendum est quod hoc signum aliquis, æquiuocè sumitur secundum quod hæc aliquis triangulus non habet tres, contradicit huic, omnis triangulus habet tres, & huic, vnusquisque triangulus &c. quia aliquis partī est hoc aliquid, dupliciter. Vno modo ad suppositum quod culat ad oppositum isto modo hæc aliquis triangulus non &c. contradicit huic, omnis triangulus &c. alio modo partī-

culatad ſuppoſitum quod eſt, ſimul totum, quod Ariſtote
les uocat * ſilonon, iſto modo contradicit huic quod eſt unu
quiſque &c. ¶ Tunc ad formam dicitur quod hæc, aliqu
triangulus non habet &c. vt contradicit huic, vnuſquiſqu
triangulus &c. non ſequitur ad hanc non oīs triangulus &c

QVAE'STIO XXXVIII.

QVæ'ritur an ſignum vniuerſale diſtribuat terminum ſub propria ratione ſuppoſitorum aut ſub ratione termini cō munis? quod ſub ratione propria ſuppoſitorum, videt per Ariſt. qui c gnouit vnum quemque triangulum non cognouit ſimpliciter, ſed ſecundum accidens, ſed ſi hoc ſignum vnuſquiſque diſtribueret pro ſuppoſitis ſub ratione communis, tunc cognoſcens vnumquemque triangulum cognoſcet ſimpliciter, quia tunc triangulus cognoſcitur habere tres ſimpliciter, quando habere tres cognoſcitur de ſuppoſitis triangu li inquantum conueniunt in natura trianguli: ergo ſignum di ſtribuit terminum ſub propria ratione ſuppoſiturum. ¶ Item ſcia paſſionis de ſubiecto dī ſcia ſimpliciter. Sed ſcia ſimpliciter eſt quando hī ſcia ſub propria ratione: hoc ſignū ergo oīs diſtribuit terminum ſub propria ratione & non in vniuerſali eſt quia ſcire in vniuerſali eſt ſcire ſecundum quid cum ergo hīe tres ſimpliciter ſciatur de triangulo omni, ergo ſcitur de triangulo ſub propria ratione, hoc ſignum ergo omnīs diſtribuit pro ſuppoſitis ſub propria ratione ſuppoſitorum. ¶ Item ſiguum reducit terminum ad actum pro eis quę fuerunt in termino potentialiter. Sed ſuppoſita ſub propria ratione fuerunt potentialiter in termino communi, ergo ſignum diſtribuit terminum pro ſuppoſitis ſub proprijs rationibus. ¶ Item quod actualiter ſequitur ad alterum, actualiter in illo includitur, ſed ſingulare actualiter ſequitur ad vniuerſale, ſequitur, enim omnis homo currit, ergo iſte, ergo ſingulare actualiter ponitur in vniuerſali, ſignum ergo vniuerſale diſtribuit terminum in ſuppoſita ſub propria ratione, probo maiorem, ſi. n. aliquid actualiter ſit homo, & tī non actualiter includitur ſed potentialiter ergo poſito vno poteſt alterum non poni, & per conſequens ad vnum non ſequitur alterum, ſi ergo non actualiter includitur, non actualiter ſequitur, ergo ex oppoſito, ſi actualiter ſequitur, actualiter includitur. ¶ Ad oppoſitum ſi fuerit diſtribu tio pro ſuppoſitis ſub propria ratione ſuppoſitorum, propoſi-

tio

tio vniuersalis eēt plures, quia actualiter & sub propria ratione prædicatum pluribus attribuitur.

¶ Dicitur ꝙ ex hoc non sequitur quod sint plures, quia vox est vna. ¶ Contra, vnitas & pluralitas per se respiciunt intellectum, si ergo in propositione vniuersali sunt plures intellectus proprij & sub propria ratione, propositio erit plures. Si tu dicis ꝙ licet pluralitas & vnitas habeant per se referri ad intellectum tamen vox est illud sine quo non est pluralitas sine vnitas. Vox enim vna est illud sine quo propositio nō est vna, & sine pluribus vocibus non est propositio plures. ¶ Contra Aristo. loquens de pluralitate propositionum in voce, non distinguit inter multitudinem & pluralitatem vocum. Cū ergo hæc vniuersalis propositio sit multiplex, sicut oportet concedere, si fiat distributio pro suppositis sub propria ratione suppositorum vt accipitur sub vnitate vocis, ergo quælibet propositio vniuersalis esset plures pluralitatem in voce, ergo oportet concedere, quòd quælibet propositio sit multiplex siue plures, vel oportet concedere quod non fiat distributio pro suppositis sub propria ratione suppositorum. ¶ Item si sic, tunc cognito principio demōstrationis cognoscitur conclusio in actu, & sub ꝓpria rōne, quod est contra Arist. in huius primi principio, antequā aliq̄d sit inducere, consequentia patet, quia in cōclusione scitur prædicatum de subiecto sub propria ratione, si ergo in principio demonstrationis fiat distributio pro suppositis sub propria ratione, tunc eodem mō scitur cōclusio in principio suo & in se, quia vtrobique sub propria ratione ¶ Item si fiat distributio sub propria ratione suppositorū, tūc enthymema erit syllogismus vel non erit consequentia, quorum vtrunque est inconueniens. ergo & antecedens, probatio consequentiæ ex vniuersali infertur, sua singularis, quæro ergo aut est cō sequentia aut non, si sic & in vniuersali fi distributio pro singulari sub propria ratione, ergo singulare sequitur ex vniuersali ex eo, quod hæc sunt, sequitur ergo syllogistice, ergo si fiat distributio pro suppositis sub propria ratione, tūc aut non erit cō sequentia, aut si sit talis consequentia erit syllogismus, & ita enthymema erit syllogismus.

Ad quæstionem dicitur, quod signum vniuersale distribuit terminum non sub propria ratione suppositorum, sed sub ratione termini communis. Huius ratio est prius tacta, quia si fieret distributio pro suppositis sub propria ratione, quælibet ꝓ-

sed ad actū incōpletū sub quo actu incōpleto fiat potētia ad singulare sub ꝓpria rōne, & ideo signū nō distribuit terminū pro suppositis sub ꝓpria rōne vt dictū est in positione. ¶ Ad aliud, qđ hæc consequentia non valet, singulare actu squitur ad vniuersale, igitur in vniuersali in actu includitur, loquēdo de actu cōpleto singularis, loquēdo tñ de actu incōpleto in ipso includitur, rō interēptionis cōsequētiæ est, quia consequētia enthymematica nō sequitur gratia significationis, tunc.n. esset cōsequētia syllogistica, ꝙa sequitur cōclusio eo ꝙ sūt. Sed ista tenet gratia rei, & licet singulare sequatur actu ad vniuersale, ꝙa tñ non rōne significationis cōpletæ, sed rōne rei, ideo nō oportet quod actu cōpleto ponatur singulare & in significatione vniuersalis, sed incōplete & in virtute. ¶ Et ad probationē cōsequētiæ dr quod oppositum nō sequitur, quia stat simul quod actu sequatur, & actu non cōpleto ponatur, sed potētia & virtute si illa potentia non est ad opposita, & ideo ratione rei sēper ad vniuersalem sequitur singulare enthymematicè.

QVÆSTIO XXXIX.

QVeritur an sequatur, hoc ineſt per ſe, igitur de necessitate quā cōsequentiā facit Arist. quod nō videtur. Superficies per se est alba, & tñ non sequitur igitur de necessitate est alba, quia consequēs est falsū & antecedēs verum, añs patet quia superficies est alba, aut igitur per additū. Si ꝓ se habetur propositū Si per additum, adhuc illud additum denominat superficiē, quæro tunc aut igitur per se aut per additū. Si ꝓ additū processus erit in infinitum. Si ꝓ se eadē ratione stādū fuit in primo. ¶ Item hoc falsū contingēs ꝓ se est falsū, quia prædicatū cadit in diffinitione subiecti, & tamen nō est de necessitate falsū, igitur &c., ꝓbatio consequentis. Si hoc falsū cōtingēs de necessitate est falsū, igitur de necessitate est nō verū, igitur de necessitate nō est verū, a termino infinito ad negatum & vlterius igitur non potest esse verū, quia ista æqualent, & vlterius sequitur, igitur est impossibile, igitur a primo si hoc falsū contingens de necessitate est falsū, igitur hoc falsū contingens est impossibile, consequens falsū, igitur añs. ¶ Item hęc est ꝓ se sortes est mortalis siue corruptibilis, nō tñ est necessaria, igitur nō sequitur hoc ineſt per se, igitur hoc de necessitate ineſt. ¶ Hic dr, quod sequitur sortes est mortalis, igitur de necessitate est mortalis, & consequens verū est sicut añs. ¶ Contra si sortes de ne-

ces-

cessitate est mortalis siue corruptibilis, sortes non pōt esse non mortalis, & si sic nunquam morietur, consequens est falsū, igitur & añs. Secunda cōsequentia patet, quia ex oppositō sequitur oppositū, quia si sortes sit mortuus, sortes potest non esse mortalis, quia quando est mortuus non est mortalis, & sequit̄ non est mortalis, igitur non de necessitate non est mortalis, igitur potest non est &c. ¶ Item ista, sortes de necessitate est mortalis ponit oppositā. igitur non est vera sed impossibilis antecedens patet, quia necessarium ponit non posse non esse, & mortale ponit posse non esse: & ista opponuntur. ¶ Itē sequitur, sortes de necessitate est mortalis, igitur de necessitate est consequens est falsum, ergo & añs consequentia patet, quia accidēs reale alicui ineſſe subiectū præsupponit esse, mortale est accidens reale. ¶ Ad primam illarum rationum dr̄, quod hęc, sortes de necessitate est mortalis, non ponit oppositā, quia hęc est necessitas diminuta, necessitas enim respectu mori est necessitas diminuta, & ideo illa necessitas non ponit non posse non esse. ¶ Contra illud, siue illud sit verum vel non, nihil ad rationem, quia concessa est hæc consequentia, sortes per se est mortalis, igitur de necessitate est mortalis, & Arist. intelligit illā propositionem quæ per se insunt de necessitate insunt, de necessitate absoluta, cum igitur hæc sit per se, sortes est mortalis [vt concessum est] igitur hæc erit necessaria per se absolutè. ¶ Item quod hic non sit necessitas diminuta videtur, quia modus necessitatis est modus compositionis & non extremi, igitur non est immediata dispositio extremi, nec econtra. igitur ab extremo nō diminuitur nec econtra, quia enim mortuum non est determinatio immediata hominis, sicut dicendo homo est mortuus, mortuum tñ diminuit ab hoīe, sequitur igitur, quōd si hic sis necessitas absoluta, igit̄ de necessitate est mortalis sicut in aliis.

¶ Item si propō diceretur necessaria diminute .pp extremum additum, tunc hæc esset necessaria sortes de necessitate currit, quia qñ currit de necessitate currit, vel saltem hæc est vera, sortes de necessitate est, quia sicut mortale hoīem consequitur necessario dum existit. ita esse consequitur, hoīem necessario dum existit. Videtur igitur quod hæc non sit necessaria necessitate diminuta, sorte est mortalis. ¶ Item quod hæc sit impossibilis vr̄, quia ponit oppositā, quia necessitas in hoc a contingentia dilinguitur quod propositio contingens est, quæ cum sit vera potest tñ esse falsa. igitur si propositio sit

ne-

necessaria est ſp vera, ita quod pro nullo inſtãti, vel tpe potest esse falsa. igitur ſi ſortes de necesitate est mortalis, ſortes ſp est mortalis, & nõ põt non esse mortalis. Sed ſi ſit mortalis põt non esse. igitur adhuc ponuntur opposita. ¶ Aliter dr̃ ad rõnẽ quod hæc, ſortes est mortalis, nec est per ſe nec necessaria. & inſtantia est vana. ¶ Contra quod ſit per ſe potest probari tripliciter, quia quod per ſe ineſt ſuperiori per ſe ineſt inferiori (licet non primo) mortale per ſe & primo ineſt ſuperiori, vt animali? igitur ineſt inferiori per ſe vt ſorti. minor patet, quia mortale est quoddam accidens inhærens huic & illi. Sed non huic primo nec illi primo, quia ſi huic primo non ineſſet illi, eadem ratione ſi ineſſet illi primo non ineſſet huic primo. igitur primo ineſt alicui communi reperto in illo & in hoc. hoc non potest esse niſi animal. igitur animali primo ineſt mortale. ¶ Item Ariſt. in 10. metaphyſi. dicit q̃ corruptibile, & incorruptibile ſunt differentiæ ſm ſubſtantiam. igitur eadem rõne mortale & immortale eſſent differentiæ ſm ſubſtantiam. Sed dr̃iæ ſubſtantiales per ſe prædicantur de ſpeciebus & de contentis quibus inſunt. igitur mortale per ſe prędicatur de ſorte. ¶ Item illa propoſitio est per ſe quando in ſubiecto est cauſa prædicati. Sed ſortes habet cauſam intrinſecam reſpectu mortalis, igitur &c. minor patet quia in ſorte est materia & materia est principium quo res potest esse & non esse. ¶ Item, põ est necessaria qñ prædicatum conſequitur cõceptum ſubiecti necessario accipio tunc ſortem, vt est ſimul totum, vt concipitur cum conditionibus materialibus. Sed iſta ſunt cauſa corruptibilitatis, quia vt prius habitum est materia est qua res potest esse & non esse. igitur hæc est necessaria, ſortes est materialis ſiue corruptibilis, quia vt ſortes concipitur cum cauſa corruptionis. ¶ Item oſtendo, quod hæc ſit necessaria, quia ſequitur, ſi ſortes de necesitate est mortalis. igitur ſortes de necesitate est immortalis conſequens est necessarium. igitur antecedens. conſequentia patet, quia conditionalis præſupponit ſuum antecedens, & quod præſupponitur ponitur. igitur per hanc conditionalem ponitur ſuum antecedens. & quod ponitur ſequitur, ſequitur igitur, quod conſequentia ſit bona. probatio antecedentis. Vna enim condõnalis accipitur loco antecedentis, quæ vera est. ſequitur. n. ſortes de necesitate est mortalis, igitur non potest non esse mortalis. & vlterius, igitur ſp est mortalis. & vlterius: igitur nunquam erit mortuus, igitur

de

de necessitate est immortalis. igit a primo, si sortes de necessitate est mortalis, de necessitate est immortalis. ¶ Item hæc est simpliciter per se ut prius probatū est. igitur necessaria. ¶ Itē hæc est per se, oīs hō est aīal, & tñ nō est necessaria. antecedēs patet quia prædicatū cadit in intellectu subiecti. minor patet, quia ex illa oīs hō est aīal, sequitur illa, sortes est animal consequens est contingens. igitur & antecedens, quia ex necessario non sequitur contingens, quod hæc sit contingens sort. est animal, patet, quia sortes potest esse & non esse, ut est suppositū animalis, quia sub ratione singularis est suppositum, & sub illa ratione pōt esse, & non esse. igitur sub rōne suppositi potest esse & non esse. igitur potest non habere rōnem suppositi respectu animalis. & per consequens hæc erit contingens. sortes est animal, quia aliquando sortes est suppositum animalis & aliquando non. ¶ Hic dī quod duplex est singulare, singulare, qđ est hoc aliquid, & singulare qđ est synolon. singulare primo modo non est corruptibile. aliud singulare est corruptibile. Primo modo sortes est suppositum animalis. secundo modo non. ¶ Contra quandocunq; aliqua duo sunt cōiuncta in re necessario corrupto uno necessarium est aliud corrūpi. Sed hoc aliquid & simul totum in re sunt necessario coniuncta, quia non est ponere naturam speciei existere sicut ponit Plato præter singularia. igitur corrupto synolon necessario corrumpitur hoc aliquid (licet per accidens) & tunc ulterius sub ratione qua hoc aliquid est suppositum. igitur corrumpitur sub ratione suppositi. ¶ Ad oppositum est Arist. probat. n. quod demonstratio est ex proprijs necessarijs, quia est ex propositionibus per se. & accipit hanc propositionem, quæ per se insunt de necessitate insunt. hoc patet in demōstratione, quia propositio per se sicut demonstratio utitur per se, aut est conclusio demonstrationis aut principium. Si conclusio sequitur quod necessaria, quia quod scitur impossibile est aliter se habere, per diffinitionem eius qđ est scire. conclusio scitur per demonstrationem: igitur &c. Similiter si propō per se sit principium demonstrationis, adhuc est necessaria, quia necessitas conclusionis non est nisi ex necessitate principiorum. cum igitur conclusio in demonstratione sit necessaria, principia erūt necessaria: quia necessarium nō scitur nisi ex necessarijs. sequitur igitur hoc est per se. ergo necessaria, loquendo de perfectate, quę pertinet ad demonstrationem. Vñ sciendum est, vt supdictum

dictum est, quod perseitas sumitur duobus modis. Vno mō, vt pertinet ad demonstrationem. Accipitur perseitas alio modo, ita ꝙ prædicatum insit subiecto non per medium, sicut est hęc per se, superficies est alba. & ille hō est quantus. Sed de talibus non considerat demonstrator in suis demonstrationibus & de talibus non habet hæc propositio intelligi, quæ per se insunt de necessitate insunt.

Ad primum argumentum patet per id quod nunc vltimo dictum est in positione, quod illud exemplum non est cōtra intellectum Arist. ¶ Ad secundum dicitur quod hæc est vera, falsum contingens de necessitate est falsum. ¶ Ad probationē, concedo omnes consequentias vsque ad hanc, falsum contingens non potest esse verum: igitur est impossibile, quia in omnibus consequentijs prædictis hoc falsum contingens accipitur, vt per se suppositum falsi. & ita comparatur ad prædicata vt quid in omnibus consequentijs intermedijs. Sed cum infertur igitur falsum contingens est impossibile. accipitur falsum contingens ac si acciperetur per modum denominātis vt quale, & ita interpretatur quid esse quale. Et ad probationem, dī quod hæc propositio, quod non pōt esse verum est impossibile, distinguenda est ex eo quod ly quod, pōt referre cōplexum siue incomplexum. Si referat complexum, sic est vera, quia illud complexum quod non potest esse verum impossibile. Si referat incomplexum, vt puta hoc, falsum cōtingens, quod est qualitas complexi, sic intelligendo propositionem falsa est. & ideo non valet hæc cōsiia: hoc falsum contingens non pōt esse verum. igitur hoc falsum contingens est impossibile. ¶ Tu dices. hæc est diffinitio impossibilis. Impossibile enim est qđ non potest esse verum. ¶ Dī quod hic non est diffinitio impossibilis, sed est diffō subiecti siue signi. Vnde iste est sensus. illud complexum quod nō potest esse verum est impossibile. ¶ Cōtra illud. hæc est vera, falsum contingēs est contingenter falsum: quia prædicatur idem de se. igitur illa est falsa, falsum contingens de necessitate est falsum: quia contingens non est necessarium. ¶ Hic dī qđ istæ simul stant nec prædicatur idem de se falsum contingens est contingenter falsum. ¶ Contra. Comparatur quid ad quid. ¶ Dī quod falsum contingenter denominat falsum contingens. & ad ipsum comparatur vt quale: quia si contingenter significatum adverbialiter comparatur ad contingēs signatum nō aliter vt quid, hic esset negatio: ineffe est

bene

non esse pro oi tpe, sed ponit non posse non esse ꝑ aliquo tpe. Et ad probationem cum dr̃, quod necessitas ponit nō posse nō esse, dr̃ quod hoc ponit absolute, sed ꝑ aliquo tpe determinat. Per hoc.n. differt a necessitate q̃ est perpetua veritas. ¶ Ad aliud dr̃ negãdo hunc cõsequentiã, sor. de necessitate est mortalis. igit de necessitate é (accipiẽdo necessitatẽ sicut prius) sed tm̃ sequit̃ igit̃ sor. de necessitate est ꝑ aliquo tpe determinato, sed nõ simpliciter. ¶ Ad illas quæ probãt ꝙ in illa, fortes de necessitate est mortalis diminuitur necessitas per additionem huius termini mortale, concedẽdæ sunt, est tñ quodammodo necessitas equiuocè respectu necessitatis quæ est ꝑpetua veritas siue alterius rõnis. ¶ Ad rõnes contra secundam responsionem quæ probãt quod hæc sit simpl̃r p se & ét necessaria. Dr̃ ad primam ꝙ mortale non per se inest primo aĩali, nec primo huic indiuiduo in quantum est hoc, nec illi inquantũ est illud vt ratio probat nec alicui cõi abstracto ab his. Sed primo inest alicui naturæ in hoc & in illo quæ non est sine hoc vel illo, hæcceitas tñ non est cã positiua. ¶ Ad aliud, quod corruptibile & incorruptibile nõ sũt dr̃iæ substãtiales, quia corruptibile sonat in defectum & posse non esse, similiter & mortale. Sed dr̃ia substantialis cõducit ad esse rei, iõ hæc nõ sunt dr̃iæ substantiales. Sed Arist. intelligit qd̃ hæc præsupponunt dr̃iam substãtialem & specificam in illis in quib. insunt, quia corruptibilia (vt illa inferiora) & substãtiæ separatæ alterius speciei sunt ideo substantialiter differũt. ¶ Ad aliud quod hic est fallacia consequentis, mortale inest forti per cãm intrinsecã: igitur per se, non.n. omne quod inest per cãm intrinsecam inest per se. Sed quod inest subiecto per cãm naturæ speciei intrinsecam, vnde natura speciei inest sibi per se. Sed mortale nõ, inest forti per cãm intrinsecam fortis vt homo est, sed per cãm pertinẽtem ad indiuiduum, & per materiam indiuidualem vt indiuiduata est. ¶ Ad alias rõnes quæ probãt quod hæc sit necessaria. Dr̃ ad primam, ꝙ fortes vt est synolon includit cãm necessariam respectu mortalis secundũ talem necessitatẽ quæ est ineuitabiliter, ideo sequitur quæ sit necessaria necessitate quæ est ineuitabilitas, non tñ hẽt mortale cãm perpetuam in forte, quia qui imaginatur quod mortale habeat cãusam perpetuam in forte imaginatur incompossibilia, imaginatur enim quod fortes sit semper in potentia ante actum ad moriendum & ita quod semper sit, imaginatur enim fortem habere potentiam, vt aliquando non sit, quia si fortes est mortali,

talis, sortes est in potentia, vt aliqñ moriatur, & sic per conse
quens vt aliquando non sit. ¶ Ad aliud dr negando consequen
tiam: quia antecedens conditionalis non sequitur ad conditio
nalem: quia veritas conditionalis consistit in habitudine con
sequentis ad antecedens. Sed habitudo huius ad hoc nõ pon
antecedens actualiter nec consequês actualiter: ideo neutrum
sequitur. ¶ Ad probationem dr negando hanc consequentiam
antecedens in conditionali supponitur, igitur ponitur per co
ditionalem tanquam per consequens, quia instantia est si dico
homo mortuus, mortuum præsupponit hominem sicut dispo
sitio disponibile, & tñ non sequitur, hõ mortuus est, igit hõ est
¶ Ad aliud patet quod non est per se. ¶ Contra illud fundamen
tũ resp̃sionis quod est quod hæc sortes de necessitate est mor
talis est impossibilis, vt necessitas dicit perpetuam veritatem
quia ponũtur opposita. Contra illud est vna propositio igitur
non ponuntur opposita, antecedens patet quia hæc est vna. sor
tes est mortalis: quia modus inhærẽtiæ non facit pluralitatem
consequentia patet, quia plura, vt plura non claudũtur in vno
intellectu. Sed opposita sub ratione qua sunt plura: igitur op
posita secundum, quod talia non clauduntur in vno intellectu
Sed propositio vna intellectum vnum hẽt, igitur si hæc sit vna
non includit opposita. ¶ Item si includit oppositа, aut igit vtra
que sub ratione cõmunis quod falsum est, quia cõtradictoria
nihil est commune aut vnum sub ratione alterius, & tunc non
sequerentur opposita, sicut nec sequitur, scio me nihil scire, ig
tur nihil scio, quia oppositum reflexum supra suum oppositũ
diminuit ab eo, nec vtrunq. sub propria ratione ponit, quia tũ
hæc esset plures: igitur hæc nullo modo ponit opposita. ¶ Item
modus rei non repugnat, sed de necessitate importat modum
inhærentiæ, igitur non repugnat mortali, ex hoc arguo qñ pro
positio ponit opposita: tũc ponit opposita ratione aliquorum
materialium repugnantium positorum in propositione: sicut
hic, scio me esse lapidem: quia hic ponitur scire p hoc quod c
ço scio, per hoc quòd ponitur me esse lapidem ponitur me
non scire. Sed in illa propositione non sunt duo talia, qui
modus rei non repugnat. ¶ Item hæc, sortes mortalis
non ponit opposita sed vnum intellectum. Si igitur illa, sortes
de necessitate est mortalis ponit opposita: igitur hoc est ratio
ne modi necessitatis, sequitur igitur q̃ modus necessitatis po
nit alterum illorum. Sed hoc est inconueniens, quia incompl

xum

xum non ponit complexum. ¶ Ad ista dr̃ ad primum ꝙ illa rō̃ concludit verum, propositio. n. vna non includit opposita, nisi extendamus claudere ad claudere in virtute. Sed ꝓprie dēmus dicere ꝙ ponit opposita ita sit ꝙ oppositū equat. Et ad ꝓbōnē cū dr̃ ꝙ vnus intellect⁹ nō claudit duos; verū ē ꝓprie loquēdo: verūtn̄ vnus intellectus ꝑt duos in virtute claudere, sed hoc ē extēdēdo claudere. ¶ Ad aliud ꝙ hęc ꝓpō vna est, & cū inferr̃, igit̃ nō ponit oppositū. negāda est cōntia. Et ad ꝓbōnē cū q̄rit aut ponit opposita sub ꝓprijs rōnib. &c. Dr̃ ꝙ ponit opposita sub rōe cōis. Et ad ꝓbōnē cū dr̃ ꝙ cōtradictorijs nihil ē cōe, verū ē ſm ꝓdicationē tn̄ cōtradictorijs aliq̄d ē cōe cōitate ẽntis. Etiā his q̄ sūt cōtradictoria aliq̄d ē cōe cōitate, ꝓdicatiōis, posśū. n. ꝓdicare aliq̄ ꝓdicatū de vtroq. tn̄ ſm ꝙ cōtradictūt, nihil ē cōe ipſis ſm ꝓdicationē vniuoce. ¶ Dr̃ ꝙ nō seq̄t̃ in ſtātia. n. est in ſiſi, ꝙa hoies currūt ſimul ponit plura, & tn̄ nō ē plures. eodē mō ꝓpō ponēs opposita vna est, ꝙa nō primo ponit opposita, ſed primo ponit vnū intellectū ad quē ſequūt opposita ex conſti. Ad aliud, ꝙ in illa ſor. de neceſſitate ē mortalis, ponūt duo mālia rōne quorū nō ponūt opposita. Et ad ꝓbōnē cū dr̃, ꝙ modus rei nō repugnat, dr̃ ꝙ modus ſm ſe nō repugnat rei, vñ ille modus neceſſitatis & mortale in ſe cōſiderata nō hūt aliq̄ oppōnē: verūtn̄ ſm, ꝙ modus neceſſitatis ē diſpō inhęrētię & ſignat extrema vnirī, ꝓpter ꝓpe, iō ex conſiti ponūt opposita nō rōne illorū mālių in ſe cōſideratorū, ſed rōe ꝓpetuę veritatis, q̄ deſignat ex hoc, qđ hoc huic vnit̃ ſub tali medio. ¶ Ad aliud, ꝙ hęc, ſor. est mortalis, nō ponit opposita, & tn̄ illa ponit, ſor. de neceſſitate est mortalis. Et cū dr̃, hoc est rōne modi cōcedit̃. Et cū inferr̃. igit̃ modus ponit vnū oppoſitorū i ꝓpōne dr̃, qđ nō seq̄t̃, licet. n. modus mediāter ſit illud rōe cuius ponit cōplexū, nō tn̄ illud qđ ponit. Vñ est quo, ſed nō qđ. Sed tota ꝓpō est illud qđ ponit opposita, ꝙa rōne vnius in cōplexi ponit vnū, & rōe alterius ponit alterū oppoſitū, ſicut patet in hoc exēplo, tu ſcis te eē lapidē. ¶ Ad aliud, qđ hęc, ꝓpō n̄ est vera ſor. de neceſſitate est mortalis, vt neceſſitas dicit ꝓpetuā veritatē, & ſic nō seq̄t̃ tn̄ ſm, ꝙ neceſſitas dicit ineuitabilitatē. Et ad ꝓbōnē dr̃, ꝙ hęc, ꝓpō, oē corruptibile de neceſſitate corrūpet, intelligēda ē de neceſſitate q̄ est ineuitabilitas, nō tn̄ q̄ ꝓpetua veritas, & illo mō cōcedēdū est conſs. Ad aliud, qđ hæc nō includit opposita contingēs de neceſſitate est contingēs, ꝙa hic cōparat idē ad ſeipsū, & idē reſpū ſuijpſi⁹. (ſicut cū dr̃: hō est hō prædicat in qd de hoie) dicit quid, & iō hæc non

ponit oppoſita, nec illa: mortale de neceſſitate eſt mortale, pp eãdem cãm & rõnem. Illa tñ ponit oppoſita, ſortes de neceſſitate eſt mortalis, hic.n. mortale non comparatur ad ſeipſum, nec ad ſortem vt quid: ſe. Ltt quale ſub mõ neceſſitatis, & iõ hic poni poſſunt oppoſita, ſed non in alijs. ¶ Ad aliud principale ꝙ hæc eſt per ſe, omnis homo eſt animal & eſt neceſſaria, & ẽt illa: ille homo eſt animal, intelligendo per illum hominem hoc aliquid diſtinctum contra ſynolon, & cum probatur, ꝙ hoc aliquid ſit corruptibile per accidens: cõceditur. Sed vlterius cum dr̃, quod ſuppoſitum animalis rõne ſuppoſiti corrumpitur per accidens, neganda eſt conſequentia. Ad probationem dicitur, quòd hic eſt fallacia accidentis, natura vt eſt hoc aliquid eſt ſuppoſitum, & natura vt eſt hoc aliquid eſt corruptibile per accidens. igitur ſuppoſitum ſub rõne ſuppoſiti eſt corruptibile per accidens conſequentia eſt neganda, quia ſub diuerſa rõne eſt ſuppoſitum & corruptibile per accidens, quia natura habens modum eſſendi quo eſt hoc aliquid eſt corruptibile per accidens pp hoc ꝙ natura ſub illo modo eſſendi cõiungitur ſub modo eſſendi ipſius ſynolon. ſed natura hñs modum hoc aliquid eſt ſuppoſitum, non quia coniungitur cum ſynolon. hoc aliquid dr̃, ſed quia includit naturam cõẽm ſynolon, ẽm ꝙ vnum indiuiduum materialiter ab alio diſtinguitur, ſed vt ſic extraneatur ſibi coniuncto cum quibuſlibet quæ ſunt cauſa corruptionis. Sed eſt ſuppoſitum eo, ꝙ includit eam eſſentiam quam includit ſuum commune, vt habet habitudinem ad ſuum cõe, vt habitudo huius quod eſt hoc aliquid ineſt ſiue res ſit, ſiue non ſit, ideo manet ſuppoſitum, ſiue ſit, ſiue non. Vnde ſi rõ huius quod eſt hoc aliquid abſolutè, & ratio ſuppoſiti eſſent toraliter eadem circumſcribendo habitudinem ratio concluderet &c.

QVAESTIO XL.

QVæritur vtrum per medium contingens poſſit ſciri neceſſariũ? Quod ſic videtur, hæc eſt neceſſaria: luna eclypſatur: cum ſit concluſio demonſtrationis, & hoc ſcitur per hoc medio. terra interponitur inter ſolem, & lunam, ſed hoc eſt medium contingens: igitur neceſſarium ſcitur per medium contingens. ¶ Item in his quæ ſæpe fiunt concluſio ſcitur, & per conſequens eſt neceſſaria, ſed media ſunt ſemper contingentia, qa quæ frequenter ſunt non

ſunt

sunt necessaria. ¶ Item sequitur homo albus est animal: igitur hō est animal, hic consequens necessarium infertur ex contingenti & ante: igitur necessarium scitur per medium contingens, quia effectus scitur per causam, & conclusio est effectus præmissarum, igitur &c. ¶ Ad oppositum est Arist.

Ad qōnem dr, q necessarium non pōt sciri per medium cō tingens, & huius rō est, quia necessarium immutabile est. Sed immutabilitas conclusionis necessariæ est ex immutabilitate alicuius causę. Sed contingentia non habent veritatem immutabilem, igitur contingentia non possunt esse causa conclusionis necessarię igitur &c.

Ad primum argumentum, q hæc, luna eclypsatur, contingens est, & ēt illa, terra interponitur inter solem & lunam, & vniuersaliter ea quæ frequenter sunt contingentia sunt & nō necessaria, Dicit tñ Arist. q vt veniunt in demonstrationem necessaria sunt, & Lincolniensis hoc exponit dicens, quòd vt veniunt in demonstrationem accipiuntur cum circonstantijs cum quibus necessitantur, v.g. quandocunq; ponitur terra inter solem & lunam eclypsatur. Sed qñcunque luna cadit in umbra terræ interponitur terra inter solem & lunam, igitur &c. Sic igitur patet qualiter quæ frequenter sunt, licet in se sint contingentia, tñ necessaria sunt vt veniunt in demonstrationem. ¶ Ad aliud per idem. ¶ Ad tertium dicēdum, q necessarium non sequitur per medium contingens, & cum dr infertur per medium contingens, igitur scitur per idem, consequētia non valet. Sed tantum sequitur, quod medium contingens est causa illationis conclusionis necessariæ, & si non consideretur vt contingens, non tamen est causa necessitatis in conclusione &c.

QVÆSTIO XLI.

QVæritur vtrum conclusio necessaria possit sequi syllogističè ex præmissis contingentibus. Quod non videtur, contingens est indifferens ad esse & ad non esse, necessarium est determinatum ad esse, igitur &c. sicut nec ex disiunctiua sequitur eius altera pars. ¶ Item oontingens est medium inter necessarium & impossibile, & ex contingenti non sequitur impossibile, igitur eadem ratione ex contingenti non sequitur necessarium. ¶ Item effectus non excedit causam conclusio est effectus præmissarum: igitur si præmissæ sunt con-

tingentes conclusio erit contingens & non necessaria. ¶ Item conclusio sequitur propter præmissas, sed propter contingens non est necessarium, igitur necessarium non sequitur propter contingentia siue ex contingentibus. ¶ Hic dr̃ q̃ conclusio ex contingentibus sequitur non propter quid, hoc est propter causam quia præmissæ contingentes non sunt causæ conclusionis necessariæ. Sed tantum sicut ex falsis sequitur verum. ¶ Contra, ex falsis sequitur verum eo q̃ hæc sunt igitur ex falsis sequitur verum propter quid, eodem modo igitur ex contingentibus necessarium. Item sequitur homo est * asinus, igitur, homo est animal p̃ quid, sicut. n. illa homo est aial, sequitur ad illam, homo est homo, p̃ quid tanq̃ ad vnam cãm veritatis, ita ad illam, homo est asinus tãquã a causa ueritatis, non enim dicitur causa veritatis, q̃ a actu verificat̃, sed quia illa esset vera si propositio cuius est causa esset vera, siue poneret veritatem in propositione, cuius est causa, tunc ex impossibili sequitur necessarium propter quid, igitur eadem ratione ex contingenti. ¶ Ad oppositum est Arist. dicens, q̃ ex contingenti, sequitur necessarium sicut ex non veris verum.

* albus.

Ad quæstionem dr̃, q̃ necessarium syllogistice põt sequi ex oppositionibus cõtingentibus, sequitur enim omne quod est album est animal, omnis homo est albus igitur &c. præmissæ sunt contingentes & conclusio necessaria. ¶ Intelligendũ tñ propter rationes, q̃ præmissæ contingentes p̃nt dupliciter considerari. Vno modo ratione contingentiæ quæ est in præmissis. Alio modo ratione dispositionis terminorum. Primo modo ex congentibus non sequitur conclusio necessaria propter quid, nec eo q̃ hæc sunt. Secundo modo ex præmissis contingentibus sequitur conclusio necessaria eo q̃ hæc sunt Sed tamen quia contingentia præmissarum adiungitur dispositio ni terminorum quæ est causa necessaria inferendi conclusionem, ideo dicitur necessarium sequi ex contingentibus, quia est, & eodem modo dicitur verum sequi ex falsis, sed non propter quid, sequitur conclusio necessaria ex contingentibus, quia dispositio terminorũ, vt est cã necessaria inferendi conclusionem extraneatur contingentiæ. Vnde hæc est fallacia accidentis, conclusio necessaria sequitur necessario ex istis præmissis, & illæ præmissæ sunt contingentes, igitur conclusio necessarie sequitur necessario ex contingentibus, loquendo de per se, de conclusione sicut loquitur Aristotiles, in lib. elenchorum

chorum assignat hic fallaciam accidentis, omnis triangulus habet tres &c. omnis triangulus est figura, igitur omnis figura habet tres &c. figura enim accidit triangulo secundum quod habet tres.

Ad primam rationem dr̄ ꝙ illa probat, ꝙ ex præmissis contingentibus ꝑm ꝙ sunt contingentes non sequitur conclusio necessaria, & hoc concessum est. ¶ Ad aliud patet, per idem ꝙ contingens sub ratione contingentis est medium inter necessarium & impossibile, & illo modo, sicut ex contingenti non sequitur impossibile, sic nec necessarium sequitur syllogistice. Veruntñ, quia rōne dispositionis terminorum (non ex eo ꝙ est contingēs) ꝑmissæ sunt causę conclusionis necessarię, iō ex illis, vt sic sequitur conclusio necessaria eo ꝙ hæc sunt, non contingit autem reperire aliquam dispositionem terminorū, vt ex eo ꝙ est contingens sequatur impossibile. ¶ Ad aliud dr̄ ꝙ effectus non excedit causam, & ex hoc non sequitur necessarium scilicet ex contingentibus secundum ꝙ contingentia sunt, sequitur tamen necessario ex dispositione terminorum. ¶ Ad aliud dr̄ eodem modo sicut prius. ¶ Ad rationem contra hoc quæ probat, ꝙ præmissæ contingentes ratione dispositionis terminorum inferunt propter quid, & eo quod hæc sunt conclusionem necessariam, cum hoc stat tamen ꝙ respiciendo ad contingentiam non inferunt conclusionem propter q̄d. Et eodem modo est dicendum de præmissis falsis respectu cōclusionis veræ, similiter de impossibili respectu conclusionis necessariæ &c.

QVÆSTIO XLII.

QVerirur vtrum accidens commune (cuiusmodi est alb̄ū) necessario prædicetur de subiecto, vt sic dicendo, homo est albus, vel cignus est albus. Quod non videtur, quia Arist. ponit, ꝙ demonstratio est ex propositionibus per se, ꝙa ex necessarijs, si igitur tales propositiones essent necessariæ essent per se, consequens est falsum, quia album non est accidēs proprium cigni, igitur de eo non dicitur per se. ¶ Hic dicitur, ꝙ non sequitur est necessaria, igitur per se, nisi vbi subijcitur ꝙ natum est subijci, hæc enim est necessaria animal est homo, & tamen non est per se. Sed cignus non est proprium subiectum respectu albi, ideo hæc non est per se. ¶ Contra illud. si album necessario in est cigno, habet igitur in cigno suæ in hæ-

rentiæ causam necessariam. Sed quando in subiecto est causa respectu accidentis tunc tale accidens per se inest subiecto, igitur hęc est per se, cignus est albus si fit necessaria. ¶ Item si hęc esset necessaria: cignus est albus: tũc esset scibilis, sed hæc non est scibilis, cum album non sit propria passio sed accidens cõmune per Porphyrium. ¶ Ad oppositum, hæc est necessaria sortes est quantus, & tamen quantum est accidens commune, igitur, &c. quod sit necessaria probo, quia conceptus quanti cõsequitur conceptum sortis, sortes enim concipi non põt sine quanto & quali, igitur est necessaria. ¶ Item accidens inseparabile inseparabiliter inest subiecto, igitur necessario inest subiecto, tamen accidens inseparabile continetur sub accidente communi, quia accidẽs commune diuiditur in accidẽs separabile & inseparabile, sicut dicit Porph. igitur accidens cõe necessario inest subiecto. ¶ Item per Arist. in lib. priorum hæc est vera, cignus est albus de necessitate & tamen album ẽ accidens commune, igitur &c. antecedens patet per Ari. quia Aristo. in lib. priorum ostendit, quòd ex altera de contingenti ad vtramlibet, & ex altera de necessario non valet coniunctio, in secunda figura, & hoc declarat per instantiam in terminis, quia cum terminis sic dispositis &c. stat vniuersalis negatiua de necessario in his terminis contingit nullum hominem esse album, uel omnem, de necessitate omnis cignus est albus, & stat cum istis præmissis, quòd necessitate nullus cignus est homo. Sed Aristo. non instaret nisi præmissæ essent veræ, posset enim aliquis dicere quòd Arist. non instat si alia præmissarum esset vera, quia totum inconueniens, quod tũc sequitur, sequitur ex falsitate præmissæ, igitur hæc est vera, de necessitate omnis cignus est albus, & ex intentione Arist.

¶ Hic dicitur, quòd Arist. intelligit hanc esse ueram non absolutè, sed dum exiit album enim primo inest singularibus sub rõne existentiæ, & ideo non est necessaria absolutè nisi dũ singularia existunt. ¶ Contra hoc tunc non esset necessaria absolute, sortes est risibilis, risibile. n. non inest sorti, nisi sub rõne existẽtiæ. Si igitur album insit vniuersaliter cigno, igitur aliq̃ cãm hẽt in cigno rõne cuius inest cigno, & q̃n prædicatum in subiecto hẽt cãm necessariam. necessario inest subiecto, igitur hæc est vera, oĩs cignus &c. maior patet, quia si albũ non hẽret cãm in cigno, non magis inesset cigno q̃ alicui alteri vt coruo.

Ad quæstionem dicitur dupliciter. Vna via est quòd hæc est necessa-

necessaria, oīs cignus est albus, sicut patet ex processu Arist. in lib. priorum. Si dicitur, quòd Arist. instat per illam. Omnis cignus de necessitate est albus, nō quia vera sit, sed per ipsam dat intelligere vnam veram. ¶ Contra hoc est, quia si instantia dēat esse ex vtrisq. veris ex maiori contingenti & minori de necessario, aut igitur accipitur medium in secunda figura accidentale cuiusmodi est album, aut accidens proprium, cuiusmodi est risibile, aut aliquod prædicatum essentiale. Si accipitur terminus accidentalis pro medio cuiusmodi est albus, habeo propositum, ꝙ hæc sit vera. Omnis cignus est albus de necessitate vel Aristo. non instat. Si accipitur terminus essentialis pro medio, siue accipitur proprium tunc semper illa de contingenti accepta erit falsæ, hæc. n. est falsa contingit omnem hominem esse animal siue risibilem, nullo igitur modo potest Arist. instare in terminis contra illam commixtionem, nisi ita sit quòd prædicatum quod accipitur in secunda figura pro medio sit terminus accidentalis sumptus a qualitatibus. ¶ Intelligendum tamē est quod album non dicitur, accidens ratione, quia nullum habēat subiectum proprium, sed pro tanto, quia ab extrinseco inducitur in subiecto. Si tñ inducitur a cā intrinseca, vt a cōplexione sicut quidam volunt, sic est accñs proprium, inest. n. album tāquam propria passio alicui subiecto quod reperitur in cigno & niue. vnde illi subiecto primo inest tanquam propria passio Sed cigno & niui non inest primo album, sed per se licet non primo, & per hoc dicunt quod hæc est necessaria, cignus est albus, sicut per se, & etiam sibilis est, potest. n. album concludi de cigno per illam causam quæ cōmuniter reperitur in cigno & in niue. ¶ Contra hanc viam arguitur sic per Porphyrium, qm̄ album, & nigrum sunt accñtia cōia secundum quod accñs cōmune distinguitur contra proprium, sed accidens illo modo est, secundum quòd potest abesse & adesse subiecto, igitur album non inest necessario subiecto. ¶ Hic dr̄, quod Porphyr. intelligit quod album est accidens commune secundum quod album inducitur ab extrinseco. i. a qualitatib. vt a calore & frigiditate &c. sic albedo & nigredo resultat ex hmōi, qualitatib. secundum tñ ꝙ inducitur ab intrinseco, a complexione sic est accidens proprium. Contra illud, album est qualitas secunda causata a primis, igitur tale accidens consequitur complexionem, sed complexio primo est indiuidui, igitur album primo inest indiuiduo Sed accñs proprium primo inest speciei. igit

album non est accñs proprium licet inducatur ab intrinseco. ¶ Hic dicitur quod album consequitur complexionem. Et cũ dicitur, quòd complexio est passio singularis dicitur quod nõ, sed est alicuius materialis in hoc, & in illo. Vnde album nõ inest singulari primo, sed alicui communi primo, sed non cõmuni, quod est natura speciei abstracta à conditionibus materialibus, sed inest cuidam quod est quodammodo species per attributionem, quia est quasi quoddam medium inter naturam cõmunem, & individuam, & sic quodammodo species non verè. ¶ Contra istud album vniuocum est ad album inductum ab extrinseco, & ad album inductum ab intrinseco, sed album inductum ab extrinseco non est propria passio alicuius, igitur nec album inductum ab intrinseco.

¶ Ad illud oportet dicere, ꝙ non sunt totaliter vnius rationis vt comparantur ad causas, quia album causatum ab intrinseco naturale est subiecto, quia a natura propria causatur ab intrinseco album verò inductum ab extrinseco est præter naturam subiecti. ¶ Aliter dicitur ad qõnem, ꝙ accidentia communia, vt album & nigrum non prædicantur necessario de subiecto, & huius ratio est, quia subiectum absoluta rõne põt esse album & non esse album, quia idem sortes quo ad intellectum qui est albus ipso existente, adhuc ipso non existente non est albus, & tñ manet intellectus idẽ sortes, qui prius fuit quia esse, fuisse, & fore, accidit intellectui sortis, igitur hæc est contingẽs sortes est albus, & eadem ratione, cignus est albus, quia talia accidentia non insunt subiectis nisi secundum, ꝙ existũt sed accidit existere subiectis, quia sortes potest non existere, & per cõ sequens sortes siue cignus potest esse albus & non esse albus tales igitur non sunt necessariæ, igitur non necessarię, nisi dũ subiecta existunt ¶ Ad primam rationem in oppositum dicitur, ꝙ sortes, vt est per se suppositum hominis intelligi põt sine quantitate, quia in intellectu sortis non est quantitas. ¶ Tu dices, accipio sortem vt est synolon, sic non põt intelligi nisi intelligatur quantus, igitur hæc est necessaria, sortes est quantus. ¶ Dicitur, quod talia accidẽtia cõia non insunt subiectis rõne conceptuum, sed eis insunt dum existunt, & ideo negãda est hæc cõsequentia, synolon non potest intelligi sine quanto, igitur quãtum de eo necessario prædicatur quia plus requiritur, requiritur. n. ꝙ synolon actualiter sit ad hoc ꝙ quãtum de eo necessario prædicetur. ¶ Ad aliud, ꝙ accidentia dicuntur inseparabi-

lia

Ilà non p̃p hoc ꝙ conceptum ſubiecti neceſſario commitãtur. ſed dicuntur inſeparabilia, q̃a ſubiecto manentem non poſſũt ſeparari, & ſic album inſeparabilie eſt a niue, non quia album de neceſſitate conſequatur niuem, ſed quia niue exiſtente non poteſt album ſeparari. ¶ Ad aliud ſicut dicebatur. ¶ Ad rõnem contra hoc, ꝙ non eſt ſimiliter de riſibile & albo, album.n. primo naturam cõſequitur vt exiſtit, & ſic primo ſingulari ineſt. Sed riſibile ineſt primo ſpeciei. Per hoc ad formam quòd riſibile non conſequitur ſortem ſub rõne exiſtentię, ſed ſub rõne naturæ ſpeciei. ¶ Ad vltimum, quod album in ſubiecto habet aliquam cauſam ratione cuius neceſſario ineſt cigno, dum cignus eſt, quia album conſequitur talem complexionem. Sed quia illa cauſa non eſt intrinſeca naturæ ſpeciei, ſed illa cauſa pertinet ad indiuiduum primo, ideo tale accidens non habet in ſubiecto cauſam neceſſariam abſolutè, ſed ſolum pro aliquo tempore. Vnde ad formam accidens habens cauſam neceſſariã in natura ſpeciei primo, abſolutè neceſſario conſequitur ſubiectum, ſicut riſibile hominem, ſed accidens habens cauſam neceſſariam in indiuiduo primo, non ineſt neceſsario &c.

QVÆSTIO XLIII.

QVæritur vtrum dialectica ſit ſcientia communis? Quod non videtur Scientia dicitur communis a communitate ſubiecti, ſed ſubiectum dialecticæ eſt ſyllogiſmus, qui non eſt communi prædicatione ad ſubiecta aliarum ſcientiarum. ¶ Item, ſcientia diſtinctione & denominationem capita a fine, ſed finis dialecticè non eſt cõis, immo particularis, igit & c minor patet, quia finis dialecticæ eſt opinio, opinio aũt diſtinguitur contra ſciam, & per conſequens eſt finis particularis. ¶ Item metaphyſica eſt ſcientia communis, igitur non dialectica, conſequẽtia patet, quia ſi vtraq. eſſet communis ad omnes ſcientias, tunc ſic duo eſſent equè communia in ſcientijs dialectica, igitur non erit cõis. ¶ Item demonſtratiua eſt communis ad omnes ſcientias, n igitur dialectica. ¶ Ad oppoſitũ eſt Ariſt.

Ad quæſtionem dr quòd dialectica eſt ſcientia communis ſicut vult Ariſt. ¶ Eſt tñ ſciendum, quòd ſcientia dicitur communis dupliciter. Vno modo communitate ſubiecti. Alio modo communitate applicationis. Primo modo metaphyſica eſt ſcientia communis, quia conſiderat ens quod eſt commune ad omnia, ſubiecta omnium ſcientiarum. Secundo modo dialectica

ca est communis, dialectica enim est de syllogismo tanquam de subiecto. Sed syllogismus est communis communitate applicationis: potest enim applicari ad subiectū cuiuslibet scientiæ, quia quælibet sciētia vtitur syllogismo. Et ideo dicit Arist. quod dialectica cum sit inquisitiua ad omnium methodorum principia viam habet.

Ad primum argumentum, dicitur, quòd scientia pōt esse cōmunis communitate applicationis, & tñ particularis particularitate finis. Et sic dialectica est particularis in prædicando, tñ est communis communitate applicationis ad omnes sciētias, potest enim opinio in qualibet scientia causari per syllogismū dialecticum. ¶ Ad aliud, quòd metaphysica est sciētia communis communitate subiecti in prædicādo. Sed dialectica est sciētia communis non communitate subiecti, sed applicationis, & ita diuersimodè est hæc communis & illa. ¶ Ad aliud, qđ ęquę demonstratiua est scientia communis communitate applicationis, sicut enim in qualibet sciētia contingit arguere dialecticè ex probabilibus communibus, ita in qualibet scientia contingit arguere demonstratiuè ex proprijs. Vnde in hoc quod vtraque applicatur omnibus vtraque est communis, applicatur tamen diuersimodè, & in hoc differunt &c.

QVÆSTIO XLIIII.

QVæritur vtrum in demōstratione possit esse deceptio, & non vr, quia per Aril. sicut sensibilia sunt nota sensui, sic intelligibilia sunt nota intellectui. Sed sensus non decipitur circa sensibilia. igitur nec intellectus circa principia intelligibilia. igitur &c. ¶ Confirmatur ratio, quia dicit Arist. circulus est figura, hic potest esse deceptio. sed si describatur in puluere non est deceptio, sic enim manifestum est, quod circulus est figura, & poema Homeri nō est circulus. eodem modo principia demonstrationis de se sunt nota intellectui. igitur in illis nō potest esse deceptio æquiuocationis, nec aliqua alia in dictione est. ¶ Item quod in demonstratione non sit aliqua deceptio per fallaciam extra dictionem esse videtur. quia si aliqua fallacia esset in demonstratiuis esset fallacia cōsequētis, quia fallacia accidentis non potest in illis accidere, quia primum dr de medio per se, & medium de tertio per se. Nec accidit fallacia secundum quid, & simpliciter quia demonstratio est ex vniuersalibus, & sic inducendo per alias. Si igitur accidit falla-

fallacia erit fallacia consequentis. Sed illa accidere nō potest, quia fallacia consequentis non est in terminis conuertibilibus demonstratio est ex conuertibilibus. igitur in demonstratione non ponitur consequens. ¶ Item in illis circa quæ non contingit errare non cadit deceptio. sed circa principia demōstrationum non contingit errare (per Aristo. in tertio metaphy.) igitur &c ¶ Ad oppositum. in demōstratiuis fiunt syllogismi falsigraphi. & in illis est deceptio. igitur &c.

Ad quæstionem dr, quod in demonstratiuis non est tāta deceptio quanta est in dialectica: aliqua tamen potest esse quòd non tanta pateat per quatuor causas. ¶ Prima, quia in demonstratiuis arguitur ex vniuersalibus, & ita excluditur enthymema & inductio & quælibet alia species argumentationis. Similiter extraneantur omnes loci extrinseci, & hæc est vna causa quare in demonstratiuis minor est deceptio quàm in dialecticis. Dialecticus enim vtitur omnibus illis modis arguēdi. ¶ Alia est causa, quia demonstratio est ex paucioribus & certioribus quam syllogismus dialecticus: quia in demonstrationibus non, contingit augere media nisi in latus vel in post assumendo. Sed in dialecticis contingit augere media illis modis & multis alijs modis. ¶ Tertia causa est propter hoc quod demonstrationis principia sunt nota intellectui, sicut sensibilia sensui. & ideo minor est deceptio quam in dialectica. ¶ Quarta causa est quoniam in demōstratiuis facilior est resolutio in prima principia. Ex his omnibus sequitur quòd in demonstratiuis scientijs minor est deceptio quā in alijs, quia sicut Aristo. recitat senes ostendebant, quòd ignis generatur, in multiplicata analogia, quia enim hæc consequentia est bona. si aliquid generatur multiplicata analogia cito generatur. ideo crediderūt senes, quod hæc consequentia esset bona. ignis cito generatur: igitur generatur multiplicata analogia, hic tamen incidit fallacia consequentis.

Ad primum argumentum dicitur, quod principia demonstratiua de se sunt nota intellectui, vnde in illis secundum se non accidit deceptio, nī ex alia circunstantia potest esse deceptio: vt forte ex hoc quod intellectus non est bene dispositus. ¶ Ad aliud dr. quod in demonstratione potissima non accidit consequens. tamen in demonstratione non potissima pōt accidere fallacia accidentis & consequentis ex ignorantia syllogizantis. Quia enim in demonstratione potissima arguitur ex con-

conuertibilibus,ideò ibi non est consequens,licet ibi arguatur econtra. Est tamen aliud vitium vt forte circulus. Sed in demonstratione non potissima accipiuntur aliquando termini non conuertibiles, & in talibus si arguatur econtra erit fallacia consequentis,sed tamen in demonstratiuis secundum quod talia sunt non est aliqua deceptio. ¶ Ad aliud, quod licet circa principia prima non contingat errare quę sunt simpliciter prima:tamen circa specialia diuersarum scientiarum contigit errare. Sicut enim dicit Aristo.quædam sunt principia quæ prima sunt in aliqua scientia,& tamen non oportet ad discentem illis consentire. Vnde supposito,quod circa principia non contingat errare,tamen in modo deducendi ex præmissis conclusionem potest esse error in demonstratiuis.veruntamē minor est quam in dialecticis &c.

QVÆSTIO XLV.

QVæritur circa hanc literam. Aristote. si affirmatio est causa affirmationis & negatio negationis? Quod sit falsa videtur,qa ignis est causa caloris, & vniuersaliter nō ignis non est causa non caloris,quia sol est non ignis,& tamen sol est causa caloris. ¶ Item homo est causa animalis,& tamen non sequitur,quod non homo sit causa non animalis,quia tāc sequitur asinus est non homo,ergo asinus est non animal. ¶ Ad oppositum est Aristo.

Ad qōnem dr̄,quod duplex est cā,quædam præcisa alia non præcisa. Loquendo de causa primo modo, tunc illa propositio est vera si affirmatio &c. vt patet in exemplo Arist. si enim habere pulmonem est causa respirandi, tunc non habere pulmonem est causa non respirandi, quia habere pulmonem est causa respirationis.in alijs causis non tenet.

Ad primum argumētum, quod sicut ignis est causa caloris in virtute sua,ita illud quod non habet virtutem ignis, nō hēt causam caloris. Omnia enim quæ sunt calida sunt calida virtute primi calidi,quod est ignis. ¶ Vel potest dici, quod ignis nō est causa præcisa caloris,quia sol tanquam ignis causat calorē. ¶ Ad aliud,quod homo non est præcisa causa animalis,sed præcisa causa animalis est substantia animata sensibilis.

QVÆSTIO XLVI.

QVæritur vtrum deficiente sensu deficiat, & scientia secundum illum sensum? Quod non videtur. Intellectus in quo est scientia est virtus superior quã sensus & prior sed prius non depẽdet a posteriori. ergo cognitio intellectiua non dependet a cognitione sensitiua. ergo &c. ¶ Item intellectus intelligit se, & suam operationem, & etiam intentiones secundas. Sed ista non cadunt sub sensu, ergo de his posset esse scientia deficiente sensu. ¶ Hic dicitur, quòd licet ista non cadant sub sensu, tamen cadunt sub intellectu, nec oportet, quod sub sensu cadant, quia illa quæ intelligũtur directe intellectu cadunt sub sensu, sed quæ intelliguntur in intellectu reflexo non. ¶ Contra Arist. in lib. de sensu, & sensato omnino nõ intelligimus, quod sensu non comprehendimus. ergo si intentiones secundæ non cadũt sub sensu, ergo nec sub intellectu. ¶ Itẽ intentiones secundæ intelliguntur per reflexionem, ergo intelliguntur posterius, quàm res, scilicet, primæ intentiones. logica ergo quæ est de intentionibus secundis posterior erit in ordine scientiarum quam scientia realis, vt metaphysica siue physica, quod videtur falsum. ¶ Item ad principale cæci habẽt scientiam, & tamen deficit eis sensus, ergo non oportet, quod deficiente sensu deficiat &c. ¶ Item anima separata habet scientiam, tamen caret sensu, ergo &c. Similiter substantiæ separatę carent sensu, & tamen habent scientiam. ¶ Ad oppositum est Arist. dicens, quod deficiẽte sensu deficiet & scientia. ergo, &c.

Ad qõnem dr, ꝙ sic sicut dicit Arist. & huius ratio est, quia scientia est cognitio acquisita per demonstrationem. demonstratio est ex vniuersalibus ergo scia non est sine cognitione vniuersali. Sed cognitio vniuersalis non est sine cognitione sensitiua. quia cognitio vniuersalium est per inductionem, & inductio est singularium quorum est sensus. ergo a primo scia non est sine cognitione sensitiua. ¶ Intelligendum tñ est pp rationes, ꝙ licet virtus intellectiua sit prior virtutibus sensitiuis tñ quodammodo depẽdet a virtutibus sensitiuis. omnes enim virtutes sensitiuæ ordinatæ sunt ad intellectiuam. prius. n. apprehenditur species a sensibus exterioribus, & postea a sensu communi, tertio a phantasia, quarto ab intellectu. & ita intellectus in cognoscendo aliquo modo dependet a potentia, quia per illas defertur ad intellectum possibilem. Et loquor de intelle-

tellectu secūdum quod cognoscitur per species acquisitas, q̄a de intellectu separato alia ratio. ¶ Tu dicis. intellectus est virtus immaterialis. ergo nullo modo a potētijs sensibilibus dependet cum sint materiales. ¶ Dr̄, quod intellectus est virtus immaterialis pro tanto, quia non vtitur organo corporeo in operando. Vnde virtus immaterialis potest dici dupliciter. Vno modo, quia non est perfectio materiæ, & sic intellectus non est virtus immaterialis. Alio modo, quia non vtitur organo corporeo in operando, & isto modo intellectus est virtus immaterialis, quia tamen est perfectio materiæ, ideo aliquo modo a potentijs sensitiuis dependet. ideo enim frenetici non bene diiudicant, quia sensus est male dispositus, & ideo etiam intellectus ex consequenti. Similiter in dormiendo intellectus non iudicat, & hic quia sensus ligatur. Similiter quidam capti sunt mente quidam inepti, & huius causa non est secundum se, quia intellectus secundum se non est magis dispositus nec minus, quia non suscipit magis, nec minus secūdum se, sed causa est, quia in homine vno quam in alio est complexio melior. Dixit enim Arist. quod molles carne apti sunt.

Ad primum argumentum sicut iam dictum est, quod intellectus a sensibilibus quodammodo dependet. ¶ Ad probationem dr̄, q̄ prius aliquid alio potest esse dupliciter. Vno modo gñatione, & perfectione, sicut substantia præcedit accidens quātum est de se tpe & natura. Alio modo pfectione, sed non gñatione: sicut intellectus ſm se prior est sensu. Tertio modo gñatione, sed non perfectione, sicut animal prius est homine. Tunc dico, q̄ prius est altero primo mō ab altero non dependet, quod tamen scdo vel tertio modo ab altero dependet, & sic intellectus a sensu dependere potest. ¶ Ad aliud sicut dicebatur. ¶ Ad rationes contra hoc. ¶ Ad primam dico, quod Arm de sensu & sensato loquitur, & dicit, quod omnino nō intelligimus de numero sensibilium, quod non prius cadit in sēsu. ¶ Ad aliud, quod non sequit̄ q̄ logica sit posterior scientia ordine doctrinæ quā aliæ. ¶ Ad probationem cum dr̄, res primæ intentionis primo intelliguntur, dr̄ q̄ triplex est operatio intellectus. Vna est intelligentia simplicium, alia est compositio vel diuiso, & quo ad illas duas operationes res primæ intentionis sunt notæ prius intellectui quam secundæ. Tertia ē operatio discursiua a præmissis ad conclusiones, & ille discursus est intentio secunda, & est actus rationis per quem ducimur

mur in cognitionem primarum intentionum & aliarum scientiarum, & ideo quo ad hunc actum logica est prior & ita prior in quantum ad doctrinam, quia per discursum doctrinamur.¶ Ad aliud dicitur, quod propositio intelligēda est de his qui carent sensu a natiuitate. ¶ Ad aliud, quod aia separata cognoscit ea quæ cognoscit absq; discursu, & non per species acquisitas. Sed hæc propositio intelligenda est de his quæ acquiruntur per discursum, & eodem modo dicendum est ad vltimum &c.

QVÆSTIO XLVII.

QVæritur vtrum vnitas scientiæ sit ex vnitate generis subiecti? Quod non videtur ens est subiectum cuiuslibet scientiæ, & tñ scientiæ secundum se sunt plures & diuersę, ergo &c. maior patet, quia de non ente non est scientia. Hic dr̄, quod ens sub eadē rōne nō ē subiectum cuiuslibet scię quia ens rōnis est subiectum logicæ, & ens inquantum mobile est subiectū naturalis scientiæ, & ens sub absoluta rōne est subiectum metaphysicę, & tñ non est idem subiectum cuiuslibet scientiæ.¶ Contra, rō mobilis est rō entis, quia mobile est ens, consimiliter considerare ens sub rōne mobilis est considerare ens sub quadam rōne entis, & per consequens naturalis scia non differt a metaphysica, sed solum uariantur scientiæ p diuersas rationes subiecti.¶ Item si scientiæ varientur ex hoc, quod subiectum siue ens variatur secūdum diuersas rationes solum, cum scientiæ secentur vt res, hoc est per eorum subiecta quæ sunt realia, sequitur quod scientiæ non diuersificarentur nisi secundum rationem non realiter quod est inconueniens.

¶ Item ad principale metaphysica est vna scientia, & tamen est de pluribus, est enim de substantia quantitate & sic de alijs. ¶ Hic dicitur quod metaphysica est ex pluribus entibus, est tñ de vnico subiecto, quia omnia entia habent attributionem ad substantiam, & sic metapsiysica est de vno subiecto quod est vnum vnitate attributionis, & hoc sufficit per Arist. 4. metaphysi.¶ Contra, decem sunt genera prima cum ergo sunt prima nullam habent attributionem ad alterum, quia si sic, esset aliquid prius primis, ergo non est dicere quod metaphysica est de decem generibus, per attributionem ad substantiam.¶ Item quantitas secundum illud quod est, ens absolutum, sed metaphysica

physica est de quantitate secundum illud quod est, ergo meta physica est de quantitate secundum quod est ens absolutum & per consequens non per attributionem ad substantiã, maior patet, quia si quantitas secundum illud quod est esset compar tum, tunc esset quantitas ad aliquid quod non est verum. ¶ A oppositum est Arist. dicens quod vnitas scientiæ est ex vnitate generis subiecti.

Ad quæstionem dicitur quod sic, cuius ratio est, quia sicut habet potentia ad subiectum, ita scientia ad subiectum, sed vnitas potentiæ ex vnitate subiecti, sicut vnitas potentiæ visiuæ est ex vnitate coloris, potentia enim distingitur per subiecta per Arist. secundo de anima, ergo vnitas scientiæ est ex vnitate generis subiecti. ¶ Intelligendum tamen quod non oportet ad vnitatem scientiæ genus subiectum esse vnum vnitate prædicationis ad omnia quæ continentur in scientia. Sed sufficit quod sit vnum secundum analogiam sicut ens est subiectum potentiæ intellectiuæ, ita quod primum ens quod est substantia est subiectum intellectus & omnia alia entia per attributionem ad substantiam, ita de ente quod est substantia est primo metaphysica & omnibus aliis entibus secundum quod habent attributionem ad substantiam, & ita sequitur quod non oportet genus subiectum esse prædicabile de omnibus quæ determinantur in scientia. Sed sic commune quod omnia in illa scientia habeant attributionem ad ipsum. Et conueniens exemplum ponit Lincolnienſis, sicut enim est de arbore quod eius sunt radices quæ sunt eius principium, sic etiam eius sunt rami existentes ab arbore, & ab vno exeunt alij rami quousq; fiat multitudo ramorum ita est in subiecto scientiæ, quod eius sunt principium & ab ipso egrediuntur passiones quæ de ipso sciuntur per principium. Id manifestum patet in geometria, vbi prior conclusio est principium cõclusionis subsequentis, & sic fit vna conclusio, & ab illa conclusione fiunt aliæ, & sic quousque fiat integritas scientiæ omnia illa habent attributionem ad genus subiectum.

Ad primum argumentum sicut dicebatur. ¶ Ad rationem contra hoc, conceditur q̃ ratio mobilis est quædam rõ entis, quia nihil est quod possit subterfugere rationem entis, verum ratio entis sub quia consequitur ens quod est genus in metaphysica, & ratio illa entis quæ est ratio entis mobilis, quasi æquiuoce sunt rationes entis, & ideo per illam rationem entis

sufficien-

sufficienter diuersificatur scientia naturalis a metaph. ¶ Ad aliud dr̃ quod non sequitur scientiam diuersificari solum secundum rationes, quia illæ diuersæ rationes entis per quas diuersificatur scientia non sunt diuersimode solum secundum considerationem intellectus sed in re, hæc ratio non est illa, modus enim essendi entis inquantum mobile non est modus essendi absolutè inquantum est quid in se. Ad aliud principale sicut dicebatur. ¶ Ad primum contra hoc dr̃ quod licet quãtitas sit primum in suo genere, ita quod in illo genere non habeat aliquid prius, nihil tamen prohibet ipsum reduci ad aliquod prius alterius generis. Vnde cum dr̃, ꝙ tunc esset aliqd̃ prius primo. Dicendum quod hoc non est inconueniens in diuerso genere: substantia enim est primum ens ad quod omnia entia sunt omnia genere accidentia reduci habent. ¶ Ad aliud dr̃ quod non sequitur quantitatem esse ad aliquid licet attributionem habeat ad substantiam, non enim quælibet attributio siue comparatio facit ad aliquid, sed solum comparatio ad terminum. Sed tñ comparatio ad subiectum nõ facit aliquod ens ad aliquid. Per hoc ac formam dicitur quod hæc maior quantitas secundum illud ꝙ est, est ens absolutum, vera est distinguendo absolutum contra comparatum ad terminum relationis, veruntamen ipsum est comparatum ad subiectum, quia accidens secundum illud quod est, substantiæ est, accidens enim non est ens: nisi quia entis.

¶ *Quæstionum primi libri posteriorum. Finis.*

SECVNDI LIBRI POSTERIORUM, Quæstio. I. &c.

QVæritur de veritate huius, quod sit falsa videtur, qa de contingentibus, & corruptibilibus fiunt quæstiones, & tamen non sunt verè scita, quia de contingentibus non est scientia ergo &c. ¶ Huic dicit Linco. ꝙ quæstiones in generali sunt æquales numero his quæ verè scimus in generali, tñ in speciali non sunt æquales his quæcunq; verè scimus in spali. ¶ Contra, æquales gñe, & numero distinguuntur contra se inuicẽ sicut idem gñe. & idem numero. Dicere ergo ꝙ quæstiones numero sunt æquales his quæcunq; verè scimus, & dicere quòd illæ qõnes sunt æquales gñe non

vr conueniens expositio. Exponitur enim vnum membrum per alterum. ¶ Item ad principale, qõnes sunt infinitę & conclusiones scitæ sunt finite, sed quod infinita non sunt æqualia finitis, quia ibi non est certitudo ergo &c ¶ Item illud quod quæritur, est dubium quia per Boetium qõ est dubitabilis propositio, sed illud quod scitur est certum, ergo &c. Item scientia pertinet ad demonstratorem: sed ad demonstratorem non pertinet interrogatio nec qõ, non enim interrogat sed sumit quid per Arist. ¶ Hic dr quod ad demonstratorem non pertinet interrogare de præmissis, & hoc intendit Arist. Ad eum tñ pertinet interrogare de conclusione, & ad conclusionem pertinet scientia, & ita ad idem pertinet interrogatio & scientia. ¶ Contra hoc, si demonstrator interroget de conclusione, tũc contingit addiscentem non credere, quia per Arist. conclusio per hoc a positione, & suppositione differt, quia non oportet addiscentem assentire illi de quo fit quæstio, sed hæsitare põt de una parte, & de opposito & ita non oportet addiscentem credere quod est contra Aristo. ¶ Ad oppositum est Arist.

Ad quæstionem dicitur, quod quæstiones sunt æquales numero &c. huius ratio est quia propositio scibilis non est per se nota in veritate nec in falsitate, quia propositio scibilis est illa cuius scientia acquiritur de nouo per causam, sed talis non est per se nota in veritate, quia si sic eius scientia non acquireretur de nouo, nec per se nota in falsitate, quia de non ente non est scientia, propositio ergo scibilis non est per se nota, nec est simpliciter ignota sicut impossibilia de quibus non potest esse scia, ergo propositio scibilis talis est de qua scia acquiri põt post dubitationem, ita quod ipsa prius sit dubitata & postea per principia nota fiat scita, ergo &c. ¶ Intelligendum tamen est quod propositio scibilis nõ est quæribilis tali modo, quòd ab eodem sit scita & dubitata quia sic simul esset nota, & certa respectu eiusdem. Sed ipsa est prius dubitata ab addiscente & postea per principia nota per se debbite applicata ipsa fit certa & eadem quæstio quæ est scita ab vno & est dubitabilis ab alio, & hoc non inconueniens.

Ad primum sicut dicebatur. Ad rationem contra hoc dr quòd istæ determinationes gñe & numero non referuntur ad idẽ, sed hæc determinatio in gñali referenda est ad conclusiones, & hæc determinatio numero referenda est ad æqualitatem, & ita patet quod intellectus est ille. Quæstiones acceptæ in

gene-

gñali, sunt æquales numero his quæ vere scimus in gñali, & sic est propositio vera. ¶ Ad secundum principale dico quod propositiones numero infinitę sunt, & sic de illis non intendit Arist. sed solum de quęstionibus in gñe. Similiter intelligendum quod contingentium, vt contingentia sunt propriè non est quæstio, sicut nec eorum est scia, quia omnis quæstio est qō medij siue causæ, sed contingentia vt alia sunt non hñt causam eorum, tñ de his quæ sunt contingentia qōnes fiunt, vt quare vadis Romam? Respōdetur, vt recuperem sanitatē. De isto contingenti fit qō, propter hoc quod habet quandam cām ordinatam quæ est intenta a vadente, & isto modo contingens quæri potest, & etiam sciti per talem causam, sed talis scientia non pertinet ad demonstrationem. ¶ Ad aliud dico quod illud quod quæritur dubium est, quantum est de se. Cū hoc tñ stat quod æquales sunt quęstiones his quæ vere scimus quia eadem numero propositiones quæ prius fuerunt dubiæ posterius fiunt certæ per propositiones notas. ¶ Ad aliud sicut dicebatur. ¶ Ad illud contra hoc, dico quod non oportet addiscentem credere conclusionem antequam per demonstrationes per se concludant, sed præmissas credere debet, quia sunt per se notæ, vel quando ex præmissis determinato modo applicatis infertur conclusio, tunc addiscens credit conclusionē, sed prius non oportet nec intendit Aristot.

QVAESTIO XLIX.

QVæritur an si est, sit quæstio? quod nō vr, omnis quæstio, aliquid præsupponit; sed quæstio si est nihil præsupponit; ergo si est non est quæstio: Probo minorem. Si si est aliqd præsupponit, tunc præsupponeret quid est. Sed quid est non præsupponitur, quia præsupponit si est, ergo non præsupponitur a si est. ¶ Item illud quod præcognoscitur ante demonstrationem non est quęlibet quia omne quæribile est scibile. Sed si est præsupponitur ante nomen demonstrationem, quia de subiecto præcognoscitur si est & quid est. ¶ Item si esse quęritur de aliquo, quęro an quęratur idem de seipso an aliud de alio, si idem de seipso tunc non est quęstio, quia p Ari. quęrens quare homo est homo nihil est quęrere. Si quęritur aliud de alio tunc quęstio talis non est simplex sed composita. Quia quęstio simplex est quando illud quod quęritur non est alterius essentię sicut dicit Linconiensis. ¶ Item si hic quę-

ritur aliud de alio, tunc esse posset demonstrari, quia esse haberet in subiecto causam quare inseparabiliter ei ineit & est secundum se aliud ab eo cuius est, ergo est demonstrabile. ¶ Ad oppositum est Arist.

Ad quęstionem dicitur, quod si est quęstio, quod patet ex intentione Arist. dicit enim quod si est, est quęstio simplex, ex hoc sequitur quod si est, est quęstio simplex, & est quęstio simplex sicut dicit Thomas propter hoc, quia non prędicatur esse tertium, sed secundum Linco. dicitur quęstio simplex, quia ratio formę & ratio rei subiectę & ratio & forma rei prędicatæ non sunt duę sed una, & quęstio composita est cum forma & ratio rei subiectę prędicati sunt duę, sicut hic cum quęritur an homo sit risibilis.

¶ Intelligendum tamen est quod ad quæstionem tria requiruntur, & ista sufficiunt. ¶ Primum est quid id de quo quæritur sit dubitabile quantum est de se. ¶ Secundū est quod quæribile aliquid præsupponat. ¶ Tertium est quod ipsam habeat medium per quod demonstrari possit. Istæ tres cōstitutiones includuntur in hac conditione si est, quia esse quantum est de se dubium est, quia contingit scire quid significatur per hircocerui, & tn dubitare an sit. similiter si est præsupponit qd est non quid est simpliciter. s. quid est rei. sed quid est quod significatur per nomen, similiter si est hēt medium per quod possit demonstrari. ¶ Iuxta quod est intelligendum quod duplex est esse: quoddam est esse subiecti & aliud esse passionis. Esse subiecti non habet medium &c. nec est demōstrabile, qa de subiecto præcognoscitur quid est & quia est ante omnem demonstrationem. Esse autem passionis est demonstrabile, qa esse passionis est ineſſe, & ineſſe passionis subiecto demōstratur. & per diffinitionem subiecti tanquam per medium, & ēt per diffinitionem passionis. ergo si est, est quæstio cum habeat conditiones requisitas ad quæstionem.

Ad primum argumentum dico, quod quæstio si est aliquid præsupponit. Non præsupponit tamen quid est rei, sed quid est quod significatur per nomen, quid enim rei pręsupponit si est vt argutū est. & ideo a si est non præsupponitur. ¶ Ad aliud pātet per dicta in pōne, quia de subiecto præcognoscitur si est & quid est. & ideo de subiecto non pōt quæri. Esse tn passionis pōt esse quæribile. ¶ Ad aliud dicitur quod esse quæritur de eo cuius est, non sicut totaliter idem sibi nec sicut totaliter

diuer-

diuersum. Sed quæritur tanquam aliquid reducibile ad genus illius cuius est, vt si sit esse substantiæ ad substantiam, si quantitatis ad quantitatem, & sic de cæteris generibus, ita quod non prædicatur esse quod est alterius generis, & est quæstio simplex. Et prædicatur esse secundum adiacens, quod esse, sicut dicit Thomas, est reducibile, ad genus illius cuius est esse. ¶ Ad aliud patet quod hic non quæritur totaliter aliud, vnde nō est demonstrabile de eo cuius est, quia esse in subiecto præsupponit esse, & ideo esse subiecti demonstrari non potest, nec illud quæritur proprie. Si tamen quæritur, hoc non est vt fiat notū per demonstrationē, sed vt aliqua alia via notificetur, sed esse passionis quæritur, & idem demōstratur. Videtur tamen Lincolaliter dicere, quod esse cuiuslibet alterius a prima causa demonstrari potest de eo cuius est excepta substātia quod est generalissimum, ipsa enim substantia non habet diffinitionē quia non habet genus superius, & ideo de substantia quæ est generalissimum non demonstratur esse, nec de prima causa eadem ratione, quia prima causa nō est in genere, qa eius esse est eius essentia, & sic esse subiecti, & esse passionis quæribile est & ēt scibile, exceptis his quæ dicta sunt. ¶ Ad rationem dico quod esse simpliciter subiecti demonstratur per diffinitionem subiecti de subiecto, tamen esse subiecti incompletè ante demonstrationem præcognoscitur & præsupponitur, tuncenim præcognoscitur esse subiecti incompletè quando ipsum cognoscitur per aliqua accidentia siue per descriptionem, & tale esse p̄ cognoscitur antequam præcognoscatur quid rei. Et cum hoc conuenit Aristot. 7. meth. & primo de anima, & secūdo huius. Dicit. n. quod accidentia magnam partem conferunt ad cognoscendum quod quid rei, esse tñ completè subiecti per diffinitionem subiecti acquiritur, & sic patet quod alio modo esse p̄ cognoscitur & præsupponitur & alio modo quæritur. Sic ergo patet per ipsum, quia quando quæritur an hoc est, non quæritur aliqua forma de alia, & ideo est quæstio simplex, nec totaliter idem vt dictum est, quia tunc non esset quęstio.

QVÆSTIO L.

QVęritur an quid est sit quęstio, quod non vī, quia omne quod quęritur est scibile per quid est, quia illud quod scitur, scitur per diffinitionem indicantem quid est, & illud quod quęritur etiam scitur. Sed quid est non scitur per me-

dium quod est quod quid est, quia eadem ratione illud q̃ q
est sciretur per aliud quod quid est & sic esset processus in i
finitum. ¶ Item, esse quæribile est scibile, quod non est scibile
ergo nec quæribile, probo minorem. Si quid esset scibile, scir
tur per causam, sed nihil est intimius rei quam suum quod q
est, ergo quod quid est non habet causam intrinsecam per qui
possit sciri. ¶ Hic dicitur quoddam est quod quid est subiecti
& aliud quod quid est passionis. Quod quid est subiecti quær
non potest, quia nec sciri quia de subiecto præcognoscitur q
est, & si est per Aristo. Quid tamen passionis quæritur, & illud
scitur per diffinitionem subiecti. ¶ Contra istud. Primo ostēdo
quod quid est subiecti quæri põt, & etiam sciri, quia cõtingit
aliquem cognoscere esse & dubitare de principijs indicãtibus
quid, & postea contingit cognoscere principia indicãtia quid,
sicut puer cognoscit bouem esse, & tñ principia bouis essentia
lis ignorat, & postea principia indicantia quid cognoscit, sed il
lud quod est primo ignotum, & postea notum est quæribile,
& etiam scibile, ergo quid est subiecti, est quæribile & etiã sci
bile, quia tunc quid subiecti sic notum per quid notius, ergo
scibile est. ¶ Item quod quid passionis non possit sciri videtur,
quia per Arist. Quodquid est non potest demonstrari, quia sic
fieret petitio principij, ergo quod quid passionis demonstrari
non põt. ¶ Item, omnis quæstio est quæstio medij siue causæ p
Aristo. Sed quod quid non est quæstio medij, quia ipsius quid
non est medium siue causa, ergo quid est non est quæstio.
¶ Item quid est præsupponit si est, vt est, qõ sed quid est idē est
quod essentia vel ipsam præsupponit, quia tunc nulla rosa exi
stente non posset cognosci quid est rosa, ergo quid est non est
quæstio, vt q̃d veram existentiam rei notificat. ¶ Item quæstio
differt a superpositione & petitione in hoc quod in quæstione
non oportet addiscentem consentire parti opponentis quam
intendit opponens. Sed potest esse contrariæ opinionis, sed in
eo quod quid est non possunt opponens & respondens esse
contrariæ opinionis, ergo quid est non est quæstio. Minor pa-
tet quia quæstio quid est non est quæstio dialectica, ergo in q̃-
stione quid est non possunt esse opiniones contrariæ, sed tantũ
erit vna pars sustinenda. ¶ Item si quid est esset quæstio, idem
esset dubitale & præsuppositum, consequens est falsum, ergo
& antecedens. Probatio consequentiæ quia quid est præsup-
ponit si est. Si igitur dicis, q̃ quid est, est qõ, tũc q̃d est p̃suppo-

nitur

nitur a si est, quia esse vel est essentia vel immediatè consequés quidditatem, sed quod sequitur quidditatem ipsam præsuppo nit, ergo esse præsupponit quidditatem. Si ergo dicas, quod q̃d est sit q̃, idem erit dubitatum & p̃suppositum. ¶ Hic dicitur, quod non sequitur, quia est aliud quid est quod est dubitatum, & quod est præsuppositum a si est, quia quid est verum est dubitatum. Sed quid est verum non præsupponitur a si est. Si est .n. solum præsupponit quid est, quod significatur per nomen, & ita illud quod præsupponitur, & aliud quæritur. ¶ Contra. Illud non soluit, quia esse vel est quidditas vel immediate cõsequitur quidditatem veram, ergo esse præsupponit quidditatem veram, & non solum præsupponit quod significatur p nomen. ¶ Item esse distinctum consequitur esse distinctum, ergo esse præsupponit entitatem distinctam, & hoc non est quidditatis significatæ per nomen trñ, sed quid est rei, ergo præsuppo nit veram quidditatem rei, ergo si est præsupponit quid est.

¶ Aliter dicit Linco. quod quid est præsupponit si est cognitũ per accidentia. Quid est trñ præsupponitur a si est, ſm quod q̃d est cognoscitur per principia essentiali, vnde esse dupliciter co gnoscitur. Vno modo per accidentia. Alio modo per principia essentialia. Vnde per hoc ad formam argumenti dici potest q̃ quid est dubitatur ſm q̃ præsupponit esse cognitum per prin cipia accidentalia, & ipsum est præsuppositum ab esse comple tè cognito per principia essentialia, & quod idem sit præsup positum & dubitatum non est inconueniens. ¶ Contra si esse cognitum completè præsupponit quid est, tunc esse per quid est potest demonstrari de eo cuius est, sed hoc est falsum, per Arist. quia de subiecto præcognoscitur quid est, & si est, & c. d̃ p̃cognoscitur ante demonstrationem, demonstrari non potest. ¶ Ad oppositum est Arist.

Ad quæstionẽ dr̃, q̃ quid est, est q̃ sicut dicit Linco. & hoc ideo est, quia quid dubitari potest, & quia eius cognitio acquiri potest, (Docet enim Arist. venari, quod quid est) ergo &c. Dicunt quidam, q̃ quid est subiecti nõ quæritur, quia de subiecto tanquam de fundamento in demonstratione præcognoscitur quid est. & si est, vt dicit Aristor. quid est tantum passionis quæri potest, & ipsum potest sciri de subiecto per diffinitionem subiecti. ¶ Intelligẽdum trñ est, quòd quid est contractum sub ratione qua est quid, sic non quæritur, ita quod sub illa ratione sciatur tanquam conclusum in demonstratione, quia sic esset

petitio principij, vt dicit Arist. Quid est tñ quæritur, vt per alīd quam aliam viam fiat notum, vt per viam diuisiuam, sicut docet Arist. & innoteſcit tanquam medium, non tñ tanquam cōclusio in demonstratione, illud tñ quod est quid nō acceptum sub illa ratione, vt quid, sed materiale potest demonstrari per quid formale, ita quod hoc demonstratur inesse illi cuius est, sed non sub ratione qua est quid.

Ad primum argumentum dico quod quid sub ratione qua est quid non quæritur per medium, nec demonstratur, quia sic esset proceſsus in infinitum. ¶ Ad aliud dico, quod quid subiecti non requiritur, nec scitur per demonstrationem sub ea ratione qua est quid. ¶ Rōnes quæ probant quod quid est potest demonstrari postea soluētur. ¶ Ad aliud principale, dicitur qđ omnis q̄stio est qō medij, non ita quod ipsum demonstretur p̄ medium, dictum.n. est, quod quid est sub ratione qua quid est quæritur, non ita quod ipsum sciatur per demonstrationē tanquam conclusio, sed aliqua alia via, vt dictum est in positione. ¶ Ad aliud dico, quod quidquid est, vt est vera quidditas rei, p̄supponit si est, sed non esse actuale distinctum cōtra fuisse vel fore, sicut argutum est, sed præsupponit esse aliud, sicut postea videbitur. Ad aliud dicit Lin.co ¶ Ad rationes contra hoc dicitur secundum sententiam eius, quod quid est potest demonstrari de subiecto per eius quod quid est, quia pōt dubitari, si continetur sub alia specie. ¶ Ad auctoritatem Arist. dicitur qđ de subiecto præcognoscitur quid est & si est, nō completè, sed præcognoscitur esse notum per principia accidentalia, & esse isto modo non demonstratur esse, sed demonstratur, esse notū per principia accidentalia secundum ipsum. ¶ Aliter dr̄, quòd quid est præsupponit esse confusum, sed ipsum quid præsupponit esse distinctum. Et ita aliud esse præsupponitur, & aliud esse consequitur: licet illud forte sit idem cum priori.

QVÆSTIO LI.

QVæritur vtrum esse existere sit de essentia? quòd sic videtur. Auctor de causis dicit, quòd prima rerum causatarū est esse: sed quod est primum in rebus causatis est essentia. ¶ Item Commentator dicit, quòd hoc est problema de genere hō est, sed genus est de essentia illius cuius est, ergo &c. ¶ Item ratio Commentatoris est ad hoc, Homo est, aut ergo per se, aut per additum, si per se habetur propositum, si per additum,

ditum, quæro de illo addito, illud additum est, aut ergo per se, aut per additum. Si per se eadem rõne fuit standum in primo. Si per additum sic erit processus in infinitum.

¶ Hic dicitur, quod homo est per additionem, & illud additum est per se & non eadem ratione standum est in primo: sicut in simili patet. Homo disgregat per albedinem, & albedo disgregat per se & non est eadem ratione standum in primo.

¶ Contra, si illud additum fit per se: ergo esse est de essentia illius additi, & sic haberem propositum, quòd esse est de essẽtia illius cuius est. ¶ Item quæro de illo addito aut est essentialiter ipsum esse, aut participans esse. Si sit ipsum esse, tũc homo est per se, quia non per medium. Si sit participans esse, cum omne participans esse sit compositum distinctum numero contra alterum, sequitur quod homo est aliud compositum distinctum numero ab homine. Sed hoc est impossibile, quia homo non est per entitatem alterius compositum numero, sicut sortes nõ est albus per albedinem Plat. ¶ Aliter dicitur ad rationem, qđ homo est per additum. Et cum dicitur, qđ illud additum est, dicitur quod non, quia illud additum non est, sed est illud quo aliquid aliud est, sicut forma non est, sed est principium essendi compositum. ¶ Contra, illud additum non potest esse purè nihil, quia tunc homo esset purè nihil, ergo illud additum aliquo modo est ens, & quotiens dicitur ens, totiens dicitur esse, per Arist. ergo illud additum est. ¶ Item quantum denominatiuè prædicatur de re proprij generis, bene enim dicitur linea est q̃ta, ergo eadem ratione esse potest prædicari de quocunque quod aliquo modo est ens, ergo idem additum quo homo est, licet non sit entitate compositi, tamen aliquo modo est, sicut forma est entitate principij. ¶ Item ad principale, ens est de cuiuslibet essentia, per Arist. & ens esse idem significant, ergo esse est de essentia cuiuslibet. ¶ Hic dicitur, quod ens est duplex, ens nomen, & ens participium. Ens nomen est de essẽtia cuiuslibet, sed ens participium non Primo modo non est verũ ꝙ ens & esse significant idem, sed bene secundo modo. ¶ Contra illud, ens nomen & ens participium significant idem, licet differant in modo significandi, sed ens participium & esse idẽ significant, vt concessum est, ergo ens nomen & esse idem significant. ¶ Hic dicitur, quod ens nomen & ens participium significant sub distincto modo, & ille modus facit, quòd ens & esse significent idem, vt ens est participium, quia vtrunque significat

gnificat rem vt mensurata tempore, tamen ens nomen & esse non significant idem, quia ens nomē non significat rem vt tēpore mensuratam. Sed ens participium & esse significant, vt mensuratam tempore, & ideo non sunt de essentia.

¶ Contra illud, si ens participium non sit de essentia, quia mē suratur tempore, tunc non esset hæc necessaria, homo est ens animal: quia hic ponitur ens animal, vt tempore mensuratur de homine, & vt sic non est de essentia per te. ¶ Item ad principale, generatio terminatur ad substantiam solum tanquam ad per se terminum, & generatio per se terminatur ad esse, & esse est substantia rei. ¶ Hic dicitur, quòd generatio non terminatur ad esse, sed ad substantiam sub esse. ¶ Contra illud, generatio est a non esse ad esse per Aristotel. ergo generatio per se terminatur ad esse. ¶ Ite si generatio terminetur ad substātiam sub esse, & per te esse est aliud ab essentia, ergo generatio terminatur ad ens per accidens, ergo ens per se generatur quod est impossibile. ¶ Item ad principale si esse non sit essentia rei, tūc cum esse sit in essentia, essentia erit in potē tia respectu cuiuslibet quod est in ea, quod est alterū a sua essentia: sed consequens est falsum: ergo & antecedens, falsitas consequentis patet, quia si essentia sit in potentia ad esse, aut ergo in potentia actiua vel passiua. Si actiua, tunc essentia haberet esse anteqū esset, quia quod est in potentia actiua respectu alterius esse habet respectu illius. Si in potentia passiua, tūc essentia manens posset esse & non esse, quia potentia passiua est potentia cōtradictionis. ¶ Item si esse sit aliud ab essentia cum immediatè consequatur essentiam, ergo esse de essentia pōt demōstrari, consequens est falsum, ergo & antecedēs. Consequentis falsitas patet, quia in demostratione præsupponitur quid est, & si est, & quod præsupponitur nō demonstratur, ergo esse non demonstratur: quia prædicatum est de per se intellectu subiecti. ¶ Ad oppositum si esse esset de essentia rei, hæc esset necessaria homo est, consequens est falsum, ergo & añs. ¶ Item si sic, tunc intelligens te non esse vel hominem nō esse intelligeret incompossibilia. ¶ Item essentia abstrahit ab esse fuisse, & fore: ergo esse de essentia non est quia illud a quo aliquid abstrahit non est de eius essentia.

Ad quæstionem dr̄, q̄ esse existere non est de essentia, quia de illo esse est dubitatio. Sed de esse essētiæ non est dubitatio. Rō huius est ista. Illud quod pōt intelligi sine altero non inclu

dit

dit illud in sua essentia, essentia pōt intelligi non intelligēdo esse, ergo &c. Hæc patet similiter, quia essentia abstrahitur ab esse fuisse & fore, sicut ergo fuisse, & fore nō sunt de essentia, ita nec esse. ¶ Intelligēdum tū est, ppter rōnes, q̄ esse existere nō cōsequitur essentiā, primo, sed primo cōsequit̄ individuū. Individuū. n. per se, & primo existit: essētia nō nisi per actūs.

Ad primum argumētum dico q̄ auctor de causis intelligit per se actum primum, & nō existere. Vnde intellectus est, q̄ principia rerum creatarum est esse, hoc est, principia creata nō est actus, sicut patet de intellectu, & non loquitur hic de esse quod est existere. ¶ Ad aliam auctoritatem, quòd Commentator intendit, quòd hoc est prædicatū ḡnale, hō est. Vnde per problema de genere, intēdit prædicatum generale, cuiusmodi est prædicatū transcendens. ¶ Ad aliud, quod homo est per se, ita quod non per medium habens esse, & similiter est per additū vt per esse, quia esse est tāquam illud quo aliquid est, tñ illud esse non est, ita quod sit habens esse. Vnde tūc ista simul stāt, quòd homo sit per se ita, & nō per medium habens esse, & tñ homo est per additum tanquam per aliquod quo aliquid est, & non per additum, quod est, ita quòd sit habens esse, sed per additum quod est principium essendi ¶ Ad rōnes contra hoc primæ rationes contra principale probant, quòd illud esse nō est tanq̄ habens esse, sed tanquam principium quo compositum est. ¶ Ad aliud sicut dicebatur hoc est cōcessum. ¶ Rōnes contra secūdam rñsionem probant, quòd esse illud per quod homo est, est aliquo modo, & hoc est concessum simpliciter, illud esse est non tanq̄ hñs esse, sed tanq̄ principium quo cōpositum est. ¶ Ad aliud sicut dicebatur ¶ Ad rōnē contra hoc sicut prius. ¶ Et Ad aliud contra hoc, dr̄ quòd sic dicendo homo est ens animal, ens specificatur per animal, & ideo quodāmodo stat secundum exigentiam animalis: & ideo nō est hæc contingens: Homo est ens animal: hæc tñ est contingens; Homo est animal ens, quia in ista animal specificatur per ens, & ita quodammodo secūdum esse temporale mensuratur, & iō hæc est contingens: homo. n. pōt esse animal existens & non exñs. ¶ Aliter pōt dici & melius, quòd ens nomen & ens participium non significāt puram entitatem rei siue quidditatē, sed ens participium significat rei existētiam quæ est extra essentiam & illi essentialiter accidit. Per hoc ad formam principalis rationis, sicut prius quod ens participium & esse idem

significant, sed tñ ens nomen & esse non significant idē sicut nec ens nomen & ens participium significant idem, & ideo lī cet ens nomen sit de essentia, tñ esse non est de essētia, nec ens participium. ¶ Ad aliud sicut dicebatur. ¶ Ad rationem contra hoc dr̄, quòd licet generatio terminetur ad substantiā sub esse non tñ terminatur ad ens per accidens, quia esse non ēst res alterius generis ab essentia, sicut album est alterius generis ab homine. Esse. n. est in eodem genere cum eo cuius est per reductionem. Vnde esse non est in genere per se, & substātia sub esse non facit ens per accidens, sicut homo albus. ¶ Ad aliud cum dr̄, ꝙ generatio est a non esse in esse: iste est intellectus, quod generatio est a substantia non ente ad substantia non ente ad substantiam sub esse. ¶ Ad aliud principale, quòd essentia est in potentia ad esse. Est. n. in potentia passiua, quia pōt existere & nō existere. Accidit. n. sibi existere. Et cum dr̄, ergo essentia manens pōt non esse, dicitur, ꝙ non oportet quod essentia manens possit non esse, quia essentia manens existit, & dum existit, est. Sed tñ essentia manes essentia potest esse vel nō esse. ¶ Ad aliud cum dr̄, quòd esse est essentia, posterius essentia, cōceditur. Et cum infertur, ergo esse præsupponit essentiam dr̄, quod esse existere præsupponit essentiam ſm aliquem gradum essendi, non tñ præsupponit essentiam existere. ¶ Ad aliud, quod licet esse nō sit de essentia, non tñ pōt demonstrari de essentia. Ad huius probationem, dr̄ quod non sequitur essentiā nisi per accidens. Primo. n. sequitur individuū cuius est per se existere. Et quia nō sequitur essentiam ſm se, & primo, ideo de essentia demonstrari non pōt. Similiter non est res alterius gñis, nec p se ens in gñe, iō nō pōt demōstrari.

QVÆSTIO LII.

QVæritur vtrum quæstio quid est præsupponat si est? Qd̄ non vr̄, quia de rosa, & nine possumus scire q̄d sunt nulla rosa existente ergo q̄ō quid ex præsupponit si est. ¶ Hic dr̄ quod ista bene concludit, ꝙ quæstio quid est non præsupponit esse existere, præsupponit tñ aliud esse. ¶ Contra, q̄ro de illo esse quod p̄supponitur, aut est esse essentiæ, aut esse existere, aut aliquod tertium. Nō esse essentiæ, quia si quid est præsupponere esse essētiæ, præsupponeret seipsum, quod est inconueniens. Nec præsupponit esse tertium, quia non est tale vt videtur solum: ergo præsupponit esse existere.

¶ Item

¶ Item ad principale : esse distinctum consequitur distinctam entitatem, quia ab vnitate distincta causatur : ergo esse præsupponit quidditatem: ergo quid est non præsupponit esse, quia tũc in præsuppositionib. esset circulus. ¶ Item esse est posterius essentia, ergo esse essentiam, siue quid est præsupponit, non ergo econtra. ¶ Item quid est non præsupponit illud quod sibi accidit, sed quidditati accidit esse sicut fuisse & fore: ergo quid est nõ præsupponit esse, ergo &c. ¶ Ad oppositũ est Ari. dicit. n. qđ q̃rentes quid est ignorãtes si est, nihil q̃rũt, quia q̃ non est nemo scit quid est, sicut patet de tragelapho.

Ad quæstionem dicitur, quòd quæstio quid est præsupponit si est, sicut dicit Aristotel. quia de non ente nullus scit quid est. Nullus enim scit quid est tragelaphus. sed solum quid significatur per nomen. ergo antequam sciatur quid est, oportet quod præcognoscatur si est. licet non esse quòd est actualiter entis, cum non sit de essentia, veruntamen sine essentia non potest esse, ergo &c. ¶ Intelligendum tamen propter rationes quod quid est non præsupponit esse essentiæ, quia tũc idem præsupponeret seipsum. nec præsupponit esse existere: quia esse existere est primo ipsius singularis, & tale accidit ipsi quid, quia quæstio quid est, est quæstio medij. & etiã quæstio si est. sed medium in demonstratione est vniuersale: ergo quid est, & etiam si est sunt primo vniuersale: & nõ ipsius singularis. Et esse existere est ipsius singularis primo. ergo quid est non præsupponit esse existere primo, sed quid est præsupponit tertium esse, quod est actualiter entis, & illud esse quod est actualiter entis nihil aliud est nisi quidam gradus essendi vnius essentiæ distinctus contra alium gradum alterius essentię. quem gradum habet essentia cum est. Vnde iste gradus essendi præsupponitur de omni quod est quid & illud esse est quodammodo non esse prohibitum in rerum natura, siue esse in habitu (sicut dicit quidam) & non esse existere. & propter hæc dicit quod de tragelapho nullus scit quid, quia non licet esse ficin habitu. i. aliquem gradum essendi in rebus. ¶ Aliud est intelligendum propter secundum argumentum, quòd esse dupliciter cognoscitur. Vno modo per medium accidentale, sicut nos cognoscimus cœlum per accidẽtalia & per effectus. Alio modo cognoscitur esse per medium essentiale, vt quando cognoscitur per quod quid est: Isto secundo modo esse cognoscitur distincte, & præsupponit quid est a quo capit diffinitionem

ctionem. Primo modo esse cognoscitur confuso modo & incomplete, & isto primo modo quid est præsupponit esse cognitum modo confuso. Sed secūdò modo esse acceptum præsupponit quid est. & loquor de esse quod est actualiter entis: siue gradus essendi, & non de esse quod est existere.

Ad rationes, patet per hoc. ¶ Ad primam patet quid est illud esse quod præsupponitur: & per hoc patet ad rationē contra hoc, & sic ad duas primas: præsupponit enim aliquod tertium esse quod nec est esse essentiæ, nec esse existere quod mēsuratur tempore. ¶ Ad aliud principale patet in positione q̄ esse distinctè cognitum præsupponit quid est, cum hoc tamen stat quod quid est præsupponat si est indistinctè cognitū. ¶ Ad aliud q̄ esse est posterius essentia siue quidditate, & ideo cōpletum esse & complete cognitum quid est præsupponit esse tamen cognitum indistincte non præsupponit in cognoscendo quid est. ¶ Ad aliud quod esse existere accidit essentię, & illud non præsupponitur, esse tamen quod est actualiter proprietas entis non accidit essentię, ita quod possit essentia esse, & illud sibi non inesse, immo semper essentiam consequitur: sicut postea parebit. ¶ Contra esse quod est actualiter essentiæ est posterius essentia, sed prius non dependet a posteriori. ergo essentia potest esse & nō esse loquendo de isto esse. ¶ Ad istud dicitur quod licet esse quod est actuale sit posterius, tamen ipsum est illud sub quo essentia est. Est enim posterius sicut modus essendi est posterius eo cuius est modus. Vnde neganda est hęc consequētia. Esse est posterius essentia sicut modus determinatus rei. ergo res potest esse & non esse, quia est modus determinatus sine quo res non potest esse sine intelligi. ¶ Contra dictum in positione arguitur. dictum est enim in positione quod esse scitur per medium accidentale & tale esse est quod præsupponitur a quęstione quid est. ¶ Contra illud, si esse cognoscitur per medium accidentale, aut ergo cognoscitur per medium accidentale quod est commune, aut per proprium, non per medium accidentale commune, quia accidens commune nō magis hoc subiectum denominat quā illud. ergo per accidens commune non potest sciri hoc subiectum esse: nec per accidens proprium, quia accidens propriū præsupponit subiectum esse. ergo per accidens proprium nō scitur subiectum esse. ¶ Hic dicitur quod esse scitur per accidens proprium & etiam per accidēs commune, maximè quia

accidens

accidens commune est notum apud sensum, & omnis cognitio ortum habet a sensu siue a cognitione sensitiua, veruntamen per accidentia non scitur esse distinctum, sed esse confusum, quia ad esse confusum alicuius cognoscendum sufficiũt accidentia communia, licet non sufficiant ad cognoscendum esse distinctum. Similiter per accidens proprium cognoscitur esse confusum tantum, & per quidditatem subiecti cognoscitur esse distinctum.

QVAEST. LIII.

QVeritur, An esse quod est actualiter essentię sit de essentia? Quod sic vr, quia ens nomen & esse quod est actualiter essentię significant idem, sed ens nomẽ est de essentia. ergo esse quod est actualiter essentię licet esse existere non sit de essentia. ¶ Item ratio Cõmenta. prius allegata est ad hoc, quia homo est. aut ergo per se aut per additum. Si per se habeur propositum, si per additum processus erit in infinitũ. ¶ Item si esse non sit de essentia, tũc essentia est in potentia ad esse. quia essentia est in potentia ad quodlibet qđ est in ea præter essentiã, sed consequens est falsum. quia aut est in potẽtia actiua vel passiua. Si in potentia actiua, tunc esset ante quã esset. Si in potentia passiua, tunc essẽtia poset esse & nõ esse, loquendo de esse quod est actualiter entis, quia potentia passiua est potentia cõtradictionis. ¶ Itẽ si esse non sit de essẽtia, ergo est aliud, ergo demonstrari potest. ¶ Itẽ si sic, tũc esset accidens & per consequẽs presupponeret subiectũ esse. ¶ Itẽ si sic, tunc esse poset intelligi sine actualitate. Ad oppositũ est Boetius dicens, quod in omni quod est circa primum, aliud est, quod est, & quo est, ergo quod est, est essentia, quo est esse, ergo esse est aliud ab essentia.

Ad quęstionem dr quod esse quòd est actualiter entis non est de essentia. huius pot esse duplex ratio. Prima quia esse est modus essentię. Modus aũt rei non est de essentia. ¶ Itẽ si esse esset actus intrinsecus essentię, & ex ipsius essẽtię est vnus actus essentialis, vt forma substãtialis, tunc vnius compositi essent duo actus substantiales completi. sed duo actus substãtiales completi faciunt duo cõposita. ergo vnũ cõpositum esset duo composita. quod est inconueniẽs. patet ergo qđ esse qđ est actualiter entis non est de essentia sicut nec esse existere. Ista tũ duo esse sunt distincta, quia esse qđ est actualiter entis

primo

primo consequitur essentiam, & est propriū esse ipsius essentiæ, sed esse existere primo consequitur ipsum indiuiduū. Et licet vnum nō possit esse sine reliquo, pōt tñ intelligi sine reliquo. Nec oportet quod sint vnum in reliquo, cum nō ita sit proprium esse ipsius indiuidui &c. apparet tamen quod illa duo esse sint vnum propter hoc quod in re sunt coniuncta.

Ad primā rōnem vī quod ens & esse quod est actuale esse non significant idē. Vnde intelligendū est quod triplex est esse. Esse essentiæ, & esse qđ est actualiter essentiæ, & esse existere. Esse primo modo & ens nomen idē significant, secūdo mō & tertio non significant idē. Ad illud Cōmentatoris sicut prius quod homo est per se, quia non per aliud additū qđ est habens esse, vnde non est medium inter esse & hoīem qui est habēs esse, sicut nec inter illud qđ est illud quo aliquid habet esse. sic ergo patet qualiter est per se, sed nō se quitur vlterius. ergo esse est de essentia. quia esse nec prædicatur de essentia primo mō, quia non est de essentia (quia non est diffinitio nec pars diffinitionis, nec aliquid essentiæ.) Nec secđo mō, quia sic prædicatur per se aliquod accidēs de subiecto qđ in subiecto præsupponit esse, sed esse non est accidēs, quia nō est ens prie, sed modus essendi. & ideo est in eodē genere in quo est essentia per reductionē. & non est in genere per se, vnde hæc est per se, homo est, sed non sicut pertinet ad demonstratorē. ¶ Ad aliud quod essentia est in potētia passiua. Et cum dī qđ potentia passiua est potentia contradictionis. Dico quod duplex est potentia passiua. Vna est indiuidui & illa est contradictionis. Vult. n. Ari. in 7. quod materia partis ad indiuiduū est principiū quo aliquid potest esse & non esse. quia pro illa materia est sub quanto & quali, & qualitates sunt principiū corruptionis. Potentia tamen partis ad speciem non est potentia contradictionis, quia materia partis ad speciē non est principiū quo aliquid potest esse & nō esse. ¶ Ad aliud, quod licet esse sit aliud ab essentia, tamen demonstrari non potest, quia non est accidens cōpletum in genere. & ideo nō est passio demonstrabilis. non. n. est habens esse: sed quo aliud esse habet. ¶ Ad aliud, quod si sit aliud ab essentia nō tñ est accidēs, nō. n. est habens esse, ideo nec substantia nec accidens. Ad aliud qđ licet esse non sit de essentia, tñ essentia non pōt intelligi nisi sub esse. contingit tñ intelligere substantiā non intelligendo esse: sed tñ essentia semper intelligitur sub esse. Sicut contin-

git intelligere materiã non intelligendo formã: quia distincti conceptus sunt, & diuersæ res. Materia tñ nõ potest intelligi nisi sub habitudine ad formã, & causa quare essentia intelligi non potest nisi sub esse est ista. quia esset est modus essẽtiæ sine quo essentia non potest intelligi, non tamen est de eius essentia &c. Sed quia determinatus est modus ipsius essentiæ, ideo sine illo intelligi non potest.

QVÆSTIO LIIII.

QVæritur an oĩs quæstio sit quæstio medij? Quod non vr. Si omnis quæstio quærat mediũ: erit processus in infinitũ, quia cũ quęro vtrũ hoc sit, quęro an sit mediũ, & vlterius cũ quæro an sit mediũ, quæro vlterius mediũ. Si igit oĩs quæstio sit quæstio medij, sic erit processus in infinitum. ¶ Itẽ si omnis quæstio sit quæstio medij, quæro an omnis quæstio q̃rat mediũ de seipso, aut mediũ de alio: aut aliud de medio. Nõ primo modo, quia quærere idẽ de seipso nihil est quærere Nec mediũ de alio, quia quęrens diffinitionem de diffinito adhuc est quęrens idem de seipso, & medium & diffinitio sunt eadem nec est quęrere aliud de medio propter eandem rationem. Similiter propter aliam rationem, quia diffinitio quę est medium in demonstratione demõstrari non põt. ergo nõ est quęribile, q̃a quæribile & scibile sunt eadẽ in numero. ¶ Item si omnis quæstio sit quæstio medij, tunc quæstio si est esset quæstio medij. Et per consequens esse posset demonstrari, quia si esset haberet medium per illud posset demonstrari. ¶ Item illud quod præsupponitur non est quæribile, sed medium præsupponitur in qualibet quæstione: ergo medium non ex quæribile: ergo &c. ¶ Ad opp. est Arist.

Ad quæstionem dicitur, quod omnis quæstio est quæstio medij. Huius ratio est, quia quæstio quæritur aliquid quod est dubium & postea scibile certificatum per medium & postea scibile certificatum per medium, sed quod est certificatũ per medium, medium præsupponit per quod certificatur, ergo &c. ¶ Item Arist. probat hoc inductiue, quia omnis qẽ est quæstio causæ, & causa, & medium idem sunt: ergo &c. Minor patet per inductionem Arist. quia quæstio si est, & quæstio quia est quærũt utrum sit aliquod medium, quia si quærã utrum luna eclypsetur, quæro an eclypsis habeat aliquod medium. Similiter propter quid quærit causam, vt manifestum

est ex modo quærendi, sed quid est & propter quid sunt eadem (non enim differunt nisi in modo quærendi. Idem enim quærunt secundum rem) sed quæstio propter quid quærit medium & causam, ergo quæstio quid est, ergo simpliciter omnis quæstio quærit medium & causam. ¶ Intelligendum tamen est quod qō propter quid alio mō quærit medium quam qō si est, quia qō si est vel quia est quærunt an sit aliquod medium non ex modo quærendi sed concomitanter, sed qō propter quid quærit medium ex modo quærendi. Similiter in alio est differentia, quia quæstio si est vel quia est quærunt absolute de medio, sed quæstio propter quid præsupponit medium esse, & quærit discretionem medij.

Ad primum argumentum dicitur, quod omnis quæsti oē qō medij, vt per medium fiat nota de eo quod quæritur. Non tamen quærit de medio tanquam de subiecto, hoc est q medium esset subiectum de quo medium quæritur. Per hoc ad formam. Si quæram an luna eclypsetur, quæro an sit mediū i. ego quæro an sit medium per quid fiat notitia de illo q̄sito, sed non quæro an medium sit tanquam quærens medium esse de medio tanquam de subiecto, & ideo non est processus in infinitum. ¶ Ad aliud quod quæstio nec quærit medium de seipso, nec aliud de medio, nec medium de alio Non.n. quærit aliud de medio quæsito tanquam de subiecto quæsito, & ideo nullo istorum modorum quærit, sed quærit medium tanquā per illud fiat notitia passionis de subiecto. ¶ Ad aliud dicitur, quod quæstio si est, est quæstio medij, & tamen demonstrari non potest per illud medium, quia non est ens habens esse in aliquo genere, sed est illud quo aliud est, vnde non quæritur, vt demonstretur, sed quæritur vt aliqua alia via fiat notum. Linco. tamen vult dicere, quod esse demonstretur per diffinitionem rei. Ad aliud quod omnis quæstio præsupponit medium & ideo sequitur quod nulla quæstio quærit medium ita quod illud medium demonstretur, sed quæstio dicitur quærere medium, vt per illud medium fiat dubitabile prius notū. Per hoc ad formam dicitur quod hæc consequentia non valet, omnis quæstio præsupponit medium, ergo nulla quæstio quærit medium sub hoc intellectu, vt per idem medium fiat notitia, vnde quæstio propter quid aliquod medium præsupponit. ¶ Tu dicis quod quæstio, quia est quærit vtrum sit medium, & ita quomodo nihil præsupponit? Dicendum quod

præ-

præsupponit medium saltem esse secundum aptitudinem, q̃a quærit vtrum sit aliquod medium in actu, sed quæstio propter quid discretionem medij quærit & actualitatem medij præsupponit.

QVÆSTIO LV.

QVærit. An quod quid possit demonstrari? Quod sic videtur per Arist. quia quod quid secundum materiam demonstratur per quod quid secundum speciem, ergo &c. ¶ Item innotescit nobis per demonstrationem, ergo potest demonstrari, antecedens patet per Arist. quia in cognoscendo si est non innotescit quid est, ergo quid est innotescit per demonstrationem. ¶ Item omne dubitabile est demonstrabile & scibile, quia quæstiones sunt æquales numero &c. sed quid est, est dubitabile, ergo &c. Minor patet quia illud ẽ dubitabile quod prius est ignotum, & postea fit scitum siue notum. Quod quid est prius nobis ignotum, vt patet in pueris, & postea sit notum per medium notius, ergo est dubitabile. ¶ Item quod quid de ignoto fit notum per medium notius ergo est dubitabile. ¶ Item quod de ignoto fit notum per medium notius potest demonstrari, quod quid est de ignoto fit notum per aliquod medium notius, ergo &c. Minorem probo. quia quod quid est de ignoto fit notum, hoc est manifestũ, sed non per seipsum, quia nihil seipsum producit in actum de potentia, ergo per aliquid aliud medium quod oportet esse notius, quia aliter non faceret notitiam.

¶ Item nos quærimus quid est homo, vt sciamus quod q̃d est hominis, ergo quod quid est sciri potest. ¶ Item si quod quid est non posset demonstrari, huius non est aliqua ratio, nisi, quia est immediatum illi cuius est. Sed hæc ratio nulla ẽ, quia per hanc rationem quod quid materiale non demõstraretur per quod quid est formale, quod tamen non est verum sicut patet per Aristot. consequentia patet, quia ita immediatum est quod quid materiale illi cuius est sicut quod quid formale, quia ita materia immediate se tenet ex parte rei sicut forma. ¶ Item quod quid potest sic demonstrari vt videtur. Omne compositum ex genere & differentia alicuius cum illo cõuertibile est quod q̃d eius. Sed animal rationale est compositum ex gñe & dñia hominis, & est conuertibile cum homine ergo est quod quid hois. ¶ Item Arist. quod quid potest ostendi

di per quod quid subiecti, ergo &c. ¶ Item Aristot. 8. physic. ostendit quod quid primæ causæ per hoc quod motus est æternus, ex æternitate enim motus concludit æternitatem motoris & æternitas primæ causæ est quod quid primæ causæ est ergo quod quid demonstrari potest. Similiter hoc patet in toto processu philosophiæ naturalis, vbi per passionem demonstrantur substantiæ, ergo &cæt. ¶ Ad oppositum est Arist.

Ad quæstionem rñdetur sicut dicit expositor, quod quid potest accipi dupliciter vel sub ratione qua est quod quid, vel absolutè non cum illa ratione: primo modo quod quid demõstrari non potest, innotescit tamen nobis per demonstrationẽ. Primum patet, quia si quod quid sub ratione qua quod quid demonstretur de aliquo subiecto, prius peteretur de aliquo subiecto quod quid antequã demonstraretur, hoc probat Aris. Si a. debeat demonstrari de c. in eo quod quid est, oportet in eo quod quid est prædicari de b. & b. oportet prædicari de c. in eo quod quid est antequam a. in eo quod quid est prædicari concludatur de c. Sed in tali syllogismo prius in minori ponitur b. esse quod quid est ipsius c. antequam concludatur a. in eo quod quid est de se prius ergo petitur quod quid est ipsius c. quam concludatur. Quod quid ergo sub ratione qua est quod quid non potest demonstrari. ¶ Item quod quid sub ratione qua est quod quid in omni demonstratione præsupponitur ante demonstrationem non natum est demonstrari, ergo quod quid sub ratione qua quod quid &c. Secũdum patet per Aristo. in illo parapho. Quo autem modo conueniens sit, quod cum scitur si est per medium dicẽs propter quid tũc innotescit nobis quid est, sed non tanquam conclusum in demonstratione, vt ostensum est, sed solum innotescit nobis qđ quid est sub ratione qua quod quid est tanquam medium in demonstratione. Si quod quid accipitur secundo modo absolute, & non sub tali reduplicatione, tunc distinguendum est vlterius, quia aut accipitur quod quid materiale, aut quod qđ formale siue finale. Si quod quid, materiale, tunc põt demonstrari demonstratione propter quid & demonstratione, quia est. Demonstratione propter quid potest demonstrari, ut per quod quid formale siue finale. Quod quid enim formale est cã quod quid materialis, siue forma ẽ cã materiæ, & similiter finis est cã formæ, & etiam materię, & ideo quod quid materiale

riale demonstrari potest per utrumque, quia forma & finis sunt causæ materiæ. Hoc patet. Talis enim est materia qualis requirit forma, & forma inducitur in materia propter finem, & illud patet ex inductione Arist. in 2. physi. vbi textus incipit. Similiter inest quorundam quidem altera causa.

Sic ergo patet, quòd materia potest demonstrari per quod quid formale tanquam per medium dicens propter quid. Similiter hoc declarat expositor per exemplum Omne cooperiens nos a pluuia, & tempestatibus est compositum ex lapidibus & lignis, domus est homini, ergo &c. & ideo dicit Aristo. quòd quædam definitio est conclusio in demonstratione, & quædam principium demonstrationis, quædam verò est demonstratio sola positione differens, quod quid etiam materiale potest demonstrari demonstratione quia, arguimus enim quod hoc compositum hēt materiam, qa est corruptibile. sed si accipitur quod quid formale siue finale tale demonstrari potest demonstratione quia est: sed non demonstratione ,ppter quid, vniuersaliter enim possum demonstrare quòd homo est animal rationale per effectus siue operationes siue accidētia. Ex hoc enim q̄ homo sentit demonstratur quod homo est animal. & per hoc quod homo ratiocinatur demonstratur q̄ homo est rationalis, & ita per accidentia cognitione & demōstratione quia deueniemus in cognitionem quodquid est. Sic ergo patet quodquid sub ratione qua quodquid demonstrari non potest, innotescit tamen nobis tanquam medium in demonstratione, quodquid tamen vniuersaliter accipiendo non sub ratione qua quodquid est, demonstrari potest demonstratione quia est, aliquando quodquid demonstrari potest demonstratione propter quid & aliquando non.

Ad primam rationem dicitur quod quidquid materiale demōstrari potest per quodquid formale quod cōcessum est, nō tamē sub ratione qua quodquid. ¶ Ad aliud patet quod quodquid est dubitale & etiam demonstrabile, hoc est demonstratione, quia, & nō propter quid, sed per effectus siue a posteriōri. ¶ Ad aliud dicitur, quod quodquid fit notum de ignoto per aliquod notius. Sed notius potest esse duplex vel tanquā causa vel tanquam notius quo ad nos vt per se effectus, non tamē oportet quod omne quodquid fiat notitius per aliquod notius simpliciter. ¶ Ad aliud dicitur quod possumus scire quid est homo per effectus, & sic potest demonstrari. Ad aliud q̄

ratio quare quodquid non demonstratur sub ratione qua est quodquid, est ne fiat petitio, & non totaliter propter immediationem. ¶ Aliter potest dici quod hoc est propter immediationem. Et ad probationem, quod aliquid esse immediatius, potest esse dupliciter. Vno modo in ratione causæ, & illo modo quodquid materiale non est ita immediatum sicut formale. Diffinitio enim formalis vel est causa excludendi vel essendi diffinitionem materialem de subiecto. Alio modo dicit causa immediata immediatione subiecti, & illo modo quodquid materiale est immediatum illius cuius est. Quia non est aliquod diffinibile medium cui primo inest hęc diffinitio materialis, quam suo proprio diffinito, causa immediata primo modo est ratio quare diffinito demonstrari non potest.

¶ Ad aliud, quod in illa propositione est petitio, quia idem est dicere quòd hoc est cōpositum ex genere & differentia huius & conuertibile cum illo, & dicere quod est diffinitio huius, & ita petitur. ¶ Ad aliud dicitur qđ quodquid passionis ostēditur de subiecto non ratione qua quodquid, sed sub ratione inhærentis, & ideo non sequitur quod quodquid sub ratione qua quodquid demonstretur.

¶ Ad aliud vt patet in positione concessum est quod in demonstratione quia est quodquid demonstrari potest per effectum, & hoc concludit ratio &c.

QVÆSTIO LVI.

QVæritur an medium in demonstratione sit diffinitio subiecti vel passionis? quod passionis videtur. Aristo. dicit quod diffinitio primi termini est medium in demonstratione, primus terminus in demonstratione est illud quod maxime prędicatur, huiusmodi est passio, ergo diffinitio passionis est medium in demonstratione, hoc patet similiter per exemplum Arist. Dicit enim quod folia fluere de vite demōstratur per hoc medium succum condēsari in contactu foliorum ad ramos, sed hic diffinitio est diffinitio passionis, ergo diffinitio passionis, est medium.

¶ Item Aris. primo huius dicit quod extrema & medium debēt esse eiusdem generis, sed si diffinitio subiecti esset mediū in demonstratione, tunc medium & extrema non essent eiusdem generis, sed medium esset alterius generis a passione.

¶ Item demonstratio debet esse ex immediatis, sed si diffini

tio

tio ſubiecti eſſet medium diffinitio non eſſet ex immediatis, ſed ſemper minor eſſet mediata, quia paſſio diffinitioni ſubiecti ineſt mediante diffinitione propria. ¶ Item ſi diffinitio ſubiecti eſset medium, tunc eſset petitio in omni demonſtratione, conſs eſt falſum, ergo & antecedens. Probatio cõſequentiæ. In demonſtratione in maiori paſſio p̃dicat̃ de diffinitione ſubiecti ſi diffinitio ſubiecti ſit mediũ, & in cõcluſione p̃dicat̃ de ſubiecto, ſed diffinitio ſubiecti & ſubiectũ sũt vna & eadẽ res, ergo concluditur, quod quia paſſio verificatur de hac re, erit & vera de eadem re, & per conſequens ſit petitio. Hic dicitur quod licet diffinitio, & diffinitum ſint eadem, tamen diffinitio eſt notior quam diffinitum. Diffinitio enim cauſa innoteſcendi datur per Ariſt. & ideo paſſio ineſt notius diffinitioni quam diffinito, & ideo non petitur. ¶ Contra diffinitum & diffinitio ſunt vna res vt conceſsum eſt, ſed paſſio demonſtratur de re ratione rei, & non ratione alicuius intentionis, ergo paſſio demonſtratur de diffinito, per hoc quod ineſt diffinitioni argui petitionem. ¶ Item 8. topicorum. Vnus modus petitionis eſt quando probatur diffinitum per diſſinitionem, & econtra, hic ergo erit petitio. ¶ Item demonſtratio eſt ex primis, ſed quando accipitur diffinitio ſubiecti non arguitur ex primis, ergo diffinitio ſubiecti non eſt medium. Minor patet, quia ſubiectum vltimum eſt in demonſtratione. ¶ Ad oppoſitum illud eſt principium in demonſtratione, quod eſt maxime cauſa, diffinitio ſubiecti eſt cauſa paſſionis, & etiam eſt cauſa diffinitionis paſſionis, ergo diffinitio ſubiecti medium eſt in demonſtratione, patet minor per Ariſ. in fine ſecundi huius in illo textu. Principium enim eſt quod magis proximum. Dicit etiam alibi quod ſi aliqua paſſio debeat demonſtrari de ſubiecto, potius debet demonſtrari per c. quod eſt diffinitio ſubiecti, quam per b. quod eſt diffinitio paſſionis, & dicit cauſã, quia c. quod eſt diffinitio ſubiecti eſt cauſa ipſius a. paſſionis, & etiam ipſius b. quod eſt diffinitio paſſionis. ¶ Item illud nõ eſt medium in demonſtratione, quo cognito contingit quærere propter quid, ſed cognita paſſione de ſubiecto per diffinitionem paſſionis contingit quærere propter quid ineſt ſubiecto ergo diffinitio paſſionis non eſt medium in demonſtratione. ¶ Item diffinitio illius eſt medium in demonſtratione ex cuius principijs cognoſcitur quid eſt paſſio & quia eſt & etiã cauſatur. Sed ex principijs ſubiecti cauſatur quid paſſionis &

etiam esse, ergo quid passionis non est medium in demonstratione. ¶ Item demonstratio est ex necessarijs, sed syllogismus in quo concluditur passio de subiecto per diffinitionem subiecti est ex necessarijs, ergo talis syllogismus est demonstratio.

¶ Item syllogismus in quo coucluditur passio de subiecto per diffinitionem est bonus, aut ergo dialecticus, aut demonstratiuus. Non dialecticus, quia dialecticus non est ex necessarijs, sed tantum ex probabilibus: ergo tunc syllogismus est demonstratiuus.

Ad quæstionem dr. quod diffinitio passionis est medium in demonstratione potissima, & huius ratio est. Demonstratio debet esse ex immediatis, sed si diffinitio subiecti esset mediū in demonstratione, minor non esset immediata, sed mediata, quia passio immediate in est proprię diffinitioni, & mediante illa inest diffinitioni subiecti, ergo mediante inest diffinitioni subiecti. Diffinitio ergo subiecti non est medium in demonstratione.

¶ Contra illud, per illam rationem probo quod diffinitio passionis non est medium in demonstratione, quia tunc minor esset mediata in tali demonstratione, in qua ꝑdicatur passionis de subiecto, quia diffinitio passionis immediatius inest diffinitioni subiecti quam subiecto, sicut passio per se immediatius ieſt propriæ diffinitioni quā diffinitioni subiecti, qua ergo ratione tu ponis quod diffinitio subiecti non est mediū in demonstratione, quia tunc minor esset mediata, eadem ratione arguo tibi ꝙ diffinitio passionis non est medium in demonstratione: quia minor esset mediata. ¶ Item quod diffinitio passionis nō est medium in demonstratione potissima, patet per duas rationes prædictas, tum quia adhuc cōtingit quærere propter quid facta tali demonstratione, tum quia diffinitio subiecti est causa tam passionis quam suæ diffinitionis, & etiam totius quod est in diffinitione. ¶ Item ratio istorum non ligat, quia non sequitur quod minor esset mediata si diffinitio subiecti esset medium. Ad probationem dicitur quod non ligat quia tam passio quam diffinitio passionis insunt subiecto. ¶ Item passio & diffinitio insunt subiecto immediate immediatione subiecti. Similiter vtrumque inest diffinitioni subiecti immediatione causæ. ¶ Tu dicis, qđ passio immediate inest subiecto, & etiam diffinitioni subiecti. Quæ ergo est ratio quare passio magis demonstratur de subiecto per

diffini-

diffinitionem subiecti quàm econtra? Nō. n. vr aliqua rō. ¶ Hic dicitur quod licet passio immediate insit diffinitioni subiecti & diffinito, tamen maior ratio est quare demonstratur de subiecto per diffinitionem subiecti quam ecōtra qa passio inest diffinitioni subiecti immediatione causæ, inest etiam subiecto immediatione subiecti non immediatione causę, & & ideo alia causa & ratio immediatione est. ¶ Contra illud diffinitio & diffinitum sunt eadem realiter. Cum ergo passio insit diffinito immediatione subiecti tanquam proprio susceptiuo, ergo inest diffinitioni tanquam proprio susceptiuo. ¶ Hic dicitur quòd licet diffinitio & diffinitum sint eadem realiter, veruntamen diuersa sunt secundum rationem, quia diffinitio exprimit causam explicitè, quæ includitur in diffinito implicitè, & ideo dicitur diffinitio habere rationem causę magis quam subiectum dicatur habere rationem susceptiui, non tamen potest prohiberi quin illud quod per diffinitionē significat, sit subiectum passionis, specialius tamen dicitur habere rationem causę, quia principia passionis quæ sunt principia illius subiecti exprimit diffinitio, passio enim a principijs subiecti causatur, & illa principia exprimit diffinitio.

Ad Quæstionem ergo dr̄aliter pp ista q diffinitio subiecti est medium in demonstratione potissima & nō diffinitio passionis. Ratio primi est. Illud q demonstratur est accidens non accidens cōe, quia illud prius consequitur singulare. Sed accidens quod demonstratur, primo consequitur subiectum vniuersale, quia per Ari. Principium demonstrationis vniuersale dr̄ esse: ergo subiectum erit vniuersale. (Aliter non esse demō stratio ex vniuersali b.) Accidens ergo quod demonstratur, cū non sit cōe, patet q sit proprium: sed accidens proprium causatur a principijs spēi, eius ergo notitia causatur a notitia principiorum spēi, sed principia speciei per diffinitionem spēi, siue subiecti exprimūtur, ergo notitia passionis est notitia diffinitionis spēi quæ est subiectū. Diffinitio ergo subiecti est medium in demonstratione potissima. Secūdo ostendo. Illud qd̄ est medium in demonstratione potissima facit simpliciter notitiam, ita quod ipsum in esse siue in cognitione ab alio non dependeat. Sed diffinitio passionis dependet in esse & in cognitione a subiecto, & a principijs subiecti causatur illa diffinitio passionis: ergo diffinitio passionis non pōt esse medium in demonstratione potissima, & illæ sunt rōne Thomæ exposito-

sitoris. ¶ Intelligendum tñ quod licet diffinitio passionis non sit medium in demonstratione potissima, est tñ medium in aliqua demonstratione sicut patet ex ꝓcessu Ari. & ꝛ̄ dicit Ari, quod ratio primi termini est medium in demonstratione, & vtrumq. est intelligendum de ratione passionis sicut dicit exꝓsitor. Passio.n. vno modo dr̄ primus terminus: alio modo vltimus considerando ad ordinem prædicatorum ꝑm quod illud dr̄ prius quod est probabilius, sic passio est primus terminus quia passio prædicatur in demonstratione & nunq̄ subijcitur. Considerando tñ ad ordinem naturæ: sic passio est vltimus terminus, q̄a passio posterior est ꝑm naturam subiecto, & ēt principijs subiecti, quia passio subiectum consequitur ratione principiorum subiecti.

Ad primū argumentum dr̄ q̄ illud concludit q̄ diffinitio passionis est mediū in demonstratione, & hoc est concessum, non tñ conceditur q̄ sit medium in demonstratione potissima. ¶ Ad aliam auctoritatem per idem, q̄ idem cōcludit. ¶ Ad aliud q̄ medium & extrema sunt eiusdem generis non ita q̄ sint eiusdem generis loci: sed propositio est sic intelligēda qđ medium & extrema, sunt eadem principio generanti, q̄a causans subiectū in hoc q̄ causat subiectum, causat similiter principia subiecti & ēt ipsam passionem ex consequēti, causans.n. hominem ex consequenti, causat risibile, & ita sunt ab eodem causante siue generante. ¶ Ad aliud q̄ demōstratio quæ demōstratur per diffinitionem subiecti, est ex immediatis. Et ad probationem cum dr̄, q̄ passio inest subiecto mediate, quia diffinitio passionis immediate inest subiecto, & passio per illam, dr̄ q̄ tam diffinitio passionis q̄ ipsa passio insunt subiecto immediatē: licet tñ diffinitio passionis notius insit. ¶ Ad aliud sicut dicebatur. ¶ Ad rōnem contra hoc. Ad primam, quod licet demonstratio non fit ꝓ medium intētionale sed reale, ſ. ꝓp intētionem causæ cum medium habeat rōnem causę, tñ diffinitio subiecti pōt esse medium in demonstratione demonstrando passionem de subiecto ꝓp aliq̄ intentionem secundā addita m. Nec ꝓp rem absolutè, sed quia rem subiecti exprimit explicitè, & contracte, quę significatur per subiectum modo cōfuso, & ideo non est petitio, quia arguitur per notitiam distinctam naturæ alicuius, quod in se est confusum, & ita a notiori arguitur. ¶ Ad aliud quod Ari. in 8. topicorum intendit quod petitio est qñ arguitur a diffinitione, si ita sit quod, prædicatū

notius

notius insit diffinito quam diffinitioni, tūc.n. est petitio, sed ꝓpria passio, & similiter quodlibet prædicatū essentiale prius, & notius inest diffinitioni, quam diffinito, & ideo concludendo passionem de subiecto per diffinitionem subiecti, non est petitio. Vnde intelligendum est quod qñ ostenditur prædicatum de diffinito per diffinitionē, quod notius inest diffinito, tunc est locus sophisticus. Sed si illud prædicatum notius insit diffinitioni, tunc est locus dialecticus. ¶ Ad aliud principale dī quod demōstratio est ex primis, vbi accipitur diffinitio subiecti: hoc est ex præmissis per se notis, quod aût subiectum sit primum vel vltimum quantum ad hoc non est cura. ¶ Adhuc potest argui ad principale. In demonstratione cōclusio, & minor non debent esse per se ſm eundem modum dicēdi per se.

Sed si passio concluditur per se de subiecto per diffinitionem subiecti, tunc minor, & conclusio essent per se in eodem modo dicendi per se, puta, secundo modo, sicut.n. passio inest subiecto per se, ita vī quod per se insit diffinitioni subiecti, & in eodem modo ex quo sunt realiter eadem. ¶ Hic dī, quod licet subiectum, & diffinitio subiecti sint idem realiter, non tñ oportet quod passio insit diffinitioni subiecti & subiecto per eundem modum dicendi per se, quia diffinitio exprimit cām & ideo minor vbi prædicatur passio de diffinitione subiecti est per se quarto modo, quia diffinitio subiecti est per se causa efficiens passionis, sed conclusio vbi ꝑdicatur passio de subto, est ꝑ se secundo modo, & ibi accipitur subiectum in rōne causæ materialis. ¶ Contra illud. Impossibile est quod idem realiter sit causa efficiens & materialib. respectu eiusdem, quia per Ari. in 2. phy. Efficiens & materia nō coincidunt, sed diffinitio subiecti & subiectum sunt idem realiter, ergo impossibile est subiectum habere rōnem causæ materialis, & diffinitiō habere rōnem causæ efficientis. ¶ Hic pōt dici quod maior solum veritatem hēt in transmutationib. & hoc intendit Ari. in 2. physicorum. sed diffinitio subiecti non est cā efficiēs respectu passionis per transmutationem, sed per quandam emanationem, & isto modo illud idem pōt esse cā materialis & efficiens. ¶ Aliter dī ad principalem rōnem, quod cōclusio & minor possunt esse per se eodem modo dicēdi per se, sicut hæc est per se. Omnis triangulus hēt tres &c. & hæc similiter Iocheles hēt tres, &c. hoc eodē modo, quia secūdo modo & tñ prima pōt demōstrare hanc secūdam eodem modo in propo-

sito passio pōt ineſſe ſubiecto, pōt ēt ineſse diffinitioni ſubiecti penes ſecundum modum dicēdi per ſe, & tñ passio pōt demōſtrari de ſubiecto per hoc quod ineſt diffinitioni ſubiecti, quia tam ſubiectum quam diffinitio ſubiectis ſunt cauſe paſſionis, tñ diffinitioni ineſt notius & ſimplicius, & ideo in alio gradu quam diffinito, ꝙa notius ineſt diffinitioni ſubiecti, vñ nō eſt incōueniens in eodem modo dicendi per ſe plures eſſe gradus quorū quidam ſunt notiores & quidā ignotiores &c.

QVAEST. LVII.

QVæritur an contingat demſtrare per oēs cās? Quod nō vī primo quod non per cauſam finalem, quia medium in demonſtratione debet eſſe prius effectu: cauſa finalis non eſt prior, ſed poſterior effectu, ergo &c. ¶ Dī quod cauſa finalis eſt prior effectu ſecundum intentionem licet ſit poſterior in executione & hoc ſufficit. ¶ Cōtra cauſa realiter debet præcedere effectum ergo non ſufficit ꝙ cauſa finalis ſit prior intentione, ad hoc quod ſit cā & medium, ſed oportet quod ſit prior in executione. ¶ Item ꝙ cauſa efficiens non ſit mediū, vī, quia medium in demōſtratione eſt, quo poſito ponitur & effectus, & quo remoto remouetur & effectus, ſed poſita cā ſic efficiente pōt effectus non poni, vt poſito ædificatore non eſt neceſſarium demum eſſe, ergo cauſa efficiens non eſt medium in demonſtratione. Item cauſa dī eſſe intrinſeca quę eſt medium in demonſtratione, quia demonſtratio eſt ex pprijs, & propria ſunt intrinſeca. Sed cauſa efficiens non eſt intrinſeca, ſicut nec cauſa finalis, ergo neutrum eſt medium in demōſtratione. ¶ Item quod cauſa formalis non ſit medium, vī. Formalis cā indicat totum eſſe rei: ergo arguendo per cām formalem ad illud cuius eſt forma, eſt arguere ab eodem ad idē, & per conſequens pētitur principium. ¶ Item quod cā materialis non pōt eſſe medium: vī per tres rōnes. Primo, ꝙa medium in demonſtratione det eſſe neceſſarium reſpectu paſſionis, ſed cā materialis non eſt neceſſaria. Eſt.n. per Ari. materia qua res pōt eſſe & non eſſe: ergo &c. Item illud eſt mediū in demōſtratione a quo egreditur paſſio, ſed a cōpoſito egreditur paſſio rōne formæ, & nō rōne materię, ergo cā cōpoſiti eſt mediū in demonſtratione & non cā materialis. Tertio patet hoc idē ſic. Illud ꝙ eſt concluſio non pōt eſſe medium in demonſtratione, cuius probatio eſt, quia concluſio in demonſtratio-

ne debet esse mediata, sed medium est immediatum, cā materialis est conclusa per causam formalem in demonstratione. Dicit.n. Ari. quod diffinitio materialis demonstratur per formalem, ergo &c. ¶ Ad oppositum est Aristot. in illo capitulo. Quoniam autem scire opinamur.

Ad quæstionē dr quod contingit demonstrare per quodlibet genus causæ. Cuius ratio est, quia causa & mediū sunt eadē. sed contingit demonstrare per quodlibet mediū demonstrationis: ergo per quodlibet genus causæ. Similiter hoc ostē dit Arist. inductiuè. Contingit.n. demonstrare per cām materialē, vt si ostēditur, ꝙ compositū est corruptibile, quia habet materiā. Similiter sic arguitur. Oē mediū duorū angulorū rectorū est angulus rectus. sed angulus trianguli constituti intra diametrū circuli est mediū duorū angulorū rectorū. ergo ille angulus est angulus rectus, hic demonstratur quodāmodo per cām materialē, sicut dicit expositor, quia arguitur a partibus ad totū, & partes sunt materialia respectu totius. arguitur ēt quodammodo per cām formalē, quia per diffinitionē passionis & per diffinitionem anguli recti. Angulus.n. rectus est mediū duorū angulorū. Contingit ēt demōstrare per causam efficiētem, sicut declarat philosophus, vt si arguatur. Atheniēses debellandi sunt a Medis ꝓ hoc ꝙ commiserunt bellū in Sardenses qui fuerunt subiecti regi Medorum, tunc arguitur per cām efficientē. Contingit ēt demonstrare per cām finalē, vt si arguatur ꝙ bonū est deambulare post cenam, quia est ianuatiuū, sic ergo patet, ꝙ cōtingit demonstrare per oēs causas. ¶ Propter rōnes intelligendū est, ꝙ licet causa materialis posset demonstrari per cām formalē, vel finalē ꝓp hoc ꝙ est imperfectior cā formali (Est.n. finis cā efficientis per Arist. & efficiens cā formæ. & forma causæ materiæ:) verum si cā materialis pōt esse mediū respectu passionis consequentis compositū ratione materiæ. licet.n. sit posterior causa formali, est tamen prior respectu passionis. Et similiter si ostendatur quòd compositum sit corruptibile, quia est habens materiam.

Ad primū argumentū sicut dicebatur, & ad rōnem contra hoc. quòd non oportet, quòd causa realiter præcedat effectū sed sufficit quòd res præcedat effectū. In intentione autē finis intentio finis non est causa respectu effectus. sed res ipsius finis sub intētione, & hoc sufficit ad hoc qđ effectū realiter causet. ¶ Ad aliud, quòd efficiēs est talis cā qđ ipsa posita ponitur effectus

q̄ diffinitio debet dari ex gñe & vltima dria. Sed vltima dria datur ab vltima forma siue ab vltimo gradu quæ non excedit speciem, ergo differentia vltima conuertibilis est cum specie. Aliqua ergo pars diffinitionis non est in plus. ¶ Item tota diffinitio est conuertibilis cum diffinito, sed nisi aliqua pars eius conuerteretur cum diffinito non esset aliqua causa quare tota diffinitio conuertatur, ergo oportet, q̄ aliqua pars non sit in plus. ¶ Hic dicitur, q̄ tota drfinitio est conuertibilis, & tamē non oportet, q̄ aliqua pars sit conuertibilis, & huius ratio ostenditur per exemplum Arist. Ternarius sic diffinitur. Ternarius est numerus impar primus vtroque modo. Sed quælibet pars est in plus quam ternarius, totum tñ conuertibile. ¶ Et si quæritur qualiter ex his fit vnum ex quo quælibet pars excedit? ¶ Dicitur, quod ex hoc q̄ vnum additur alteri, & sic vnum per alterum determinatur.

Cōtra illud nihil additū alteri ipsum determinat ad aliquid q̄ est inferius eo, verbi gratia, sensibile additum corpori non determinat corpus ad hoiem, cum sit inferius ad sensibile, sed spēs specialissima est inferior quā dria per te qui dicit, quòd quælibet pars diffinitio est in plus, ergo per additionē vnius partis ad aliā nō potest fieri determinatio ad intellectum speciei. ¶ Item ad principale. Arist. in 7. metaphy. dicit quòd sufficit diffinire ex primo genere & vltima differentia. quia vltima differentia includit totam substantiam diffiniti, ergo cum diffinitio conuertitur. ergo aliqua pars diffinitionis non est in plus. ¶ Item diffinitio datur ex genere & vltima differentia, & specifica, sed talis dria conuertitur cum spē ergo &c. ¶ Ad oppositum est Arist. dicens, quòd quælibet pars diffinitionis est in plus, totum ad conuertibile.

Ad qōnē dr, quòd possumus intelligere drīam esse in plus quā diffinitum dupliciter. Vno modo, quod excedat diffinitū quantum ad suppositа. & isto modo differentia vltima nō est in plus, & per consequens non quælibet pars diffinitionis est in plus. Alio modo potest intelligi differentiam esse in plus, quia simplicius, & isto modo differentia & genus, & quælibet pars diffinitionis est in plus quàm diffinitum. Primū patet, quia dria vltima accipitur ab vltima forma (si ponantur esse plures) vel ab vltimo gradu vnius formæ, sed siue ponatur vltima forma siue vltimus gradus: illa non excedunt species, ergo eadem dria quæ ab his accipitur non excedi specie

quo

ideo conceditur illud quod ratio probat. Probat.n.quod vna dria quæ cõi est,non põt ipsum comprehendere ad suum inferius sufficienter & hoc concedo,tñ ex mutua contractione fit intellectus determinatior,quàm aliqua pars descriptionis sm se. ¶ Ad alias duas rationes patet in positione. Probãt.n.quòd drīæ per se & substantiales vltimæ conuertibiles sunt cũ suis specieb.& hoc est cõcessũ,sunt tñ in plus quo ad simplicitatẽ.

QVÆST. LIX.

QVæritur,an differentiæ substantiales possint nobis innotescere per accidentia cõia,sicut dicit Arist.quòd nõ vr. Illud quod est cõe, & indeterminatũ non ducit in cognitionem alicuius determinati.sed accidẽtia communia sunt indifferentia, & indeterminata ad multas spẽs, ergo non ducunt in cognitionẽ vnius speciei. ¶ Item accidens si inducit in cognitionem alicuius ducit in cognitionem proprij subiecti, sed subiectum ad quod primo consequitur accidens cõe est in diuiduũ.ergo primo inducit in cognitionẽ indiuidui,& nõ in cognitionẽ drīæ specificæ. ¶ Item nihil agit vltra suam spẽm, accidens & substantiæ sunt diuersæ species. ergo accidens nõ ducit in cognitionẽ substantiæ. Itẽ si sic tunc species substantiæ relucerent in speciebus accidentium,quia effectus relucet in sua causa,sed hoc est falsum, ergo substantia non cognoscitur per accidentia. ¶ Hic dr̄,quòd consequens est verum. Contra si accidens ducat in cognitionem substantiæ, accñs non est causa cognitionis substantiæ nisi æquiuocè. Sed in causis, & effectibus æquiuocis non oportet, q̄ effectus reluceat in sua causa,sed in vniuocis. ¶ Itẽ ad principale accidens cõe non ducit in cognitionem substantiæ, nisi rõne subiecti ex hoc quòd cognoscimus, quòd accñs non potest esse nisi in subiecto nos cognoscimus subiectum sub rõne subiecti. Sed quòd illa substantia sit hoc subiectum,vel illud,hoc non scimus. Accñs ergo cõe ducit in confusam cognitionem substãtiæ. Sed drīa specifica est principium cognoscendi substantiam sub determinata rõne & non confusa, quia per istã distinguitur vna species ab alia, ergo accidens cõe non ducit in cognitionem drīæ specificæ. ¶ Ad oppositum est Aril.dicit.n.drīas cognoscimus per communia principia in illa parte. Alius est modus &c. Itẽ hoc patet ratione, drīæ substantiales sunt magis nobis occultæ q̄ propria accidentia, sed accidentia propria sunt nobis magis

occulta quàm accidentia communia, & nostra cognitio est a magis notis nobis ad minus nota, & magis occulta. ergo nostra cognitio est primo incipienda ab accidentibus communibus & sic deueniendo in propria accidentia, & postea in demonstrationem.

Ad quæstionem dicitur quòd differentiæ substantiales innotescunt nobis per accidentia cõmunia, cuius ratio est, quia omnis nostra cognitio est a magis notis nobis ad minus nota, quia omnis nostra cognitio ortum habet a sensu. Sed accidentia communia sunt nobis magis nota quã accidentia propria, quia ad sensum sunt manifesta, propter quod cognitio nostra ortum habet a cognitione accidentium. & per illa fiunt differentiæ substantiales nobis notæ. Intelligendum tamen est propter rationes, quòd accidentia communia non sunt sufficiens principium ducendi in cognitionem substantiæ, vt probant quædam rationes, quia commune secundum, quòd tale non ducit in cognitionem alicuius proprij, sub propria ratione, propter quod accidens commune non est immediatum principium ducendi in cognitionem differentiæ substantialis, veruntamen accidens commune est principium præparatiuum & coadiuuans ad cognitionem substantiarum. Cognitio igitur substantiæ oritur a cognitione accidentis tanquam a iuuãte, licet non a principio sufficiente. vnde accidẽtia communia maximam partem conferunt ad cognoscẽdum quod quid est per Arist. in primo de anima. Ducunt enim in cognitionem confusam substantiæ, licèt non indistinctam siue determinatam. ¶ Aliud intelligendum, quòd accidens ducit in cognitionem subiecti sub tali ordine, quia ex perceptione multorum accidentium communium simul virtute intellectus discurrẽtis nos deuenimus in cognitionem alicuius accidentis proprij, & sic vlterius in cognitionem differentiæ substantialis tanquam ab effectu ad causam, & ita a cognitione confusa deuenimus in cognitionem determinatam, sicut patet in exemplo, per hoc quòd homo percipit aliquid multum in remotis de ipso percipit, quòd sit animal, & postea deuenit in cognitionem magis specialem.

Ad rationes, primæ rationes ostendunt, quòd accidentia cõmunia non sunt principium sufficiens & immediatum ducẽdi in cognitionem substantiæ, quia commune non est principium sufficiens deueniendi in cognitionem substantiæ determinatæ.

minatæ. Similiter si esset principium tunc substãtia reluceret in specie accidentis. ¶ Ad auctoritates ad oppositũ. ostendunt, quòd accidentia sunt præparatiua cognitionis ipsius substantiæ. Vel aliter posset dici, quòd multa accidentia simul accepta sunt principium sufficiens & secundum hoc patet ad primam rationem. ¶ Ad secundum similiter patet, quòd ex vno accidente non deuenimus in cognitionem indiuidui, tamen ex multis deuenimus, & sic in naturam speciei. ¶ Ad aliud patet, quòd non oportet substantiam reducere in specie accidentis, licet per speciem accidentis deueniamus in cognitionem substantiæ. Accidens enim virtute propria non ducit in cognitionem substantiæ nisi virtute substantiarum in quibus sunt. Accidentia enim virtute substantię, in qua sunt gignunt speciem in intellectu simul cum adiutorio intellectus agentis, & per illas species accidentium generatas in intellectu, intellectus discurrit apprehendendo substantiam sub propria ratione, siue specie, & sic ponitur quòd substantia facit speciem in intellectu, & tamen nullam sub sensu. ¶ Et si dicatur, quòd tũc accidens esset primum subiectũ intellectus. Hic dicunt quòd primum subiectum est duplex generatione & perfectione. Accidens est primum subiectum generatione, substantia verò perfectione.

QVÆSTIO LX.

QVærtur, an diffinientem necesse sit scire omnia? quod sic videtur quia si aliquis diffiniat hominem, oportet quod cognoscat rationale homini inesse, ita quod non asino, nec alicui alteri, sed ad hoc quod cognoscat rationale non inesse asino oportet, quod cognoscat asinũ, & quolibet aliud cui cognoscit rationale non inesse, & sic oportet eum omnia cognoscere. ¶ Item hoc patet per Aristotelem in litera. Cognoscens differentiam aliquorum cognoscit illud quod differt & illud a quo differt. Sed diffinientem oportet cognoscere differentiam diffiniti qua differt a quolibet alio, ergo cognoscit diffinitum, & quolibet aliud cognoscit, ergo omnia. ¶ Item diffinitio est distincta cognitio diffiniti: ergo cognoscens aliquid per diffinitionem cognoscit per distinctam cognitionem a quolibet alio, sed distinctam cognitionem non habet diffiniti, nisi quolibet aliud cognoscat: ergo &c.

Ad quæstionem dicitur, quod oportet diffinientem cogno-

scere omnia in vniuersali, non tamen in particulari. Primum patet, quia diffiniens hominem habet cognoscere rationale ineſſe homini, ita quod cognoscat rationale nulli alteri ineſſe, ſed hoc non potest cognoscere niſi cognoſcat in vniuerſali, omnia ergo &c. Aſſumptum patet, quia niſi cognoſcat rationale nulli alteri ineſſe non cognoſceret animal rationale & mortale eſſe diffinitionem hominis, quia tunc non cognoſceret hoc eſſe conuertibile cum homine. Secundum patet, quia ſi diffinientem &c. tunc impoſſibile eſt aliquid ſcire, probatio conſequentiæ, quia cognoſcere omnia ſub propria ratione impoſſibile eſt cuicunque. Si tunc oportet cognoſcere omnia ſub propria ratione, impoſſibile eſt ipſam diffinitionem habere ſiue diffinire, ſed non habens diffinitionem non habet ſcientiam, quia diffinitio eſt medium in demonſtratione per Ariſtotel. ergo ſequitur, quod impoſſibile eſt aliquid habere ſcientiam.

Ad primum rationem dicitur, quod illa probat nullū poſſe diffinire niſi omnia cognoſcat in vniuerſali, & hoc eſt conceſſum. ¶ Ad aliud non oportet cognoſcentem differentiam aliquorum ad inuicem cognoſcere vtrunque ſub propria ratione, ſed ſufficit quod cognoſcat vtrunque in vniuerſali ſiue in particulari. ¶ Ad aliud patet per idem, quod diſtincta cognitio alicuius poteſt haberi ſi proprium in ſe cognoſcitur ſub determinata ratione, licet alia non cognoſcantur, niſi tantum in vniuerſali, &c.

FINIS.

MATERIAE SVPER LIBRVM QVINQVAE VOCVM, INTER ALIAS Diligentius Examinandæ.

QVæstio est. An vniuersale sit subiectum in libro Poiphyrij? vide Scotum, & Antoniũ Andræam, dicentes vniuersæle accipi pro re secundæ intentionis causata ab intellectu, & applicabili rei primæ intentionis, vniuersale autem sic sumptum est subiectum, & ad logicum spectat, habet enim tres præcipuas conditiones, quæ ad subiectum requiruntur. 7. q. vniuers. in prologo prædicab.

Prima, quod de subiecto necessario oportet præcognosci quid, & quia. Secunda, q̃ per eius quod quid est, demonstrentur in scientia passiones illius subiecti de eo. Tertia verò est, q̃ ad ipsum omnia alia in scientia considerata, determinatè reducantur, aliter enim ab eius vnitate non esset vnitate in scientia, tunc stantibus his tribus conditionibus, dicunt vniuersale habere primam conditionem; nam in primo libro perihermenias definitur, vniuersale est, quod est aptum natum prædicari de pluribus. 1. post. cont. 2. cap. 5.

Secunda conditio est, vt habeat passionem, quæ est, scilicet esse vnum in multis & de multis. Tertia verò conditio est, q̃ sit vniuocum in se ad illa, de quibus prædicatur vniuersale vniuocè prædicatur de omnibus illis quinque, ergo est vniuocum, & subiectum huius libri, nam ex doctrina Scoti, omne illud quod prędicatur vniuocè, est vniuocum, sed non ecõtra. 1. post. cont. 25. 1. sent. distinct. qu. 3.

Quod quinque voces sint subiectum, vide Ammonium in 8. q. 3. præfatione libri prædicamentorum, & in principio libri prædicabilium, dicentem totam logicam versari circa voces, ergo voces sunt subiectum.

Respondetur, quòd non ob aliud vocibus vtimur in logica, nisi vt per eas exprimamus quæ sunt in anima, & dec ara uit Arist. in libro perihermenias, sic voces per accidens consi derat logicus, vel dicamus, quod quinque voces sunt substantia in logica, quatenus in aliquo communi, ideſt, in ipso vniuersali conueniunt.

tpi. 1.

e. de genere 4.

Secunda, an vniuersale sit aliquid reale? an solum opus rationis? vide Ammonium dicentem, esse opus rationis, etiam Scotum, & Antonium Andræam, qui idem asserunt, & confirmant nam logicus, non considerat res per se, nisi pro quanto res fundant secundas intentiones, & terminant respectum bene ipsum vniuersale, siue secundas intentiones per se considerat logicus, & ideo nõ est artifex realis, sed intentionalis.

qõ. vniuersa & in 2. sen. dist. 3. in prolo. pra die.

Tertia, an genus describatur vel vera diffinitione definiatur? vide Ammonium affirmantem genus describi, & non definiri, nam inquit ille. Omne quod definitur habet genus, & differentiam, si genus definiretur, ergo haberet genus, sed summi namque generis, non inuenitur genus, ergo non definitur.

Secundo arguit. Nullum ambiguum definitur, sed genus est ambiguum, ergo non definitur probat minorem; nam decem modis dicitur, vt in cathegorijs videri potest, definiri enim ipsa æquiuoca, vel ambigua, nihil est.

e. de genere.

His verò omnibus refragatur Scotus, siquidem probabilibus, rõnib. in contrariã ducit opinionẽ, dicit enim, genus definiri, nam definitiones entibus rationis proprijssime minimè conuenire dicimus, tamen notiones definiuntur, vt logicus definit ex genere, & ex differentia, & sic propriè non autem proprijssimè; nã proprijssimè loquendo, solius substantiæ est definitio, vel posset dici, q definitiones notionum sunt definitiones entis realis originaliter, occasionaliter, & fundamentaliter, licet non formaliter, & immediatè, his declaratis, duobus suis argumentis sic satisfacio.

15. qõ vniuersalium.

Vid. D. Maur. 3. q. vniuersal.

Responsio ad primum.

Ad primum cum dicebatur. Omne quod definitur habet genus, & differentiam, si genus definiretur, ergo haberet genus, sed summi namque generis non inuenitur genus, ergo genus non definitur.

Respondeo, quod genus, vt est vna secunda intentio definitur, non definitione purè quoddditatiua, sed definitione purè quiddditatiua, sed definitione data per additamentum & habet ipsum vniuersale, quod quidam habet modum generis,

cum

cum prædicetur in quid, & vniuoce de quinque intentionibus vniuersalium, tanquam de pluribus specie distinctis, & potest addi, quod genus subalternum, tamen in nullo prædicamento per se, & primo repunibile, cum non sit verum genus, sed tantum habet modum generis, eo quod est ens rõnis.

Ad secundum vero cum dicebatur. Nullum ambiguum definitur, genus est ambiguum, nam decem modis dicitur, vt in cathegorijs videri potest. *Respõsio ad secũdum.*

Respondeo, quod quamuis genus decem modis dicatur, non ob id est æquiuocum, & ambiguum, immo vniuocum, nam sicuti in vno prædicamento de generis ratione est, quòd sit prædicabile de pluribus differentibus specie, ita est in cæteris nouem semperque eius obseruata proprietate, ac natura vtique genus ostendetur, namque eo pacto, quo in prædicamento substantiæ, reperitur genus, eodem, & non alio, in illo quantitatis, qualitatis, &c.

Quarta, an definiatur genus vt secunda intentio quædam est, an vti res? an aggregatum? vide Scotum, Antonium, Andræam, & Caietanum dicentes, genus de finiri, vt notio, quæ in concreto, & non in abstracto consideratur, & ideo genus hoc modo definiri dicimus. *14. qõ. vniuersalium. cap. de genere.*

Quinta, an genus consideretur in esse intelligibili? vel sensibili? vide Ammonium, & Scotum, qui in eandem sententiã ambulant, dicunt enim, genus in esse intelligibili considerari non in esse sensibili, nisi fundamentaliter, non formaliter, nam intelligibilitas conuenit æquiuoce analogicè vtrique enti reali, & enti rationis. *c. de generere. 1. q. vniuersalium. Vide D. Mauritiũ 5. q. vniuersalium. capit. de genere.*

DE SPECIE.

PRima. An species definiatur? vel describatur? vide Ammonium, & Boetium dicentes, speciem describi, & non definiri.

Scotus, & Antonius Andreas, aliter sentiunt, dicunt enim speciem definiri, nam ipsa definitio, datur de specie sumpta p per se significato, siue pro secunda notione. *21. cõ. vniuersalium.*

Secunda, an idem possit pluribus referri? vide Scotum Antonium Andreæam, & Caietanum, quorum vna, & eadem videtur sententia dicentium, idem nõ posse pluribus referri, nã tunc idem bis diceretur, si idem possit ad duo, vel ad plura per se referri, quod philosophus abhorret.

c. de genere. 18. q. vniuersa. Quarta, an genus possit seruari in vnica specie? vide Boetium, Scotum, & Antonium Andream, qui omnes asserũt, genus seruari in vnica specie, sed pro intelligentia huius notandũ. c. de specie. dum est, quod genus potest considerari bifariam, vel vt est secunda intentio, & sic est materia logico. nam logica non considerat genus, nisi quatenus est secunda intentio, quæ (vt dicebat Boetius) est nomen nominis, & quia genus, vt est secunda intentio, de necessitate requirit multas species, quia diuiditur per oppositas differentias, vnde genus, iuxta hanc considerationem, non potest seruari in vnica specie tãtum, sed opus est vt sit in pluribus speciebus, nam huiusmodi genus, est in potẽtia tantum, non in actu, & ita distrahitur in duas oppositas differentias, quare genus logicum necessario continet plures species.

Vide pro hoc Ioã. de. Magistris in logica magna vtrum genus possit seruari in vnica specie.

Alio modo consideratur genus in actu, vt est prima intentio, ideſt, vt est res ipsa existens actu, & isto pacto nihil obstat, quin possit seruari in vnica specie, ratio est, quoniam, vniuersalia participantur a suis speciebus, non secũdum partem, sed secundum totum.

7. met. cõm. 2. 3. sent. dist. 3. q. 1. 4 met. q. 1. vide Anto. And. 4. met. q. 1.

Quinta, an ens sit genus æquiuocum, vt tenent omnes Græci? an analogum, vt Auerroes? an vniuocum, vt Scotus, & Antonius Andræas, pro quorum opinio nonnulla sunt dicenda.

Primum ens dicitur vniuocum ad decem prædicamenta, Ad Deum, & creaturam, importans conceptum communem ipsis, alium a conceptibus ipsorum.

Secundum est, quod triplex est vniuocatio, physica, logica, & metaphysica, ens est æquiuocum physicum, vniuocum logicum, & vniuocum metaphysicum, nam ens, dicit aliquem vnum conceptum realem abstrahibilem ab omnibus entibus participantibus ens quidditatiuè, secundum quem conceptũ, ens est prædicabile de omne ente quidditatiue, & realiter, & vniuocè in quid.

e. de gene re.

Sexta, an corpus sit ponendum genus generalissimum cũ Auerroe; an substantia cum alijs; vide Auer. in paraphrasi huius c. asserentem omnia generabilia, & corruptibilia in prædicamẽtis reponi dicendum est ergo corpus compositum ex materia, & forma, esse genus generalissimum. tamen porphyrius pro exemplo, substantiam genus generalissimum posuit, licet Scotus ab Auerroe, in hoc dissentiat.

DE DIFFERENTIA.

PRima. An ista diuisio sit conueniens, quæ est in differentiã communiter, propriè, & magis propriè? vide Scotum & Antonium Andræam dicentes, tales diuisiones esse bonas, quæ sunt vocis in significationes, non vocis æquiuocæ, penes primum modum æquiuocationis, quia vox sic æquiuoca, primo importat multa, sed penes secundum modum, quia vox sic æquiuoca, significat propriè vnum. 23. q. vniuersalium cap. de differentia.

Secunda, an differentia sit conuenienter descripta? Vel definita? vide Scotum, & Ant. Andræam dicentes, differentiam intentionaliter sumptam posse definiri, nã differẽtia est vna species vniuersalis, ita quòd sicut genus, & species, proprium, & accidens sunt spẽs vniuersales, & definibiles, ita, & differẽtia. 20 q. vniuersalium cap. de differentia.

Tertia, an mortale cum videatur significare cõceptum merè priuatum, sit differentia constitutiua animalis? vide Scotũ & Antonium Andræam asserentes, non esse differentiam cõstitutiuam, nam vltima differentia conuertitur cũ specie, sed mortale non conuertitur cum homine. 29. q. vniuersaliũ cap. de differentia.

Quarta, an differentiæ sit differentia, vel an differentia cõperat alijs differentijs, vide Scotum, & Antonium Andræam affirmantes, differentiæ non esse differentiam, respectu cuius differentia habet rationem differentię, sed potest habere differentiam respectu cuius ipsa est species. s. respectu vniuersalis, quod est eius genus sicut hoc, ꝙ est prædicari in quale, est differentia differentiæ, quia per illud constituitur differentia in sua specie, sicut homo per rationale.

Quinta, an differentia actu sub genere continuatur, vel potentialiter, vide Scotum, & Anto. Andræã, in digressione post dimidium c. asserentes, quòd esse in plus, est duob. modis. 25. q. vniuersaliũ cap. de differentia.

Vno modo, secundum continentiam actualem, alio modo secundum potentialem, siue secundũ indifferentiã, genus est in plus secundo modo & species primo modo.

DE PROPRIO.

PRima. An proprium conuenienter describatur, vel definiatur; vide Scotum, Antonium Andræam, & Caietanũ, qui idem sentiunt; nam proprium secundæ intentionaliter captum, potest duobus modis definiri, vno modo vt proprium, & sic definitur in textu, est quid accidit omni soli, & semper, 31. q. vniuersaliũ cap. de ppio

&

& conuertibiliter prædicatur de re, idest, de subiecto vt risibile prædicatur de homine cõuertibiliter, alio modo, vt est quartum prædicabile ab alijs distinctum, & sic definitur, proprium est quod non indicat quid est esse, soli autem inest, & conuersim de re prædicatur.

Secunda, an proprium sit prima, vel secunda intentio; vide Scotum, & Ant. Andræam dicentes, proprium vt æquiuocum esse nomen primæ intentionis, & sic opponi communi, & potest dici aliquid proprium indiuidui, sicut & speciei, & hoc modo proprium est concretum a proprietate dictum.

3. q. uniuersaliũ cap. de proprio.

Alio modo proprium est nomen secundæ intentionis significans intentionem secundam, i. prædicatum conuertibile, nõ prædicans essentia & sic definitur 1. top. & est species vniuersalis quia vniuersale descendit in ipsum per differentiam per se diuisiuam eius, i. prædicari conuertibiliter in quale accidentale.

cap. 4.

Tertia, an proprium possit esse accñs commune respectu eiusdem rei primæ intentionis? vide Scotum, & Ant. Andreã dicentes, ꝙ non, quia illud qđ est proprium respectu alicuius quia tunc inesset illi per se, & non per se, nec est accidens respectu alterius, quia tunc non inesset conuertibiliter illi primo cui ponitur proprium, quod est contra rationem proprij.

3. Qđ. vniuersaliũ ca. de proprio.

DE ACCIDENTE.

PRima, an accidens definiatur secundum ꝙ est prima, vel secunda intentio; Item non adesse, & abesse sint operationes entis realis de prima, vel de secunda notione; vide Scotum, Ant. Andræam, & Caietanum, qui idem sentiunt, dñr. n. ꝙ accñs vno modo est nomen primæ intentionis, & est æquiuocum alio modo est nomen secundæ intentionis, idem quod intentio secunda, scilicet, quod causatur ex sola consideratione intellectus, & isto modo, omnia quinque vniuersalia sunt accidentia.

34. q. vniuersaliũ ca. de proprio.

Secunda distinctio est, quod adesse, vel abesse, siue inesse, vel non inesse, quæ ponit Arist. in sua definitione, sunt æquiuocè nomina primæ notionis, & secundæ, vt autem sunt nomina primæ intentionis, dicitur 7. met. ꝙ accidentis esse, est in esse, & hoc de accidente reali, de quo loquitur ibi. Alio modo inesse, vel adesse, est nomen secundæ notionis, & significat propriam prædicationem eorum quæ sunt extra essentiam subiecti,

7. met. cõt. 2.

biecti, vel alterius generis a subiecto, sicut prædicari dicit pro priam prædicationem essentialium quæ sunt in eodem genere cum subiecto.

Secunda. An accēs possit adesse, & abesse, præter subiecti corruptionem, vide Scotum, Antonium, Andreæ, & Caietanum, Burleum, & Ammonium in sua digressione, qui idem asserunt. Scotistæ enim dicunt, quod accidens in definitione data ab Arist. non inesse eidem, dicitur, quod dupliciter potest exponi, vno mō sic, adesse, & abesse, & cætera, ideſt, adest non necessario subiecto, vel contingenter, illud enim ponitur per hoc, & abest præter subiecti corruptionem', &c. & similiter in definitione Arist. contingit inesse, ideſt non necessario inest subiecto. 35. 9. *vniuersa liū 1. de accidēte*

Tertia nunquid accidēs quòd est realiter inseparabile, separabile sit secundum intellectum, vide Boetium, Scotum Antonium Andræam, Albertum, & Caietanum, qui idem dicūt. Scotus enim ex tententia Aristotelem, inquit, abstrahentium non esse mendacium, duplicem abstractionem esse asserit, præcisiuam & diuisiuam, de abstractione præcisiua, intelligendus est Aristotelis, non autem de abstractione diuisiua, vn de Boetius idem dicit, sed sub alijs verbis, inquit enim, age igitur quoniam. Æthiopi color niger auferri non potest, animo eum & cogitatione separemus, & in commento vtriusque editionis dicit, fit sæpe vt quæ actu disiungi non valeant, & mente, & cogitatione separentur. 2. ph. tēt. 48. *in 20. sent. dist. 2. & 21. & in 30. dist. 3.*

Vnde Scotus asserit, quod accidens abesse, potest intelligi duobus modis, aut secundum rem, seu realiter extra, & hoc non, aut secundum intellectum, & considerationem, & hoc modo sic, & Ammonius inquit & si nigredo in Æthiope, & coruo re ipsa non possit abesse, cogitatione tamen Æthiops, & coruus erunt al. Finis ex ædibus. D. Antonij. *cap. de accidē te*

EX PRÆDICAMEN.

Prima an li. iste sic logicus, vel metaphysi. quod sit logicus ex Auerroe, Boetio, Ammonio, Scoto, Antonio Andræa, & latinis omnibus. Scotus. n. asserit, prædicamenta duobus modis posse considerari.

Vno modo, inquantum sunt entia. 2. *metaph.*

Alio modo, inquantum considerantur a ratione, siue inquā tum aliqua proprietas ab intellectu causata eis attribuitur. *predic.*

Primo

Primo modo de eis cõsiderat metaphysicus, subiectum eius est ens, inquantum ens, secundo modo hic de eis considerat, ostenduntur.n. de eis passiones sibi inhærentes, inquãtum sunt generalissima, vt de substãtia vniuoce prædicari, & non esse in subiecto, & videri hoc aliquid significare.

Declaratio opinionis. Scoti. Declaro mentem Doctoris, si.n. substantia consideretur vt finita, vel infinita, simplex, vel composita, corporea, vel incorporea, dependens, vel independens, æterna vel corruptibilis, tota hæc consideratio appellabitur realis & metaphysicalis.

Si vero substantia, vt generalissimum, considerabitur prima & secunda, vt individualis specifica, atq; gñca, hæc consideratio merito erit rationis, & hæc cognitio logica, & non realis nuncupari poterit.

quod liber prædicam. sit metaphysi. & non logicus. Quod sit metap. sunt quidam recentiores. Dñs Antonius Mirandulanus, & Balduinus, in quæstis logicalib. probãtes, Arist. considerare prædicamenta quatenus entia sunt, verum cõsiderare prædicamẽta vt entia, atq; res, munus est metaph. liber igitur prædicamentorum metaph. erit, & non logicus.

Predicamenta duobus modis cõsiderantur. Respondetur, prædicamenta considerari duob. modis primo vt sunt entia realia, & sic ad metaphysicum, pertinent. Alio modo, vt sunt entia rationis, & sic ad logicum, nam realia profecto entia quatenus realia sunt, nec vt realia considerãtur nec de subiecto prædicantur, nec in subiecto sunt, vt autẽ intentiones subijciuntur, talia fortiuntur attributa.

in prefatione lib. predicamenta. vide Aplex. 1. prio. in prefatione. libri trad. 1. q. lib. prædic. Secunda an subiectum in hoc li. sint voces, an res, an conceptus, vide Simplicium, Ammonium, & Boetium.

Vt propositum facilius percipiatur, dicimus, idem esse subiectum, propositum, seu intentionem, iure ergo quærimus, quæ sit libri prædicamentorum intentio, & propositum.

Quidam, vt refert Simplicius, librum hunc de vocib. esse dixerunt, hac voces esse subiectũ, nã Arist. diuisit voces in simplicet, & cõpositas, qm̃ dicebat logicã appellari verbalẽ sciam seu verborũ cognitionẽ, vt ergo li. de vocib esse inscribẽdus.

Contra obijcit Scotus, nõ videri hoc verũ, logicã esse verborũ cognitionẽ, siue sermocinalem sciam, q̃a nec sermonẽ, nec sermonis passiones considerat, nec suũ subiectũ sub rõne sermonis, nã mediũ inter rẽ, & sermonẽ, vel vocẽ, est cõptus, ergo sicut est aliqua scientia per se de reb. aliqua per se de vocib. significatiuis, vt grammatica, rhetorica, quæ considerant passiones vocis, inquantum vocis. i. congruum, & ornatum.

Item

Item pōt aliqua scia esse per se de conceptu, & hæc est logica, vñ per se debet dici scia rōnalis, vt asserit Scotus, & Auerroes, quod & Alexander dixit cum ratiocinatricem logicā facultatem nuncupauerit: nō tm, quia traditur per rōnem sicut quælibet alia scientia, sed cum hoc est de conceptibus formatis ab actu rationis. 1. Q. prod. in paraphrasi porphyrij primæ priorum

Si ergo ab aliquo dicatur logica scia sermocinalis, vt vī ex interpretatione nominis, intelligendū est q̄ multum conuenit cum sermone, p̄p duo, primo, quia cōceptus est in mediatum significatum per vocem, de quo conceptu est logica. Secūdo, q̄a passiones conceptus insunt voci significatiuæ, sicut incomplexum, & complexum, significare verum, vel falsum, vt signo p̄ naturam signari, nō ergo de vocib. solum agit Aristhoc patet ex ipsius progressu, qui rerū diuisionē & in autoprædicamētis declarat, ideo voces minime sunt subiectum. Latius ab initio

Altera fuit veterū opinio, vt cēset Simplicius, librū hūc esse de reb. & res in hoc li. cē subiectū p̄p q̄ Ari. res bifariā diuisit. Vide Sc. ibi. infra

Dicimus hanc opinionem minimè esse veram, vt deducit Simplicius, quoniam nullibi auditum est, logicam de rebus vt res sunt tractare posse. factione libr. præ.

Dicendum est ergo q̄ de reb. possumus loqui duob. modis. Vno mō, vt res sunt, & sic in diuinis locutus est Ari. de categorijs, hic vero ī m aliquid a rōne sibi attributum Ari. res ipsas diuisit, non tm solas, nam & voces ipsas etiam considerauit ob id minimè res possunt esse subiectum. Quo res sint de rē siderationem et logicē.

Simplicij, Ammonij, atq. oīum Græcorum est opinio insti tutum, siue intentionem Ari. esse de vocib. non vt voces sunt, sed vt significant etiam esse opinio Boetij, dicimus tm cū Scoto quod Boetius, & Græci passiuum per actiuum intelligunt, vt sit sensus de decem vocib. decem rerum genera significantib. ī. dē decem generibus significatis per decem voces. In præfatione lib. prædic. 1.

Postrema, & vltima est Scotistarum opinio: insistutum, situe subiectum in prædicamentis esse aliquod intentionale, q̄d est commune istis, & primum subiectum quia de solo tali p se cōsiderat Logicus, illud aūt a quibusdā ponit ens incōplexū docibile, ordinabile in gñe, & hoc subiectū tenēdū est a nobis. qō prād. & Ant. And. ibi. vide Sco.

Secunda an æquiuoca, vniuoca, & denominatiua sint res vel voces? quod sint res, vide Ammonium: nā res inter se, aut cōueniūt noīe, & definitione vero differūt & vocant̄ æquiuoca, aut & noīe, & definitione cōueniūt, & hęc appellāt vniuoca. in 2. qō. prod cap de æquiuoc.

Quod

Cap. de oppositis. Qđ sint Vōces, vide Simplicīū, inq̄t.n. pulcrè aūt dixit Arīdūr, q̄m nō de reb. ipsis sermo est, sed de signatiuis dictionib.

Vide in anteprædicamēntis. Concordia istorum hr ex Boetio, nam æquiuoca, vniuoca & denominatiua esse res, & voces asserit: inquit Boetius, qui de significatiuis vocibus tractat, de reb. quoq. est aliqua tenus tractaturus, res.n. & rerum significatio iuncta est, sed principalior erit illa disputatio quæ de sermonib. est, secundo vero loco illa quæ de rerum ratione formatur.

Idē dicit Ioannes de Magistris. Tertia an diuisio per quatuor membra, sit bona diuisio nec ne? vide Simplicium, & Ammonium, qui bona diuisionē esse dūt. sunt.n. hæc quatuor, substantia, accidēs, vniuersale, & particulare, nā numerus duo in se ipsum multiplicatus quatuor facit: entium (inquit Ammonius) nonnulla substantia sunt, nonnulla accidētia: rursus sunt quædam entium vniuersalia, quædam particularia, tñ Boetius, & Ammonius ostendunt, quod nos possumus reducere istam diuisionem bimembrē, i. ad entia simpliciter, & ad entia secundum quid.

In anteprad.

In anteprad.

Quarta an illa regula sit gñalis, q̄n alterum de altero prædicatur? vide Scotum, Boetium, & Antonium Andreæam dicētes, non esse generalem, tñ regula est vera, & limitata vbi Aristoteles ibi q̄n dr, vt de subiecto, i. tanquam de suo subiecto essentiali, & sic oportet q̄ prædicationes sint essentiales, sed q̄n sunt accidentales, non verificatur regula, vnde q̄n dicimus. homo est species, substantia est generalissimum, color est qualitas, facimus prædicationem accidentalem.

9.q̄ prædi. in ante prad.

Quinta an sub eadem regula contineatur definitio nec ne? vide Simplicium dicentem, regulam istam comprehēdere veram definitionem: ratio est, quia definitio est vox incōplexa; tantum.n. est dicere animal rationale mortale, sicut homo: & vera definitio est genus cum differentijs.

In anteprad.

Sexta an illa regula diuersorū generum, contineat in vtraq. parte differentias constitutiuas, vide hic omnes, & præsertim Scotum, & Antonium Andræam dicentes, dictum Aristoteles q̄n alterum &c. habere veritatem de differentijs tam constitutiuis, quam diuisiuis generis superioris, quatenus dīæ constitutiuę sunt de essentia superioris, & consequēs inferioris; tamē philosophus appropriatè vī loqui de constitutiuis generis superioris, quia illæ prædicantur de genere superiori, nam si sunt de essentia superioris, ergo & inferioris.

10.q̄. prædi in ante prad.

Septima an prædicamenta sint decem? vel vnum? vel duo?

quōd

quòd sint decem, vide Latinos; nam numerus prædicamento rum inuentus est hoc artificio.

Si quidē quicquid est, vel est per se, vel in alio, vel ad aliud vel cum alio, substantia per se est, quantitas in alio, nempe, in substantia, relatiua sunt ad aliud, quoniam ad alterum referū tur, qualitas cum substantia est cum alio. ex his fabricantur cę tera lex prædicamēta substantia n. coniungitur cū quantitate duob. modis, vel in tpe, vel in loco, si in tpe, facit pdicamentū qñ, si in loco, facit pdicamētū vbi, suba et cōiūgit bis cū Rela tituis, & tunc facit habere, & situm, coniungit se et bis cū qualitate, vel in agendo, & sic facit prædicamentum actionis, vel in patiendo, & sic facit prædicamentum passionis. *Quō sit inuentus numerus prad. vide Amonium de agere, & pati.*

Secundo est notandum, ꝙ illa quæ sunt in prædicamento, vel sunt formaliter, vel reductiuè, i. propriè vel impropriè, propriè sunt ea quæ sunt vera, impropriè autem, ea quæ reducuntur, vt puncta, & priuationes. *Quæ sūt in pręd.*

Octaua an detur vndecimum prædicamentum vide Scotum in quarto sent. dicentem non esse plura genera q̄ decem, nam ibi Scotus tantum assignauit decem prædicamenta realia, quemadmodum et ipse Aristoteles facit, tamē præter hæc datur vndecimum secundum Scotum, quod est intentionale, & si quispiam diceret, ergo Aristoteles esset diminutus, nam non sufficienter tradisset logicam, dimittendo vnum ex prædicamentis, vel Scotus fuit superfluus, quia addit vnum supra decē, dico qđ Scotus nō fuit superfluus, nā nō addidit vnū reale, sed tantum intentionale, neque Ari. fuit diminutus, quoniam in omni prædicamento reali illud posuit, vnde in prædicamento substantiæ, bene posuit illud. Substantia enim est genus generalissimum: ecce secunda intentio. corpus, corpus animatum, animal, sunt genera, ecce secundę intentiones, & sic de alijs, vnde quidditatiuè oēs hęc secundę intentiones sunt in isto vndecimo prędicamento, sed denominatiue sunt in omni prędicamento reali, eo modo, sicut Scotus loqtur de inhęrentia, quę secundum ipsum in vno prędicamento est per se, & quidditatiuè, & in omni alio est denominatiuè. *4. sen. di. 10. qō. 1. 3. q. prædicamētorum. Quō secūda nōtes sint in pręd.*

An sit vnum prędicamentum, nam aliqui dicunt, quod sub ente omnia continentur, ergo vnum solum prędicamentum, & huius opinionis fuit Parmenides, cōtra quem disputat Aristoteles primo phy. & quod omnia ad ipsum ens possunt reduci, hoc falsum esse vī secūdum Grecos, nam ens prędicatur *Primo phys. con tex. 41.*

Cap. de specie. æquiuocè, cum vox equiuoca dicatur, (referente Ammonio) nã oĩs diuisio, inquit ipse, aut est generis in species, aut totius in partes similes, vel dissimiles aut vocis in sua significata; cũ ergo diuidat ens p substãtiã, & accidẽs, nõ pôt apellari diuisio gñis in spẽs, qm̃ vna species, non est causa alterius, at substantia est cã accidẽtis: neq. est diuisio totius in partes similes, aut dissimiles, quoniam quæ diuidũtur in partes similes, dant idẽ nomen in oĩb. partib. quod non est verum de substantia, & de accidente, nam nec inuicem prædicantur, quod verò non datur totum in partes dissimiles, probat Ammonius hac rõne nam totum dissimile non prædicatur de partib. nõ. n. dicimus manum esse constantium, ens verò de substantia, & accidẽte pdicatur, relinquitur ergo secundũ Græcos hãc diuisionẽ esse vocis in sua signãta, & ob id esse æquocũ Ammonius asserit.

Ens tam quã uoc ambigua in diuersas significationes diuiditur. 1. sent. dist. 3. q. 1. Scotus in contrariam ducitur opinionem, vbi demonstrat ens prædicari vniuocè, & esse vniuocum, Deo, & creaturis, itaque Deus, & creatura cõueniũt in aliquo conceptu quidditatiuo in quid prædicante de ipsis, sed non conueniũt in aliqua realitate, cum Deus sit summè simplex in ipso nullo mõ duæ realitates sunt intelligendę, cum talis conceptus non fit communis Deo, & creaturę, communitate reali, sed solum cõmunitate rationis, quamobrem ens est vniuocum logicum, vniuocum metaphysicum, & æquiuocum physicum, ens verò vt vniuocum logicum contrahitur in decem prędicamenta per modos intrinsecos, & non per differentias, & tales non includunt formaliter, & quidditatiuè ens, quia ens non prędicatur in quid de passionibus de differentijs, neque de talibus modis intrinsecis, modo quãdo inquit Ammonius, vt facilius argumenta ipsius dissoluantur, ens non diuidi per substantiã, & accidens, cum non possit appellari diuisio generis in species, cum vna species non sit causa alterius.

Vide pro hoc Parisiẽses.

Vide Antoniũ Andreã. 4. met. q. 3.

Solutio argumẽtorum Ammonijs.

Opinio Stoicorũ Pythagoricorũ. 3. phy. contex. 13. Dico cum Scotistis, quòd quando ens diuiditur in substantiam, & accidẽs, est diuisio vniuoci in sua vniuocata, & ipsum ens dicit vnum conceptum Deo, & creaturis.

Qui duo prędicamenta ponunt, fuerunt Stoici & Pythagoras hoc vero probabant, quando dicebant, omnia reduci posse ad prędicamentum boni, & mali, nam quicquid est, id vel est bonum, vel est malum, sed frustra fit per plura, quòd per pauciora fieri potest, si igitur omnia possunt ad duo genera referri, frustra maiorem numerum cogitamus.

Ad hoc

Ad hoc dicimus, Stoicos, & pythagoricos non rectè exposuisse numerum prædicamentorum per bonum, & malum, quoniam ea descriptio æquiuoca est regula, quando verò dicitur, frustra fit per plura, quod potest fieri per pauciora, intelligitur & æquè bene, verum non æquè bene diuiduntur genera per duo, sicut per decem prædicamenta, illa diuisio æquiuoca est, nos verò vniuocam quærimus diuisionem.

DE SVBSTANTIA.

AN substantia hic considerata sit genus analogum? vel vniuocum? vide Ammonium asserentem, esse genus vniuocum; Aristot. verò 2. de anima tribus modis substantiam diuisit, in materiam, vt animal. in formam, vt anima, in compositũ, vt est homo realis. tamen illa diuisio non est logica, sed realis Porphyrius aliter substantiam diuidere visus est, in corpoream, & in incorpoream, & hæc diuisio est analoga. secus est, secundum Scotum: nam substantia quæ est genus generalissimum non est per se, inquit Scotus. neque corporea, neque incorporea, neque materialis, neque immaterialis, licet sit vtrũque permissiuè, sicut animal non est per se neque rationale; neque irrationale, licet bene animal, sit permissiuè vtrunque. *Substantia est vnũ generis vniocũ. Vide Io. de mag. c. de substãtia. 2. de anima. cõt. 2.*

Diuisio ergo substantiæ in primam & secundam, propriè nullam constituit diuisionem, sed est simplex quidam ordo rerum enumeratarum. *8. dist. 1. q. 3. Non datur prima analogũ secundæ Scotum, in 1. sen. dist. 3. q. 3. & 7.*

Secunda an illa regula, aïal prædicatur de homine, ergo de quodam homine, sit necessaria necessitate illationis, vide Scotum, & Antonium Andream dicentes, esse necessariam necessitate illationis, sumendo prædicari vt hic sumit Aristotele, scilicet, superioris de inferiori genere, decurrit enim super hanc regulam, quando alterum de altero prædicatur, quæ æquiualet illi, quod est prius priore, est prius posteriore.

Tertia, an corruptis indiuiduis corrumpatur species, & genera, vide Caietanum, & Albertum dicentes, genera, & species corrumpi secundum realem existentiam, & non secundñ esse intellectuale, nam si indiuidua corrumperentur, vtiq; homo & animal secundum realem existentiam, nam si animal non inuenitur in hoc vel in illo homine. quod nec in homine inuenitur, qm̃ non inuenitur in rerum natura, nisi hic vel ille. Simplicius verò asserit, quòd sublatis omnibus indiuiduis tollitur homo vniuersalis quamuis intelligantur quædam *Diuisio substantiæ quid est. 13. qõ. prædi. ca. de substantia. 14. qõ.*

Cap. de substantia. communia ex ipsis indiuiduis.

Quarta an dꝛia sit substantia? vide Scotum, & Ammonium dicentes, esse substantiam inquit. n. Ammonius, quod dꝛiæ cũ sint cõpleriuæ ſpecierum, ac de ipsis substantialiter prædicentur, & cõpleant substantias, substantiæ quoque videlicet sunt, non. n. substantiam complent accidentia. quod autem substantias esse eas, vel ipsi Arist. videat, apertũ est ex eo quoque, quod inferius partes eas vult esse substantiarum, cum ait. Ne vero turbent nos partes substantiarum, & rursus. competit autem substantijs, ac differentijs vniuocè ab his dici omnia.

Cap. de substantia.

1. post. c. 30.

Sed in hoc Themistius non Scotizat.

Quinta an prima substãtia possit de aliquo prædicari, vide hic oes, & præsertim lucidissimum Themistiũ in primo post. vbi dicit quod prædicatio, alia secundum naturam, alia præter naturam, & illa quæ est præter naturam non meretur appellari prædicatio, sed potius verificatio.

14. quæ. prædi. c. de substantia.

Sexta an in substantia sit contrarietas? vide hic Scotum, Caietanum, Antonium, Andræam, Ammonium, Simplicium, & Boetium, nam idem sentiunt, dicunt. n. contrarietatem in substãtia minimè reperiri. Sed pro maiori declaratione dicimus, substantiã contrarium nõ habere positiuum, & a ratione propria, hoc est, secundum intrinsecum aliquem gradum, licet cõtradictionem habeat priuatiuam affirmationis, & negationis extrinsecã, hoc, qualitatis merito, vt caliditas, & frigiditas in aquã, vel vt aqua igni comparata, vel duo contraria sunt, ob qualitates in ipsis existentes, & sic omnes instantiæ soluũtur.

8. met. q. 3.

2. met. q. vnic. quid sint gradus. vide Ioannẽ can 5. phy. q. 3.

Septima an substantia recipiat magis, vel minus vide eosdem, & præsertim Scotũm, & Antonium Andræam dicentes. substantiam suscipere magis, vel minus secundum esse individuale, quia hoc modo includit gradus. sed nõ suscipere magis, & minus, secundum esse specificum, & de hoc intelligendum est dictum Arist in prædicamentis.

c. de substãtia 1. som. dist. 17. dist. 19. 8. met. dist. 18.

Vel, an vltimæ formæ possint intendi, ac remitti? vide Scotũ, Antonium Andream, & Franciscum de Mayronis dicẽtes, quod forma habet gradus per quos suscipit magis, vel minus, ita quod potest intendi & remitti? formam intendi, & remitti, tribus modis possumus considerare.

Formam intendi, & re.

Primo secundum suam essentiam, seu formam specificam.

Secundo modo secundum suam existentiam.

Tertio modo secũdum gradum, seu modum intrinsecum. duobus primis modis nulla forma suscipit magis, & minus,

sed

sed illæ formæ quę recipiunt magis, & minus, tantum tertio modo & non primo, recipiunt magis, & minus. *mitti, trà bus mo dis consi derari*

Exemplū, vt vna albedo est magis alia, & vnus homo magis participat de ratione albedinis, quam alius. similiter dicūt Scotistę de definitione albedinis, nam definitio albedinis, nō *potest*. suscipit magis & minus, nisi cum materia, albedo separata à materia, hoc est, a suis indiuiduis, nec ipsa, nec sua definitio in *Quo albedo su* tenditur, nec remittitur, tamen cum est in materia, hoc est in *scipiat* indiuiduo, vt in hac albedine, huiusmodi albedo, & eius defi- *magis*, nitio suscipiunt magis, & minus secundum intentionem, & *& mi* remissionem. de istis gradibus vide Ioannem Canonicum co *nus*. piosè, & bene declarantem. *5. phy. q.*

Octaua, An veritas, vel falsitas sint in re? Vel in oratione? *3.* vide Scotum, Antonium Andręam, & Gręcos omnes, in li- *4. sent.* bro perihermenias. *dist. 8.*

Pro hac solutione dicendum est, quod veritas, & falsitas *q. 2.* tribus modis possunt considerari. *Cap. de*

Primo mō apprehensiuè, & sic sunt in intellectu, qm̄ intel *substan* lectus eas apprehendit, nā veritas & falsitas, sunt obiectum *tia.* intellectus, quia intellectus versatur circa verum, & falsum.

Secundo modo, veritas & falsitas possunt accipi enuncia- *6. met.* tiuè, & sic dicuntur esse in uoce, qm̄ ore proferuntur, nam ali *cont. 8.* quid esse uerum, uel falsum, per uocem exprimimus.

Tertio modo, ueritas & falsitas accipiuntur ueluti habent esse in subiecto, per modum causæ, & sic sunt in rebus ipsis.

Idem dicendum est, secundum Scotistas, quod ueritas, & falsitas sunt in propositione uocali, ut in signo, in propositione mentali, ut in fundamēto propinquo, in re, ut in subiecto, per modū causę, in intellectu uerò, tāquā in subiecto ultimo.

DE QVANTO.

Cap. de quātita te. q. 17. Cap. de quanti tate. 5. met. c. de quan to & 1. post. cont. 74.

PRima, an quantitatis sit genus vniuocum, vt tenet Scotus, & Antonius Andræas, an ęquiuocum, vt vbique locorum tenet Auerroes?

Dico ex sententia Scoti, quantitatem esse vnum genus vniuocum, nam prædicatur de pluribus differentibus specie in quid, vt de quantitate continua, & discreta, licet discretum, & continuum non considerentur abeodem artifice, nam continuum à Geometra, discretam ab Arithmetico, non ob id sequitur quod quantitas non sit vna natura vniuocata, siquidē,

corpus humanum, vt sanabile consideratur à Medico, elementa considerantur à naturali philosopho, & tamen humanum corpus vna cum elementis sunt in genere substantiæ sic discretum, & continuum possunt esse vniuoca in quantitatis genere. Sed si quispiam diceret, continuum, & discretum, non conueniunt sub vno genere communi vniuoco. Respondetur, quod Aristoteles loquitur de quantitate, vt est genus in scientia, non autem vt genus prædicabile.

1. post. cont. 20.

Secunda, an quantitas discreta, præcedat continuam? vide Simplicium dicentem, quantitatem discretã præcedere quantitatem continuam, nam discretum prius natura est ipso continuo, in substantia enim omnis quæ est continua, cadit sub numero, sed non omnis substantia cadens sub numero est continua, vt Deus sub numero cadit, est enim vnus. Similiter intelligentiæ, & tamen continuæ non sunt, ideo discretum antecedit continuum, veluti nam prius, illa enim priora sunt secundum naturam a quibus consequentia non conuertitur, secundum Aristotelem.

capit. de quantitate. q. 5.

capit. de priore.

Tertia, an oratio sit quantitas discreta? vide Scotum, & Antonium Andræam dicentes, orationem esse quantitates discretam, quia partes eius ad nullum communem terminum copulantur, quælibet enim syllaba est ab alia diuisa.

capit. de quantitate. q. 9.

Quartam an tempus sit quantitas per se, vide Ammonium, & Auerroem asserentes, tempus non esse quãtitatem per se, sed per accidens, inquit enim Ammonius, est enim nihil aliud tempus, quàm motus mensura, qui in cælesti fit globo.

capit. de quãtitate.

5. meta. cõm. 18.

Scotus verò, & Antonius Andræas dicunt, aliquid esse quãtum per accidens, duobus modis contingit scilicet effectiuè, vel formaliter non est tempus quantitas per aliud, ideſt nihil aliud est per quod recipiat prædicationem quantitatis, sed dicatur de eo per se primo modo. Sed effectiuè, quodammodo potest dici tempus quantum per aliud, quia effectiuæ suam essentiam, & suam quantitatem, quæ est sua essentia, habet ab aliu, vt a motu, non tamen motus aliquid propriè efficit, per quod tempus sit quantitas.

capit. de quãtitate. q. 23.

Quinta an locus sit quantitas continua, vide Scotum, & Antonium Andræam, dicunt hi duo viri, quod locus habet aliqd materiale, & aliquid formale, vt habet aliquid materiale, illa est vltima corporis superficies continentis, & sic non est alia species quantitatis a superficie habet etiam aliquid formale

capit. de quãtitate. q. 21. & 22.

&

& illud est immobilitas quædam, locus verò formaliter acceptus non est species quantitatis, confirmatur, quia 5. met. non enumeratur locus inter species quantitatis, vbi commentator assignat causam quare Arist. omittit locum dicens, quod locus non est quantitas secundum opinionem Aristot. sed tantum formale. 5o. met. 18.

Sexta an quantitas ab intrinseco possit recipere contrarietatem positiuam? vide Scotum, & Antonium Andræam, dicentes, quod contrarietas sumitur æquiuoce, scilicet, propriè, & transumptiuè, dicitur transumptiuè maxima distantia in genere, & extenditur ad oppositum priuatiuum, sicut in primo phys. principia dicuntur esse contraria pro forma, & priuatione, hoc modo in omni genere est contrarietas, quia omnis diuisio generis est per differentias oppositas, hoc modo contrarias. capit. de quãtitate q. 24.

Sed contrarietas proprie sumpta, est maximè distantia formarum, quæ natæ sunt fieri, & mutuo se expellere circa idem susceptiuum, hoc modo negatur à substantia, & quantitate. 1. phys. cont. 42.

DE RELATIVIS.

PRima an relatiua ex natura rei? vel potius ex ipsa sola continuatione sermonis, possint præcedere qualitatem, quæ est ens absolutum? vide Ammonium, & Boetium, nam Ammonius respondet vna cum Boetio, & secundum doctrinam talis ordo congruus est, nam cum in sermone de quanto offenderit magnum, & paruum multum, & paucum (quæ videbantur quãta esse) potius ad aliquid esse, id circo opus erat statim afferre ea, quæ sunt ad aliquid, vel, quoniam quantitate posita, statim magis & minus ponitur quę sunt relatiua. ideo rectè inquit Ammonius, quod verum est, quod secundum ordinẽ perfectionis debebat Arist. prius agere de quantitate, quam de relatione, sed factum est, vt tractatio relatiuorum anteponeretur qualitati propter nexum, & continuationem verborũ, quoniam habita est mentio de relatiuis in ca. de quanto (vt diximus) ob id dicit Simplicius, nam quantum aliud est secundum se, aliud verò ad aliquid, licet ea quæ sunt ad aliquid suapte natura posteriora sint tamen sermo de ipsis priore doctrina indiget, atque præcedere debet. capit. de relatiuis

Secunda, an relatio sit ens rationis tantum, vel res realis? vi

de Scotum, & Antonium Andræam, hi duo viri asserunt qd relatio dicitur ens rationis, vel quia vtrunque extremum, vel alterum est, solummodo ens rationis, vel quia extrema eius non sunt duo, nisi secundum rationis considerationem vt est in identitate.

capit. de relatiuis quæstio. 25.

Tertia an omnia sint relatiua, vide Ammonium, inquit. n. quod relatio in alijs prædicamentis fundatur, cum enim patrem diximus, relationem diximus in substantia, cum multũ, vel paucum, in quanto, cum albius vel nigrius, in quali, eadem quæ in cæteris ratione.

Vel dicendum est, secundum Scotistas, omnia esse in prædicamento relationis denominatiuè, sed nõ formaliter, vt sunt tria entia absoluta, substantia, quantitas, & qualitas, nam formaliter non referuntur, sed entia absoluta existunt, tamen de nominatiue sunt entia respectiua, vt substantia, alia eadem, alia diuersa, quantitas, æqualis, vel inæqualis, qualitas similis, vel dissimilis.

capit. de relatiuis qõ. 25.

Quarta: An relatio sit vnum genus? vide Scotum & Antonium Andræam probantes, hanc conclusionem esse veram, quòd relatio sit genus generalissimum. Sic probant generalissimum enim in genere relationis est vnum, quia secundum vnam rationem dicitur de omnibus suis inferioribus, quæ ratio, est habitudo vnius ad aliud, & quia omnes relationes habent vnum, & eundem modum denominandi substantiam, videlicet, in comparatione ad aliud, & accidentia quæ eodem modo denominant substantiam, sunt vnius generis.

capit. de relatiuis qõ 27. c. de relatiuis.

Quinta, an relatiua sint simul natura, vide Scotum, Antonium Andræam, Ammonium, & Porphyrium, omnes isti idẽ sentiunt, dicunt enim, quod illa relatiua, quę mutuo per se referuntur, ita quod minus esse, sit ad aliud se habere, & econuerso, sunt simul natura, propter rationem Aristot. quia posito uno ponitur raliquum, & econuerso, & destructo vno, destruito reliquum, & econuerso, si tamen sint relatiua per accidens, vel per se relatiua non mutuo, non oportet quod sint simul natura, per accidens relatiua sunt, quæ non secundũ suas forma dicuntur ad inuicem, & non muotuo dependent, quorum vnum secundum suam propriam formam dependet ad aliud & reliquum econuerso, & secundum suam formam nõ dependet ad ipsum, talia sunt quæ referuntur ad inuicem, vt mensura, & mensurabile, scientia enim per se dicitur ad scibile

le, sed non scibile ad scientiam, nisi quia scientia ad ipsum dicitur, secundum Arist. 5. met. c. de ad aliquid. 5. meta.

Sexta an contratrietas possit fundari in relatiuis? vide Caie tanum dicentem, relatiua formaliter non habere contrarium, sed materialiter. Vel relatiua secundum esse carent contrario, relatiua autem secundum dici, possunt vtique habere contrarium, vnde dedit exemplum Arist. de virtute, & scientia, quæ sunt relatiua secundum dici. cont. 20. ca. de relatiuis. ca. de relatiuis. ca. de relatiuis.

Septima, an relatiua secundum esse ita appellata coincidãt cum relatiuis secundum dici? vide Ammonium, Scotum, & Anotonium Andræam dicentes, quod nullo modo coincidũt quia relatiua non diuiduntur in relatiua secundum dici, & relatiua secundum esse. nam relatiua secũdum dici non sunt magis relatiua quàm homo mortuus est homo: forte tamen entia sic diuiduntur, quod quædam entia sunt relatiua secũdum esse, & quædam secundum dici. illa quæ sunt secundum esse, sunt illa quæ denominatiuè dicuntur a relationibus: secundũ vero dici vt, quæ sunt in alijs generibus, & secũdum aliquam habitudinem dicuntur ad alia. Quid relatiua sint relatiua secundum esse. Quid relatiua sint secundum dici.

Et ideo dicendum est, quod relatiuum secundum esse est illud quod principaliter & essentialiter dicit respectum ad aliud, vt duplum, & dimidium, pater & filius. Quid relatiuum secundũ esse.

Relatiuum secundum dici est illud, quod principaliter, & essentialiter dicit absolutũ, puta de genere qualitatis, vt scientia, & sensus, & opinio. aut de genere substantiæ, puta, manus, caput, pes: nam licet scientia, & sensus, & opinio importent principaliter qualitatem, & perfectionem, siue in prima, siue in secunda specie qualitatis, tamen secundario & connotatiuè important respectum ad alterum. Quid relatiuum secundũ dici.

Octaua, an in definitione unius relatiui includatur alterũ: vide Caietanum, Scotum, & Antonium Andræam. hi tres viri asserunt, quod in definitione vnius relatiui, sit necessarium poni suum correlatiuum. & ratio est, quia esse essentiale relatiui est ad aliud se habere, nam definitio indicat esse essentiale definiti, ergo definitio relatiui debet indicare suum esse, se habere ad aliud, quod non potest, nisi ponatur in ea correlatiuum ipsius definiti.

DE QVALITATE.

PRima, an qualitas, & quale distinguantur sicut sensibile, & intelligibile? vide Ammonium, ait vir ille, aliud quale est c. de qualitate.

se, aliud qualitatē, qualitas enim, vniuersalis ipsa qualitas est, a qua participantia qualia denominatiuè nuncupātur, vt vni uersalis albedo nigredo quale autē, corpus est participes qua litatis, quod quæ ab ea denominatiuè appellantur, vt album corpus, aut calidum: est ergo intellectu solo comprehensibilis qualitas, quale autem cadit sub sensum.

c. de qua litate. q. 31. Secunda, An habitus, & dispositio sint vna vel duæ species qualitatis? vide Scotum, Antonium Andream, & Boetiū. Scotus. n. dicit qđ habitus, & dispositio sunt duæ species, & vna spēs idē in primo sententiarū dicit, vbi ponit vnā distinctionem quod dispositio potest accipi duobus modis, vno modo fusius pro omni qualitate quæ disponit subiectum ad aliquid operandum, siuē, perfecte siue imperfecte, & sic bene est superius ad habitum, & non facit vnam speciem cum habitu.

c. de qua litate. Alio modo sumitur pressius pro qualitate disponente subiectum, ad imperfectē operandum, & sic facit vnam speciē, vel modum cum habitu. Boetius ipse ait, dispositionem ab habitu distare, quo Socrates dum esset paruulus, post vero pubescens a se ipso distabat.

c. de qua litate. Tertia an habitus sit naturalis? vel acquisitus? vide Ammonium, dicentem, habitum esse qualitatē insensibilem ex multis actibus, vel actu vnico acquisitam, bene radicatam, & difficulter a subiecto mobilem, ex quibus patet, nullum habitum, aut dispositionem inesse homini a natura, neque vllum habitum ei esse cognitum, aut innatum, sed acquiri debere ex actu vel ex actibus.

Theol. lo quimur. c. de qua litate. Præter autem hos habitus ex actibus acquisitos, qui naturales sunt, idest secundum naturam acquiruntur, ponuntur & alij habitus a Deo infusi supernaturales, quos sua benignitate Deus infundit mentibus, & cordibus hominum, huiusmodi sunt, fides, spēs, & charitas, item quæ alia Spiritus sancti dona quæ apud Isaiam enumerantur, sapientia, intellectus. consiliū, fortitudo scia, pietas, atq; timor domini, hæc enim dona p nostrarum operrtionum exercitium, non possumus nostris viribus acquirere, sed ipse Deus per spiritum suum ea infundit cordibus nostris.

Quarta, an potētia naturalis sit species qualitatis? vide Scotum, & Antonium Andræam dicunt enim quod non quælibet naturalis potentia est in hoc prædicamento, sed naturalis potentia accidentalis, potentia visiua, & intellectiua naturales

les sunt potentiæ,& tamen substantiæ sunt,& naturales. *c. de qualitate. q. 33. et 36*

Quinta,an passio sit species qualitatis? vide Scotum,& Antonium Andræam, dicentes passionem esse speciem ipsius qualitatis. Sed si quispiam diceret. Secundum passionem non dicimur quales,ergo passio non est qualitas. *Quomodo sit intelligendus Arist.*

Respondeo Scotus, quod dictum Aristo. sic est intelligendum, quod non dicimur quales a passionibus, quia ab illis nõ sumuntur communiter denominatiua,sed si sumerentur,posset habens passionem denominari ab illa,sicut habens passibilem qualitatem denominatur ad illa.

Sexta, an forma, & sit quarta species qualitatis? vide Scotum,& Antonium Andræam dicentes, vna cum Aristot.figuram,& formam esse speciem qualitatis. Sed dubitaret aliquis quod non videtur,figuram esse in genere qualitatis, nam figura, vt triangulus, vel quadratum,sunt in genere quantitatis, quoniam superficies sunt,ergo non hæc,in hoc prædicamento qualitatis venit constituenda. *c. de qualitate. q. 34. et 36* *Quadratũ et circulũ duobus modis considerari.*

Dico quadratum & circulum cõsiderari pro tanto spacio, vel pro tanta magnitudine,& sic superficies sunt, & quantitates, aliter considerantur secundum quod illa superficies, vel magnitudo est tali,vel tali designatione descripta,& sic figura in qualitatis genere est. Vide pro hoc Scotum. *Vide Scotũ ibid.*

Septima,an rarum & densum sunt qualitates? vide Scotũ, Antonium Andræam,& Ammoniũ.Scotus,& Antonius Andræas afferunt q̃ rarum,& densum duobus modis considerãtur. Vno modo significant extensionem partium quantitatiua rum,& sic idem corpus compressium,& non compressum,potest esse rarum,& densum,vt patet de lana, & spongia. *c. de qualitate rerum, & densum, duob. modis considerãtur.*

Alio modo significant extensionem partium materiæ,prout rarum dicitur,quod multum habet de forma, & parum de materia, & densum econuerso. Primo modo hæc forte significant positionem,quia dicunt ordinem partium in toto. *4. phy. cõt. 84.*

Alio modo fortè significant qualitates, & sic patet solutio controuersiæ,quæ est de istis, inter Arist.hic & in 4. phy sic.& inter Auctorem sex principiorum,quomodo sunt qualitates, & quomodo positiones. *& 7. phy sic. cont. 15. c. de qualitate.*

Octaua, an qualitas in abstractio possit per intrinsecos gradus recipere magis vel minus,vt tenent Scotistæ?an non vt alij tenent, dicimus vna cum Antonio Andræa, quod qualitas secundum essentiam suscipit magis, & minus, quia subiectũ

aliquod

aliquod secundum perfectiorem gradum participat eandem essentiam specie, & aliud subiectum secundum minus perfe-
c. de qua ctum gradum: quando ergo dicunt, quòd Aristo. & Boetius,
litate. totum oppositum asserunt, quod iustitia non dicitur magis, & minus alia iustitia, sed aliquis dicitur iustior altero, intelligendum est, quod essentia speciei in se considerata abstrahendo a suppositis, non habet in se magis & minus, quia ipsa sic considerata est indifferens ad omnem gradum, sed ipsa in vno supposito est perfectior se ipsa in alio supposito, & vt est in supposito, sic denominat subiectum, quia per se suppositum eius non est subiectum, sed qualitas in hoc subiecto, non ergo iustitia abstractè intellecta, sed iustum, & hæc iustitia, vt denominat istud subiectum est maioralia.

DE AGERE ET PATI.

PRima. An sex vltima prædicamenta realiter differãt a quatuor primis? vel nascatur a primis? vide hic Ammonium. Quomodo ortum ducant ista sex prædicamenta a quatuor superioribus, Ammonius in hac parte dicit, quod substantia ipsa cum sit prædicamentum, interdum sumitur simpliciter, interdum consociata cum alijs, quando vero est consociata cum alijs, consociatur tribus modis.

Primo, vel cum quanto, vel cum quali, vel cum relatiuo, quando substantia consociata est cum quanto, nascuntur duo prædicamenta, vbi, & quando, similiter si accipiatis agere, & pati fiũt a substantia, & quali, qm̃ actio, & passio sunt in tertia specie qualitatis, & pertinent ad substantiã qualitate affectã.

1. sent. dist. 3. et 25. vniuersaliũ vbi de istis actionib. mentionẽ facit 3. ph. cont. 21. 23. qõ. quolib. Substantia relationi comparata efficit duo prædicamenta, situm, & habere, ideo iure optimo sex prædicamenta ab illis quatuor oriuntur.

Secunda, an agere, & pati realiter distinguuntur? vel sola ratione? vide hic Græcos, & inter Latinos Scotum, & Antonium Andræam dicunt. hi duo viri, actionem, & passionem esse idem realiter, distingui verò formaliter. auctoritate Arist. hoc ostendunt; nam habetur in tertio phys. quòd actio, & passio sunt idem realiter, tamen habent aliud, & aliud quod quid erat esse, per quæ intellige aliam, & aliam formalitatem, & cõceptibilitatem. hoc dictum posset comprobari per ea, quæ habet Scotus in quoli. vbi voluit, quod motus qui est forma fluens, idem numero possit esse actio, & passio, vt est ab agente, & passio, vt est in passo.

Sed

Sed contra hoc arguitur, quod actio, & passio non sunt idē secundum mentem Aristo. tertio phys. nam ibi voluit, qđ actio, & doctrina nō sunt idem, neque actio cum passione, sed cui insunt hæc, scilicet motui, nā, cum motu sunt idem actio, & passio, sed non inter se. hæc Aristo. 3. phys. cont. 22.

Ad hoc respondetur, quòd verum est, quod actio, & passio non sunt idem, scilicet, formaliter inter se, sicut Aristot. innuit in eodem textu, tamen est vnus, & idem motus realiter, ideo Ammonius inq̄t, vnus est itaq; subiecto motus, rōne differēs. Cap. de agere & pati.

Finis Patauij ex ædibus Diui Antonij.

EX LIBRO PERIHERMENIAS.

PRima, an liber perihermenias sit de interpretatione, accipiēdo ipsam in communi ad omnes voces significatiuas, cum Boetio? an de enunciatione tantum, vt sentit Ammonius? vel sit de aliquo conceptu, vt nonnulli tenēt? & cum his vide Scotum, & Antonium Andræam. In præfatione libri perih.

Conciliemus Boetium cum Ammonio, quod interpretatio potest accipi duobus modis, communiter, & particulariter. si accipiamus interpretationem cōiter, & latius, significat oēm vocem, quæ potest aliquid significare, si autem particulariter, significat solummodo enunciationem, quę dicit verum, vel falsum, & hoc modo definit Ammonius; patet igitur, qđ nulla est contradictio inter Boetium, & Ammonium, nā Boetius loquitur de interpretatione cōiter sumpta, Ammonius verò de interpretatione propriè, & particulariter accepta. 1. perih. q. 1. Boetius & Ammonius concordes redduntur.

Opinio Scoti, Antonij Andreæ, & aliorum est, quod inscribitur hic liber ab Ari. Græco titulo perihermenias, ideſt de interpretatione, quæ idem vī esse cum enunciatione, qua mētis nostrę cōceptū verū, falsū ne interptamur, siue exprimimus. 1. peri. q. 1. Conceptus, & significant naturaliter.

Secunda, an conceptus, & res sint oīb. eadem vide hic Ammonium, Boetium, & D. Thomam, & Albertum: oēs isti idē sentiunt. dicunt. n. quòd cōceptus est similitudo, & imago rei extra intellectum, res est fundamentum ex qua nascuntur cōceptus, ex conceptibus verò nascuntur voces, ex vocibus literæ. Ista quatuor ita se habēt, vt duo significēt naturaliter, duo ad placitum, conceptus, & res significant naturaliter, nam sit hæc res ignis, ignis significabit semper idem, & Gallis, & Italis, & cęteris nationibus, nam res, & conceptus non variantur Res., & cōceptus non variant

diuer-

Idioma- diuersitate Idiomatum, sed remanent semper idem, & hæc est
tum. Ite- causa, quòd ista duo dicuntur naturaliter, reliqua duo, idest li-
ra, & te- teræ, & voces uariantur hominum arbitrio, & ideo significat
ces signi- ad placitũ. pro his igitur oĩb. uide Ammoniũ sectione prima.
ficãt ad Tertia, an de conceptibus in libro perihermenias agat logi
placitũ cus? siue de passionib. animæ? uide eoldem. asserunt. n. omnes.
hominũ quòd in tertio de anima de his abundè tractatum est; nã Ari-
1. sectio- sto. hic inquit, conceptus esse similitudines rerum, nõ autem
ne: vide esse notas, & figuras, motus physica ratione, ubi in tertio de
Græcos anima redarguit antiquos, qui uoluerunt, quòd res uenirent
expositio- in intellectum ſm propriam essentiam? Sed hoc esse falsum,
nes. 3. de ostendit Aris. quĩ quũ res uenit in aĩam, & intellectum nostrũ,
anima non uenit eius realis essentia. sed uenit simulacrum, & simili-
cont. 39. tudo rei formata in phantasmate, & hac ratione Aristot. dixit
Quòd res conceptum esse rei similitudinem, tũ alterius hæc sunt nego-
veniat tij Boetius dicit, quòd Arist. hic nominat passiones animæ, cõ-
in intel- ceptiones intellectus. conceptus animi sunt duo, conceptus
lectũ no simplex, qui non significat uerum, uel falsum, & conceptus cõ-
strum. ponendi, & diuidendi, qui significat uerum uel falsum. de pri-
ad ani mo agit Arist. in prædicamentis, de secũdo in hoc libro pher.
mastictũ Quarta, quare de nomine, & de uerbo, agat philosophus
hoc pertit hic, cum de simplicib. egerit in prædicamentis? uide Ammo-
net 1. li. nium, D. Thomam, Dominum Antonium Mirandulanum, &
peri. Ant. Andræam, asserit iste uir, quod aliter hic, aliter ibi, igitur
4. de no- de nomine, & uerbo; nam simplicia, & incomplexa, tribus
mine modis considerari possunt, ut dicitur primo post.
incomple- Vno modo absolutè in se, ut sunt quidam simplices conce-
xa trib. ptus, & hoc modo pertinent ad librum prædicamentorũ. alio
modis modo, ut sunt partes enunciationis, & sic pertinent ad hunc
considc- librum. alio modo, ut constituunt syllogismum, & sic dicũtur
rantur termini, (omnis. n. perfectus syllogismus constat ex tribus ter-
1. post. minis) hoc autem modo pertinent ad librum priorum. de eo-
cont 34. dem ergo diuerso modo sumpto, agitur in diuersis libris.
6. de ue- Quinta, an in simplicibus possit esse ueritas, uel falsitas? ui-
rimine. de Do. Thomam, & Ammonium. D. Thomas, probat ueritatẽ
Valebrũ esse in simplicibus, hoc modo. capiamus massam auri, aurũ est
excep ñ. simplicissimum, nõ solemus dicere, aurum illud esse uerũ, uel
Do Tho. falsum. Solemus etiam hominem sincerum, & integritatis
Aristo magnæ, uocare hominem uerum, & aliquem mendacem uo-
ſm Mich care falsum, & tamen homo est simplex, ergo etiam in sim-

plicibus.

plicibus erit ueritas, & falsitas.

Respondetur, quòd argumentum peccat ex æquiuocatione, quoniam ueritas, & falsitas, alia est entis, alia enunciationis, cum dico aurum esse uerum uel falsum, & ita hominem: & hæc sunt simplicia, ergo &c. *Ver. & fal. ies. Rejicio ad arg.*

Dico ueritatem, & falsitatem entis, esse in auro, & homine, non autem ueritatem, uel falsitatem enũciationis. Illa dicitur ueritas, uel falsitas entis (ut dicit Arist. in metaphysica) quæ cõuertitur cum subiecto, & de hac non loquitur hic Aristot. Sed de ea, quæ est enũciationis, quæ est in uoce, & indicat uerum, uel falsum, cum dico uerum, uel falsum, hominem, & aurum, ista est ueritas, uel falsitas entis, quæ conuertitur cum subiecto hoïe, & auro. At hic loquitur Arist. de indicatiua ueri, & falsi, quę est in cõceptu, & uoce, dũmodo cõponãtur, & diuidant. *4. met. com. 3.*

Sexta, an nomen habeat significare rem aliquam uel passionem animę, hoc est conceptum? & si conceptum, uel primę, uel secundæ intentionis? uide Antonium Andream, & Scotũ. *c. de nomine.*

Respondet Antonius Andræas, quod illud quod propriè significatur per uocem est res, non res ut intelligitur, nec res ut existens, nec ut non existens, sed res absolutè, ut abstrahit ab istis, & est extraneum illi quodlibet illorum. *1. perih. q. 2.*

Septima, an nomen infinitum sit nomen? uide Ammoniũ, Boetium, D. Thomam, & Antonium Andream, dicentes, nomen infinitum non esse nomen, nam nomen significat aliquã naturam determinatam, ut homo, aut personam determinatã, ut pronomen, aut utrunque determinatum, ut sortes, sed hoc, quod dico (non homo) neque determinatam naturam, neque determinatã personã significat (imponitur. n. à negatione.) ꝑt dici de ente, & de nõ ente, ut Boetius, & Ammonius dicũt. *c. de nomine. c. de nomine.*

Sed contra, cuicunque conuenit definitio, & definitum, sed definitio nominis conuenit huic, quod est non homo, & similibus, ergo non homo est nomen.

Respondetur, quod definitio nominis non similiter conuenit istis, nomen enim infinitum nihil significat determinatè ideo propriè loquendo, non est vox significatiua, restringit ergo Aristotel. hic nomen ad rationẽ valde strictam, vt scilicet, nomen sit vox significatiua alicuius naturæ determinatæ.

Octaua, an verbum sit subiectum? vel prædicatum; & vtrũ cum est copula, se teneat à latere subiecti: vel prædicati; vide Boetium D. Thomam, & argumentum Suessani, ego dicerem quod *Cap. de verb.*

1. priorũ c. 1. quod verbum nunquam ex se est prędicatũ, ex sententia Aristo. qui definiens terminum dicebat terminum esse aut subiectũ, aut prædicatum cum esse, vel non esse, non vult autem, vt verbũ sit prędicatum, quoniam est verbum, est copula, & veluti forma quæ coniungit prædicatum cum subiecto, in hac propositione homo currit [currit] non potest esse prædicatum. Sed dico, quod semper verbum est nota prædicati vt homo est albus & in hac propositione [homo ambulat] ambulat non est prædicatum, sed denotat prædicatum, quoniam ambulat resoluitur in esse ambulans, omnis enim propositio de secũdo adiacente, resoluitur in propositionem de tertio adiacente, nam dicimus, homo est currens, homo est ambulans, quare patet, ꝙ verbum nunquam est prædicatum, sed semper est nota prædicati, id est denotat, & significat prædicatum, & ipsum verbũ est medium inter subiectum, & prædicatum copulans, & cõiungens vtrunque.

cap. de verbo. Nona, an ens aliquid significet, & si significat, quid significat; vide D. Thomam, Alexandrum, Porphyrium ex relatione Ammonij, & Boetij.

Alexander Aphrodiseus (vt refertur à D. Thoma) dicit, ꝙ ens nihil significat, quia non significat uniuocè sed æquiuocè, nam ens est uox æquiuoca, ut hæc uox (canis) nihil significat, quia est æquiuoca, homo uerò, & equus sunt uoces, & significant aliquid, quoniam denotant uniuocè, hæc opinio non placet D. Thomæ, nec Scot. Dico ego quòd ens nihil est, & nihil significat, quoniam non est de genere complexorum, ens est aliquid, & significat quatenus est in prima operatione intellectus nostri, quæ est simpliciter cognitio; Sed ens non significat aliquid quatenus ad secundam operationem, quæ est compositio, & diuisio, qm̃ ens est simplex nomen, & incomplexũ.

hac opinio non placet D. Th. & Sot. uide c. Thom. cap. de verbo. 1. perih. q 3. Decima, an transmutata re, quæ ex ipsa enunciatione profertur, fiat transmutatio in significatione uocis, uide Scotum, & Antonium Andreæ dicentes, ꝙ facta transmutatione in re, secundum quod existit non fit transmutatio in significatione uocis cuius causa est, quia res non significatur, ut existit, sed ut intelligitur, secundum unam opinionem, uel ipsa species intelligibiles, secundum aliam, uel ipsa res absolute, ut abstrahit ab illis, & suis suppositis, secundum aliam opinionem. Sed siue sic, siue sic, cum tam res (ut intelligitur) quod species intelligibilis, quam etiam ipsa res absolutè sumpta maneat in

transf-

transmutata, facta transmutatione in re, ut existit, quia per eãdem speciem cognoscimus essentiam, & eandem scientiam habemus de ea quando existit, & quando non existit, nã Arist. primo post de his quæ frequenter sunt, possumus habere demonstrationem, etiam quando non sunt, & per eandem scientiam, sicut & quando sunt, sequitur quòd res, ut significatur p uocem, non transmutatur qualicunque facta transmutatione in re, ut existit, & per consequens neque uox significans transmutabitur in significando. *com. 10.*

Vndecima, an oratio sit uox; uide Ammonium, Boetium, & D. Thomam. Item an sit instrumentum naturale; an ad placitum; Quãtum ad primum dicitur quod oratio definitur ex eo, p sit uox significatiua, ubi Arist. definit orationem, ut est quoddam simplicissimum, si accipiatur pro secunda intentione, non autem definit orationem, ut est prima notio, siue prima intentio, sic enim est quid compositum, & complexum. *cap. de orõne.*

Quantum ad secundum Plato in dialogo illo, qui inscribitur Cratylus, de recta ratione loquendi, vult p oratio sit instrumentum significatiuum secundum naturam, sed Arist. oppositum tenet, p oratio sit significatiua non tanquam instrumentum naturale, sed ad placitum, quoniam est secundum intentionem, & rationem intellectus nostrifacta. *Plato in Cratylo. cap. de orõne.*

Duodecima, an sub definitione orationis contiatur propositio hypothetica; uide Pfellum, D. Thomam, Aspasium (referente Boetio) & Antonium Andræam, Aspasius dubitauit contra illam particulam (ut dictio) quoniam alicui competit definitio, nã hypothetica est oratio, & tamen partes eius significãt, ut orationes, ut puta, si Sol lucet super terram, dies est, uel si sortes est homo, sortes est animal. & sic de multis. *cap. de orõne. cap. de oiõne.*

Respondet Antonius Andræas, & Porphyrius, p hic definitur oratio in communi, quæ conuenit omni orationi tam simplici, quã compositę, omnĩ autem orationi cõuenit, p partes eius significent, ut dictio, quia ad dictiones stat ultima resolutio cuiuscunque orationis, non autem omni orationi conuenit, p eius partes significent, ut affirmatio, uel negatio, ut isti homo currit, & alijs orationibus cathegoricis, & simplicibus hanc opinionem dicimus etiam esse Alexandri, & Ammonij *cap. de orõne.*

Tertiadecima, an ueritas & falsitas sint species enunciationis; uel qualitates; uel proprietates; uel formales rationes; uide Albertum Magnum, & Suessanum, multa enim asserunt

tamen

Dico definitionem esse operationem intellectus, ℘ neque affirmat, neque negat, ideſt, est obiectum primæ operationis intellectus, quæ ſimplicia apprehendit, ſi ergo, accipiatur definitio, vt definitio, dico quòd non est de genere complexorũ & ſic non ſignificat verum, vel falſum. Si autem accipiatur definitio, vt est in propoſitione, quoniam definitio interdum ingreditur propoſitionem, dico quod poteſt ſignificare ſecundũ operationem intellectus, ideſt, affirmare, & negare. *definitio non affirmat, neq; negat.*

Octauodecima, an vni affirmationi opponatur vna negatio, vt dicit Ariſtotel. *Quomodo diffinitio pũt ſignificare ſecundam operationẽ intellectus.*

Nam videtur, ℘ non tantum vna negatio opponatur affirmatiuæ, propoſitioni, ſed etiam duæ, vt huic affirmatiue, omnis homo est albus, opponitur hæc vniuerſalis negatiua, nullus homo est albus, & etiam opponitur particularis negatiua, aliquis homo non est albus, ergo non vna tantum negatio opponitur affirmationi.

Dico ergo, quod poſſibile est, vt vni affirmatiuæ opponantur duæ negatiuæ oppoſitæ, non autem contradictoriæ; Ariſt. autem cum dixit; quòd vni affirmationi, opponitur vna negatio, locutus est de vera oppoſitione, ideſt contradictoria. *Quomodo vni affirmationi opponatur vna negatio,*

Nonodecima, an ſignum, vel determinatio poni poſſit in prædicato? vide Boetium, Ammonium, D. Thomam, & Antonium Andræam, de oppoſitione contradictoria. Antonius Andræas inquit, ℘ ſignum poteſt poni ex parte prædicati, quãdo non impedit veritatem propoſitionis, vbi diſtinguendum est de ſigno, quod quoddam est vniuerſale, quoddam particulare, & iterum, quodlibet horum, aut est affirmatiuum, aut negatiuum; de ſigno vniuerſali negatiuo non est dubium, quin poſſit poni, qñ prædicatum in re remouetur vniuerſaliter à ſubiecto, vt omnis homo est nullus aſinus de ſigno particulari, tam affirmatiuo, quam negatiuo, dico etiam, ℘ poteſt addi ſecundum, ℘ prædicatum vniuerſale, particulariter ineſt, vel non ineſt ſubiecto, verbigratia, omnis homo est aliquis hõ, oĩs homo est non aliquod album, de ſigno autem vniuerſali affirmatiuo idem dico, ſi prędicatum vniuerſaliter ineſt ſubiecto; vnde hoc diſtinguendum est, de prædicato, quia vel est ſuperius ad ſubiectum, vel æquale, vel inferius, aut minus primo modo nunquam tale ſignum, verè poteſt addi prędicato, ſicut patet in exemplo philoſophi, quia est falſa hæc, omnis homo est omne animal. Secundo autem modo, & tertio etiam po- *Videntur de oppoſitione cõtradictor.*

est poni signum in prædicato, si tamen non sit positum in subiecto, verbigratia, homo est omnis homo, vel homo est omne risibile, vbi subiectum, & prædicatum sunt æqualia, similiter hæc est vera, animal est omnis homo vbi prædicatum est in minus quam subiectum. Si autem signum esset in subiecto omnes istæ essent falsæ, omnis homo, est omnis homo, & omnis homo, est omne risibile, omne animal est omnis homo, patet ergo &c.

De futuris cõtingentib.

Vigesima, an disputare de futuris contingentibus sit problema logicum? vel metaphysicum? vide Ammonium.

Ad duos pertinet agere de futuris cõtingentibus, duo sunt, qui tenentur mentionem facere. Physicus, scilicet, & Dialecticus, sed diuerso modo, nam primus philosophus considerat futura contingentia, quatenus tollant liberum arbitriũ, ad Dialecticum autem attinet, quatenus respicit materiam determinationis, & indeterminationis.

Vigesima prima, an impossibile sit omnia esse necessaria, vt dicebant antiqui.

Non dãtur omnianecessaria.

Respondet Arist. quòd est impossibile omnia esse necessaria, quia videmus patere ad sensum, quòd in nobis est principium futurorum, & ius, & facultas omnium rerum. ideſt, electio nostra, quæ eligit ea, quæ modo in actu, modo in potẽtia sunt, ideſt contingentia, ergo dantur contingantur, ergo non omnia necessaria.

de futur. cõting.

Vigesima secunda, an futura contingentia particularia sint determinatæ veritatis? vel falsitatis? vide hic ample quæ addu cit Aristo. Item specialem quæstionem Ammonij, nec non doctam illam digressionem. Dom. Thomæ.

Vide D. Th. bene declarãtem.

Nam si omnia contingentia essent futura necessaria, opus esset de more casum, & fortunam; leges, consultationes, virtutes morales, & liberum arbitrium, quòd si hæc non sunt removenda, vt sunt, dicendum est, quòd futura contingentia sunt indeterminata, & quod possunt indefinite esse vera, vel falsa.

Oẽs propositiones fiũt in triplici differẽt.

Tamen sciendum est, quòd propositiones omnes fiunt in triplici dria temporis, vel præsenti, vel præterito, vel futuro, propositiones quæ sunt in tẽpore præterito, & præsenti sunt determinatè veræ, vel falsæ, quoniam præteritum iã fuit, nulli dubium, est quæ sunt. Item in tempore præsenti, sunt determinatè, quoniam iam actu sunt, sed quæ sunt in futuro, sunt indeterminatè, quoniam possunt esse verè vel falsæ.

Vigesimatertia, an inter verum, & falsum detur medium? Respondetur, quòd non, nam si daretur medium inter verū, & falsum, sequeretur hoc absurdum, quòd cum affirmatio est falsa, negatio non esset vera, & cum negatio est falsa, affirmatio non esset vera, sed hoc est absurdum, nam stante veritate affirmationis, infertur falsitas negationis.

Finis ex adibus. Do. Antonij.

EX SECVNDO LIBRO PERIHERMENIAS.

PRima, an liber iste agat de his quæ faciunt ad continuationem enunciationis? vel de his quæ accidũt enunciationi, vide D. Thomam & Boetium.

Dicendum est, cum Do. Thoma, postquam philosophus in primo libro determinauit de enunciatione simpliciter considerata. Hic determinat de enunciatione, secundum quod diuersificatur per aliquid sibi additum. *li. 2. lect.*

Secunda, an infinitum verbum remaneat infinitum in oratione. vide Auerroem in paraphrasi, Boetium in secunda editione, Scotum, & Antonium Andræam.

Respondeo, & dico quod verbum infinitum, positum in oratione, non differt à verbo pure negatiuo, probatur hoc per Boetium, qui dicit, quòd verbum infinitum positum in oratione vim non retinet, sed est verbum pure negatiuum, ait. n. quòd verba infinita, tunc sunt infinita, cum sola sunt, cum autem alicui nomini iuncta sint iam finita sunt. *2. q. 2. li.*

Tertia, an nomen infinitum ut nomen vide Dom. Thomã, dicit enim ipse quod sicut nomen infinitum deficit a ratione nominis ita deficit a ratione subiecti, nam Arist. inquit, quod nomen infinitum, vt non homo, non est nomen. Sed posset aliquis dicere, nomen est nomen infinitum, ergo est nomen. *lect. 4. 2. lib.*

Respondeo, quod multa sunt vera in sensu composito, quæ non sunt vera in sensu diuiso, vt, si quis dicat, Cicero est homo mortuus, ergo Cicero est homo, negatur consequens, quoniã hoc est falsum in sensu diuiso, non valet hoc argumentum, quoniam est pugnantia in terminis, ista autem pugnantia cognoscitur definitione: nam si definiamus hominem dicemus, hominem esse corpus animatum rationale. At mortuum erit corpus inanimatum irrationale.

sensu composito, ergo cicero est bonus coriarus, nam potest esse, vt Cicero sit bonus quoad mores, non autem quoad artem ipsam coriarij, patet quod in sensu diuiso multa verificantur, quæ tamen non verificantur in sensu composito, hoc autem fit, quia prædicationes non sunt essentiales, sed accidentales. *Prædicatio debet esse essentialis.*

Procedere verò a sensu composito, ad diuisum, hic modus interdum est verus, interdum est falsus, verus est cum dico, Ioannes est animal rationale, quę propositio est de sensu compositio, ergo valet propositio de sensu diuiso, ergo Ioannes est animal, ergo Ioannes est rationale, sequitur igitur a compositis ad diuisa.

Sed ista forma videtur esse falsa in alio casu, vt cum sensu composito dico. Cicero est bonus orator, ergo in sensu diuiso valebit, igitur Cicero est bonus, ista forma est falsa, quando potest esse, vt Cicero sit bonus orator, ideſt, eccellens, & sic non bonus bonitate morum.

Cum igitur prædicationem in sensu composito habebunt istas duas regulas, prædicationem essentialem, & non negationem, tunc valebit semper argumentum diuisis ad cõiũcta. *Regula* *qñ natura* *diuisis ad coniũcta de ꝓpositione modali.*

Octaua, an modalis propositio, & de inesse specifica ratione distinguantur? uide Antonium Andræam dicentem, propositionem modalem distingui specie, a propositione de inesse, propterea quòd modalis illa esse dicitur, quæ habet modum, vel necessarium, vel impossibile, vel contingens, vel possibile, propositio autem de inesse non habet nullum istorum modorum, & si habeat non habet ratione modi, & quo ad formam, sed quo ad materiam, in qua est ipsa propositio. Deinde probatur, quo ad distinguantur specie: nam magis differunt propositiones de inesse, & de modo, quam affirmatio, & negatio; Sed affirmatio, & negatio differunt specie, vt ostensum est in primo huius, maior probatur, quia magis differt propositio modalis a propositione de inesse, quam vna inesse, ab alia de inesse, vel vna modalis, ab alia modali, sed affirmatio, & negatio possunt ambæ esse de inesse, vel ambæ de modo, ergo &c. *Opinio Anto. Andr. cap. 5.*

Nona, an actus præcedat potentiam, vel potentia actum? vide hic Antonium Andræam dicentem, actum præcedere potentiam simpliciter, siue ordine perfectionis, vt habet Arist. 9. metaph. potentia vero tempore actum, siue ordine generationis; rectè ergo priores sunt propositiones de necessario *9. met. cont. 13.*

omnibus alijs, cum id quod est de necessitate, sit semper secundum actum.

Finis ex adibus. D. Antonij.

EX PRIMO LIBRO PRIORVM.

PRima, an liber iste sit resolutiuus eadem de causa, vt liber posteriorum? vide Græcos, Aueroem, & Buranam, inquit enim Auer. in prologo magno commen. lib. poster. quod ambo libri, scilicet, posteriorum & priorum, eodem nomine inscribuntur, scilicet, resolutorij, cum ambobus de demonstratione agatur: tamen resolutiua methodus, aliter in libris Priorum, & in libris Poster. habetur, in libris Priorum habetur nuda resolutio expers omnis materiæ: resoluitur conclusio in nuda principia secundum formam tantum. In libris vero posteriorum, resoluuntur conclusiones in sua principia in materia necessaria, vt si dixero, homo est risibilis, hæc conclusio resoluitur in sua principia necessaria hoc pacto. Omne animal rationale, mortale est risibile, homo est animal rationale mortale &c.

Secunda, an hic liber, & liber posteriorum sint vnus, vel diuersi? vide hic Alexandrum, Philoponum, & Auerroem in paraphrasi, inquit Auerr ꝙ liber priorum, & post. sunt vnus liber. & primo ex vnitate procemij in primo priorum, vbi ponitur procemium commune ambob. libris, scilicet, post. & priorum.

Secundo ex vnitate inscriptionis: nam ambo libri eodem nomine inscribuntur, scilicet, resolutorij.

Tertio ex vnitate subiecti, in ambobus enim de demonstratione agitur, licet diuersis modis, veluti nos docuit Auerroes, in prologo magno commen.

2. *post. com.* 100. & *c.* 26. Quarto ex vnitate epilogi: ambobus siquidem libris, vnũ duntaxat assignauit epilogum ipse Aristot. vt patet secundo post concludimus ergo quod liber post si vnus vnitate totali, cum libro priorum, vt dicit Alexander, non vnus vnitate speciei.

1. *prio. cap.* 1. Tertia, an sint idem demonstratio, & demonstratiua scientia, vt voluit Aristot. an sint diuersa, vt voluit Philoponus, & Burana.

1. *pr. c.* 1. Respondetur, quod demonstratio, & demonstratiua scien-

tia

ria, sunt idem subiecto, & differunt ratione, & habitu, demonstratio est habitus intellectus. Scientia vero est effectus, qui ex habitu fluit; Vnde solemus dicere, quod demonstratio est veluti planta, scientia vero demonstratiua sicut fructus, & propterea distinguuntur hæc duo, sicuti fructus, & planta.

Sed diceret aliquis, cur Aristote. dixerit hæc ambo idem esse? Respondemus, ita id esse intelligendum, quod idem est scire demonstrationem, & habere scientiam demonstratiuam, non tamen, quod idem sit demonstratio, & scientia demonstratiua. *Vi. Bur. 1. libro pri. c. 1.*

Quarta, an syllogismus sit ratio? vel oratio? *Vi. 1. pri. cap. 1.*

Respondetur ex sententia Buranæ, quod ratio, non oratio pro genere syllogismi ponenda sit, contra omnium aliorum opinionem, rationibus optimis innixa, confirma enim suam opinionem, ex Seuerino Boetio, & Alberto Magno, vt diuus testatur Seuerinus lib. de topicis differentijs secundo, quod argumentatio est proximum genus syllogismi, & non oratio: vnde D. Albertus dicit in topica Aristot. quod oratio non sit proximum genus syllogismi, super est igitur, secundum opinionem Buranæ non oratio, sed ratio, lectitandum esse. Secus est secundum aliorum placitum, vide pro hoc suas rationes. *6. topi.*

Quinta, an Dialecticus totam contradictionem interroget? vel potius partem?

Dicimus, quod actu Dialecticus alteram contradictionis partem tantum interrogat, potentia vero totum, & sic dissoluitur illa ambiguitas, cur Arist. in lib. de interpretatione alteram contradictionis partem Dialecticam interrogare dixerit: nunc autem in primo priorum totam contradictionem. *1. prio. cap 7.*

Sexta, an in toto esse sit idem cum dicto de omni? vide Philoponum, & Alexãdrum dicentes, quod in toto esse, & de omni dici, idem quoad significationem sunt, differunt autem inquit Philoponus, sola habitudine si enim a subiecto incipientes in prædicatum terminemus in toto dicitur, si autem a prædicato in subiectum de omni. *2. prio. cap. 7.*

Septima an prius agere debeamus de syllogismo? quam de Demonstratione ob hanc causam, quia communior est? vide Auer. in proœmio magni com. 1. phy. & in com. 57.

Est autem commentatoris authoritas in proœmio 1. post. qui affert causam, cur liber priorum præcedat librum post. & inquit, quod causa est quia liber priorum agit de syllogismo

in communi, alij vero libri de syllogismo in particulari materia, communiora enim præcedunt particularia, ergo communia sunt nobis notiora particularibus. Sed quid pluribus; testis est ipsemet Aristo. expresse 1. priorum, vbi affert causam, cur agat prius de syllogismo, quam de demonstratione. causa inquit hæc est, quia syllogismus est vniuersalior demonstratione, omnis enim demonstratio syllogismus est, non econtra. ergo vult quod vniuersalia sint nobis notiora. quare patet qđ Aristot. alibi pluribus in locis velit quod vniuersalia sint nobis notiora.

1. prio. cap. 2.

Octaua, qua causa figuram primam primo loco Aristotel. statuerit?

Respondeo, quod omnes syllogismi quī in hac figura fiūt, perfecti sunt, qui vero in alijs, perfecti omnes, ex dignitatis ita que ordine, non immerito hæc prima figura obtinuit locum.

Nona, an prima figura sit omnium perfectissima? vide autorem digressionem Philoponi, & Arist. nam prima figura, inquit philosophus, potest syllogizare omne quæsitum: nam demonstrat conclusionem vniuersalem affirmatiuam, conclusionem vniuersalem negatiuam, conclusionem particularem affirmatiuam, conclusionem particularem negatiuam, & hæc ita est perfecta, vt ad hanc figuram primam, reliquæ omnes habeant reduci, quo modo autem reducantur. vide in lib. prio rum. Buranam.

2. poster. text. 31.

2. pr. c. 5.

Decima, an detur quarta figura Galeni? vide specialem digressionem Auerrois. Galenus (vt dicit Auerroes) quartam adebat figuram, in qua medius terminus in maiori prædicaretur, & in minori subijceretur quæ sit hoc modo.

c. 7. 1. pri.

Omnis homo est animal.

Omne animal corpus.

Aliquod corpus homo.

Hanc, Auerroes loco adducto ista ratione confutat, quia idem respectu eiusdem esset subiectum, & prædicatum, quod summum est inconueniens, probatur, nam corpus in præmissis cum de animali, & animal de homine prædicatur, ergo etiā corpus de homine prædicatur. in conclusione homo de corpore prædicatur, & in præmissis corpus de homine, ergo idem respectu eiusdem sunt subiectum, & prædicatum.

Vide Auerr. ibi.

Vndecima ex maiori de necessario, & ex minori de inesse, sequatur propositio de necessario? vel de inesse? Quod sequa-

tur

tur necessaria, est Aristot. in hoc libro, & pro eo sunt rationes Alexandri, quod non sit necessaria, est Theophrastus, & Eudemus, (referente, & Alexandro, & Philopono.) concordiam vide vno modo apud Auerroem id speciali quæsito, & etiam apud Philoponum, & alio modo apud Buranam.

Duodecima, An propositio de ineſſe, sit genus modalium, vt patet in sequenti figura?



Quam opinionem Theophrastus defendit an potius sit in tot illa genera diuidenda, vt voluit Auerr. an sit illa quæ actu est, & potest non esse, vt voluit Alexan. quam opinionem, sequens figura indicat.



Quarta, an propositio ista vniuersalis. Omnis doctrina & omnis disciplina &c. verificetur de demonstratione, vel definitione, vt voluit Alpharabius, & Balduinus in prologo post. vel non verificetur de definitione, vt est Auerrois sententia in prologo post. inquit enim, quod ly, intellectiua, exponitur, id est, discursiua, & sumitur etiam pro ratiocinatione, quæ necessario exigit discursum, sed definitio non habetur per discursū 1. met. cont. 18.

Respondeo quod sub ista propositione vniuersali, nō comprehenditur definitio, cum nullum Aristo. habeat verbum de definitione, sed tantum verificat hanc. propositionem in quatuor cognitionibus discursiuis. hoc est, quæ fiunt per discursū, lice Auerroes expresse dicat, quod omnis doctrina, tam definitiua, quam demonstratiua ex præexistenti fit cognitione vt dictum est in analyticis. Dico Auerroem voluisse hanc propositionem pressius hic, fusius vero in primo met. esse audiendā.

Quinta, an de dignitate præcognoscatur quia est, vide Scotum & Auerroem in prologo post. an præcognoscatur etiam quid nominis, vt Themistius, & complures ex Latinis affirmant, necnon, & ipse Aristot. in primo post. ait, loquens de dignitatibus, & principijs, hęc esse præcognita, non solum in intelligendo, & in cognoscendo quod sunt, ex quibus constat de principijs præcognosci quid, & quia. q. 5. 1. po. 1. pos. c. 2 offer.

Respondeo ex sententia Latinorum dicentium, illud quid, quod de dignitatibus habetur, non esse illarum, vti dignitates sunt, & complexa, cum complexum non definiatur; est itaque quid partium, hoc est subiecti, & prædicati, ex quibus constat dignitas. vt, verbigratia, qui cognoscit totum esse maius sua parte, cognoscit, prius, quid totum, & quid sit pars. 1. pl. 3. com 7. met. cont. 18.

Sexta, an de passione præcognoscatur solum quid nominis vide Scotum, & Themistium, an quid rei. vide Thomistas, & Auerroem dicentem, quæsita Geometriæ quid nominis, & quid rei definiri. q. 61. pos. 1. pos. c. 2

Respondeo, quod de passione, præcognoscimus quod nominis tantum, exceptis mathematicis, in quibus definitio nominis, est definitio rei, quoniam entia mathematica non considerant nisi formalem causam.

Septima, an de subiecto supponatur quia, & quid? p quid intelligo definitionem an intelligenda sit definitio rei? vel nominis, cum Themistio? vel rei cum Thoma de Vio dicente, q in demonstratione simpliciter debet præcognosci quid rei de 1 post. cap 2.

subiecto

dam enunciationes, & nō sm quod disponuntur in modo & in figura, & sic dico, quòd bene possunt cognosci, non cognita conclusione. Alio modo, possunt cognosci vt sunt disposite in modo, & in figura, & hoc duob. modis, vno modo, cognitione apprehensiua, & sic dico, qđ non est inconueniens, præmissas sic cognoscere, non cognita conclusione. Alio modo possunt cognosci cognitione ad hæsiua, & sic dico, qđ maiore, & minore sic cognitis cum cognitione bonitatis consequentiæ, simul tempore cognoscitur conclusio, dummodo intellectus aduertat circa conclusionem, & non sit in dispositus, neque voluntas eum diuertat. *Videpresiones.*

Decima, an scientia quæ definit ab Ari. sit scientia propriè dicta, quæ sit per causam essendi, & cognoscēdi, vt vult Auerroes, an scientia hic definita, competat etiam demonstrationi, quia, vt volunt latini? *1. post. com. 5.*

Respondeo quod demonstratio quia sit tantum per causā illationis, & consequentiæ, quæ non est vera causa, ideo Themistius, & Auerroes, in hoc conueniunt, quòd Arist. hic, non definiat scire quòd fiat per demōstrationem quia, immo Aris. loquitur de causa rei, & non illationis.

Vndecima, An scire sit vniuersalius demonstratione, vt vo luit Philoponus, vel conuertatur tum ea, cum scire, & demonstratione tantum differant, realiter autem sint idem? *1. post. cap. 4.*

Respondeo vtrunque esse verum, nam Themistius inquit, quod scire duob. modis sumitur: latius, & cōmuniter, præsius, & propriè, scire pro cognitione communiter, dicta, sic est vniuersalius demonstratione, si verò propriè, quatenus est cognitio propria conclusionis demonstratæ, sic scire est idē realiter cum demonstratione, ex hac distinctione possumus soluere contradictionem Philoponi. *1. post. com. 5. 1. post. cap. 4.*

Balduinus arguit contra Philoponū, quod scire non sit idē cum demonstratione inquit. nam hanc expositionem falsam, esse quia scire est effectu demonstrationis, & effectus distinguitur à causa, quomodo igitur sumi potest scire per demonstrationem, & quod sit scire cōmunius. Respōdeo pro Philopono quod vtraque opinio potest sustineri, & defendi, & quod scire sit effectus demōstrationis, & qđ scire sit cōmunius, quatenus scire cum effectu demonstrationis, dico quòd præcedit ipsam demonstrationem via doctrinæ, quoniam effectus sunt nobis notiores, quatenus vero scire est vniuersalius, præcedit illam *1. post. cont. 5.*

1. post. cont 5. ordine doctrinæ, nam communia præcedunt propria, ordine doctrinæ, & quod effectus cum sint notiores præcedunt causas via doctrinæ.

Secunda, an verum sit, quòd demonstratio faciat scire, vt voluit Aristot. an sit munus intellectus agentis, vt voluit Scotus, inquit enim quod principale agens est intellectus intrinsecus respectu acquisitionis scientiæ, mediante suo lumine.

1. post. q. 2.

Respondeo ex sententia Arist. quod scientia fit ab intellectu, tanquam causa efficiente, fit etiam a demonstratione, tanquam a causa instrumentaria, sine qua non potest haberi scientia, quam causam instrumentariam vocant Latini causam sine qua non, efficientem verò principium vnde motus.

Sed dubium est, cur Arist. hic non egit de intellectu agente, nam si intendit agere de scientia, quæ fit ab intellectu, vt a causa efficiente, & a demonstratione, vt a causa organica, consonum etiam videbatur, vt aliquid diceret de intellectu qui est causa efficiens demonstrationis.

3. li. de anim.

Respondeo quod Aristo. noluit transcendere limites logicos, considerare causam efficientem demonstratiuæ scientiæ, non pertinet ad logicum sed ad animasticum.

1. phys. cont 4.

Tertia, an vniuersalia sint notiora nobis ipsis singularibus, vt est sententia Arist. & Auerrois, dicentium, quod ex vniuersalibus ad singularia procedere oportet, an singularia sint notiora nobis ipsis vniuersalibus, vt voluit Aristot. vbi ait: dico autem ad nos quidem priora & notiora, propinquiora sensui sicut singularia.

1. post. cont. 5.

1. phys. cont 4.

Respondeo ex sententia Auerrois, quòd nulla est contradictio, in primo phy sic. & primo post. in dictis Aristot. nam in in primo phsicor. loquitur Aristot. de vniuersali in prædicando, in primo verò Post. loquitur de vniuersali posterioristico, quod habet tres conditiones, scilicet, de omni per se, & secundum quod ipsum, ideest, conuertibiliter.

2. post. cont. 5.

An semper propter quod vnumquodque tale, & illud magis est, huiusmodi propositio Aristotel. verificatur in omni genere causę, quatuor cõditionib. obseruatis, ex sua Scotistarũ?

1. Post. conto. 5.

Prima cõditio, qđ sit dispositio susceptiens magis & minus.

Secunda conditio est, quod talis dispositio formaliter denominat causam, & causatum.

Tertia conditio est, quòd talis dispositio competat causato propter causam.

Quarta

Quarta conditio est, quòd sit intelligenda in causis vnius cis, & per se, & non in causis per accidens, & æquiuocis: vide Scotum, & Zimaram, Theore. 57. qui quidem determinat esse veram in quolibet genere causarum, & in causis vnius cis, vt vult Scotus, nam analogia stat cum vnius cis. Quæ quid dicat Petrus Pomponatius, quòd hæc regula erat falsa, & propterea erat prorsus reijcienda assignabat causam, quia hęc regula patitur tot instantias, & contradictiones, vt nullo modo sustineri possit, deinde indiget ignitis limitationibus.

Vide Scotum 12. q. 1. Post.

Dico negando Pomponatij assumptum, nam ista regula quatuor exposuit limitationes, vt vidistis.

An principia sint magis nota quam conclusiones, vide Scotum dicentem, quòd loquendo de scientia proprie dicta, & etiam de scientia magis proprie dicta, qua scientia est apprehensio veritatis necessariorũ, secundum hanc scientiam, principia sunt magis scita, quam conclusiones.

16. q. 1. Post.

Sed an principia maximè sciantur, inquit Scotus, quod loquendo de scientia maximè propriè, non sciuntur principia prima, quia causam non habent, dicuntur enim ipsa principia maxime sciri, quia apprehenduntur ab intellectu, sine vllo discursu, qui primus intellectus est omnib. alijs habitibus intellectiuis nobilissimus, illud ergo maximè sciri dicitur, quod acquiritur per intellectum, non tamen scitur per demonstrationem, vnde non est dicendum principiorum esse scientiam: quia scientia est habitus per demonstrationem acquisitus, sed erit scientia per habitum intellectus.

q. 10. 1. Post.

An definitio dicat esse vel non esse, vt asserit Arist. an dicat esse, vel non esse, vt dicit Themistius.

1. Post. conte. 5.

Ideo quicquid alij dicant, ad hanc dubitationem, a Themistio in medio adductam, & ab ipso non solutam, duobus modis respondetur ab Auerroe in commento, quo modo definitio sit positio quædam.

1. Post. capit. 5.

Prima igitur responsio Auerrois talis est, quod definitio est similis positioni, secundum vnam conditionem, quia est indemonstrabilis, sicuti ipsa positio, dissimilis verò secundum alteram conditionem, quia positio dicit esse, vel non esse, ipsa verò definitio est sine hoc, & sic vult dicere Auerroes, quod cũ ipsa diffinitio tantum conueniat secũdum vnam partem cum ipsa positione, ideo dicitur positio per accidens, i. per partem, & sic posset dici ad rationem Themistij, definitio est positio,

dicit

dicit esse, vel non esse, ergo definitio dicit esse vel nō esse dicendum est, (vt dicit hic Auer.) quod definitio non est posi-
1. Post. tio per se, sed per accidens est positio quædam.
com. 5. Secunda responsio Auerrois est, quod definitio est positio quædam, i. definitio est expositio significationis nominum, nā definit definitum.

An Arist. neget posse dari circulum in demonstratione simpliciter, cum sint duo syllogismi, quorum alter fiat per causam simpliciter, & alter etiam fiat per eandem causam reciprocè.

Dico, quod hic circulus negatur ab Arist. tamen non negat Arist. detur demonstratio circularis, & reciproca, mutata causa, potest enim vtique dari, dummodo mutetur genus cau-
1. Post. sæ, vt cum ex fumo infero ignem, & econtra; talis processus
cont 30. dari potest, quoniam non fit per idem genus causæ, sed muta-
2. Post. ta cā, & tūc nō dr circulus, sed dr regressus, q a nō est per idem
2. Physi. genus causæ, testatur hoc Aristot. 1. Post. & in secundo Post.
cont. 30. Item secundo Phys. nec non in secundo Priorum, & in prædi-
2. Post. c. camentis cap. de qualitate, licet Auicenna concedat definiri
5. 6. et 7. circulum relatiua viciſſim, sed Auerroes in paraphrasi 7. Met.
2. Physi. negat hunc esse circulum, quoniam non concedit vnum rela-
cont. 30. tiuorum esse causam alterius, & econtra.

Sed videtur oppositum: nā in secundo Phys. habetur, quod materia, & forma sunt sibi inuicē causæ, & sunt relatiua ergo vnum relatiuorum est causa alterius. Respondetur quòd materia, & forma sunt sibi inuicem causæ, non vt sunt relatiua,
3. post. c. sed vt sunt substantiæ, i. non formaliter, sed fundamentaliter.
30. An sit potendi solum quatuor modi dicendi per se cum Aristo. ad datur quintus modus cum Themistio? nam addidit alium modum per se, quando dicimus, superficies est colorata, ista enim est propositio per se, quia superficies non recipit colore mediante alio, immo si dicimus, corpus est coloratum, hæc propositio est per accidens, quia corpus recipit colorem mediante superficie, vel ergo dicendum est, quòd Arist. fit diminutus, vel superfluus.

Respondendum est, quod sufficit Arist. distinguere ipsum per se, quod est æquiuocum, & accipere membra pertinentia ad propositum, & non posuit alios modos, quia non erant de necessitate, sed plenioris, & vberis diuisionis gratia, & quare Arist. distinguens hoc nomen æquinocum per se in suos signi-

tamen

ficationes, enumerat tertium & quartum modum, qui tamen licet non sint necessarij ad demonstrationem simpliciter, sunt tamen vtiles ad alias species, non fuit igitur superfluus, neque diminutus Aristotel. Nec Themistius errauit, nam non ponit istum quintum modum, vt necessarium, sed solum aplificandi, exornandique causa. *vide ibi.*

An homo, & homo, reducatur ad tertium modum dicendi per se, vt voluit D. Thomas? *5. Meta.*

An homo secundum se, sit homo, vt voluit Arist. *cont. 23.*

Respõdeo, quòd ista propositio homo est homo, reducitur ad tertium modum: cum enim dico, homo est, homo, non intelligo illam propositionem, in qua idem de se ipso affertur, sed intelligo existentiam hominis, istud enim denotat habitudinem ad indiuidua, quia quid est Callias, nisi homo? *1. post.*

Ad illam auctoritatem Aristo. dicentis, homo secundum se est homo, dico, quòd homo non est asinus: non sumitur igitur per se, & per accidens, vt sunt notæ determinantes inhærentiã in subiecto, vt in lib. post. sed vt dicunt aliqui, primo, & secundo loco, tale, aut tale esse. *cont. 17.*

An sublata resita, vt asserit Arist. tollatur scientia? cum rosa nunc non sic, neque eclypsis, tamen de utraque seruatur scientia?

Respondeo, ex sententia Scotistarum, quòd species rosæ habet duplex esse; esse essentiæ, & esse existentiæ, esse existentiæ, est habere esse in actu particulari, esse essentiæ, est habere esse secundum suam formam vniuersalem, vt Socrates habet esse existentiæ, quia actu est, habet etiam esse essentiæ, vt sit homo, ut sit animal, vt sit rationalis, quod esse essentiæ, nihil aliud est, quam habere prędicationem primi modi dicendi per se, idest, habere esse per genus, & differentiam, vel perinte gram definitionem, licet ergo rosa non habeat esse existentiæ vt actu sit, habet tamen esse essentiæ, quia habet esse in suis causis, nempe in planta. *vide risten.*

Cum ergo dicitur, rosa non est, & tamen scientia est. Respondeas quod scientia est de illa re quæ habeat esse essentiæ, idcirco de rosa scientia est: nam essentia requiritur ad scientiam non existentia particularis. *1. post. cont. 22.*

Ita dicendum est de ecclypsi, quòd scientia de ecclypsi lunæ non habetur de existentia, sed de essentia illius quę essentia, teste Arist. est terræ interpositio. *1. Post. cont. 15.*

An demonstratio constet ex necessarijs, an ex accidentibus cum demonstratio fiat ex propositionibus quæ sunt in secundo modo dicendi per se, quæ sunt accidentales? accidentia autem non sunt necessaria, immo dicuntur accidentia, quia subiecto adueniant extrinsecus, non enim sunt partes subiecti, vt albedo, licet semper insit niui, non tamen est pars niuis: si ergo demonstratio fiat ex accidentibus, & accidentia non sunt per se, nec necessaria, ergo demonstratio non constat ex necessarijs.

2. Post. cont. 15.

Respondeo ex Aristot. sententia, quod accidens sumi potest duobus modis, vno modo vt est accidens per se, alio modo vt non est accidens per se, accidens per se est illud, quod fuit definitum ab Aristote. quod est in secundo modo dicendi per se, quod accidens per se, in secundo modo definitur a suo subiecto, accidens verò non per se quod est separabile, vel inseparabile commune, vt albedo in niue, & nigredo in coruo; accidens seperabile commune, vt est, dormire, legere, studere in homine.

1. Post. cont. 1.

Dico igitur ad difficultatem, quòd de his accidentibus, quæ non sunt in secundo modo dicendi per se, non datur scientia demonstratiua, sed de his accidentibus quæ reducuntur ad secundum modum dicendi per se, est scientia demonstratiua, quia ista accidentia non possunt a subiecto separari.

7. meta. cont. 6. e. de acci. dente.

An nullum accidens sit separabile a subiecto, vt asserit Aristot. & Porphyrius, quòd accidens est, quod neque genus est, neque species, neque differentia, neque proprium, sed semper est in subiecto subsistens? An detur aliquod accidens separabile a subiecto? Respondeo, quòd aliud est considerare accidens secundum substantiam materialem, aliud secundum essentiam formalem, primo enim modo, omne accidens est inseparabile a substantia, secundo autem modo potest accidens separari per intellectum concipiendo illud tantum secundum esse suum formale, vt albedo est separabilis, & per se secundum suum esse formale, quia intellectus potest concipere per se extra substantiam concipiens, quod albedo sit color disgregatiuus visus.

2. Post. cont. 21.

An de corruptibilibus sit demonstratio? an de vniuersalibus sit demonstratio? vel de his quæ separata sunt?

Si quispiam diceret. Ecclypsis lunæ, vel tonitrum in nube non est res necessaria, atque perpetua, immo contin-

gens

gens, ergo de ecclypsi lunæ, & de tonitru in nube non erit de modo.

Respondit Ari. huic difficultati dicens, quòd ecclypsis lunæ bifariam considerari potest. Vno modo, in suo particulari, ut hac hora, vel alia hora, vel consideratur quatenus habet essentiam in suis causis. Stante hac distinctione, dico, quòd lunæ defectus, quatenus habet existentiam particularem, & sæpe fit, non potest sciri per demonstrationem, sed si consideretur ecclypsis lunæ, vt habet existentiam in finis causis, ideſt, in abstractione terræ inter Solem, & Lunam; tunc non sæde, sed semper est; non est contingens, sed est necessario, & ita comparata ecclypsis lunæ ad suas causas, potest sciri per demonstrationem.

An sit difficile, & arduum distinguere principia propria a communibus?

Respondeo, quod tres sunt causæ huius difficultatis.

Prima est, quæ sumitur ex commentatore, qui solitus est reprehendere Auicennam, quod propter ignorantiam, & imperitiam dialecticæ, sæpissime sumat sermones communes, & probabiles, pro demonstratiuis, quia credit ipse, quòd propositiones communes sint demonstratiuæ, causa igitur cur difficilimum sit inuenire principia propria, est malus vsus.

Secunda causa est, quia intellectus difficilius apprehendit ea, quæ per naturam sunt occulta, quam illa quæ per naturam non sunt occulta, cum ergo commune nobis licet sit notum, proprium uero naturaliter ignotum, hinc est quod principia propria difficilius, apprehenduntur quam communia, patet hoc ex sententia Aristo. vbi dicebat, vnde ab vniuersalibus in singularia oportet procedere.

Tertia causa est, quia illa quæ sunt magis communia, sunt magis sensibilia: propria vero minus sensibilia. 1. phys. cont. 4.

An Dialecticus habeat certum subiectum circa quod versetur? an Metaphysicus habeat certum, & determinatum subiectum.

Responsio sit ipsius Arist. dicentis, metaphysicum habere determinatum subiectum logicum uero minimè. 3. post. cont 27.

Sed contra dubitatur, nam videtur quod dialecticus consideret ens rationis, vt colligitur ex Aristot. quo loco inquit Aristot. quod circa idem versatur dialecticus, & metaphysicus, & præterea in logica facultate, subiectum est syllogismus, vt vo- 4. meta. cont. 1. & 2.

luit Scotus, quare patet q; datur certum subiectũ Dialectica.

Soluitur hæc dubitatio ex mente Scoti distinguendo, nam
3.q. vni. Dialecticus est duplex, docens, & vtens, dialecticus docens, est, qui instituit præcepta artis dialecticæ, dialecticus vtens, est qui disputat in vtramque partem de quibuscunque rebus disputatiuis. Dialecticus ideſt, topicus adhuc bifariam consideratur, vel vt docens artem, & ita habet determinatum subiectum, quod quidem est syllogismus, vel vt vtens, & vt disputat de vnoquoque problemate probabiliter, & iste dialecticus caret, certo subiecto, quia cogitur illud medicari interrogando.

An Dialectica distinguatur a scientia demonstratiua, quia Dialectica interrogat, demonstratiua scientia non interrogat an quælibet scientia habeat suas proprias interrogationes ut asserit Aristoteles.

1. Poste. cont. 27. Respondeo quod demonstratiuus non interrogat, Dialecticus vero interrogat, quando vero dicitur, quod in qualibet scientia speculatiua erunt propriæ interrogationes, soluitur hæc difficultas, nam interrogatio per quam distinguitur Dialecticus a demonstratiuo, non est illa interrogatio qua vtitur demonstratiuus, quia Dialecticus interrogat sine determinatione parti veræ dicentes, est ne anima immortalis, vel mortalis, sed demonstrator interrogat prius facta determinatione partis veræ, dicens anima est immortalis credis hoc.

Si credis hanc propositionem esse veram, acquiescit interrogans, sin minus refellit tuam opinionem, & probat animã esse immortalem.

An demonstratio quia sit demonstratio, an sit syllogismus coniecturalis, vt asserit Philoponus.

1. poste. cont. 9. Respondetur, (vt dicit Auerreos) quod demonstratio quia est syllogismus tantum, in respectu demonstrationis simpliciter, & perfectæ non autem respectu demonstrationis Analogicæ in communi, nam demonstratio quia est imperfecta

2. poster. cap. 30. species respectu demonstrationis simpliciter, non autem respectu demonstrationis in communi, & signum huius est, quia Theomistius secundo Post. uocat eam demonstrationem vt sic demonstrationem quia vnde & demonstrationem cau-

1. poster. cons 95. & 1. sæ, vocat syllogismum causæ.

Demonstratio igitur in communi, est demonstratio analoga ad tres species ipsius demonstrationis in communi: no

igitur

igitur est inconueniens, demonstrationem quia esse syllogis mum coniecturale, respectu demonstrationis simpliciter, & esse demonstrationem, respectu demonstrationis in communi, cum demonstratio sit vnum genus analogum, ex sententia Auerrois. *post cō. 7 in princ.*

EX SECVNDO LIBRO POSTERIORVM.

AN definitio, & demonstratio sint idem realiter, vt vult Aris. sed differant solo situ expositione terminorum?

Dicendum est quod sunt idem realiter demonstratio, & definitio: distincta vero solo situ. ergo si primus lib. vocabitur resolutorius, quia agit de demonstratione, etiam secundus vocabitur resolutorius, quia agit de diffini. *1. post. cō. 22. & 2. post. cōt. 9*

Et si quispiam diceret, Fieri non posse, quod demonstratio, & definitio sint vnum, & idem, nam definitio est substantiarum, demonstratio est accidentium, sed substantia, & accidens sunt obiecta maxime distincta, ergo etiam instrumenta, quib. acquiritur cognitio horum obiectorum erunt maxime distincta realiter, igitur secundus liber non poterit appellari resolutorius.

Respondetur, quod licet sit realis differentia ex parte obiectorum inter demonstrationem, & definitionem, tamen differentia ista non est logica, quia ista obiecta, videlicet, accidens, vt accidens, substantia, vt substantia, non considerantur a logico, sed a metaphysico, nam logicus considerat accidens vt subiectum, vt vox, vt conceptus, non vt res. logicus considerat ergo substantiam, & accidens vt prædicantur.

An munus sit ipsius metaphysici, an logici agere de definitione?

Respondeo ex sententia Aristo. dicentis, metaphysicen considerare quidditates & definitiones entium, ita quod definitio ad metaphysicum spectat, & etiam ad logicum: nam definitio vt quiditas est huius, atque illius entis, sic a diuino philosopho venit tractanda. Interdum definitio instrumentum est, quo venamur quod quid est esse in rebus, atque hoc modo pertinet ad secundum librum posteriorum. etenim, logicus instrumenta considerat, quæ circa ars, vel facultas instrumentaria ipsa logica dicta est. *7. me cō. 12. & in fr. cō 42. 4. met. 1. & 6 me ta. cōt. 2.*

An omnis quæstio sit quæstio medij.

Respondetur, quod omnis quæstio est quæstio medij, & ra-

tio huius est, quia quæstio quærit aliquid quod est dubium, & postea scibile certificatum per medium, sed quod est certificatum per medium, medium præsupponit per quod certificatur. ergo, &c.

Vide Scotũ 59. q. 2. li. pos. An differentiæ substantiales possint nobis innoscere per accidentia communia sicut dicit Arist.

Respondeo, quod differentiæ substantiales innotescunt nobis per accidentia communia. cuius ratio est, quia omnis nostra cognitio, est a magis notis nobis, ad minus nota, cognitio igitur substantiæ, oritur a cognitione accidentis, tanquam a iuuante, licet non a principio sufficiente: nam ducunt in cognitionem confusam substantiæ, licet non distinctam, siue determinatum.

Vid. Scotum vltima quæstio. 2. li. posi. An definientem necesse sit scire omnia?

Respondeo ex sententia Scoti, quod oportet definientem cognoscere omnia in vniuersali, non tamẽ in particulari, nam aliquis definiens hominem habet cognoscere rationale inesse homini, ita quod cognoscat rationale nulli alteri inesse, sed hæc non potest cognoscere, nisi cognoscat in vniuersali omnia, ergo &c. assumptum patet, quia nisi cognoscat rationale nulli alteri inesse, non cognosceret animal rationale, & mortale, esse definitionem hominis, quia tunc non cognosceret hoc esse conuertibile cum homine.

Finis ex edibus. D. Anton.

DE

DE SECVNDIS INTENTIONIBVS SECVNDVM DOCTRINAM SCOTI,

TRACTATIO.

In hac materia duo sunt articuli pertractandi: Primus quid sit prima, & quid secunda intentio, quomodo & vnde amba originentur. Secundus verò quomodo prima, & secunda intentio inuicem predicentur.

Fr. Constantij Conuentualis Franciscani à Sarnano. S. R. E. Card.

VENETIIS, M DCX.

Apud Antonium Turinum.

DE SECVNDIS INTENTIONIBVS SECVNDVM DOCTRINAM SCOTI.

TRACTATIO.

In hac materia duo sunt articuli pertractandi: Primus quid sit prima, & quid secunda intentio, quomodo & vnde ambæ originentur. Secundus verò quomodo prima, & secunda intentio inuicem prædicentur.

ARTICVLVS PRIMVS

Quid ens reale, quid ens rationis, & de triplici actu intellectus.

NOTA, ens secundum Auctorem formalitatũ, primaria sui diuisione, duobus modis diuiditur; scilicet in ens reale, & in ens rationis, & hæc diuisio est æquiuoci analogi, in sua æquiuocata analogata.

Ens reale est, quod habet esse, seclusa quacunque operatione intellectus; seu alterius cuiuslibet potentiæ apprehensiuæ, vel collatiuę, & sic ens reale acceptum, secundum Scotum est commune Deo, & creaturis, & prædicatur quidditatiuè de Deo, & decem prædicamentis. Est enim vniuocum importans conceptum communem ipsis, alium à conceptibus ipsorum.

Et sic actus intelligendi, & volendi, qui reponuntur in prædicamento qualitatis, similiter, & species intelligibiles vt habitus, dicuntur entia realia, licet enim actus intelligendi sit actus intellectus, & rationis, tamen est ens reale, cum non depẽdeat ab actu alio ipsius intellectus, & habeat esse se-

Vide Auctorem formalitatũ inprimo artic. De ente rationis Vide Scot in 4. distinc 1. q. 2. vbi dicit, q. nõ est aliud quam relatio rationis. Quid sit ens reale.

Vide Scotũ in primo sẽ. distin. 3. q. 3 quõ ens sit coe Dei, & creaturæ.

n's quia sũt in, intellectu (qui est potentia ratiocinatus) vt in subiecto.

secluso quocunque alio actu intellectus.

Vnde, quod producitur à ratione, cùm producatur à causa reali, est ens reale, sed quod dependet à tali actu producto (vt declarabitur) est ens rationis, omnia ergo ista Deus, Angelus, Homo, species intelligibilis, scientia, color, actus intelligendi, linea, & cætera, fuisse entia realia, cum talia posita hẽant esse; dato qđ nullus alius actus intellect⁹ existeret

Quid sint entia realia

Ens verò rationis est, quod tantum habet esse ab opere intellectus, vel alterius potentiæ apprehensiuę animæ, ita

Quid sit ens rationis Scotus in 4. dist. 1. q. 2.

quòd, secluso tali actu intellectus, nullum haberet esse.

An ens rationis sit extra animã.

Hinc sequitur, quòd ens rationis non habet esse extra animam, & tantum habet esse, inquantum potentia animę suo opore, illud occasionatiuè Fabricato, qua ab opere cessante, cessat omne esse ipsius, vt chimera, mons Aureus, prima, & secunda intentio.

Actio et passio sunt idẽ realiter. Vide Arist. 3 Physf con. tex. 21.

Ad horum maiorem declarationem est sciendum, quòd sicut in materialibus, nunquam agens contingit agere, nisi vt passum contingat pati, adeò, vt nunquã possit fieri actio sine passione nam nunquam ; quis dicitur percutiens, nisi quid dicatur percussum.

Sic in spiritualibus nunquam intellectus intelligit, nec voluntas amat, nisi aliquid sit intellectum, vel amatum, ita, vt in intellectu sit actus, quo dicatur intelligens, & in obiecto passio vel cognitio passiua, qua dicatur cognitum, vel intellectum ; & in voluntate est amor actiuus, quo dicatur amans ; & in obiecto passiuo, vel amor passiuus, quo dicatur amatum.

Quæ sint entia realia.

Ille actus inteliigendi, seu amandi, quo intellectus dicitur intellectus, & voluntas amans, sunt entia realia; cũ non præsupponãt alium actum, à quo dependeant, & exprimãtur à causa reali. Ille autem actus passiuus, quo obiectum dicitur cognitum, vel amatum, dicitur ens rationis, cum dependeat ab actu actiuo, quo secluso, nullum esse haberet.

Quæ sint entia rationis

Vnde quando intellectus occasionaliter componit chimeram, actus, quo intellectus dicitur componens, est ens reale ipsa verò imaginata, quæ est quędam cognitio, & imaginatio passiua intellectus, dicitur ens rationis, & demum quod libet sic imaginatum, sic, cognitum, & cętera, est ens rationis. Præterea, Nota, quòd sicut actus intellectus actiuus

Triplex est actus intel-

realis, quo intellectus dicitur intellectus, est triplex, scilicet

rectus,

rectus, collatiuus, & reflexus: sic actus passiuus eiusdē, quo obiectum dicitur cognitum, est triplex, scilicet rectus, collatiuus, & reflexus, quæ, vt melius intelligas comparabo singula singulis. *Rectus secundum Scotistas. Vide Trombetā in formalitatibus artic. 2.*

Actus actiuus rectus est, quo intellectus intelligit aliquid obiectum in se, non comparādo illud ad aliud; vt actus sim plex, quo intelligo hominem, ipsum ad aliud non comparando, talis inquam actus, quo dicor cognoscens hominem in se dicitur actus rectus; siue simplex, siue absolutus, & talis est duplex. Vnus cadens super obiectum præsuppositū, vt cognitio hominis actiua, qua dicor cognoscens hominē, Alius verò, qui non cadit super obiectum præsuppositum: sed super ipsum occasionatum, & dependens ab ipso: vt cognitio actiua, qua dicor Fabricans, vel immaginens chimeram, & à qua chimera aliquid dependet. *Quid sit actus rectus actiuus. Actus rectus duplex.*

Similiter actus passiuus rectus, est cognitio passiua, qua aliquod obiectum cognoscitur, & nō comparatur ad aliud vt cognitio illa passiua, qua homo dicitur cognitus & hæc similiter est duplex, Vna, quæ dependet merè ab intellectu, & non fundatur, nec dependet ab obiecto reali; vt chimera in quantum intellecta est. Verbi gratia, intelligo hominem esse animal, habens caput asini, pedes draconis, brachia hominis, & cætera, quæ repugnāt vniri simul extra animam, tale intellectum & imaginatum, est ens rationis: & solum dependet ab actu intellectus, & non præsupponit obiectum reale, super quo fundatur cognitio passiua, & tale nō est prima, nec secunda intentio; licet quandoque possit esse prima, scilicet, quando tenet vicem obiecti. Vnde chimera de se non est prima intentio, nec secunda. sed chimera cognita, inquantum obiectum actu cognitum, est prima intentio, vt infra patebit. *Quid sit actus passiuus rectus. Cognitio passiua duplex. Exemplum. An chimera sit prima vel secunda intentio.*

Alia est, quæ dependet ab actu intellectus & ab obiecto reali, quod præsupponit, & in quo fundatur ipsum denominans, vt cognitio, qua homo dicitur cognitus, Vnde cum intellectus cognoscit hominem, in homine cognito sunt duo, scilicet homo, quòd est ens reale, & illa notitia passiua, qua dicitur cognitus, quæ est ens rationis, dependens ab actu actiuo ipsius intellectus, & sic tale obiectum, in quantum cognitum, est prima intentio: vt patebit. *In homine cognito sunt duo.*

Actus actiuus collatiuus intellectus est illa intentio, qua *Quid sit actus*

intel-

Actus actiuus collatiuus. intellectus comparat vnum obiectum ad aliud cognitum. Vnde intellectus cognoscit hominem actu recto, & similiter animal. Vnde comparat hominem cognitum, ad animal cognitum, tũc ille actus, quo intellectus dicitur comparans hominem ad animal, dicitur actus actiuus collatiuus.

Quid actus passiuus collatiuus. Collatiuus verò passiuus est illa notitia passiua, qua vnã obiectum, actu cognitum, comparatur ad aliud similiter cognitum. vt actus ille passiuus, quo homo dicitur comparatus ad animal; dicitur etiam comparatio passiua; & talis est secunda intentio, vt patebit.

Quomodo intellectus possit comparare vnum obiectũ cognitum ad aliud duobus modis. Sed nota quòd intellectus potest comparare vnum obiectum cognitum ad aliud dupliciter. Vno modo præter actitudinem ipsorum, vt si comparet hominem ad asinum, sub rõne, qua homo est, quædam natura communicabilis asino; & tunc intellectus decipitur; talisque comparatio est falsa. Alio modo secundum aptitudinem, & exigentiam talis naturæ, vt si comparet animal ad hominem, inquantum est natura communicabilis ei; & tũc intellectus esset verus, & talis comparatio esset vera.

Quid sit actus reflexus actiuus. Ex his sequitur, quòd tam actus collatiuus actiuus, quàm passiuus, semper præsupponunt actum rectum actiuum, & quid vide Dominum Trombetam art. 2. Met. considerat secundum intentionem Scotus in vniuersalibus, q. 8. actus actiuus reflexus est illa cognitio, qua intellectus reflectens se ipsum, cognoscit se; vel cognoscit se intelligere, vel cognoscit suam intellectionem.

Actus reflexus passiuus Actus verò reflexus passiuus est illa passiua cognitio, qua intellectus à se ipso cognoscitur se intelligere; vel intelligidum secundum tur sua intellectio. sed de actu reflexo, parum est ad propositum. Quoniam reflexus passiuus est ens rõnis, & erit prima intentio. Intellectus enim cognitus & intellectio cognita inquantum cognita, licet actu reflexo, sint primæ intentiones, & quo ad hoc nihil differt ab actu passiuo recto.

Secunda intentionẽ, inquantum ens rationis Præterea nota, ꝙ huiusmodi actus passiuus (nam de actuo in præsenti non curamus, cum sit ens reale) tam rectus, quam collatiuus, potest aliquando accipi in abstracto, & in se, vt dicendo cognitio recta, seu comparatiua, & similiter consideratur à Metaphysico, si bene Metaphysicus speculetur entia rationis.

Aliquando verò consideratur in cõcreto, & in suis subiectis entibus realibus; vt dicendo obiectum cognitum, homo

mo cognitus, obiectum collatum, species, genus, & sic pertinet ad logicum, dicente Boetio, logicus considerat de secundis intentionibus, applicatis primis, id est subiectis cognitis, quæ sunt primæ intentiones: sed de his clarius in secundo articulo.

applicatur primis secundum inhærentiam, sed solum secundum denominationē.

Nota etiam, quòd obiectum cognitum dupliciter dicitur. Vno modo impropriè, & sic dicitur cognitum, tam qd aptum est esse cognitum, quàm quod est actu cognitum.

Obiectum.

Alio modo strictè, & propriè, & sic illud solum dicitur obiectum cognitum, quod actualiter ab intellectu cognoscitur. His præmissis, facile erit cognoscere, quid sit prima, & quid sit secunda intentio.

Cognitum dupliciter dicitur.

QVID PRIMA, ET QVID *sit secunda intentio.*

PRIMA intentio sic potest definiri ex sententia Doctoris subtilis. Intentio prima est res cognita, vel cognoscibilis, non causata per actum comparatiuum nostri intellectus, comparata ad aliud.

Scotus in 1. sen dist. 23. q. vnica.

Vel prima intentio est obiectum actualiter cognitum, actu recto, vel reflexo, inquantum cognitum, vt homo cognitus actualiter, inquantum cognitus, est prima intentio.

Alia definitio primæ intentionis.

In hac definitione ponitur cognitum loco generis, quia omnis prima intentio est cognitio passiua, & non econtra. Ponitur obiectum, vt denotetur accipi à logico in concreto, & ad differentiam fictitiorum, vt chimerarum, quæ, vt sic non sunt obiecta cognita, licet possint esse, & tunc inquantum cognita, sunt primæ intentiones. Ponitur actualiter ad differentiam obiecti apti cognosci, quod sicut impropriè dicitur cognitum; non quia est cognitum, sed quia potest esse; sic impropriè.

Omnes particulæ definitionis primæ intentionis declarātur.

Dicitur prima intētio; non quòd sit; sed quia potest esse. Vnde homo, quatenus cognoscibilis, impropriè dicitur prima intentio; sed in quantum actualiter cognitus est, Ponitur actu recto, vel reflexo ad differentiam secundę intentionis, quæ est actus collatiuus. Ponitur inquātum cognitum, vt denotetur tale obiectum non esse primam intētionem; sed ratione suæ cognitionis passiuæ, qua dicitur cognitum.

Quomodo homo dicatur prima intentio.

Nota & bene.

Sicut, si dicam album, in quantum album, videtur, ly in-

quantum

quantum denotat, quòd obiectum albi non videtur ratione sui, sed ratione albedinis, sic ratio primæ intentionis est esse cognitum.

Omnis prima intentio habet esse cognitum.

Ex his sequitur primo quòd omnis prima intentio habet esse cognitum, & diminutum; licet accipiatur concretiuè cum subiecto, & vt sic est ens rõnis; sed concernit subiectum, quòd denominatur.

Omnis prima intentio habet esse ab intellectu.

Secundo, quòd omnis prima intentio habet esse ab intellectu, mediante actu recto actiuo, à quo talis cognitio passiua recta, quæ est prima intentio, dependet, & derelinquitur in ipso obiecto, & ideo prima intentio non exprimitur

Quid sit actus intellectus.

effectiuè ab intellectu; quia actus intellectus est actus actiuus, & ens reale, sed dependet ab ipso intellectu occasionatiuè, quatenus producendo cognitionem actuam, dat occasionem, vt sit cognitio passiua, quæ est prima intentiõ.

Quæ termini à logico positi in prædicamentis, sunt primæ, aut secundæ intentiones.

Tertio quòd omnes termini positi à logico in prædicamentis, sunt, aut primæ, aut secundæ intentiones, & consequenter entia rationis, sed primæ ponuntur concretiuè cũ obiectis, realibus vt hõ cognitus; secũdæ verò ponunt concretiuè cũ primis, vt species, & genus. Sed de hoc clarius infra. Anteq; verò definiamus secundam intẽtionem, nota quòd

Quãprima intentio sit proprie fundamentum

prima intentio propriè sumpta, scilicet, vt est obiectum actu cognitum, sicut est propriè prima intentio; sicut etiam proprium est fundamentum propinquum secũdæ, & sicut prima impropriè dicta, scilicet obiectum aptum cognosci, sed non cognitum actu, est impropriè prima intentio, non quia sit, sed quia potest esse: Sic impropriè & remotè est

Omnis secũda intentio fundatur super obiectũ actu cognitũ.

fundamentum secundæ, non quia sit, sed quia potest esse: oĩs enim secunda intentio fundatur super obiectum actu cognitũ, quere super primam intentionem propriè dictam. Sed de hoc melius patebit ex sua definitione, quæ talis est.

Quid sit secunda intentio Scot. in 1. sent. dist. 23. q. vnica.

Secunda intentio est respectus rationis, causatus per actum comparatiuum nostri intellectus, vel per actum alterius potentiæ collatiuæ.

Vel dicamus quod secunda intentio est actus passiuus intellectus collatiuus, fundatus super primam intentionem, & derelictus in ipsa ab actu actiuo collatiuo ipsius intellectus comparantis vnam primam intentionem ad aliam, secundùm exigentiam, & aptitudinem eius. Ad hanc reducitur

Definitio quorũdam, secũdarum intentionũ.

definitio quorundam. Secunda intentio est relatio rationis

tionis fundata in obiecto cognito, ad aliud obiectum cognitum.

Pro declaratione definitionis prius nota.

Quo capiatur intentio proprie

Iste terminus intentio proprie capitur pro actu intellectus actiuo, quo ipse dicitur aliquid cognoscere, seu intendere, & sic proprie intentio, cognitio, & conceptus idem sunt. Sed quia actus passiuus dependet, licet non effectiue ab ipso intellectu, dicitur etiam intentio, licet minus proprie, & dicitur secunda ad differentiam primæ, quæ est intentio, cum similiter dependeat ab intellectu.

Quare dicatur prima intentio.

Sed dicitur prima; quia præcedit secundam. Nam actus rectus, qui est prima intentio, præcedit collatiuum, qui est secunda, & ad hunc sensum capitur illud Scoti, dicentis, quod aliquando vniuersale capitur pro subiecto; ideſt pro re primæ intentionis, cui applicatur vniuersalis intentio.

Vide Scotū in vniuersa lib. q. 3.

Per quod nihil aliud intelligitur, nisi obiectum commune cognitum, & hoc modo vniuersale est primum obiectum intellectus nostri; ideſt, est prima intentio, & primus actus intellectus passiuus, vel ipsum obiectum cognitum, quod est primum obiectum respectu secundæ intentionis.

Quō vniuersale sit primū obiectū intellectus nostri.

Primo ponitur itaque in definitione actus passiuus loco generis, actus enim passiuus est quid superius ad figmentum, & ad primam, & secundam intentionem; & etiam ad actum passiuum voluntatis, vt ad amorem, quo quid dicitur amatum, & ad actum passiuum cuiusuis potentiæ apprehensiuæ, vel collatiuæ. & denique ad quodlibet, quod non est ens reale. actus enim passiuus sic acceptus, & ens rationis generaliter sumptum, idem sunt.

Actus passiuus est quid superius ad primam, & secundā intentionem.

Actus passiuus, & ens rōnis, quō sint idem.

Vnde nota, ens rationis, vt distinguitur contra ens reale, capitur dupliciter, vno modo proprie, & sic solum est illud, quod dependet ab actu, seu opere actiuo solius intellectus, quia solus intellectus dicitur ratio. & sic conuertitur cum actu passiuo intellectus. & sic solum est quid commune ad fictitia, & ad primam, & secundam intentionem.

Ens rōnis sumit duob. modis. solus intellectus dicitur rō.

Alio modo sumitur improprie, & generalius; ita vt omne illud dicatur, ens rationis, quod distinguitur contra ens reale. & hoc siue dependeat ab intellectu, siue a quauis alia potentia collatiua, vel apprehensiua. & sic ens rationis conuertitur cum actu passiuæ potentiæ animæ, vt aliquando accipitur apud Scotum.

Ens rōnis quando sumitur generalius.

Itaque

Actus, ponitur loco generis.

Itaque ly actus passiuus in definitione tantum valet, quã tum ens rationis, & sic conuenit cum quolibet, quod non est ens reale. ideo loco generis ponitur vel potius loco transcendentis communissimi.

Ponitur intellectus ad differentiã voluntatis, et sensus cõmunis.

Secundo ponitur intellectus, ad differẽtiam actuum passiuorum, alterius potentiæ ab intellectu, vtpote voluntatis & sensus communis.

Ponitur collatiuus ad differentiã primæ intẽtionis.

Tertio ponitur collatiuus, ad differentiam primæ intentionis, & fictitiorum, & omnium aliorum actuum passiuorum intellectus absolutorum.

Actus intellectus diuiditur.

Vnde nota, quod actus intellectus diuiditur in actum absolutum, & respectiuum. absolutus continet rectum, & reflexum. rectus autem continet primam intentionem, & fictitia. Et tam prima intentio, recta, vel reflexa, quam figmẽtum sunt entia rationis, a quibus differt secunda intentio, per ly actum collatiuum.

Opinio aliorum.

Omnis secunda intentio est respectus rationis, & ens rationis respectiuum, sed omnis prima est ens rationis absolutum, licet etiam quidam velint, quod etiam prima intentio sit respectus rationis, quia refertur ad cognoscentem.

Responsio aliorũ. quõ prima intẽtio sit respectus.

Sed similis ratio posset etiam assignari de cognitione actiua, qua intellectus dicitur cognoscens. possent enim dicere, quod est respectus, quia refertur ad cognitum, & tamẽ clarum est, quod ponitur in prædicamento qualitatis. Similiter possent dicere de quolibet effectu, cum referatur ad causam. & sic albedo esset respectus: quia albificatum refertur ad albificantem. Similiter amor: quia eo refertur amans ad amatum.

In actu nostro intelligendi quatuor realitates concurrunt.

Dico ergo, quod in actu nostro intelligendi, vltra potentiam & obiectum, concurrunt ad minus quatuor realitates

Prima.

Prima est actiua productio intellectionis, & talis productio est de prædicamento actionis.

Secunda.

Secunda est ipsa passio illata, siue productio passiua, quæ est de prædicamento passionis.

Tertia.

Tertia est ipse actus intellectus productus, qui est quædam qualitas, quæ recipitur in intellectu, quia ipse dicitur cognoscens, quam supranominauimus actum rectum.

Quarta.

Quarta est ipsa cognitio passiua, qua obiectum dicitur cognitum; quia si esset realis, poneretur in prædicamento qualitatis.

Cum

Cum ergo dicis, quod prima intentio est quid respectiuum, cum referatur ad cognoscentem: Dico quod sicut intellectus refertur ad cognitum, productione actiua, quæ est in prædicamento qualitatis, & vltra talem relationem datur actus cognoscendi actiuus de genere actionis; sic obiectum refertur ad cognoscentem, per passionem illatam, siue per productionem passiuam, quæ est in genere passionis & vltra in ipso est quædam qualitas absoluta rationis, quæ dicitur cognitum, & est prima intentio, quæ à Boneto dicitur concipi. & sic patet, quod prima intentio est quid absolutum, & hoc etiam ipsi concedunt, quod prima intentio accepta in abstracto habet considerari à metaphysico, cum sit quædam qualitas rationis.

An prima intentio sit quid respectiuum.

Responsio.

Quo intentio, prima & quid absolutũ, hoc modo conceditur a Scotistis, & quo cõsideratur a metaphy.

Ad maiorem horum declarationem nota, quod tam ens reale, quam rationis diuiditur in absolutum, & respectiuũ.

Quid sit reale absolutum.

Reale absolutum est, quod est ad se, & non dicitur ad aliud secundum suum esse; ita, quod quolibet alio circumscripto adhuc esset; & tale est omne per se positum in primis tribus prædicamentis realibus.

Quid sit reale respectiuum.

Reale respectiuum est, quod secundum suum esse refertur ad aliud; ita, vt nullum esse haberet, si aliud non esset, vt pater ad filium, & tale adhuc est duplex, scilicet intrinsecus adueniens, & extrinsecus, respectus intrinsecus adueniens est relatio sequens naturam extremorum de necessitate, vt positis duobus albis, de necessitate ponitur similitudo, qua vnum refertur ad aliud, & huiusmodi est omne reponibile in prædicamento ad aliquid.

Duplex est relatio. Vi. Scotũ in 1. d. 2. & 3. et 11. & 13. q. quolib.

Quid sit respectus intrinsecus adueniens.

Respectus vero extrinsecus adueniens est relatio, quæ nõ sequitur naturam extremorum de necessitate, sed oportet, vt vnum extremum, approximatum alteri, agat in ipsum, vt posito igne & stuppa, nisi approximentur, & ignis agat in stuppam, non sequitur combustio. & tale est omne reponibile in aliquo sex vltimorum prædicamentorum.

Quid sit respectus extrinsecus adueniens.

Ens rationis absolutum est, id quod secundum suum esse est ad se, & non refertur ad aliud, cuiusmodi est chimera, prima intentio, & homo cognitus, in quantum cognitus.

Quid sit ens rõnis. absolutum.

Ens vero rationis respectiuum est, quod secũdum suum esse refertur ad aliud, & non est ad se, ita vt non possit intelligi, circumscripto termino, ad quem refertur. & talis est omnis actus collatiuus passiuus, quo vnum obiectum cognitum

Quid sit ens rationis respectiuũ.

gnitum ad aliud comparari dicitur, vt infra patebit.

Omnis relatio præsupponit duo extrema

Quarto ponitur fundatus super primam intentionem. Vnde scias, quod hoc exigit secunda intentio. inquantum est relatio. Nam omnis relatio præsupponit duo extrema, quorum vnum dicitur fundamentum eius, & reliquum dicitur terminus. Fundamentum est id, in quo talis relatio est subiectiue, & quod a tali relatione denominatur, & refertur ad aliud.

Quid sit fundamentum relationis.

Quid sit terminus relationis.

Terminus est id, ad quod refertur id, quod est fundamentum, Exempli g. atia, Franciscus est pater Constantij, Fundamentum huius relationis, scilicet paternitatis, est Franciscus, & in ipso paternitas est subiectiue, & ab ipsa denominatur pater, & refertur ad Constantium tanquam ad terminum, a lem ratione fundamentum relationis filiationis est Constantius, & Franciscus terminus. Filiatio enim est fundata in Constantio, & terminatur ad Franciscum.

Vbi fundetur fil atic.

Omnis relatio requirit fundamentum & terminum.

Cum ergo secunda intentio sit relatio, exigit fundamentum, & terminum, tanquam duo extrema, quę requiruntur ad relationem.

Illud ergo extremum, in quo ipsa secunda intentio manet subiectiue, & quod denominatur ab ipsa. & ea refertur ad aliud, est suum fundamentum, & aliud extremum, ad quod refertur, dicitur terminus.

Definitio secũdæ intentionis Scotus ī primo distin. 23. quæst.

Et cum talis secunda intentio sit actus collocatiuus intellectus, comparantis vnum obiectum cognitum ad aliud sequitur, quòd semper cadit inter duo obiecta cognita, quæ sunt duæ primæ intentiones, tanquam inter duo extrema Quare extrema secundæ intentionis sunt duæ primæ. Verbigratia; intellectus comparat ad inuicem istorum duas primas intentiones, animal cognitum, ad hominem cognitum, ista comparatio, quæ remanet in animali, qua anima dicitur genus, & refertur ad hominem, est quædam secunda intentio, quæ fundatur in ista prima, animal cognitum; tanquam in suo fundamento, & terminatur ad istam, scilicet homo est cognitus, tanquam ad suum terminum.

Quæ sint extrema secũda intentionis.

Cõparatio qũo sit secũda intentio.

Simliter ista comparatio passiua, qua homo dicitur specie, & refertur ad animal, fundatur in homine cognito, & terminatur ad animal cognitum.

Impropriè loquitur Sc.

Quinto ponitur & derelictus in ipsa, scilicet prima intentione, ab actu collatiuo intellectus. Nam sicut ab actu

recto

recto intellectus relinquitur in obiecto reali, actus rectus passius.

Sic in actu collatiuo relinquitur in obiecto comparato, seu prima intentione, actus collatiuus passiuus, quo homo cognitus dicitur comparatus ad animal; & talis actus passiuus collatiuus est quædam secunda intentio, dicta species quę relicta fuit in homine ex isto actu collatiuo intellectus actuo, quo comparat hominem ad animal, idem dicendum de alijs secundis intentionibus.

Vnde patet, quòd secunda intentio derelinquitur in prima, & non exprimitur ab intellectu, uel a suo actu collatiuo actiuo, nec effectiue causatur, sed tantum ab eis derelinquitur, vel occasionatus, vel occasionatiue originatur in ipsis primis intentionibus. Nam omne, quod producatur, vel efficitur a causa reali, est ens reale, sed cum secunda intentio sit ens rationis; ergo non efficitur, vel effectiuè producitur ab intellectu, sed derelinquitur potius, exemplum sit de ipso figulo, multæ reliquiæ cretæ non efficiuntur ab ipso, sed potius derelinquuntur: ita dicendum est de secunda intentione, quòd derelinquitur in obiecto cognito per actum intellectus, negociantis circa rem primæ intentionis. Sed dices ergo secunda intentio, & quod uis aliud ens rationis sunt entia in causata, quòd est proprium Deo. Dico, quòd propriè causatum, & effectum est propriè ens, cum autem ens rationis non sit verè, & propriè ens, sed diminutum, occasionatiuè dicitur produci, & cum dicis ergo est in effectibile, concedo propriè; quia propriè non efficitur, quod si intelligas ineffectibile, pro quocunque modo inoriginabili, nego, cum aliquo modo originetur; quod nefas est dicere de Deo.

Sextò ponitur ipsius intellectus comparantis vnam primam intentionem ad aliam. Hoc licet ex præmissis manifestetur, tamen pro maiori declaratione aliqua exempla proponemus.

Primum, vt sciamus, quomodo originetur hęc secunda intentio Nomen. Intellectus cognoscit istam vocem homo, quæ sic cognita est una prima intentio, deinde cognoscit naturam humanam, quæ sic cognita, est alia prima intentio, mox comparat istam uocem homo ad naturam humanam, tanquam representantem ipsam sine tempore, ità

in 4. q. uniuersaliũ ℣ *secundę intentiones fiãt ab intellectu uel extrinsecus loquitur sco. Secunda intentio derelinquitur i prima. Aureolus, & alij plures, & non ab recerrè; volũt ipsas secundas intentiones nõ causari pro prię, vel effici, vel produci, sed potius derelinqui ex cõparatione obiectorum cognitorum. Quid sit vere causatũ. Ens rationis non est proprie ens. Qũo ens rationis sit in effectibile. Vid. superiꝰ Qũo originetur secunda intentio nis nomen.*

quòd quando intelligo hominem intelligo ipsam naturam denominatam a tali voce; ista comparatio passiua relicta in ista voce homo, inquantum representat naturam humanam, & denominat eam sine tempore, dicitur nomen, & sic est vna secunda intentio fundata in ista, voce homo; ea verò comparatio passiua derelicta in natura humana cognita, qua ipsa natura dicitur cõparata ad vocem illam.

Vide Tataretum c. de nomine.

Quatenus denominatur ab ea sine tempore, dicitur denominatum, & est quædam secunda intentio, derelicta in ista prima, scilicet natura humana cognita, & hoc est, quod dicunt summulistæ, quòd nomen capitur primè intentionaliter pro hac voce homo, & secundæ intentionaliter, pro hac secunda intentione nomen.

Vide secundum articulum.

Secundum, vt cognoscas hanc secundam intentionem, oratio; Intellectus cognoscit qui complexum, homo est animal, quod sic cognitum est vna prima intentio, (vt in secundo articulo patebit,) deinde cognoscit hominem esse animal in re, quod etiam cum sit vnum obiectum totale cognitum, est vna prima intentio, mox comparat istam vocẽ, complexam homo est animal, quatenus representat verè hominem esse animal, & talis respectus, vel comparatio, qua illa vox complexa dicitur sub tali ratione ad illas res dicitur oratio, & est quædam secunda intentio denominãs hanc primam, homo est animal, & in ipsa derelicta, in istis verò rebus cognitis, scilicet, homo, qui est animal, quæ sunt vna prima intentio, remanet alius respectus, quo dicitur comparari ad istam uocem complexam, inquantum verò significatur per ipsam, & est quædam secunda intentio, cui a logico non imponitur nomen. Sed posset ab ingeniosis fingi, vel circum loqui dicendo significatum orationis.

Quõ originentur secunda intiones, indiuiduũ et spẽs.

Tertium, vt scias has secundas intentiones indiuiduum, species; Intellectus meus cognoscit Franciscum, & Constantium, qui sic cogniti sunt duę primæ intentiones, cũ cognoscantur distinctè, & sunt duo obiecta cognita, similiter cognoscit hominem, & sic est alia prima intentio. Vnde comparat hominem cognitum ad Constantium, & Franciscum cognitos, inquantum homo est quædam natura communicabilis eis, qui non possunt vlterius communicari; talis comparatio passiua, derelicta homine, qua dicitur comparari sub tali ratione ad Cõstantium, & Franciscum, est vna

Quid sit cõparatio passiua.

secunda

secunda intentio & vocatur species; comparatio verò passiua remanens in Constantio, qua dicitur comparatus ad hominem sub ratione, qua participat hominem, & non potest alteri communicari, est quædam secunda intentio quæ dicitur indiuiduum, Idem dicas de Francisco.

Quo fiant huiusmodi duæ secundæ intentiones speciei & genus.

Quartum quomodo fiant huiusmodi duæ secundæ intentiones species, & genus. Nam alia est secunda intentio species, respectu indiuiduorum; & alia respectu generis, sicut super aliam, & aliam primam intentionem fundatur, & sub alio, & alio respectu: Intellectus cognoscit animal, quod sic cognitum est vna prima intentio. Similiter cognoscit hominem & brunellum, quia etiam, vt sic distincte cogniti, sunt duæ primæ intentiones; deinde comparat animal cognitum ad hominem, & Brunellum, quatenus animal est quædam natura communicabilis illis, & quatenus homo, & Brunellus sunt participantes animal, & sunt naturæ communes, & sic ista comparatio passiua remanens in animali est quædam secunda intentio, quæ dicitur genus: Ista autem comparatio, qua homo dicitur compara dici ad animal, est alia secunda intentio, quæ turtur species. Idem dicas de Brunello.

Nota, & bene.

Quo originatur secunda intentiones genus generalissimum & subalternum.

Quintum quomodo originentur istæ secundæ intentiones, genus generalissimum, & subalternum. Intellectus cognoscit substantiam, quæ sic cognita est prima intentio, deinde comparat ipsam ad superiora, quatenus, scilicet supra se non habet aliud genus; & talis respectus in substantia derelictus dicitur genus generalissimum, similiter cognoscit animal, & comparat illud ad superius genus, & talis respectus dicitur genus subalternum.

Quo fiat hæc secunda intentio vniuersale.

Sextum quomodo fiat hæc secunda intentio vniuersale. Intellectus cognoscit aliquam naturam communicabilem pluribus, & cognoscit illa plura, illa nam sic cognita est vna prima intentio, & illa plura distincte cognita participantia talem naturam, sunt plures primæ intentiones; tunc comparat naturam ad illa plura, inquantum est communicabilis illis, & talis respectus derelictus in ipsa natura quo refertur ad illa plura, est quædã secunda intentio, q̃ dicitur vniuersale: & respectus relictus in illis pluribus est alia secunda intentio, quæ dicitur particulare.

Quomodo causet hæc secunda intentio syllogismus.

Septimum quomodo causetur hæc secunda intentio syl-

logiſmus. Intellectus cognoſcit duas propoſitiones ordinatas, ſecundum aliquam regulam ſyllogiſmorum, quæ ſic ſimul cognitæ ſunt vna prima intentio, deinde cognoſcit illam propoſitionem, quæ ſequitur ex illis duabus, quæ etiã ſic cognita eſt alia prima intentio; deinde comparat illas duas primas propoſitiones ad aliam, inquantum poſſunt referre eam, & illa comparatio, qua duæ propoſitiones referuntur ad vnam, eſt quædam ſecunda intentio, quæ dicitur ſyllogiſmus; relatio verò derelicta in illa alia propoſitione eſt alia ſecũda intẽtio, q̃dr̃ concluſio, ex his patet intẽtũ.

Omnis prima intentio habet connatam realem aptitudinẽ, vt ſuper eam poſſit fundari ſecunda intentio, vt Animal eſt communica-

Vltimò ponuntur ſecundum exigentiam & aptitudinem naturæ eius. Circa hoc nota, quòd omnis prima intentio habet connatam realem aptitudinem, vt ſuper eam poſſit fundari aliqua ſecunda intentio, vt animal habet aptitudinem ex natura ſua, quod iſta ſecunda intentio genus, fundetur ſuper illud; Si enim animal ex natura ſua non eſſet communicabile homini & leoni: nullo modo poſſet comparari ad hominem, & leonem. Similiter, quia homo ex natura ſua eſt quædam natura communicabilis Franciſco, & Conſtantio; ideo inquantum tale intellectus compa rat eum ad ipſos, & fundat in eo iſtam ſecundam intentionem ſpecies.

Hîc ſuis ſpeciebus.

Patet ergo, quòd licèt ſecunda intentio dependeat ab actu collatiuo intellectiuus; tamen præſupponit aptitudinem in prima intentione, in qua fundatur. Nam ſi non præſupponeret talem aptitudinem, ſed totaliter dependeret ab actu collatiuo intellectus, ſequeretur, quòd intellectus poſſet fundare quamlibet ſecundam intentionem ſuper qualibet primam, & tunc non eſſe ratio; quare in hominem magis fundetur ſpecies, quam genus; cum autem intellectus ſic fundet iſtam ſecundam intentionem genus getur, niſi ſeneraliſſimum, in iſta prima, ſcilicet ſubſtantia, quòd non poſſit eam fundare in Conſtantio, & iſtam ſecundam indiuiduum in Franciſco; quod non poſſit eam fundare in ſubſtantia, patet, quòd hoc eſt, propter aliquam proprietatem, & aptitudinem repertam in primis intentionibus ad tales ſecundas, ſecundum quãm comparantur ad alia obiecta, non repertam in alijs primis.

Optima rõ. Secunda intẽtiones nũ quam fundãtur, ideſt nunquã ali cui attribuũ cundum eſſe cognitũ illius.

Vide Scotũ in primo ſẽ ten diſt 3 t

Subſtantia nõ bẽ aliud

Vnde; quia ſubſtantia non habet aliud limitatum ſupra ſe, & habet plura ſub ſe inferiora, eſt apta recipere iſtam

ſecun-

secundam intentionem genus generalissimum: & quia homo sub se habet immediatè plura individua, ideo habet aptitudinem, vt dicatur species, & sic de aliis, & quando præter talem aptitudinem fundaretur aliqua secunda intentio, intellectus esset deceptus, vt si substantia diceretur individuum, aut Constantius genus, & sic intelligitur Fräciscus de May. vir doctissimus in conflatu, quòd secundæ intentiones sint aptitudines conuenientes primis ex natura rei; quod tamen non esset verum, si intelligeretur.

Substantia no hētalia liud limitatū supra se.

quo intellectus deciperetur.

Quòd formaliter essent tales aptitudines; quia tunc secundæ intentiones non dependerent ab opere intellectus quòd est falsum; sed intelligitur quòd aptitudines sunt in primis intentionibus, sed illæ aptitudines non sunt secundæ intentiones, sed fundamenta, & quædam præsuppositæ secundarum intentionum, secundum quæ fundantur ipse secundæ intentiones in primis, & hæc satis de definitionibus primæ, & secundæ intentionis.

Opiuio Frē eisci multū singularis de secundis intentionibus in primo dist. 23. q 2.

Ad sensum harum definitionum poteris aptare definitionem Pauli Veneti dicentis: Terminus primæ intentionis est, qui significat rem, idest obiectum, qui non est terminus, vt homo cognitus. Iste enim terminus Homo est primæ intentionis, & significat hominem, qui est res, & non terminus, & dato quod significaret rem, quæ est terminus, adhuc significaret illam, non inquantum terminus, sed, vt est ens & res. Nam si accipio istam vocem homo, & considero illam, inquantum est ens, & non inquantum nomen, adhuc iste terminus, vox, significans ly Nomen, vt rem, est prima intentio dato quod sit terminus inquantum nomen.

Vide Paulū Venetū quo terminuo primæ intentionis significet rem & etiam alios nominales.

Similiter si considero, ly genus, tale cōsideratum est ens cognitum, & prima intentio, dato quod sit terminus, & sic terminus significans ly genus, inquantum ens.

quo secūda intentio sit prima.

Et obiectum cognitum est primæ intentionis, ex quo sequitur, quod omnis secunda intentio, inquantum ens cognitum, est prima intentio; & propterea terminus significans secundam intentionem, inquantum est obiectum est primæ intentionis.

quid sit terminus secundæ intentionis.

Terminus autem secundæ intentionis est, qui significat terminum, qui non est res: idest, qui significat terminum, in quantum terminus est, idest secundam intentionem, non in quantum est ens rationis, & respectus rationis significans

Omnis secũda intentio præsupponit primam.

primam intentionem, vt ly nomen in quantum nomen, & ly genus, vt genus.

Ex prædictis patet, quod omnis secunda intentio præsupponit actum rectum: & cum intellectus possit cognoscere quodlibet ens tam reale quàm rationis, tam absolutum, quam respectiuum, sic tam primam quàm secundam intentionem, patet quod chimera cognita & secunda intentio cognita, est prima intentio. &c.

Chimera cognita est prima intẽtio.

Qũo intellectus, comparatvnãsecũdam intentionem ad aliam.

Ex hoc sequitur aliud, quòd secunda intentio potest fundari super chimeram cognitam, & super secundam intentionem cognitam. Nam intellectus cognoscit chimeram, & vt sic est prima intentio, inde comparat ipsam ad se ipsam, in quantum potest affirmari de se ipsa.

Omnis prima intentio habet esse absolutum.

Et sic in ipsa posita loco illius, de quo affirmatur, remanet vna secunda intentio, quæ dicitur substantia; & in ipsa posita ex parte illius quod affirmatur, remanet alia secunda intentio, quæ dicitur prædicatũ, vt chimera est chimera.

Secunda intentio est relatio, & nõ hẽt esse absolutum.

Similiter intellectus comparat præcognitam secundam intentionem ad aliam etiam præcognitam, vt dicendo genus est vniuersale, & vna dicitur subiectum, alia prædicatũ & ista secunda intentio subiectum fundatur in ly genus, ista verò secunda prædicatum in ly vniuersale.

Nota bene hęc duo argumẽta primum argumentum.

Sequitur etiam ex his omnem primam intentionem habere esse absolutum; quia est actus passiuus, rectus, & simplex, vt diximus, & secundam intentionem esse relationẽ rationis, ergo secunda intentio est relatio, & non habet esse absolutum.

Secundum argumentũ

Sed Dices, Dictum est superius secundam intentionem cognitam, in quantum obiectum cognitum esse primam intentionem, & secundam intentionem habere esse respectiuum, ergo prima intentio est relatio.

Responsio ad primum argumentũ

Præterea pater cognitus est prima intentio, tamen non haberet esse absolutum.

Responsio ad secundũ argumentũ

Ad primum, Dico quòd secunda intentio, in quantum talis, non est prima, sed in quantum obiectum cognitum, vel fundamentaliter.

Nono Met. contex. septimo quinto Met contex septimo

Similiter dico ad secundum ꝙ pater in quantum pater est relatiuum, sed in quantum ens cognitum est ens absolutum, & prima intentio.

Dico tandem ꝙ omnis prima, & secunda intentio, &

quod-

quodlibet aliud ens rationis, habet esse diminutum & in anima; & in tantum habent esse, quatenus actu dependent ab opere intellectus, quo cessante, cessat etiam omne ens rationis: & tandiu in ipso conseruantur, quandiu intellectus in tali opere persistit, licet prima intentio fundamentaliter sit ens reale, & extra animam, vt homo, tamen formaliter, in quantum est prima intentio, & obiectum cognitum non habet esse nisi in anima.

Secundæ intentiones sic sunt secundum esse quidditativum, sunt non autem secundum esse actualis existentiæ hoc modo sunt dum fiunt. Vide Mauritium q 3. vniuersalium.

Dices; secunda intentio fundatur in prima, & est subiectiuè in illa, ergo non videtur habere esse in anima, sed in prima intentione.

Dico ꝙ secundæ intentiones non fundãtur in primis, & non adiunguntur primis secundum inhærentiam, sed solũ secundum denominationem vel quasi subiectiuè, & secundum quid, sic videlicet ꝙ secundæ intentiones, seu termini secundarum intentionum denominatione extrinseca prædicantur de primis, & sunt in primis, sed in intellectus sunt veluti in efficiente, & vt cognitum in cognoscente, vt declarat Sco. in vniuersalibus q. 11. vel dicas quòd secunda intentio fundatur in prima, quæ (vt dictum est) non est aliud quam subiectum cognitum quod vt sic habet esse tantum in intellectu, & in anima, & hoc satis pro primo articulo.

Secunda intentio est in recto in subiecto, quia illam denominat, & intellectus veluti in efficiens, loquitur Scotus extensiue. Vide Mauritiũ in expositione vniuersaliũ, q 4.

ARTICVLVS SECVNDVS

Quomodo secunda intentio sumatur in concreto, & abstracto.

PRiusquam ad prædicationes intẽtionum veniamus noquòd sicut accidens reale aliquando sumitur in cõcreto & hoc tam in accidentibus absolutis, quam respectiuis, vt album, sciens; pater similis: Aliquando verò in abstracto, vt albedo, scientia, paternitas, similitudo. Illud autem dicitur in concreto, quod dicit suum proprium significatum, & concernit subiectum denominatum, vt album significat albedinem, & concernit rem in qua est albedo, & pater significat paternitatem, & cõcernit illud, quòd est pater, vel in quo est paternitas.

Accidens sumitur duobus modis, in concreto, & in abstracto.

Absolutum verò est illud, quod significat suum propriũ significatum; & non aliud concernit, vt albedo significat albedinẽ, & nihil aliud, & paternitas paternitatẽ, & nõ aliud.

Accidẽs in

Idem

abſtracto, q̃d Accidẽs in concreto quid.

Quid ſit accidens abſolutum.

Quid ſit accidens reſpectiuum.

Secunda intentio eſt accidens rationis.

Secunda intentio capitur in concreto.

Secunda intentio capitur in abſtracto.

Vide differentiam in realibus, & in rationalibus

Idem dico de ſecunda intentione quandoque capitur in concreto, quandoque in abſtracto, quando capitur in concreto ſignificat primum ſignificatum, & cõnotat primam, in qua fundatur, vt hæc ſecunda intentio ſpecies fundata in homine, ſignificat ſeipſam, inquantum eſt relatio rationis paſſiua, & concernit hominem cognitum qui eſt prima intentio.

Quando verò, capitur in abſtracto ſignifi at ſeipſam, & non connotat primam intentionem in qua fundatur, vt ſpecies conſiderata in abſtracto, (ſpecialitas) ſignificat ſeipſam, & nihil aliud connotat.

Differentiam tamen eſt, quod in realibus habemus diuerſos terminos in abſtracto, & in concreto: in rationalibus verò eiſdem pro vtroque vtimur habemus enim albũ in concreto, & albedinem in abſtracto, ſed ſpecies, genus &cætera indifferenter; tamen in concreto ex primimus p hunc terminum, vt modus; in abſtracto verò per hunc terminum, vt quid; & hoc nota: quia vtriſque terminis infra vtemur, frequenter.

QVO

QVOMODO DIVIDATVR Ens rationis.

Præterea ſicut accidens reale quandoq; capitur, & quid, vel in abſtracto, ordinatur ſecundum ſub & ſupra, & facio hanc Arborem prædicamentalem.

Accidens. [A. R.

Abſolutum, Reſpectiuum.

Abſolutum; [Q. Q.

Qualitas, Quantitas:

Qualitas. [C. S.

Corporalis, Spiritualis;

Corporalis. [C. F.

Color. Figura;

Color. [A. N.

Albedo, Nigredo.

Albedo. [. . .

Hæc, iſta, illa, &c.

Sic conformiter accidens rationis quando capitur, vt quid, ideſt, in abſtracto, ordinatur ſecundum ſub, & ſupra, i. ſecundum magis commune, & particulare, & facio Arborem huiuſmodi prædicamentorum.

Ens rationis, ſeu actus paſſiuus. [A A

Actus paſſiuus in intellectus. [Actus paſſiuus alterius potentiæ apprehenſiuæ.

Actus paſſiuus intellectus. [C. S.

Collatiuus, vel ſecunda intentio. [Abſolutus.

Secunda intentio. [Abſolutus.

Vniuerſale, particulare. [Chimera, prima intentio.

Vniuerſale. [Prima intentio. Hęc illa, &c.

Limitatum, tranſcendens. [G S

Limitatum. [D P A

Genus, Species, differentia proprium accidens.

Genus. [G. S.

Generaliſſimum ſubalternum.

Generaliſſimum. [.

Hoc illud, iſtud, &c. [.

IMI-

Similiter possunt multa alia diuidi, vt ly particulare in vagum & signatum, & vagum in hoc & illud. Similiter species in speciem specialissimam, & subalternam, & specialissima in hanc & illam, &c.

Nota bene hæc omnia

Quemadmodum autem in accidentibus realibus absolutum, & respectiuum sunt transcendentia, sed qualitas est vnum genus generalissimum, & corporale, & speciale sũt

Quid sint absolutum & respectiuum.

duo genera subalterna respectu inferiorem; sed species subalterna respectu superiorum, similiter color, & figura, sed albedo est species specialissima, & hæc albedo indiuiduum, similiter in entibus rationis, ly ens rationis, & actus passiuus intellectus, & actus passiuus alterius potentiæ sunt transcendentia, absolutum verò & collatiuum sunt duo genera generalissima, vniuersale transcendens respectu superiorum est species subalterna; sed respectu inferiorum genus subalternum, similiter vniuersale limitatum, est genus, &c. Similis potest fieri descensus sub ly species, vt dicendo species est genus subalternum, species specialissima est species specialissima hæc specialissima indiuiduum, &c.

DE PRAEDICATIONE signata & exercita.

Duplex prædicatio exercita, & signata.

PRæterea nota, quòd (vt ad præsens attinet) dùplex est prædicatio: exercita, & signata, prædicatio exercita est, in qua inter subiectum, & prædicatum ponitur tantum copula est, implicitè, vel explicitè, explicitè, vt homo est animal; implicitè, vt homo currit, idest, homo est currens, vt patet resoluendo.

Quæ sit prædicatio signata.

Signata verò est, in qua inter subiectum, & prædicatum, præter copulam est, implicitè, vel explicitè, ponitur vna secunda intentio, denotans tale prædicatum, dici de subiecto; vt homo prædicatur de Constantio: & hoc modo ponitur copula implicite, sed explicatur, cum resoluitur dicendo homo est prædicatum respectu Constantij, vbi patet quòd vltra prædicatum quod est ly Constantijs, & subiectum quòd est ly homo, & copula est, ponitur ista secunda intentio prædicatum.

Itaque

Itaque omnes istæ sunt prædicationes signatæ, homo prædicatur de Constantio, homo negatur de Brunello, Animal affirmatur de Leone, Capra subijcitur animali, &c.

Quæ sint prædicationes signatæ.

Et dicitur signata; quia signat quod in prædicatione exercita ponitur in actu, & exercitatur. Nam ista homo prædicatur de Constantio significat ipsam, Constantius est homo, sicut, qui diceret Iohannes secat lignum, signaret actum secandi; dicitur vero exercita; quia in ipsa exercetur, & ponitur in actu, & forma quod in signatis signatur, & ponitur in figura, vel signo, vt ista, homo est animal, exercet quod significat, ista animal prædicatur de homine.

Quare prædicatio dicatur signata.

Responsio.

Omnis autem propositio vera signata, est vera exercita, & econtra, eisdem terminis supponentibus pro se ipsis, vel pro per se significatis & omnis falsa signata est falsa exercita, & econtra: Similiter in eisdem terminis, similiter supponentibus, vt homo subijcitur animali, ergo homo est animal. Brunellus prædicatur de Francisco, ergo Franciscus est Brunellus, ambæ primæ veræ, ambæ secundæ falsæ.

Quo omnis propositio vera signata, est vera exercita.

Dico notanter terminis supponentibus pro se ipsis, vel pro per se significatis; quia si termini supponerent pro se denominatis, propositio signata vera non esset vera exercita in eisdem terminis. Nam dicendo album prædicatur de quanto, ergo quantum est album, prima est vera, secunda non. Similiter genus prædicatur de specie, ergo species est genus, & ratio est, quia hi termini album, & quantum non supponunt pro albedine, & quantitate, sed pro subiectis eorum. ideo non possunt exerceri in eisdem terminis vere, sed bene in terminis, pro quibus supponunt; vt album prædicatur de quanto, ergo res, quæ est quanta, est alba; id est res, in qua est quantitas, est res in qua est albedo, & non potest esse vera album est quantum, aliter nisi per accidens.

Pulchra est considératio.

Similiter ly genus, & species supponunt pro primis intentionibus, ergo tantum in illis habent veridice exerceri, vt genus prædicatur de specie. ergo homo est animal.

QVOT

QVOMODO PRAEDICETVR secunda intentio in abstracto.

PRima conclusio. Omnis secunda intentio, vt quid superior potest prædicari de alia secunda inferiori; etiam, vt quid, tam prædicatione exercita, quam signata; sicut in accidentibus realibus vnum abstractum superius prædicatur de suo inferiori cum sit de eius essentia, vt albedo est color, & color prædicatur de albedine, probatur conclusio. omne superius potest prædicari de inferiori, cum sit de eius essentia, sicut animal est de essentia hominis.

Omnis secunda intētio pōt prædicari de alia secunda inferiori.

Omne superius potest prædicari de suo inferiori.

Sed aliqua secunda intentio est superior ad aliam, vt patuit in arbore supraposita, ergo secūda superior potest prædicari de inferiori, vt differentia est vniuersale. Dixi notanter, quod vna, vt quid prædicatur de alia, vt quid. Nam vna superior in abstracto non potest prædicari de alia inferiori in concreto. Nam sicut ista est falsa album est color. Sic & ista, species est vniuersale, capiendo ly species, vt modum concernentem primam intentionem, & ly vniuersale, vt quid; quia sicut album supponit pro subiecto, & ideo non potest verificari de colore, sic species, vt modus denominat hominem & supponit pro ipso, & non potest verificari de vniuersali, quod est secunda intentio abstracta, & propterea Scotus vir sublimis ingenij negauit hanc, species est intentio.

Secunda intentio superior potest prædicari de inferiori.

Vide Scotū in vniuersa lib. q. 8.

Vnde, sicut istæ veræ sunt, albedo est color, ergo color prædicatur de albedine: sic istæ veræ sunt proprium est vniuersale, ergo vniuersale prædicatur de proprio; quia termini supponunt pro per se significatis. Nam sicut albedo supponit pro albedine, & color pro colore, sic vniuersale supponit pro se, & proprium pro se, accipiendo vtrumque in abstracto, vel vt quid. Quare omnes istæ veræ sunt, species est vniuersale, vniuersale prædicatur de specie, hoc genus est genus, genus prædicatur de hoc genere; vniuersale est secunda intentio, secunda intentio prædicatur de vniuersali, &c. Quia in his omnibus est prædicatio superioris abstracti, de inferiori abstracto.

Quare istæ prædicationes sint veræ.

Secunda conclusio. Nulla secunda intentio, vt quid, potest

Nulla secũda intẽtio, vt quid potest prædicari de alia.

test prædicari de alia seconda, vt quid, disparata, nec prædicatione exercita, nec signata; sicut nullum accidens reale, vt quid, prædicatur de alio, vt quid, disparato. ista enim est falsa, albedo prædicatur de nigredine, vel nigredo, est albedo, probatur. Nullum disparate oppositum prædicatur de alio disparato, & hoc prædicatione quidditatiua, ideſt capiendo tam subiectum quam prędicatum vt quid; quia bene vnum accidens disparatum prædicari potest de alio disparato denominatiue, ideſt capiendo tam subiectum quam prædicatum, vt modus, vt albedo est clara, vera est, at albedo est claritudo falsa. omnes ergo istæ sunt falsæ, accipiendo tam subiectum, quam prædicatum, vt quid: species est genus, definitio est proprium, accidens est differentia, &c. similiter in prędicatione signata, genus prędicatur de specie, proprium prædicatur de definitione, &c. quia termini sunt abstracti, & non possunt supponere nisi pro se.

Quõ vnum accidens disparatũ possit prædicari de alio.

Quare istæ prędicationes sint falsæ

Tertia conclusio. Nulla secunda intentio, vt quid, potest prædicari de prima intentione, nec exercite, nec signate. Sicut nullum accidens abstractum prædicatur de suo subiecto. Nam ista est falsa, homo est albedo, & albedo prædicatur de homine, probatur. Nullum accidens in abstracto prædicatur de suo subiecto, secunda intentio, vt quid, est accidens in abstracto, ergo non potest prædicari de subiecto, quod est prima intentio. maior patet; quia accidens non prædicatur de subiecto, nisi denominatiue; quando autem est in abstracto non prædicatur denominatiue.

Nulla secũda intẽtio, vt quid põt prędicari de prima intentione.

Accidẽs nõ prędicat de subiecto, nisi denominatiue.

Quare omnes istæ sunt falsæ, animal est genus, rationale est differentia, sensibile est proprium, &c. & hoc tam prędicatione exercita, quam signata; quia secunda intentio, vt quid, non potest supponere, nisi pro suo significato; sicut albedo nõn potest supponere, nisi pro albedine, sic ly species, vt quid pro se ipsa; cum ergo semper supponat pro se, si exercita est falsa, & signata erit falsa.

Quare istæ prędicationes sint falsæ.

Responsio.

QVOMODO PRAEDICATVR secunda intentio in concreto.

Quõ secunda intẽtio, vt modus superior prędicetur de inferiori.

PRima conclusio omnis secunda intentio, vt modus, superior prędicatur de secunda inferiori, vt modus, [illegible] exercitę

citæ, quam signatę, sicut omne accidens reale, vt modus, superius prędicatur de inferiori, vt modus. Nam ista est vera, album est coloratum. Probatur. Omnis propositio, in qua prædicatur vnus terminus connotatiuus de alio connotatiuo, quorum terminorum est de necessitate idem connotatum est vera, sed propositio in qua prædicatur concretum superius de inferiori est huiusmodi, ergo est vera: maior patet, quia illa propositio dicitur falsa, cuius prædicatum non potest affirmari necessariò de subiecto, ergo illa est vera, cuius prædicatum affirmatur necessario de subiecto, sed quando prædicatur vnus terminus connotatiuus, vel vt modus, superior de inferiori connotatiuo, necessariò prædicatum affirmatur de subiecto, tum quia accidens superius est de essentia inferioris, tum, quia connotatum, vel subiectum inferioris est subiectum, vel connotatum superioris.

Quæ sit propositio falsa.

Quæ sit propositio falsa

Nam cum albedo includat colorem, ergo subiectum albedinis erit subiectum coloris, ideo cum dico album est coloratum, est vera propositio, quia res alba necessaria est colorata.

Albedo includit colorem.

Cum ergo vna secunda intentio, vt modus, superior prædicatur de alia inferiori, vt modus, cum subiectum vnius, quod est prima intentio sit subiectum alterius, sequitur quòd vere prædicatur. Nam sicut, cum dico album est coloratum, hæc est vera, quia res alba necessaria est colorata, sic cum dico species est vniuersale, de necessitate res, quæ est species, vel subiectum speciei, est res vniuersalis, vel subiectum vniuersalis.

Species est vniuersale, an sit vera.

Vnde omnes istæ sunt veræ hæc species est species, species est vniuersale est intentionale; similiter species prædicatur de hac specie, vniuersale prædicatur de specie, &c.

Quòd iste propositiones sint vera.

Quod si (vt dictum est) superius consideretur, vt quid, & inferius, vt modus, vel è contra, falsæ erunt huiusmodi propositiones; sicut, illæ sunt falsæ, album est color, aut albedo est colorata, sic ista genus est vniuersale, accipiendo genus, vt quid & vniuersale, vt modus, vel econtra; quoniam ly secunda intentio semper

Quæ non sint falsæ propositiones.

capitur, vt quid, quando enim capitur, vt modus, dicitur secundum intentionale.

Obiectio. Sed contra, supradictum est, quòd omnis prædicatio signata est vera exercita in eisdem terminis, cum supponunt pro se significatis, sed secus est, cum supponunt pro se denominatis, vt in ista, vniuersale prædicatur de specie, & species est vniuersale, capiendo vtrunque, vt modus, ergo non deberent esse veræ in prædicatione signata, & exercita.

Responsio. Dico quòd illa regula patitur hanc exceptionem, quòd quando termini supponunt pro se denominatis, & vnus est superior ad alium, cum concernat subiectum de necessitate idem; quia subiectum accidentis inferioris est necessariò subiectum superioris, licèt subiectum superioris non sit necessariò subiectum inferioris, vt patet, tunc propositio est vera, tam prædicatione signata, quam exercita: quando autem vnus terminus non est superior ad alium in connotatis vniuersaliter, si propositio est vera signata, non est vera exercita.

Comparatio secundæ intentionis ad aliã sit duo bus modis. Secunda conclusio, quia comparatio vnius secundæ intentionis, vt modus, ad aliam, vt modus, dispar ratam contingit fieri dupliciter, ideo ista conclusio habebit duas partes, pro quo nota: duæ secundæ intentiones disparatæ quandoque fundantur super duas primas intentiones compossibiles, & aliquo modo inuicem verificabiles, vt istæ duæ genus, & species; genus enim fundatur super primam intentionem, animal cognitum, & species super hominem cognitum, quæ duæ primæ intentiones sunt compossibiles, & vna verificatur de alia, dicendo homo est animal, quandoque verò fundantur super duas primas intentiones incompossibiles, & non inuicem verificabiles, vt ista oratio, & genus. Nam ly oratio fundatur super istam primam homo currit, & ly genus super animal cognitum, quæ duæ primæ intentiones sunt incompossibiles, & vna non potest de alia verificari. Nam ista est falsa, homo currit, est animal. Istam distinctionem non inuenimus omninò similem in accidentibus realibus; ideo

Duæ secũdæ intentiones fundãtur super duas primas intẽtiones.

Duæ secundæ intentiones fundantur super duas primas intentiones incompossibiles.

non

non curamus illam assignare.

Ex prima comparatione sit prima pars conclusionis. Omnis secunda intentio, vt modus disparata prædicatur de alia disparata, vt modus, dum modo tales secundæ fundentur in primis compossibilis, & hoc prædicatione tantum signata, in eisdem terminis; prædicatione verò exercita in primis intentionibus connotatis. Verbi gratia istæ duæ secundæ intentiones, genus, & species, sunt disparatæ. Nam ambæ continentur sub vniuersali, sicut asinus & homo sub animali, & fundantur in istis primis compossibilibus, scilicet animal cognitum, & homo cognitus, ita, vt genus concernat animal, & species hominem. *Genus, & species sũt duæ secũdæ intentiones disparatæ.*

Cum ergo istæ secundæ intentiones non supponant pro se, sed pro suis connotatis primis intentionibus, non possunt verificari ad inuicem prædicatione exercita; dicendo species est genus, sed tantum signata; quia, cum ly genus concernat animal, & ly species hominem, in prædicatione signata potest ly genus significare animal esse hominem connotatum per ly species, & non genus esse speciem; & ratio est; (vt supra dixi) quia quando termini supponunt pro denominatis, quòd significant, non significant pro se, sed pro ipsis connotatis, cum verò dicimus genus prædicatur de specie, non significatur, quòd species sit genus, sed quod connotatum speciei sit connotatum generis, idest, quod homo in quo fundetur ly species, sit animal, in quò fundatur ly genus. *Pro quo supponũt secundæ intentiones.* *Nota, & bene.*

Vniuersaliter ergo hæ veræ sunt; genus prædicatur de specie, ergo homo est animal, & albedo est color, species prædicatur de individuo, ergo Constantius est homo, & Brunellus asinus, definitum prædicatur de definitione, ergo animal rationale est homo, & hanc conclusionem diligenter nota; quia cum logicus consideret secundas intentiones applicatas primis, & vt supponunt pro primis, omnes definitiones, secundarum intentionum, assignatæ à logico debent exerceri, & verificari in primis; quia definiuntur pro primis. Vnde ista definitio vniuersalis. Vniuersale est, quòd prædicatur de pluribus, non potest sic exerceri, ergo illa plura sunt vniuersalia, sed homo & leo sunt animal similiter species est, quæ prædica- *Propositiones veræ.* *Quo secũdæ intentiones cõsiderãtur à logico.* *Definitio vniuersalis*

tur de pluribus indiuiduis, non valet, ergo plura indiuidua sunt species, sed ergo Constantius, & Franciscus sunt homo propositio est, quæ significat verum, vel falsum, ergo homo currit, significat verum, vel falsum, &c.

Concretiuè logicus considerat secũdas intẽtiones.

Et ratio est; quia cum logicus consideret secundas intentiones concretiuè cum primis, & vt modus earum, non definit ipsas, vt supponunt, & verificantur de se ipsis, sed vt verificantur in primis, pro quibus supponunt, ideò in illis primis, & pro illis omnes tales definitiones verificantur.

Quo considerẽtur secũdæ intẽtiones a Metaphysico.

Vnde sciendum, quòd secunda intentio aliter definitur pro se, & ab alio, & aliter pro primis, & ab alio. Nam secunda intentio consideratur in se, & definitur pro se à metaphysico in abstracto, per proprium genus, & differentias, vnde similiter definiretur vniuersale: vniuersale est ens rationis collatiuum intellectus à logico autem definitur in concreto pro primis, vt dictum est.

Ad maiorem conclusionis euidentiam nota licèt quando prædicatur vna secunda intentio disparata, vt modus, de alia disparata, vt modus, prędicatione signata non possit exerceri in eisdem terminis, sed in primis intentionibus connotatis; tamen ipsa prædicatio signata in talibus secundis potest etiam esse signata in primis connotatis, vt genus prædicatur de specie, ergo animal prædicatur de homine; sed nota posse dupliciter hoc fieri, vno modo quòd tam subiectum quàm prædicatum sit prima intentio, vt genus prædicatur de specie, ergo animal prædicatur de homine, alio modo quod subiectum sit prima intentio, prædicatum verò secunda, vt genus prædicatur de specie, ergo animal prædicatur de specie, species prędicatur de pluribus differentibus numero, ergo homo prædicatur de pluribus differentibus numero.

Nota, & bene.

Opinio aliorum.

Sed tamen est sciendum secundum quosdam moderno quòd sicut prædicatio signata est propria in secundis intentionibus & impropria in primis, ita exercita est propria in primis, & incongrua in secundis.

Ex quo volunt, Scotum in vniuersalibus negasse istam consequentiam, animal prædicatur de homine, ergo homo est anima, licet concesserit consequens: sed quia ista animal

mal prædicatur de homine, est contingens, ista verò hō est animal est necessaria, ex contingenti autem non sequitur necessarium. Vnde non negasset istam animal potest prædicari de homine, ergo homo est animal; quia infertur necessarium ex necessario. *Vide Scotē in vniuersalibus, q. 14 ante solutionem argumenti.*

Quare nota quòd quando dico animal prædicatur de homine, ly prædicatum potest dicere actum, & sic est contingens vel aptitudinem, & sic est necessaria Scotus, ergo vir subtilis considerauit, vt dicit actum, illam consequentiam negauit. *Defensio Scoti.*

Secunda pars conclusionis ex secunda comparatione patet ex his. Nulla secunda intentio disparata, vt modus, potest prædicari de alia, vt modus, disparata: quando talis fundatur super primas incompossibiles, & hoc nec prædicatione signata, nec exercita. *Quomodo secunda intentio non possit prædicari de alia*

Istæ enim sunt falsæ oratio prædicatur de proprio, risibile est, homo currit, &c. & pro ly risibile, non possunt verificari ad inuicem, sicut nec primæ intentiones pro quibus supponunt, verificantur ad inuicem, sicut ergo ista est falsa, homo currit, est risibile, sic ista proprium prędicatur de oratione. Nam illæ duæ secundæ intentiones cum sint disparatæ supponendo per impossibile pro se, non sunt compossibiles, & cum supponant pro primis quæ etiam sunt compossibiles, patet nullo modo possunt alia prędicari, nec pro se, nec pro primis.

Tertia conclusio. Omnis secunda intentio disparata, vt modus, fundata super aliam secundam disparatam, & concernens ipsam, potest prædicari de ipsa, quam concernit tam signatè quam exercitè; sicut in realibus vnum accidēs fundatum super aliud prædicatur de ipso, dato quod sint disparata. Nam ista est vera, album est lucidum, & ratio est; album fundatur super lucidum, similiter albedo est clara: quia claritudo accidit albedini, ideo denominatiuè dicitur de ipsa. *Quomodo secunda intentio, possit prædicari de prima.*

Ex quo probatur conclusio. Omne accidens disparatum, vt modus, potest prædicari de alio accidente, cui inhæret; sed aliqua secunda intentio fundatur super aliam disparatam, ergo potest prædicari de ipsa, minor patet, cum (vt diximus) secunda intentio possit cognosci ab intellectu, *Quomodo accidēs possit prędicari de accidēte.*

ctu, & inquantum obiectum cognitum sit prima intentio, ergo super ipsam potest fundari secunda intentio, Verbi gratia. Intellectus cognoscit istam secundam intentionem enim vniuersale, quæ vt hic est obiectum actu cognitum, & vna prima intentio; deinde cognoscit istam aliam secundam intentionem genus, quæ etiam, vt sic, est vna prima intentio, inde comparat ly vniuersale, ad ly genus, in quantum vniuersale est superius ad genus, & sic in ly vniuersali relinquitur ista secunda intentio genus: quia in arbore prædicamentali vniuersale prædicatur de genere, specie, differentia, &c. tanquam de suis inferioribus, & ly vniuersale dicitur genus; in ly verò genere, remanet ista secunda intentio species, & sic species prædicatur de genere, dicendo genus est species, & similiter differentia est species, species est species, proprium est species, accidens est species, comparando huiusmodi ad ly vniuersale.

Genus est species quemodo sit vera prædicatio.

Sicut ergo est vera, animal est genus, homo est species, albedo est clara, in quibus omnibus prædicatur accidens de subiecto; sic ista est vera species est species, vniuersale est genus &c. quia in omnibus talibus prædicatur secunda intentio, vt modus, de alia secunda, vt de suo subiecto. Vnde ista est vera, genus prædicatur de vniuersali, ergo vniuersale est genus, ita vt ly genus fundetur super vniuersale, accidens est species, ergo species, prædicatur de accidente, accipiendo ly species, vt modus, genus est genus, respectu generis generalissimi, & subalterni.

Species est species vniuersale est genus, ista sunt vera prædicationes.

Opinio alienius Scotista.

Ex prædictis quidam & Scotistas asserit quòd isti modi, vt quid. & vt modus, sunt incompossibiles, & repugnantes, ita quòd vna intentio, vt quid, non prædicatur de alia, vt quid, nec vna, vt modus, de alia, vt modus: Nam sicut ista est vera, genus est vniuersale, capiendo vtrunque, vt quid quia prædicatur superius de inferiori in abstracto; & si ly genus, & ly vniuersale capiantur, vt modus, ad hoc est vera prædicatio; quia est prædicatio concreti superioris de concreto inferiori. Regula tamen istius Scotistæ habet tantum veritatem in disparatis. Nam sicut ista est falsa albedo est nigredo, sic, album est nigrum: & genus est species, accepto vtroque, vt quid, vel modus, quando cadunt super alias intentiones incompossibiles, vt *ipse* ait; quia termini

Regula istius Scotistæ vnde habeat veritatẽ, vide.

disparati

disparati non possunt vniri, vt dictum est in priori secunda conclusione.

Quarta omnis secunda intentio, vt modus prædicatur de prima intentione, quàm concernit, tam prædicatione exercita, quam signata; sicut in realibus vnum accidens, ut modus prædicatur de suo subiecto, vt homo est albus, & album prædicatur de homine, probatur. Omne accidens, vt modus prædicatur de suo subiecto; omnis secunda intentio sumpta, vt modus, est accidens, ergo prædicatur de prima, tanq̃ de suo subiecto, siue fundamento. Vnde istæ sunt veræ, animal est genus, albedo est species, Constantius est indiuiduum, &c. & Hæc satis de Regulis huiusmodi, vel conclusionibus.

Quomodo accidens, vt modus prædicetur de suo subiecto, Vide quomodo ista prædicationes sint vere.

Secunda intentiones non sunt in aliquo subiecti ue proprie, sed secundùm quid.

AN DETVR PRAEDICATIO SECVNDArum intentionum in communi & particulari.

AD maiorem tamen prædictorum declarationem mouetur huiusmodi dubitatio; cum omnis secunda intentio definiatur a logico in concreto, & vt modus, inquantum præsupponit non pro secundis, sed pro primis, sequitur quod omnis secũda intẽtio definita inhæret quasi subiectiuè alicui primæ, quam concernit, & pro qua supponit, & sic ista secunda intentio vniuersale fundatur super aliquam primam, similiter genus &c. quod tamen falsum videtur secundum quosdam modernos dicentes, quòd sicut accidens reale in communi non inhæret subiecto, sed particulare, vt albedo in communi non inhæret subiecto alicui, sed albedo hæc huic subiecto; sic secundæ intentiones in communi non inhærent subiecto, ideſt alicui primæ, sed hæc secunda intentio huic primæ, vt hæc species huic primæ homini. Dico quòd hoc est falsum, tam in accidentibus realibus, quam intentionalibus. Nam omnis secunda intentio, vt modus, vt consideratur a logico, tam communis, tam particularis inhæret diminutè alicui primæ, pro qua supponit; licet accidentia communia tam realia, quam intentionalia, secundariò inhæreant subiectis communibus, sed primo particularia particularibus, probatur primo in accidentibus realibus, scilicet quòd tam in communi, quã

Opinio aliorum.

Vide Tataretum in logica magna q. 3. Accidentia quomodo inhæreant. Cap. de qualitate.

in particulari inhærent alicui subiecto; omne concretum significat accidens inhærere subiecto, aliter non concerneret subiectum, accidens in communi potest accipi in concreto, vt dicendo quale, coloratum, quantum, &c. ergo potest inhærere subiecto, & hoc vult dicere Aristot. qualitatem esse secundum quam quales esse dicimur.

Præterea ait vniuersalia realia esse secundas substantias, & cum substantia dicatur, quòd accidentibus subsistet, cuius proprium secundum ipsum est esse susceptibilem contrariorum; Quæso substantia secunda cui subsistas? & quorum contrariorum est susceptibilis. Si dixerit accidentium communium, habeo intentum, scilicet quòd accidentia communia inhærent subiectis; si dixeris particularium, sequuntur multa absurda, scilicet quòd homo incommuni esset visibilis; quia sua albedo videretur, & esset palpabilis cum sua quantitas tangatur, & similia.

Nota bene. Cap. de accidente. Hanc veritatem etiam Porphyrius indicauit cum dixerit accidens potest adesse, & abesse subiecto, præter, eius corruptionem, & vt patet non definiuit accidens particulare, sed commune, quòd etiam clarius patet, cum ipsum accidens iam definitum diuisit in commune, & particulare.

Obiectio. Vnde manifestum est omne accidens habere illam definitionem, posse adesse, & abesse subiecto.

Si dicis quòd omne commune fit per abstractionem a singularibus, cum ergo accidens in communi consideretur, patet considerari in abstracto, & sic non inhærere subiecto.

Responsio. Dico quòd fit commune per abstractionem intellectus a singularibus, tamen adhuc abstractum a singularibus, potest concernere subiectum, vt album in communi.

Ex his probatur secundo propositum de secundis intentionibus, scilicet quòd secundæ intentiones communes inhærent secundum quid & fundantur in primis: omne accidens acceptum in concreto, cum concernat subiectum, inest illi secunda intentio communis accepta, vt modus, est accidens rationis in concreto, ergo secundum quid inhæret subiecto quòd concernit scilicet primæ inten-

Quomodo secunda intentio definitur a logico.

tentioni. Nam ista secunda intentio genus prout definitur a logico quod prædicatur de pluribus differentibus specie, non accipitur, vt quid quia sic non considerat logicus, sed vt modus, & sic inhæret diminutæ primæ intentioni, quam concernit, pro qua determinatur, & pro qua supponit.

Omnis relatio requirit fundamentum, & terminum.

Præterea, omnis relatio requiritur fundamentum, & terminum, & consequenter secunda intentio fundatur in prima, quæ est suum fundamentum, & subiectum.

Quid sit prima intentio particularis, & communis.

Concludo ergo breuiter quòd sicut accidens reale particulare inest subiecto particulari, & communne communi, sic secunda intentio particularis inest primæ particulari, & secunda communis primæ communi.

Quæ sint naturæ communes vide Scotum q. prima prologi. et in 2. dist. 3. q. 1.

Si petas quid est, prima intentio particularis, & quid communis? Dico quod cum prima intentio sit obiectum cognitum, quodlibet vnum cognitum est una prima intentio particulari, & hoc tam si illud cognitum sit natura communis, quàm particularis, vt animal cognitum, homo cognitus, quæ sunt naturæ communes; Constantius cognitus, Brunellus cognitus, quæ sunt naturæ particulares; licet enim animal de se sit natura communis, tamen quatenus est actu cognitum, est vnum obiectum cognitum, & non plura, & sic vna prima intentio particularis.

Prima verò intentio communis est aggregatum ex pluribus obiectis habentibus eandem aptitudinem ad alia obiecta, inquantum tale aggregatum facit vnum obiectum totale cognitum, vt aggregatum ex homine cognito, Asino cognito, albedine cognita, & alijs obiectis cognitis, habentibus istam aptitudinem, qua possint prædicari de pluribus indiuiduis inquantum est tale aggregatum est vnum obiectum totale cognitum, est quædam prima intentio communis, quæ posset vocari natura communicabilis pluribus indiuiduis, cognita, super quam fundatur ista secunda intentio communis species, sicut super hominem cognitum, quæ est vna particularis prima intentio fundatur ista secunda particularis, hæc species.

Quid sit prima intentio communis.

Aliquidcõ esse pòt intelligi duobus modis, vno modo per realem existentiã, alio modo.

Similiter aggregatum, & animali cognito, colore cognito

per indifferentiã. quã tum est de se non repugnat esse in multis.

Nam secunde intentiones non adiũgũtur primis secũdũ inherentiã, sed solum secundum de nominatiõe uel quasi subiectiue & secundũ quid.

Genus supponit pro animali.

Indiuiduũ supponit pro quolibet uno numero.

gnito, planta cognita, &cæt. inquantum tale aggregatum est vnum obiectum totale cognitum ex pluribus naturis, communicabilibus pluribus speciebus, est vna prima intentio communis, in qua fundatur ista secunda communis, genus, sicut super animal cognitum, quæ est vna partialis, vel particularis prima intentio, fundatur, ista secunda particularis, hoc genus; similiter posset dici de aggregato ex substantia cognita, & alijs, quæ non habent supra se genus, quòd tale, vt est vnum obiectum totale cognitum, est vna prima intentio communis super quam fundatur ista secunda communis, prædicamentum, sicut superaltior prædicamentum substantiam cognitam fundatur ista secunda particularis hoc prædicamentum. Patet ergo ex istis quòd sicut ista secunda intentio particularis hæc species inhæret, isti primæ particulari, scilicet homo cognitus, sic ista communis, species, inhæret diminutè isti communi naturæ communicabili pluribus indiuiduis, & ista communis, vniuersale, inhæret diminutè isti communi naturæ communicabili pluribus, & hoc indiuiduum inhæret Augustino, & indiuiduum in communi, naturæ incommunicabili, & sic de alijs.

Quando ergo logicus definit secundas intentiones, comuniores supponunt pro primis communoribus, quando vero minus communes pro primis minus communibus, vt cum dicit, vniuersale est, quòd prædicatur de pluribus, & quando dicit genus est, quòd prædicatur de pluribus speciebus, ly genus supponit pro natura sic communicabili, vt pro animali, colore, & quando dicit indiuiduum est quod de vno solo dicitur, supponit pro quolibet vno numero.

Et hæc satis vt ad nostrum institutum pertinebat, dicta sint ad Dei gloriam, & honorem patris nostri Francisci, ac D. Antonij.

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Series Chartarum.

† A B C D E F G H I K L M N O P
Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii KK Ll
Mm Nn Oo Pp Qq Rr Ss Tt Vu
Xx Yy Zz.

Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg Hhh
Iii KKK Lll Mmm Nnn.

Omnes sunt Quaterniones.

VENETIIS, MDCX.

Apud Antonium Turinum.

ALFREDO FARNESI
ROMA
Via di Marmo 19-20
Legatore di Libri